Bibliotheca

Palatino
Düsseldor-
piensis.

Nicht ausleihbar

Donné à la Bibliothèque Electorale

par

M. Jungbluth comme Conseiller aulique

Titulaire.

Dusseldorff le 5. May 1775.

H9/03402

GUILIELMI RODINGI,

PALATINATUS OLIM CONSILIARII,

PANDECTÆ JURIS CAMERALIS,

EX ORDINATIONE CAMERÆ,

Comitiorum Receſſibus, Viſitatorum Memorialibus, Collegii Cameralis Concluſis & Decretis, Judicii conſuetudine ſtyloque, & graviſſimorum Auctorum obſervationibus primùm compoſitæ:

Poſteà ex novis Imperii Conſtitutionibus, Cameræque Senatusconſultis & Decretis, Reſolutionibus dubiorum, Statuum Imperii ſingularibus Juribus & Privilegiis, locorumque conſuetudinibus, magnorum JCtorum, ex eminenti pariter Adſeſſorum ordine, & ex claſſe Advocatorum Cameralium induſtria longè locupletiores factæ:

Jam verò aliis iisque egregiis acceſſionibus, quæ quidem ex Auguſt. Cameræ Tribunalis noviſſimis ſententiis, decretisque extrajudicialibus, mandatorum, aliarumque rerum integris formulis, ſupplicationibus & receſſibus, quos vocant, judicialibus Procuratorum, atque aliunde petitæ ſunt, innumeris locis recens auctæ, & in cohærentem ſeriem, verſiculis diſtinctam, redactæ, addito Indice copioſo.

IN QUIBUS JURIS CAMERALIS SOLIDA FUNDAMENTA, ſenſus Imperialium Sanctionum genuinus, illarumque ſive abrogationes, ſive mutationes perſpicuè traduntur: tum verò hodiernus Cameræ ſtylus, quidve in præſens uſu ſervetur, optimâ fide docetur; idque omninò agitur, ut non ſolùm S. R. Imperii civibus quibuscunque, verùm etiam exteris, rationem adminiſtrandæ in Imperio Juſtitiæ nôſſe cupidis, prodeſſe queant.

OPUS, IN FORO CAMERALI AGENTIBUS, ET OLIM verſaturis præcipuè neceſſarium; quod majori formâ, & ſummarijs marginalibus inſtructum, jam primùm prodit.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus **JOANNIS SCHLEBUSCH,** Bibliopolæ, propè aream Summi Templi, vulgò am Hoff. Anno 1710.

KÖNIGL. BIBLIOTHEK ZU DÜSSELDORF
A.W. 179
2 Schw
913768401

ADMODUM REVERENDO, PRÆNOBILI,
EXIMIO, AMPLISSIMOQUE DOMINO,

D. JOANNI GABRIELI FABRI,

SS. Theologiæ Doctori, perinsignis Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Severinum intra Coloniam Canonico Capitulari dignissimo: nec non antiquissimi apud Ubios Gymnasii Montani

REGENTI VIGILANTISSIMO, &c.

Liceat mihi, *Eximie & Amplissime D. Regens*, has PANDECTAS, hoc est, omnia continentes, ad Fabrianam glandiferæ ilicis tuę trabem, in antiquissimo celeberrimi montis Gymnasio tam firmiter radicatam, quàm gloriosè exaltatam, honoris & observantiæ ergò suspendere; non tam publici boni atque utilitatis causâ, quàm ut munus nomini & meritis Tuis aptaturus, uberiores gloriæ, virtutis, & sapientiæ Tuæ fructus manifestiùs exponantur. Tu enim ex annosa quercica glandium (*Fabrorum*) familia ducens propaginem, in famosam arborem, singulari studiorum industriâ, ingeniique acrimoniâ cultam in celeberrima hac Agrippinensi Universitate, Gymnasioque Montis omnium primo & antiquissimo

eminentissimè succrevisti, & solidas, profundasque infixisti radices, quæ in uberrimos virtutum, scientiarumque fructus progerminârunt. Nec mirum id videri cuipiam debet, qui melligenum humanitatis, humilitatisque Tuæ succum per benevolentiæ *fibras* in singulos quosque Regiminis Tui palæstritas tam affabrè liberaliterque diffundis, ut & ameris reverenter, timearis amanter, & omnium animos nundineris: ea quippe est *Regiminis Tui dispensatio, & moderationis mensura, quatenus arridens timeri debeas, & iratus amari, ne Te nimia vilem reddat indulgentia*, (ut cum Magno loquar Gregorio) *aut immoderata severitas odiosum; atque ita benè agentibus per humilitatem sis socius, quatenus contra delinquentium vitia & excessus per zelum justitiæ sis erectus.* Quid quòd natura ipsa in forma Tua comitatem, in moribus dignitatem, suavitatem in gestu, in verbis gravitatem, in aspectibus auctoritatem, capacitatem in intellectu, in actionibus magnanimitatem, honesti amorem, inclinationem ad virtutem, blandientis vanitatis contemptum, religionem, castimoniam, & omnem virtutis apparatum coëgit, à clarissimo, sapientissimoque parente Joanne Gabriele Fabri in Te fœcundè propagatum.

Fabri *anagram.* Fibra.

Lib. 10. moral.

Quem virum prudentia ad Principum adlegit consilia, profunda juris notitia in Doctorum & Advocatorum apicem evexit, ad comitia legationesque evocavit eloquentia, rerum peritia, ingenii subtilitas, & agendi dexteritas ad intricatissimorum negotiorum expeditionem adhibuit, restituitque in integrum: quidquid enim causarum, mercium, & disceptationum in foro proposuit, vel in tribunalibus ostendit, vel in consiliis ordinavit

juris-

jurisprudentia vel politia, id universum laborioso ingenii judiciique sui pretio sibi felicissimè comparavit. Et mirabitur quisquam ad prudentiæ illius canitiem, animique in rebus aptè ponderandis cortinam ac tripodem reip. athlantes, sacrarum legum antistites oracula postulâsse, & à sacra olim Jovi Quercu divina quæsivisse responsa?

Nonne Tu *es Fabri filius* ? *Joannes Gabriel Fabri, SS. Theologiæ Doctor, & Gymnasii Montani Regens* ? Re & nomine, paternæ prudentiæ, omniumque virtutum fœcundissimum germen, paternæ gloriæ propagans memoriam: nonne Gabriel prænomine Angelus? Equidem angelici prænominis appellationem traxisti in mores, castimoniâ & pietate illustres, ut studiosæ juventuti laudabili præluceres exemplo, *& temetipsum formam dares ad imitandum*: quia pietas in Deum, ait S. Ambrosius, est initium intellectûs, & fundamentum omnium virtutum, cereis adolescentum animis ante omnia inserendum. Pios autem viros, inquit D. Gregorius Nazianz. angelos potiùs dicamus, quàm homines, clarissima sidera, & præstantissima membra Christi, immortalis Dei sigilla, & astra carne vestita. Angelus es, ait S. Gregorius Magn. ut sicut olim angelus Lothum è sordidissimis Sodomæ flammis eductum in montem salvandum duxit; ita Tuæ commissam curæ juventutem in *Monte* castitatis salvam summo eniteris studio, & provocas exemplo: noscis enim ex Lactantio, quòd castimonia quasi fastigium sit, omniumque consummatio virtutum. Legisti in Cypriano, quòd sit honor corporum, ornamentum morum, vinculum pudoris, probitatis

Matth. 13. 55.

2 Thessal. 3. 9.

Lib. 1. de offic. cap. 25.

Epist. ad Hellen.

In cap. 19. Genes.

De Virg. lib. 6. cap. 23.

De bono pudic. & lib. de sing. cler.

præsidium, & improbitatis excidium, ubertas gloriæ, & sterilitas criminum, sinceritatis indicium, integri-
Lib. de Vid. tatis dignitas, & pronuba sanctitatis: per quam, ut S. Ambrosius ait, homines angelis assimilantur; & quia flos est pulcherrimus angelica castitas, simul & pretiosissimus, qui ad levem marcescit auram, levique flatu corrumpitur, maximè ubi ætas consentit ad vitium, eam cum S. Hieronymo inclamans & verbis commendas, & exemplo doces, & opere juventuti inculcas.

2 Reg. 2. 3. Psal. 118. 66. Sapient. 7. 13. *Doctorem* quoque agis, quem *Deus scientiarum Dominus docuit disciplinam & scientiam*: quam etiam *sine invidia aliis communicas, & honestatem illius non abscondis*: est quippe scientia nobilis animæ possessio, quæ distributa suscipit incrementum, & avarum dedignata possessorem elabitur; non secus ac lumen de lumine citra dispendium alterutrius; ideoque infatigabili conaris labore & industriâ, ut in antiquissimo Tuo Montanæ Gymnadis athenæo gloriosa scientiarum incrementa latiùs propagentur, ut venerabiles inde vel infulis illustres, vel pedo spectabiles Divorum aris assistant pontifices; vel inviolabili sacramento subscriptas Numini cohortes moderentur; vel augusta majestatis latera æquè sagatâ ac togatâ stipent Pallade; vel subjectis urbibus, populisque jura dicant; vel in leges cogant provincias, quos ita Tuâ vel informare eruditione, vel excolere conversatione, vel impellere exemplo, vel excitare imperio, vel dirigere legibus, vel armare virtute, nunquam desinis: adeoque nulla occurrere possint incommoda, quæ non exsorbeant; adversa, quæ non invadant; honestatis leges, quas non asserant; vitia, quæ non extirpent; virtu-

tes,

tes, quas non implantent; ruina, quam non fulciant; prosperitas, quam non adaugeant; zelus & æmulatio, quam non inflamment. Quo fit, ut Professores Gymnadis tuæ nunquam ab informanda juventute linguam & ingenium, ab adeundis difficultatibus pectus, ab exhibendo subsidio manus, à supportandis oneribus humeros, à flectendis animis eloquentiam, solertiam à promovendis artium studiis, à reformandis moribus disciplinam subtrahant; ut, inquam, in cathedris oratores, in templis antistites, in consiliis oracula, in aulis moderatores, ad posteritatis admirationem, Gymnadis verò Tuæ fabricent perennitatem. Hinc sapientissimus Socrates non immeritò causabatur, sese ob hoc abstinere à reipubl. administratione, quòd majora eidem præstaret emolumenta, qui plures efficeret idoneos regimini, quàm qui ipse regeret.

Tu, *Regens vigilantißime*, præstas utrumque; Tu catenatâ semper industriâ didicisti quæ doceres, docuisti quę didicisti: ut oceanus hausisti doctrinarum flumina, ut emitteres: ut speculum accepisti lucem, ut refunderes: regis ut servias, & servus sis omnium: gloria omnium tua est vigilantia, omnium otium tuus est labor, omnium studium tua est diligentia, omnium delitiæ tua est industria: ut Sol non alius diviti, & alius pauperi; sic omnibus idem es, omnes æqualiter scientiâ illuminas, omnes pariter humanitate recreas, calefacis benignitate, influxu promoves liberalitatis: quidquid usquam virtute excellens, affabilitate gratum, pietate sanctum, justitiâ incorruptum, consilio grave, prudentiâ maturum, id totum in Gymnadis Tuæ emolumentum effundis.

Quid

Amos Cap. 2. 9.

Quid supereſt, quàm quòd cum Amos Propheta exclamem: *Altitudo cedrorum altitudo Tua, & fortis quaſi Quercus*, quæ, ut Plinius ſcribit, magnæ eſt altitudinis, magnæ fertilitatis, ſoliditatis, & imputribilis firmitatis, ut, quò profundiùs, longiùsque ſub terra & aquâ defoditur, tantò efficitur magis durabilis & imputribilis; atque ideo deorum olim in templis, & Regum palatiis celebres inde ſtatuæ, ſolidæque fabricabantur columnæ. Taceo hîc animi Tui fortitudinem, & conſtantiæ firmitatem, &c. gentilitiâ quercu ſymbolizata, de quibus magnus Eccleſiæ Doctor Auguſtinus ſic fatur: Illa eſt humanarum rerum ſcientia, quæ novit fortitudinis robur, lumen prudentiæ, temperantiæ decus, juſtitiæ ſanctitatem; hæ enim ſunt, quæ nullam metuentes fortunam, illam tranſcendunt. Hæc eſt nobilis quadriga virtutum, quâ in excelſum tam humanæ quàm divinæ gloriæ cœlum evehimur, &c. Hæ quidem laudes Tuæ, *Regens Vigilantiſſime*, ait idem Auguſtinus, ſunt folia Ilicis Tuæ; ſed fœcundus & glorioſus inde ſperatur fructus, ut Fabriana tandem ſigni gentilitii Trabs, quercus fœcunda glandibus, ſummæ ædis inferatur ſedibus, & prædeceſſorum tuorum inſiſtens veſtigiis firma & imputribilis in templo Dei ſubſtituaris columna, ad immortalem Fabrianæ familiæ Tuæ memoriam perennatura. Quod intimo ex animo voveo, precorque

Apud Berchor. lib. 12. cap. 78. reduct. moral.

Lib. 1. contr. Acad. & Lib. 2. contr. Manich. cap. 10.

Serm. 5. de verb. Dni.

Admod. R.da Perilluſt. & Ampliſſimæ
Dominationis Veſtræ

Servus officioſiſſimus
Joannes Schlebuſch, Bibliopola.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Lectori benevolo & candido salutem à Fonte salutis.

TUrpe quidem dictu, sed si modò vera fatemur, *libros scribendi qualescunque pruritus, & avida Auctoris nomen titulumque captantium ambitio, nostro ævo omnem prorsus modum excessit; quæ res manifesta nimis, prôh dolor! est. Maxima autem pars istiusmodi librificum* (novæ voci precamur veniam) *hunc ferè morem sequitur, ut fœtibus suis in lucem edendis, magnificos suspendant titulos, mero putamine, cui nihil insit nuclei, lecturis illusuri: quod cui crimini accedat, notum est; Cumque ipsorum libri sint utplurimum* (*Horatii verbis utimur* ex Lib. 1. epist. 16.)

Introrsum turpes, speciosa pelle decori.

Quis non sibi persuadeat, dum nihilominùs in publicum protruduntur, id non fieri, nisi Laureolam in mustaceo querendi causa: sed quis etiam rem adeò indignam ægrè non ferat?

RODINGUS noster, quem hîc denuò sistimus, in longè diversum finem sæculo superiori animum ad scribendum applicaverat; & quas functiones obiverit Vir clarissimus, à Serenissimo Principe, Hassiæ Landgravio, *Cameræ Imperiali Adsessor nominatus, quæque ipsi fuerit causa, conscribendi* (ita dictum) Manuale

Pandectarum Juris Cameralis, *Lector benevolus vel hinc cognoscere queat. Hæc eadem nostra docebit Præfatio, RODINGUM id maximè in votis habuisse, ut ex intimis rerum Cameralium penetralibus optimum quodque decerpendo & colligendo,* Sereniſſimi Principis *suprà memorati voluntati satisfacere, ejusque expectationi respondere ex asse posset: Neque sanè spes ea fefellit. Facilè autem judicaverint, qui aliorum operas æquè ac prudenter norunt æstimare, quàm grave opus hoc tali instituto susceperit in se auctor, & qui non ipsi fuerint superandi labores, ad conficiendum ex amplissimo Constitutionum legumque Imperialium pelago utile compendium, atque illud in methodicam formam redigendum: quod quidem citra ambitionem, cujus causas procul habeat, felici dexteritate peregit, utì res ipsa loquitur: Atque hôc pactô non solùm apud Principes Viros coævos sibi, gratioſus esse, & à doctis laudari amarique meruerit; Verùm etiam memoriam sui, gratâ laborum tantopere utilium celebratione, nunquam non recolendam, ad seros posteros transmisit.* Rodingi *sanè nostri ita, utì diximus, constructus Liber, concinnâ suâ & compendiosâ methodo, mirificè Orbi erudito arrisit: Sanctioremque omninò censuerunt viri probi, & integritate vitæ conspicui, quàm ut injuriosas illi manus inferre liceret; Quantumvis nec defuerint sequioris notæ homines, qui ex ipsius penu innumera amoventes, non erubuerunt, ea tanquam ex suis cerebris nata venditare; invisi tamen eapropter, quibus* De meliori luto finxit præcordia Titan, *qui illico ex ungue Leonem cognoverunt, & ita sentiunt, mutuatis plumis superbire, admodum indecorum esse. His autem missis, verba consertum eamus, cum masculâ & ingenua, dextrè sincerèque rem gerentium progenie,*

genie, qui Auctori nostro honoris ergo purpuram & paludamentum adjecerunt, tantum abest, ut ei ullâ ratione detraxerint. Hi nempe sunt, qui ipsum, non secus ac si novâ veste amicirent, commentariis & annotationibus suis auctiorem reddiderunt, illustrioremque: quæ causa procul dubio est, quòd hodieque reliquos de rebus Camerâlibus tractantes antecellit, & inter illos, tanquam inter reliquas stellas, Phœbus lucidissimus micat, ipsis etiam fatentibus, quorum alioqui reprehensionem & vellicationes rarò quidquam effugere potest: Qui nimirum temperare sibi nequeunt, quin Rodingi opus impensè commendent: tanta veritatis vis inest & efficacia: Et sanè laudari nunquam satis posse, plurimi rectè arbitrantur. Vera quippe & genuina atque fœcunda exhibet Cameralis juris semina, atque in illo, velut in centro, Ordinationum Cameræ, Recessuum Imperii, & singularum præterea partium in conspectu tituli enumeratarum sanctiones decisionesque, suis quæque locis magno consensu apte coincidunt. Præterea quicquid in frontispicio hujus editionis nos promittimus, integrâ fide exsolvitur, ne quod aliis nos, vicissim nobis objiciatur, prolixos titulos libris non adeò magni pretii præfigi. Confidimus autem, quòd vel superficiaria operis, quale jam prodit, inspectio, lecturis fidem sit factura, nihil neque in titulo libri, neque hoc præfamine, perperam nobis excidisse; sed multa nec proletaria, præter ea, quæ superiori editione continebantur, (quorum nihil quidquam omissum) ex praxi & stylo novissimo hausta, huic renovatæ accessisse. Quia verò prolixum foret & tædiosum, rem declarare exemplis, neque decet nec lubet proëmii fines transcendere, nobis ipsi imperamus silentium; Illud saltim addendo: Postquam Memorialia visitationum, ex

quibus non minimam partem juris & processus Cameralis collectam esse constat, Anno 1686. *nuper elapso typis publicis exarata, quorum anteà non nisi quædam fragmenta usurpare licebat: illam collectionem ad illustrationem nostri operis oppido multum conferre: siquidem ex dictis Memorialibus originem & orationem cujuscunque Constitutionis, quæ anima legis esse dicitur, investigare & invenire, cuilibet integrum est. De aliis Imperii Constitutionibus, quæ in Corpore Recessuum Imperii extant, multa præloqui, studio præterimus, ad finem properantes. Unicum superaddimus: Quemadmodum* Salvii Juliani, *JCti è veteribus famosissimi, à quo diversæ Scholæ sectator,* Ulpius Marcellus *frequenter dissensit, (cujus illustre exemplum adfert* Ulpian. L. 12. §. 5. de usufr.) *utpote qui quâcunque datâ occasione aculeos suos in Julianum vibravit; magna illo tempore auctoritas, & ab aliis JCtis creditum fuit. Verissimum esse, quod Julianus dixerit. Vid.* L. 27. §. 3. ad L. Aquil. l. 2. in fin. de noxal. act. l. 10. pr. si quis omiss. caus. testam. *Ita & de* Rodingo *nostro prædicari posse, quæ scripserit, certis fundamentis innixa & veritati consentanea esse. Cæterùm, ut spes nostras metusque apertè profiteamur, non quidem polliceri nobis ausimus, isthoc Rodingianum Opus, quo habitu jam concinnatum exit, à censura nodum in scirpo quærere & immitius judicium ferre consuetorum fore exemptum: Immò prævidemus eminus plaustra animadversionum, quibus præstringere operam nostram, unus alterve sibi fortè assumet. Verùm, utut res cadat, stat nobis sententia, ejusmodi insultus æquo animo ferre, & bonâ conscientiâ fretis, malevolorum morsus generoso silentio contemnere. Tu autem,* Lector benevole ac candide,

dide, *quisquis es, lege, quæsumus! relege, perpende & examina, quod tibi offertur: Animadvertis, in disponendis & connectendis titulorum sectionibus lapsos fuisse; fac benignè moneas meliora edoceri & sequi paratos. Nec enim nescimus, quicquid humani potest alius, quibus nos sumus inferiores, idem & nobis potuisse accidere. Sin verò plurima, quod speramus, ad palatum & tuo usui futura deprehendis, ea, rogamus, gratô animô accipito, probatoque, adeoque stimulum nobis addito, ad suscipiendum boni publici causâ, alios hoc genus labores. Hîc itaque filum abrumpimus, ac ut* Rodingo aucto *feliciter utaris, sincerè vovemus. Vale. Perscriptum Spiræ Idibus Martii,*

A. R. S. MDC XXCVIII.

INDEX TITULORUM PANDECTARUM CAMERALIUM LIBRI PRIMI.

Titulus I. *Pandectæ Camerales, & Jus Cameræ quid, & quæ ejus partes.* pag. 1

II. *Judicium Camerale quid, quando, à quo Imperatore constitutum, & ubi hodiè exerceatur.* 5

III. *Judicium Camerale quibus rebus constet, Jurisdictio Cameræ quid: quomodo conservanda & declinanda* 16

IV. *De duplici lites ad Cameram deferendi ratione, Jurisdictio Cameræ quot modis fundetur, & de personis, adversus quas Jurisdictio Cameræ in prima Instantia fundata est.* 23

De Judicibus Ordinationis. 41

V. *Ratione causarum Jurisdictio Cameralis quomodo fundetur.* 64

VI. *De causa fractæ pacis publicæ religiosæ.* 65

VII. *De causis fractæ pacis publicæ profanæ.* 72

VIII. *De causis Fiscalibus.* 93

IX. *De causis litigiosæ possessionis inter personas immediatè Imperio subjectas.* 109

X. *De causis pignorationum.* 113

XI. *De Causis Arrestorum.* 145

XII. *De Causis Mandatorum cum vel sine clausula.* 168

De Constitutione Imperij condita anno 1654. von Schuld-Sachen ꝛc. 201

XIII. *De causis relaxationis juramenti ad effectum agendi.* 217

XIV. *De Causa L. diffamari.* 221

XV. *De causis denegatæ vel protractæ justitiæ.* 233

XVI. *De jurisdictione Cameræ in causis violati privilegij Cæsarei.* 241

XVII. *De Jurisdictione Cameræ in Feudis & bonis Imperij litigiosis, an fundata sit, si de bonis sub diversa Jurisdictione sitis litigetur.* 245

De continentijs causarum: Caput singulare. 250

XVIII. *De Jurisdictione Cameræ in Commissionibus ad perpetuam rei memoriam, declaratione pœnæ compulsorialium, Executionibus, in dationibus atque confirmationibus tutorum & curatorum.* 267

XIX. *Per viam provocationis, quomodo causæ ad Cameram devolvantur.* 271

XX. *In provocatione quæ considerandæ, & de jurisdictionis Cameralis in provocationibus fundanda ratione duplici, ubi etiam de privilegijs.* 282

XXI. *Provocatio ad Cameram quotuplex. Appellatio quid sit, de nullitatis per appellationem devolutione, & quatenus nullitates in Camera attendantur.* 325

XXII. *In appellationibus quæ considerandæ.* 328

XXIII. *A quibus Judicibus ad Cameram appelletur, & quatenus à Magistratu extrajudicialiter gravamen inferente ad Cameram appellari possit, ubi de appellationis insinuatione.* 329

XXIV. *Quinam ad Cameram appellare possint.* 338

XXV. *De Actorum editione, & quomodo Judex inferior Acta prioris instantiæ edere teneatur.* 339

XXVI. *Formalia appellationis quid, & quomodo à sententijs tùm definitivis, tùm Interlocutorijs ad Cameram appellandum.* 351

XXVII. *De Fatalibus appellationum, & de fatali appellationis interponendæ tempore.* 367

XXVIII. *Fatale appellationis prosequendæ quid, quotuplex: Appellationis introducendæ quid sit.* 370

XXIX. *De fatali appellationes terminandæ.* 378

XXX. *Quot modis appellatio tollatur, & quinam ad Cameram appellare prohibeantur.* 379

XXXI. *In quibus causis appellationes ad Cameram non recipiantur.* 385

XXXII. *Appellationes quomodo desertæ reddantur.* 392

XXXIII. *Simplex provocatio ad Cameram quid, & quotuplex, & de Jurisdictione Cameræ in causis nullitatum.* 405

XXXIV. *De jurisdictione Cameræ in petitione restitutionis in integr.* 412

XXXV.

XXXV. *De jurisdictione Cameræ in reductione ad arbitrium boni viri.* 415

LIBRI SECUNDI.

I. *Processus Cameralis quid, & quotuplex; quid Audientia, & quotuplex sit.* 420
II. *Qua solennitate audientia judicialis à parte Judicis in Cam. celebretur.* 422
III. *Qua solennitate Audientia Judicialis à parte personarum litigantium celebretur, & de Advocatorum & Procuratorum in audientia ordine.* 425
IV. *De ordinibus rerum in audientijs agendarum observandis.* 428
V. *Ordo rerum in audientijs agendarum quadruplex, & de sententiarum ordine.* 429
VI. *De ordine Novarum.* 430
VII. *De ordine præfixarum.* 434
VIII. *De ordine præfixarum extraordinariarum, & quæ causæ extraordinariæ sint.* 435
IX. *De ordine præfixarum ordinariarum.* 437
De ordinibus rerum. Caput singulare. 438
X. *De rebus, quæ coram Deputatis agendæ sunt.* 451
XI. *Ubi & quando audientiæ celebrentur.* 455
XII. *De ferijs, quibus Camera Imperialis ab audientijs vacat.* 457

LIBRI TERTII.

I. *Processus causæ quis, & quæ ejus præparatio: processus quid, & quibus rebus constet.* 460
II. *In eminatione processuum, quæ considerandæ sint, & de processibus decernendis in genere.* 461
III. *De varijs & summis processuum generibus.* 480
IV. *De citationibus, earumque varijs formis, ubi de citationibus ad reassumendum, & denunciationibus.* ibid.
V. *De Mandatis cum clausula.* 500
VI. *De Mandatis sine clausula.* 506
VII. *De Monitorijs.* 516
VIII. *De Mandatis de non offendendo, avocatorijs & auxiliatorijs.* 518

IX. *De inhibitione litigiosæ possessionis.* 523
X. *De Mandatis prohibitorijs & demolitorijs in causa novi operis nuntiationis.* 525
XI. *Processus ad tertium quinam sint, & de inhibitionalibus.* 527
XII. *De promotorialibus*, von *Promotorial*-Schreiben. 543
XIII. *De Compulsorialibus.* 546
XIV. *De Commissionalibus, ubi de commissionibus, earumque formis, itemque de commissarijs, & rebus ad commissiones atque commissarios pertinentibus.* 550
XV. *De processibus dilationum.* 564
XVI. *De literis mutui compassus*, von *Compass*- oder Bitt-Brieffen. 565
XVII. *De Sequestratione.* ibid.
XVIII. *De Arrestis* 566
XIX. *De Literis pro informatione Judicis*, von Schreiben um Bericht. 572
XX. *Quomodo processus impetrandi, & supplicationes pro processibus impetrandis formandæ sint.* 576
XXI. *Quomodo pro impetrandis processibus supplicationes Judici offerendæ, & de documentis supplicationum simul exhibendis.* 593
XXII. *Terminus procedendi quid, & de terminis processus in genere.* 599
XXIII. *Terminus procedendi quotuplex, & de termino ordinationis.* 609
XXIV. *Terminus arbitrarius quid, & quotuplex sit, & terminus procedendi quomodo constituatur inter partes litigantes, earumve Procuratores.* 612
XXV. *Judex, quando terminum procedendi constituat.* ibid.
XXVI. *De Dilationibus probandi.* 615
XXVII. *Prosecutionis processus quis, & quotuplex sit, de terminis, & quæ processus prosecutionis partes.* 622
XXVIII. *Instantia quid, & quibus rebus constet.* 623
XXIX. *De primo instantiæ termino, & rebus primo termino peragendis.* 624
XXX. *De secundo termino, & rebus termino secundo peragendis.* 631
XXXI. *De tertio termino.* 684

XXXII. *De quarto termino.* 688
XXXIII. *De quinto termino.* 690
XXXIV. *De sexto termino.* ibid.
XXXV. *De septimo, & reliquis terminis, videlicet octavo, nono, decimo & undecimo.* 692
XXXVI. *De conclusione causæ.* 696
XXXVII. *De terminis instantiæ observandis & præteritis, vel mendosè habitis reparandis.* 702
XXXVIII. *De processu instantiæ in quibusdam causis speciali.* 703
XXXIX. *De processu in causis Mandatorum.* 704
XL. *De processu in causis Mandatorum C. Clausula.* 707
XLI. *De processu in causis Mandatorum S. clausulâ.* 714
XLII. *De processu in causis fractæ pacis profanæ.* 722
XLIII. *De processu speciali in causa purgationis.* 725
XLIV. *De processu in causis Fiscalibus.* 727
XLV. *De processu in causis litigiosæ possessionis.* 728
XLVI. *De processu in causa relaxationis Juramenti ad effectum agendi.* 729
XLVII. *De processu in causis pignorationum.* 731
XLVIII. *De processu in causa L. diffamari.* 737
XLIX. *De processu nullitatis.* 738
L. *De processu reconventionis.* 739
LI. *De contumacia accusanda, contumacia quotuplex, contumaces præsentes quinam sint.* 740
LII. *Contumaciter absentes quinam dicantur, & quotuplex contumacia absentium sit, ubi de circumductione termini citationis.* 741
LIII. *De proclamate, quid sit, quomodo & quando postulandum atque decernendum, & qui ejus effectus sint.* 747
LIV. *Adversus Actoris vel Appellantis contumaciam quomodo procedendum.* 753
LV. *Adversus rei vel Appellati non comparentis contumaciam quomodo procedendum.* 756
LVI. *Adversus tutores vel curatores contumaces quomodo procedendum.* 759
LVII. *Adversus contumaciam Procuratorum quomodo procedendum, & contumaciæ ab illis commissæ pœna.* 761

LVIII. *Adversus contumacem tandem comparentem quomodo procedendum.* 764
LIX. *Judicis decisio quid, & quænam in ea consideranda.* 765
LX. *De restitutione in integrum contra sententiam Cameræ Imperialis.* 769
LXI. *De revisione.* 781
LXII. *De Syndicatu.* 807
LXIII. *Quid Executio, & quæ ejus media & modus seu processus.* 808

LIBRI QUARTI.

I. *Personarum Cameralium nomine quinam intelligantur, & de earum divisione.* 814
II. *De Judice Cameræ Imperialis, & ejus officio, itemque vicario.* 815
III. *De Assessoribus Cameralibus, & eorum officio.* 819
IV. *De Cameralibus Advocatis & Procuratoribus Fisci & utriusque officio.* 826
V. *De Advocatis & Procuratoribus partium, & eorundem officijs in Cam.* 827
VI. *De Administratore Cancellariæ, & ejus officio.* 833
VII. *De Cauerali Quæstore, & ejus officio.* 835
VIII. *De Cameralibus Protonotarijs & Notarijs & eorundem officio.* 837
IX. *De Lectoribus Cameralibus, & eorum officio.* 839
X. *De Tabellariorum Cameralium Magistro, ejusque officio.* 840
XI. *De Cameralibus Ingrossistis & Copistis, & eorum officio.* 841
XII. *De Pedello & Famulo Camerali, & utriusque officio.* 842
XIII. *De Tabellarijs Cameralibus & eorum officijs.* 843
XIV. *De modo referendi in Camera.* 846
XV. *De Cameræ immunitate.* 848
XVI. *De Salario Cameralium.* 852
XVII. *De Medijs, unde Salarium desumendum.* 856
XVIII. *De modo exigendi Salarium.* 860

****

ELEN-

ELENCHUS CONTENTORUM OPERIS,

Præter ea, quæ Indice titulorum designantur.

I. COmmune Decretum, 13. *Decembr.* 1659. publicatum, ejusque declarationes & accessiones. Pag. 864

II. Alte gewöhnliche taxa laborum Advocatorum, Procuratorum, Commissariorum, actorum priorum, Lectorum, Tabellariorum. 876

III. Judicii Cameræ Imperialis nova taxa Cancellariæ. 881

IV. Weg-Weiser von Speyer auß / auff alle und jede des Heil. Reichs Chur-Fürsten / Stände und Städte gerichtet. 883

V. Calendarium Cameræ perpetuum duplex, cum ejusdem explicatione. ad Pag. 888

Requisita principaliora pro impetranda Matricula Notariorum Cameræ Imperialis tam præsentium quàm absentium. 889

VI. Des Hochlöbl. Käyserl. Cammer-Gerichts Vormunds-Ordnung: *Quæ titulo Mantissæ primæ accedit.* 894

VII. Extractus literar. Collegii Cameral. ad Sac. Cæsar. Majestatem, &c. *Mantiss.* 2. 903

VIII. Mandatum arresti, requisita repressaliarum exhibens. *Mantiss.* 3. 905

IX. Supplicat. pro mand. de solv. S. Cl. ubi de pacto obstagii, & clausulis executivis. *Mant.* 4. 912

X. De Modo præstandi solennia in tutelis immediatorum. *Mant.* 5. 920

XI. Mandat. de exequ. Imp. Recess. &c. *Fiscalis cont.* Lüttich. *Mant.* 6. 923

XII. Mand. de inrotuland. & transmittend. actis, S.C. *Mant.* 7. 933

XIII. De intellectu privilegii Lubecensis, de non appellando quoad nexum corporis. *Mant.* 8. 936

XIV. A citatione an appellari possit? *Mant.* 9. 938

XV. Supplicatio pro mandat. de avocando milite. *Mant.* 10. 939

XVI. An duo fratres in eodem Collegio Senatores esse possint? *Mant.* 11. 941

XVII. Reductio der Cammer-Gülden zu Reichs-Währung/ & vicissim. *Mantissa* 12. 946

XVIII. Relatio notabilis, in causa compromissi. *Mant.* 13. 950

PAN-

PANDECTARUM CAMERALIUM, *SIVE* JURIS CAMERALIS, *LIBER PRIMUS.*

DE JURISDICTIONE CAMERÆ IMPERIALIS,

TITULUS I.

Pandectæ Camerales, & Jus Cameræ quid, & quæ ejus partes.

§. 1.

PAndectæ Camerales sunt, quibus Jus Camerale comprehenditur. Pănd. Cam. quid sint?

2. Dicuntur *Pandectæ Camerales*, quòd nihil non contineant, quod ad Cameram Imperial. spectat. Pandectarum autem vocabulum Græcum est, (compositum ex πᾶν & δέχομαι, i.e. *omne capio.* Gell. *Noct. Att. Lib.* 13. *c.* 9.) quod ante *Justinianum Imp.* JCtis usitatum fuisse, Catalogus auctorum Pandectis præfixus ostendit. Rationem denominationis reddit idem Imperat. *in Constit. Tanta* §. 1. *Vid. Petr. Blesens. Epist.* 140. *Budæum in Annot. ad Pand. l.* 1. *de Just. & jur.* Derivatio nominis.

3. Jus Camerale est, quod Constitutionibus & Legibus Imperij Cameræ Imperiali peculiariter constitutum, vel observatione stylóve judicij receptum est. Jus Camerale quid?

4. *Isti Rodingij definitioni addiderunt Commentatores*: Jus Camerale complectitur, quæ vel de Camera peculiariter constituta, vel à Camera speciali jure inducta, vel ad Cameræ cognitionem legibus publicis sunt delata. *ex Denais. in Præfat. Jur. Camer.* quid complectatur?

5. In novissima tamen & auctiori *Denaisii* editione *Argentoratensi, de anno* 1652. in præmonitione ad Lectorem, paulò latiùs describitur Juris Cameralis complexus; quòd Jus Camerale, quô hodie

Camera utitur, constet ex Jure communi, ordinatione, legibus seu Constitutionibus Imperij, decretis visitatorum vel Cameræ, consuetudine, stylo: *Quæ partes per allegatos titulos demonstrantur.*

Descriptio Blumij.

6. *D. Jacobus Blumius in Proc. Cam. tit.* 2. §. 1. istam exhibet descriptionem: (*cui tamen Viri eruditi Rodingianam præferunt*) Quòd Jus Camerale sit Ordinatio, modum res controversas in foro Camerali disceptandi præscribens; illúdque *dividit* in scriptum & non-scriptum: *illius* species statuens, Ordinationem Cameræ, Recessus Imperij, Recessus visitationum, Memorialia visitationum, Consulta Cameræ, communia Decreta, tam judicialia, quàm extrajudicialia, jus statutarium & consuetudines cujuslibet loci, atque privilegia Statuum Imperij; *Huic* (*non-scripto*) verò consuetudinem, observantiam & stylum Cameræ asserens.

Jus Camerale quotuplex?

De memorialibus visitationum notabile.

7. Hic notari meretur de *memorialibus visitationum* (quibus Visitatores præscribere solebant Personis Cameralibus, quâ ratione singulæ in obeundis muneribus suis versari debeant. Blum. *dict. tit.* 2. §. 11.) quòd illa, sicut multa alia, in peculiari libro, quem vocant ALCORAN, sint conscripta, nullíque antehac fuerit licitum, librum illum, catenâ vinctum, in ædes suas secum ferre. Hoc tamen *hodiè* non ita strictè observatur; maximè postquam hujusmodi memorialia, inter *Recessus Visitationum*, nuper admodum typis excusa & juris publici facta sunt.

Recessus Imperij ut Cameræ insinuentur.

8. *Superioribus subnectunt Commentatores*: Ut Camera ad observantiam Recessuum Imperij adstringatur, ad munus *Eminentissimi Electoris Moguntini*, tanquam S. R. I. per Germaniam Archi-Cancellarij, spectare, ut illos, factâ per Imperium publicatione, specietenus Cameræ insinuari curet: Id, quod, *de observantia*, fit per nudas litteras; solet enim transmitti sola copia Recessûs, citra aliam solennitatem. Sed hic omnino fas est albô calculô notari, quæ illustris *Cameræ Imperialis* Assessor, *Dn. Ericus Mauritius*, in Dissertatione *de Recessibus Imperij th.* 27. *pag.* 33. produxit, cujus hæc sunt verba: Publicati Recessûs duo, ut vocant, originalia scribuntur; eorum unum Imperatoris, alterum Moguntinæ Cancellariæ infertur. Moguntinus deinde Elector, jubente Imperatore, exemplum ejus Imperialis Cameræ judicio transmittit. Mandati Cæsarei formula hæc extat apud Arumæum *de Comit. c. fin. num.* 105. Nachdeme im jüngsten Reichs-Abschied viel Articul begriffen sind/ die Euch be-

berühren/ und zu vollziehen gebühren/haben Wir dem Ehrwürdigen N. Ertz-Bischoffen zu Mäyntz / des H. Reichs in Germanien Ertz-Cantzlern / Unserm lieben Neven und Churfürsten / auffgelegt/Euch von solchem Reichs-Abschied Abschrifft zuzustellen. Und ist darauff Unser gnädigster Befehl an Euch / daß ihr solchem Reichs-Abschied in allen Articuln / Puncten und Meynungen / so viel Euch belanget/ und zu vollziehen gebühret/ gehorsamlich nachkommet und gelebet; daran erstattet Ihr Unsern gefälligen Willen und Meynung. Quid verò *excellenter* hodie nomine *Recessus* veniat, si quæras; Qui per modum conventionis inter *Cæsarem* & ordines facti, & subscriptione quoque ordinum signati sunt, *Recessus Imperij* appellantur. Vid. Bœcleri *notit. Lib.* 12. *cap.* 7.

9. Eadem porrò insinuandæ *Cæsareæ Capitulationis* est ratio. Circa quam notandum: *Non parum dubitatum fuisse*, quandoquidem in ultima *Invictissimi* LEOPOLDI I. *Capitulatione artic.* 24. ratione Teloniorum Electoralium, Jurisdictioni Camerali aliquatenus derogatum fuisse videatur, an factâ ab *Electore Moguntino* insinuatione, illud movendum non sit; cùm Electores soli ea, quæ communi Statuum consensu introducta, & Jurisdictioni Cameræ subjecta fuerunt, corrigere non possint: quia tamen hæc res Jura Statuum potiùs concernit, placuit, avertendæ differentiæ causâ, rem silentio præterire; quamvis Capitulatione hâc non obstante, in casibus Teloniorum nihilominus Camera judicatura esset: prout *Anno* 1659. *in causa* A. *contra* E.P. Mandatum inhibitorium *sine*, cassatorium verò & restitutorium *cum clausula* decretum fuit, quod E.P. merces ob non solutum ritè vectigal, sine priùs administratâ Justitiâ, & factâ declaratione, ipso facto Fisco addixerit, *Vide omnino ad calcem operis Mantiss.* 2. Item Capitulationes Cæsareæ. Infr. tit. 12. §. 83.

10. Præmissâ ita insinuatione, si quid in processû aut stylo novi inferant, *Collegium Camerale* per commune decretum, dato spatio ad avisandum litigantes, Advocatos & Procuratores desuper monere solet. Sic insinuato *Recess. Imper. Ratisbonensi novissimo de Anno* 1654. Camera 7. *Septembris*, *Anno* 1654. hoc commune decretum monitorij ergo dedit: Endlich ist der gemeine Bescheidt/ daß zufolg jüngst zu Regenspurg publicirten Reichs-Abschieds/ der Herr Cammer-Richter und Beysitzer die darinn neu verfaßte Ordnung des Gerichtlichen Processûs halber / den 2. Octobris ins Insinuationem quid sequatur?

Werck zu richten entschlossen seyn / darnach sich männiglich zu richten. *Vid. Magenhorst. observ.* 64. ubi meminit, idem circa *Recessum Imper. de Anno* 1594. observatum fuisse.

Vocis Cameræ varia significatio.

11. Cæterùm Camera, ut hoc in tyronum gratiam addatur, propriè significat 1. *fornicem*, sive *testudinem ædificij*, aut locum quemvis Cameratum; sed 2. tropicè sæpiùs accipitur, primùm per synecdochen partis, pro toto ædificio vel conclavi Camerato. Deinde quemadmodum per synecdochen generis accipitur 3. pro loco Principis ærario destinato, secundùm Feudistas ad *c. de pac. tenend. int. subd.* §. *Si quis verò. 2. F.* 53. & ad illam Feudi speciem, quam vulgò *de Camera* appellant: Ita 4. per Metonymiam subjecti pro quacunque re ad comodum Imperij pertinente accipitur, teste Alexandro de Imola *ad Rubric. C. de Jure Fisci*, & Henning Gœden *conf.* 32. *num.* 16. Denique 5. per metonymiam subjecti pro adjuncto, pro *Judicio in Camera Imperiali instituto*, vel pro corpore illo cœtúque & consessu Judicum Cameræ, vel personarum Cameræ Collegio usurpatur. *Matth. Stephani de Jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 3. num.* 12.

Propria hujus loci.

12. Est autem Camera amplissimum, non Imperatoris modò, sed & ipsius Imperij Consistorium, (uti vocat *Tileman. de Benign. in inscription. observat.*) & tribunal, immò Imperij anima: *Parthen. litig. L. 1. c. 1. n.* 7. *Bender. de revis. in proëm. num.* 15. *& concluf.* 9. *n.* 17. Juxta hæc describi posset Camera, quòd sit universale totius Imperij Romano-Germanici judicium, ab Imperatore & omnibus illius *Imperij* Statibus, ad legitimam gravissimarum causarum disceptationem, juxta præscriptam ejus ordinationem, juris experiundi gratiâ, unanimi consensu institutum. Aliæ definitiones videri possunt apud *Paurmeister. de Jurisdict. L. 2. c. 1. Steph. dict. c. 3. & Schönborn. polit. L. 1. c.* 20. Inprimis autem honorifica sunt, quæ recitat Harppr. *Comm. ad Inst. jur. tit. 1. de injur.* §. 10. *num.* 68. ibi: Camera Imperialis supremum est supremi Principis tribunal, & juris perfectissimum columen; asylum & refugium oppressorum; ornamentum atque lumen Patriæ splendidissimum; Justitiæ officina incomparabilis; Consistorium atque Collegium, quo in toto Christiano, immò terrarum Orbe, acceptius, magnificentius, nobiliusque nullum est: Laudans *Cothmannum*, *Friderum Mindanum*, *Mundium*, &c.

Camera quid sit?

Cameræ Imperat.

13. Hîc obiter quoque notandum: Cameram Imperatoris non esse idem, quod Camera Imperialis, *secund. gloss. ad dict. tit. C. d. jur. Fisc.*

Fisc. Camera Imperatoris namque est die Käyserliche Hoff-Cammer / ubi de proventibus & ærario Imperij agitur: *supr.* §. 11. *h.t.* Camera Imperial. verò, ubi Justitia Statibus administratur. & Cameræ Imperialis differentia.

14. Juris Cameralis, *supra descripti*, partes duæ sunt: Una de judicio Cameræ; altera de ejus personis. Partes Juris Cameralis.

15. Quæ partitio lata nimis esse videtur. *Jac. Blum.* ferè ad exemplum methodi Justinianeæ, in personas, res & actiones distribuit. Qui Denaisium novissimè edidit, in *præmonitione ad Lectorem*, arbitratur, totius operis de Jure Camerali, summa capita non ineptè constitui hæc tria posse, ut primum *Juris Cameralis partes* contineat, alterum *personas* respiciat, tertium ad *Jurisdictionem* referatur. Sed hæc talia, prout cujusque palato arridēt, sunt indifferentia: præsertim cùm in praxi, ob varietatem obvenientium materiarum, divisio ita accuratè instituī nequeat, ut omnia penitùs exhauriat.

16. Dictum suprà §. 3. Jus Camerale præscriptum esse Imperii Constitutionibus. Istæ autem tribus ordinationis, quam vocant, partibus; Comitiorum Imperii Recessibus, utì appellantur; Visitatorum Cameræ Memorialibus annuis, ut nominant; & Consistorij Cameralis Senatusconsultis atque Decretis publicis, vel, ut alii appellare malunt, Decretis generalibus continentur, & ex judicij stylo atque praxi observata existunt. Constitutiones Jus Camerale præscribentes.

TIT. II.

Judicium Camerale quid, quando, à quo Imperatore constitutum, & ubi hodie exerceatur.

§. 1.

JUdicium Camerale, est litium *disceptatio solennis*, in Camera Imperiali instituta. Judicium Camerale quid? Explicatio definitionis.

2. Si quis de *personis* primo, & de *judicio* secundo loco tractandum esse contendat, non admodum repugnabo; vereor siquidem, ne *Ordinationis Cameræ* præjudicio vincar, in qua primùm de personis earumque officiis, post de Jurisdictione, tum de processu agitur: nec illo solùm, verùm etiam juris civilis Justinianei exemplo, in quo primùm de jure personarum & postea de rebus disseritur, *Instit. de J. N. G. & C. §. fin.* Sed lex methodi est, ut generalia, ex quorum cognitione sequentia & specialia dependent, præmittantur: Cùm igitur multa sint in libro de personis earumque officiis, quorum

cognitio ex illis, quæ de Jurisdictione atque Processu sunt, dependeat, hæc præmittenda, illa postponenda *esse censeo.*

Judicii variæ definitiones.

3. Dicitur judicium esse litium disceptatio; Judicij autem variæ sunt definitiones. *Vulgò definiunt* 1. Actum trium personarum, Judicis scil. actoris & rei. *Item* 2. Actum legitimum, quo mediante Judex de causa proposita cognoscit, & secundùm æquitatem pronunciat: alii aliter definiunt; sed omnium accuratissima est acutissimi Jurisconsulti Jacobi Cujacij definitio, quæ ad *t.* 1. *lib.* 2. Decretalium nuper prodijt, *Judicium*, inquit, *est litium, quæ inter aliquos exoriuntur, disceptatio judicialis.*

Definitio Judicii in genere.

4. De Judicij Cameralis synonymia, homonymia & alijs videri potest, Blum. *Proc. Camer. tit.* 3. §. 3. *& seqq.* Tum sciendum est, quòd sicuti diversi de hac materia, quæ agit de *Judicijs* in genere, scripserunt, ita ferè singuli aliam definitionem, pro explendo definiendo, finxerint. Palmam alijs præcipere videtur Ummius, qui *Disput.* 1. *th.* 1. Judicium, definit, esse legitimam rei controversæ apud Judicem disceptationem; subjunctâ ibidem explicatione, quæ *arguim. l.* 3. §. 3. *ad exhibend. L.* 3. §. 1. *d. recept. qui arbitr. L.* 14. *C. de judic.* stabiliri potest. Ummij quoque definitionem ad Cameram applicavit Blumius *Proc. tit.* 3. §. 5. ibi: *Judicium Camerale est legitima rei controversæ in foro Camerali disceptatio.*

Authores de Judicio tractantes.

5. Præterea de eadem materia judicij in genere, consuli possunt, Lud. Gilhaus. *arb. judic. Civ. in prælud. num.* 1. 2. 3. 4. ubi Azonis, Marantæ & Vulteji acceptiones exponit. Carpzov. *d. proc. jur. in foro Saxon. tit.* 1. ubi notanter monet, anxios nimis esse Doctores in definitione Processûs atque judicii; istamque curiositatem, Scholæ theoreticæ relinquendam esse, censet Cardinal. Tusch. *lit. I. concluf.* 478. & 479. ubi originem, & quot modis sumatur, quidq; importet, deducit.

Disceptare quid notet?

6. Judicium est disceptatio, *ut supra.* Vox autem *disceptare*, propriè accepta, quemadmodum verba, agere, procedere, prosequi, & similia, notæ significationis sunt. Sed per metaphoram & usum, fori quasi propria facta sunt, & non solùm partes litigantes disceptare dicuntur, quando coram Judice litigant, meritaq; causæ disputant, verùm etiam Judices disceptare, id est, jura partium dijudicare atque de illis cognoscere dicuntur. *L. cum Clericis* 25. *in princip. C. de Episcop. & Clericis. l.* 3. §. 1. *ff. de arbitris & l.* 3. *ff. ad exhibendum. Et c. Forus* §. *Judex. De verbor. signif. & Cicero in Partit. Disceptator,*

Infr. Lib. 3. tit. 28.

in-

inquit, *rei sententiæque moderator.* Idem Cicero eodem sensu sumit. *l.* 4. *Tusculan.* ibi: dum Academicorum controversias disceptaret. Jungatur Calvin. Bertachin. Brisson. *in lexicis*, & argumentum *ex l.* 8. §. 16. *de transact.*

7. Judicium Camerale summum est in *Imperio* Romano, à quo provocare non licet. *Vid. Ordin. Cam. P.* 1. *tit.* 3. *in pr.* revisionem tamen à sententijs Cameralibus quis petere potest, si quidem summa sit revisibilis 3000. flor. vigore *novissimi Recessus*, cæteraque requisita in dicto Recessu præscripta, observata fuerint. *add. infr. lib.* 3. *tit.* 61. Judicium Camerale summum est.

8. Institutum verò est à *Rege Romanor. Maximiliano I.* hujus nominis, communi Statuum consensu, *Anno Christi Salvat. nostri*, 1495. *ultima Octobris*, & ad diem 3. *Novembris* ejusdem anni prima audientia judicialis Francofurti ad Mœnum in urbe Imperiali libera celebrata est, ut testatur Gailius *lib.* 2. *de pace pub. cap.* 1. *num.* 28. Nicolaus Cisnerus *ad tit. Ordination. Cam.* Judicii Cameralis author & Ortus.

9. Ante *annum* 1495. exercebatur etiam quandoque judicium sub nomine des Cammer-Gerichts/sed hoc non semper tunc patuit nec continuè, sed certis & statis tantummodo temporibus (plerumque in Comitiis) fuit celebratum, videatur Londorp. *lib.* 1. *tit.* 2. *pag.* 18. Goldast. Reichs-*Constit. p.* 84. Quod judicium vocabatur *Regimentum*, das Reichs-Regiment: vid. Speidelii *Speculum verb.* Regiments-Rath. Adde omninò de *tempore instituti Regimenti*, *ejusque à Cameræ judicio differentia*, Reinking. *de R. S. & E. lib.* 2. *titul.* 2. *c.* 13. *num.* 66. 67. De Regimento.

10. Judicium hoc Camerale à primis suis initiis, variis fuit expositum locorum mutationibus. Vix enim per biennium *Francofurti* constitit, cùm *Wormatiam* vocaretur; abinde *Noribergam*, *Ratisbonam*, rursum *Wormatiam*, *Noribergam*, *Eslingam*, & denique *Anno* 1527. *Spiram* tanslatum fuit, ubi gratiâ Dei sedes illi jam fixa, adeoque quasi propria censetur esse destinata: & Spirâ sine gravi causa, & *Imperatoris* venia atque voluntate, & sine *Principum ac Ordinum Imperij* consensu, aliò transferri non debet. Meritò, & propter causas gravissimas; quippe sæpius accidit, ut viri præstantissimi recusarent officia in Camera Imperiali, aut susceptа abdicarent, quòd sedem certam atque constantem non haberent. Unde factum est, ut multi minus idonei necessitate ita ferente admissi fuerint. *Ordin. part.* 2. *t.* 34. *in pr.* Sedes Cameræ varia. Tum fixa.

11. Sed

Causæ temporariæ mutationis.

11. Sed Spiræ si commodè atque tutò exerceri nequeat, forsan ob pestem ingruentem, bellumve imminens, Imperatoris atque Principum Imperij veniâ & consensu impetrato, advocatisque & procuratoribus in consilium adhibitis,(veluti quibus,ratione ædium, bonorum, alióque respectu, non minùs atque Assessoribus, mutatio judicij inferre potest præjudicium) Judici & Assessoribus Judicium Camerale in locum aliquem tutiorem transferre, aut ad tempus intermittere licebit, donec translationis causa aut periculum judicii exercitium liberum impediens cessaverit. *Ordinat. 2. t. 34. Recess. Imp. Spiræ Anno* 70. §. 104. **Dieweilen dann** &c. vers. **Wann und wohin.** *Recess. Deputat. Imper. Francofurt. Anno* 77. *Memor. visit. Anno* 56. §. **Und dieweil.** *Recess. Imper. Anno* 94. §. **Was sonsten zu unterschiedlichen.** 104. Quod tamen propterea durante bello, nunquam factum fuit, ne Status ansam caperent, Assessoribus pro illo tempore salarium decurtandi.

Consultationes de translatione Cam.

12. Aliàs sæpe quidem in publicis conventibus, ac novissimè in Dieta Monasterienſi, de ejus translatione, fortè in locum Imperii securiorem, & direptioni militari non ita, ut proh dolor! Spira est, obvium, vel Circulis inferioribus magis vicinum, deliberatum fuit, *Instrum. Pacis Cæsar. Suec. Artic. 5. §. præterea cùm ob enatas.* 20. Hactenus tamen consultatio hæc utpote difficultatibus involuta ultimam manum adhuc desiderat, de quo Recess. Imp. de Anno 1654. §. **Als auch bey dem allgemeinen.** 161. sic habet: **Und haben Jh. Käyserl. Majest. sampt Churfürsten und Ständen / nach reiffer wolbedachter Uberleg- und Berathschlagung der Sachen/berührte** Translation **noch zur Zeit nicht thunlich befunden.** &c.

De multiplicandis Judiciis Cameralibus,

13. Istud quoque scitu dignum est, varia à Statibus, præsertim Protestantibus,in Tractatibus Pacis Osnabrugæ & Monasterii remedia accelerandi Justitiam proposita fuêre; Quidam in quovis Circulo Judicium Camerale habere volebant: Alii duo, alii quatuor, ita ut unum ex Catholicis,alterum verò Protestantibus Assessoribus constitutum esset: quia tamen magna timebatur confusio, placuit tandem Cameram adhuc Spiræ relinquere, & numerum Assessorum ad 50. augere.

De securitate Cameræ in nuperri-

14. Denique, quantum fuerit curæ, Sac. Cæs. Maj. & Statibus Imperii, ut in nupero bello Germano-Gallico, quod Pacificatione Neomagensi anno 1674. sopitum, Cameræ Imperialis securitati

& pro-

& protectioni, mediante beneficio Neutralitatis, quam vocant, Civitati Spirensi indulto, consulerent, quamvis in recenti adhuc memoria hæreat; operæ tamen videtur esse pretium, ex actis publicis subjicere hoc loco nonnulla scripta, quæ memorabilem Neutralitatis illius historiam satis exponunt. Sit itaque primum, die Käyserliche Resolution vom 2. Maji, 1674. nuperrimo bello præstita. Neutralitatis Spic. historia.

15. Der Röm. Käyserl. Maj. unserm allergnädigsten Herrn / ist von deroselben zu gegenwärtigem Reichs-Convent gevollmächtigtem höchstansehenlichem Principal-Commissario, dem Hochwürdigsten Fürsten und Herrn / Herrn Marquardt, Bischoffen / und des H. Röm. Reichs Fürsten zu Eystatt / ꝛc. gehorsamst eingeschickt und hinderbracht worden / was an allhiesige Reichs-Versammlung der Cammer-Richter / Præsidenten und Beysitzere des Käyserl. Cammer-Gerichts zu Speyer / umb Verschaffung dessen Sicherheit abermahlen gelangen lassen / und daß es zumahlen Chur-Fürsten und Ständen bey dem jüngst vorigen Jahrs den 9. Septembris erstattetem Reichs-Gutachten allerdings bewenden liessen / wie solches Sr. Hochfürstl. Gnaden von dem Chur-Mäyntzischen Reichs-Directorio referirt worden. Nun werden allerhöchstgedacht Jh. Käyserl. Maj. ihres Orts gnädigst gern sehen / wann sich ein zulängliches Mittel hervor thun wird / wodurch löblich-ernanntem Cammer-Gericht zu Speyer / und selbiger Stadt / umb der angeführten trifftigen Ursachen willen / bey jetzigen gefährlichen Läufften / die verlangende Sicherheit verschafft werden mögte; Wie dann Se. Käyserl. Maj. berührte Motiven von solcher Erheblichkeit befinden / daß darauff billich Reflexion zu machen seye. Alldieweilen aber dieselbe der Herren Ständen Gutachten / was etwan hierinfalls für ein dienliches Mittel zu ergreiffen / insonderheit aber / ob die suchende Sicherheit füglicher nicht / als durch Eingehung einer Neutralität / zu erhalten seyn mögte? forderist verlangen; So wollen Chur-Fürsten und Ständen anwesende Räthe / Bottschafften und Gesandten ihnen gefallen lassen / ob allerhöchstermelter Käyserl. Maj. ihre allerunterthänigste Gemüths-Meynung / vermittelst eines Reichs-Bedenckens hierüber förderlich zu eröffnen. Und ob zwar Se. Käyserl. Majest. angeregter Neutralität halben kein sonderbahres Bedencken tragen / so werden doch dieselbe sich darzu ehender nicht einverstehen können / biß man derentwegen zuvor auch an Seiten der Cron Franckreich / und zwar schrifftlichen / in forma probante, genugsam versichert seyn wird: Auff welchem Fall mehr allerhöchstbesagte Käyserl. Majest. die behörige weitere Verordnung thun zu lassen / nicht ermangeln werden / damit gedachte Stadt Speyer von allen Durchzügen und Einquartierungen der Käyserlichen / und anderer bey denenselben stehenden Völckern / befreyet / und mit allen andern Kriegs-Beschwerden gäntzlichen verschonet bleiben möge. Welches ob höchsterwehntes Herrn Principal Commissarii Hochfürstl. Gnaden / Chur-Fürsten und Ständen gegenwärtigen Räthen / Bottschafften und Gesandten / gnädigst

befelchter massen / also anzufügen nicht unterlassen wollen / denen dieselbe zumahlen mit freundlich auch günstig und gnädigem Willen allezeit wolgewogen verbleiben. Signatum Regenspurg / den 2. Maji, 1674.

(L.S.) Marqvardt.

Sequitur Reichs-Gutachten vom 28. Maji, 1674.

16. Der Röm. Käyserl. Majest. zu gegenwärtigem Reichs-Tag bevollmächtigtem höchstansehentlichem Principal-Commissario, dem Hochwürdigsten Fürsten und Herrn / Herrn Marqvardten, &c. bleibt hiemit gebührend unverhalten / was massen allerhöchstged. Jh. Käyserl. Majest. wegen der von dem Käyserl. Cammer-Gericht zu Speyer suchender Sicherheit/und zu solchem Ende / in Vorschlag gebrachter Neutralität selbiger Stadt / ertheilte allergnädigste Resolution in den dreyen Reichs-Collegiis in gehörige Deliberation gebracht worden. So viel dann solches Suchen des Käyserlichen Cammer-Gerichts betrifft / demnach offt allerhöchst-ernannte Jh. Käyserl. Majest. zu dessen Sicherheit / obangeregte Neutralität der Stadt Speyer sich nicht zuwider seyn lassen / wann zuvor man derentwegen auch an seiten der Cron Franckreich / und zwar schrifftlichen / in forma probante, genugsam gesichert seyn würde; Als kan man an seiten Chur-Fürsten und Ständen sich damit conformiren / und wird nun solcher schrifftlichen Declaration zu erwarten / so dann auff den Erfolg darüber die Nothdurfft weiters zu entschliessen seyn. Womit / ꝛc. Regenspurg / den 28. May / 1674.

(L.S.) Churfl. Mäyntzische Cantzley.

Sequuntur Articuli Neutralitatis, conventi inter supremum Gallici Exercitûs Ducem, & Civitatis Spirensis Deputatos; è Gallico in vernaculam conversi.

17. Nachdem die Herren Richtere/Præsidenten und Beysitzere des Käyserl. Cammer-Gerichts zu Speyer/ wie auch Herren Bürgermeistere und Rath derselben Stadt/ uns zu mehrmahlen inständig ersuchet/ unsere Dienste dazu zu verleyhen / damit dem König gefallen mögte / ihnen zu Sicherheit besagter Stadt die Neutralität einzuwilligen / und Jhr. Königl. Maj. als welche jederzeit den Ruhestand des Röm. Reichs sonderbar bevor gehalten/in Betrachtung/ daß die Stadt Speyer der Ort ist / allwo bemeltes Cammer-Gericht vorgesagtem Reich die Justitz administriret / und Recht spricht / und dero Vollmacht/ davon Copia hierbey gefüget ist / zugesendet / Krafft deren nun sind wir mit gemelter Stadt Hnn. Deputirten überkommen / und haben ihnen folgende Artickel eingewilliget/und versprochen: Daß währenden jetzigen Kriegs in Teutschland / die Königl. Völcker einige Feindseligkeit gegen des Cammer-Gerichts- und der Stadt anverwandter Personen nicht verüben sollen. Daß das Cammer-Gericht und die Stadt Speyer ihrer Freyheiten / wie vor entstandenem Krieg geschehen / ferner geniessen sollen. Daß sie in Verricht- und übunge ihrer

Ampts-

Ampts-Geschäfften nicht betrübet / noch die Handthierende in Handel und Wandel gehindert werden sollen. Daß die Stadt Speyer von allerhand Einquartierung und Durchzügen der Frantzösischen Kriegs-Völcker befreyet seyn solle. Und daß von denen Inwohnern der Stadt Speyer einige Contribution und Tax / unter was Vorwandt und Namen das seye / nicht solle gefordert werden. Das alles mit dem Bedinge / daß auffs längste in zween Monden besagtes Cammer-Gericht und Stadt Speyer gleichmässige Urkund wegen ihrer Neutralität / von Jh. Käyserl. Maj. beyzubringen haben. So sollen sie auch gestatten / daß die Königl. Officier / Soldaten und andere von der Armee / insonderheit des General-Proviantmeisters Leute freyen Zutritt in der Stadt Speyer haben mögen / umb darinnen / gegen Bezahlung / ihre Nothdurfft einzukauffen: Worunter das Cammer-Gericht und Stadt Speyer zu ihrer Verwahrung solche Vorsorge gebrauchen mögen / die sie am zulänglichsten ermessen werden. So sollen sie auch fleissig darob seyn / daß unter besagter Zeit der zween Monden von denen Käyserl. Völckern zu Nachtheil gegenwärtiger Handlungen / nichts begangen werde. In Urkund dessen haben wir dieselbe mit eigener Hand unterzeichnet. Geben im Feld-läger zu Freimersheim / den 29. Julij, 1674.

(L.S.) Turenne.

Auff Ihrer Durchl. Befehl
Hasler.

Und besser unten:

Georg Zeitböß / Bürgermeister zu Speyer. Johan Böschen / D. Syndicus. Joh. Heinrich Gabler / L. Secret.

Subnectitur aliud **Reichs-Gutachten / vom** 18. Aug. 1674.

18. Der Röm. Käyserl. Maj. zu gegenwärtigem Reichs-Tag gevollmächtigtem höchst-ansehentlichem Principal-Commissarii Hochfürstl. Gn. geruhen ab denen Beylagen sub Numeris 1. 2. & 3. mit mehrerm zu ersehen / was Præsidenten und Assessores des Käyserlichen Cammer-Gerichts zu Speyer / wegen der Neutralität selbiger Stadt / von Franckreich für eine schrifftliche Declaration bekommen / und dißfalls so wol an höchstgedachte Jh. Käyserl. Maj. als auch hiesige Reichs-Versammlung haben gelangen lassen; Alldieweilen nun solches in den dreyen Reichs-Collegiis in gehörige Deliberation gezogen worden / als hat man für gut angesehen / allerhöchst-ernannt Jh. Käyserl. Maj. allergnädigste Resolution, auff vorbesagten von dem Collegio Camerali allbereits erstatteten allerunterthänigsten Bericht zu erwarten / nicht zweiffelend / dieselbe allergnädigst dahin bedacht seyn werden / wie oberwehnte Stadt Speyer zu Conservation dieses höchsten Gerichts ihre Sicherheit erhalten / und mithin das heylsame Justitz-Wesen in seinem Lauff ohngehindert bleiben möge. Womit / &c. Signatum Regenspurg / den 18. Aug. 1674.

(L.S.) Churfl. Mäyntzische Cantzley.

Hoc excipiunt literæ Cæsareæ ad Civitatem Spir. 26. Septembris, 1664.

19. Leopold / ꝛc. Ehrsame / Liebe / Getreue: Was an Uns ihr so wol unterm 31. Julii nechsthin / als auch Unser Käyserl. Cammer-Gericht sub eodem dato, und nicht weniger gegenwärtige Reichs-Versammlung zu Regenspurg / mittelst eines Gutachtens vom 8. jüngst-verwichenen Monats Augusti, gehorsamst gelangen lassen / weilen laut angeschlossener Declaration die Neutralität für Unser und des Heil. Reichs Stadt Speyer von der Cron Franckreich bereits bewilliget worden wäre / daß wir nunmehro solche auch unsers höchsten Orts mit zu belieben gnädigst geruheten / das ist Uns alles seines mehrern Inhalts in Unterthänigkeit vorgetragen worden. Obwohln wir nun darauffhin nicht unterlassen / in sonderbahrer Consideration des alldorten befindlichen Reichs-Archiv, und zu desto ungehinderter Administrirung der heylsamen Justitz hierüber unsern Consens zu ertheilen / und demnach unserer Käyserl. Generalität anbefohlen / ihrer seits nichts vorzunehmen / so der Neutralität zuwider lauffen mögte; Alldieweilen wir jedoch von euren Abgeordneten verständiget werden / als wann unser Feld-Marschall der Duca de Bourneville von dieser Instruction und Ordre nichts wissen wolte; Als haben wir nicht allein sothanen Befelch zu erneueren / und demselben anderweit gemessen mitzugeben der Nothdurfft erachtet / euch zu unverlängter Gegen-Versicherung eine gleichlautende schrifftliche Declaration, als wie vom General Turenne beschehen / zuzustellen / und darob zu halten / daß deren allerdings nachgelebet werde / wie der Copeyliche Anschluß außweiset / sondern aubey des Churfürstens zu Pfaltz und Marggraffen Friederichs zu Baden Lden / Ld. erinnert / demjenigen / was in dergleichen Fällen erfordert wird / auch ihres Orts nachzukommen / und daß solche Verordnung ergangen / ebenfals die Reichs-Versammlung und besagtes unser Käyserl. Cam̃er-Gericht benachrichtiget; Versehen uns aber herentgegen zu euch gnädigst / ihr werdet unsern Käyserlichen und Mit-Allijrten Waffen auff alle begebende Fälle eben solchen Vorschub und Assistentz / als bißhero denen in Philippsburg liegenden Frantzosen beschehen / zu leisten keines wegs ermangeln / und verbleiben euch mit Käyserlichen Gnaden gewogen. Geben in Unser Stadt Wien / den 26. Septembris, Anno 1674.

Agmen tandem claudit Resolutio Cæsar. 13. Oct. 1674.

20. Der Röm. Käyserl. Majest. unserm allergnädigsten Herrn / ist von dero zu gegenwärtiger Regenspurgischen Reichs-Versammlung bevollmächtigtem höchstansehentlichem Principal-Commissario, dem Hochwürdigsten Fürsten und Herrn / Herrn Marqvardten, &c. dasjenige Reichs-Gutachten / welches in puncto der Speyerischen Neutralität / sub dato den 18. Aug. nechsthin / von dem hochlöbl. Chur-Mäyntzischen Reichs-Directorio ad commissionem Cæsaream überreichet worden / allergehorsamst eingeschicket worden. Wie nun allerhöchstgedacht Se. Käyserl. Maj. allergnädigst gern vernommen / daß in berührte

rührte Neutralität an seiten der Cron Franckreich allbereits verwilliget worden seye; Also haben auch dieselbe / in Ansehung des daselbsten befindlichen Reichs-Archivs, und damit die heylsame Justitz umb so viel desto ungehinderter administrirt werden möge / ihres höchsten Orts kein weiteres Bedencken / angeregte Neutralität mit zu belieben; Wie dann S. Käyserl. Majest. allschon in antecessum, vor Einlangung des ihro erstatteten Reichs-Gutachtens / nicht allein derentwegen dero Käyserl. Generalität behörige Ordre ertheilet haben / sondern auch des allergnädigsten Erbietens seynd / solche anjetzo wiederumb zu erneuern / und dessen so wol dero Käyserl. Cammer-Gericht / und die Stadt Speyer / als des Herrn Marggraff Friederich zu Baaden Fürstl. Durchl. zu benachrichtigen. Und verbleiben dabey / ꝛc. ꝛc. Signatum in dero Residentz-Schloß auff St. Wilibalds-Berg zu Eystadt / den 13. Octobr. Anno 1674.

(L. S.) Marqvardt.

21. Superioribus jam commodè subjicitur stricta narratio de his, quæ intra decennium proximè elapsum, securitatis Cameralis causâ, fuerunt deliberata, ex actis publicis decerpta.

22. Ac primò quidem, cùm experientia docuisset, Spirensem *Neutralitatem*, nupero bello, & Cameræ Imperiali, & Civitati salutis causam fuisse, in votis habebat August. Collegium, ut in Pacificatione *Neomagensi*, Cæsar & Imperium cum Regno Galliæ, de *perpetua Neutralitate*, à Spirensi aut qualibet alia Civitate, in qua Camera domicilium sit habitura, quandocunque novum bellum in Imperio exarserit, posthac fruenda, pactum publicum inirent: Atque suum hoc desiderium datis ad *Sacr. Cæsar. Majest.* & Conventum Imperii Ratisbonensem literis, d. 3. Maji, 1678. explicabat.

23. Sed obstitit temporis angustia, intra quod confectum fuit negotium Pacis *Neomagensis*, quò minùs ibi de hac re ageretur; quod agnovit ipsa Camera, sicut constat ex literis d. 30. Januarij 1680. scriptis, quibus, ut suæ conservationis ratio haberetur, à Cæsare & Imperio enixè flagitabat.

24. Inde 1681. d. 6. Junij edito Commissionis Cæsareæ decreto, ut moris est, monebatur Conventus Comitialis, ut Cæsar. Maj. suggereret consilium, quâ ratione viâque Cameræ Imperiali de perenni securitate prospiciendum foret?

25. Quòd verò res traheretur, 22. Julij ejusdem anni, aliis rursum literis Collegium implorabat Cæsarem Imperiumque, nominarent citra moram Civitatem, quæ Cameralis judicij fixa sedes in posterum esse debeat, atque interim præciperent Magistratui Francofurtensi,

vel alterius Civitatis, ut Collegium, & quicquid ad illud pertinet, libenter suscipiat, quandocunque necessitas imperaverit, ipsum concessâ sibi in Ord. Cam. *Part.* 2. *tit.* 34. & Recess. Imp. 1570. §. 103. facultate uti, atque in tutiorem locum secedere.

26. Postquam brevi dehinc intervallo Argentoratum Alsatiæ occupâsset Galliæ Rex Christianissimus, vehementiùs insistebat petitis Collegium, ceu apparet ex literis 7. *Octobr. anni* 1681. illarúmque ratione & respectu latum *d.* 8. *Novembris*, Senatusconsultum Imperij, quo decernebatur, antiqua Judicij Cameralis acta, & depositos in judicio nummos, festinanter, nullâque interpositâ morâ, Francofurtum versus avehi debere.

27. Atque huic Comitiali placito Sacr. Cæsar. Maj. vigore Decreti commissionalis *d.* 22. *Novembr.* promulgati, calculum adjecit, „ cum admonitione, **Churfürsten / Fürsten und Stände wolten mit „ ehistem weiter berathschlagen / weilen diese** Transportirung **nur ein „** Interims-**Werck seye / an was sonsten für einen Ort das Käyserl. „ Cammer-Gericht zu** transferiren **seye / daß es daselbsten seinen beständigen Sitz haben könte /** &c.

28. Nec effectu destituebatur conclusum: Magna siquidem vis actorum judicialium, doliis admodum capacibus inclusorum, *Decembri mense dicti anni* 1681. navigijs transportata fuit Francofurtum, ubi hodienum jacent recondita.

29. Iteravit porrò subsequentibus annis pristinas petitiones Collegium Camerale, quod testantur literæ ad Cæsarem & Status Imperij multoties scriptæ; illisque tandem successit *d.* 5. *April. anni* 1683. conclusum Comitiale decisivum, *Judicium Cameræ Imperialis, suæ securitatis & salutis causâ, aliorsum transferendum esse.*

30. Hoc tale conclusum Commissioni Cæsareæ enunciavit postridie Director Moguntinus, propositione conceptis verbis factâ, „ quæ ita habebant: **Nach Anleitung des** Instrumenti Pacis Westpha- „ licæ, **und Reichs-Absch.** de ann. 1654. **so dann des am** 22. *Decemb.* „ 1682. **abermahlig** dictirten **Käyserl. Cammer-Gerichts-**Memorials, „ **und darauff erfolgten Käyserl.** Comissions-Decreti **vom** 15. *Jan.* **dies- „ ses Jahrs / hätte man nicht ermangelt von der Securität und** Trans- „ lation **gedachten Cammer-Gerichts in denen drey Reichs-**Collegijs „ **zu reden / allwo dann die drey Reichs-Städte / Wetzlar / Fried- „ berg und Schweinfurt in Vorschlag gekommen / und dafür ge-**

hal-

halten worden / daß etwan in deren Städten eine das Cammer-Gericht zu transferiren / und darüber berührten Cammer-Gerichts Gedancken förderſamſt zu vernehmen / auch zu ſolchem Ende die höchſtanſehnlichſte Käyſerl. Commiſſion durch das Chur-Mäyntziſche Reichs-Directorium, Namens gedachter drey Reichs-Collegiorum mündlich zu erſuchen ſeye / dieſes an obig-ermeltes Cammer-Gericht gelangen zu laſſen.

31. Accepto Cæſaris Statuumque mandato, Collegium Cameræ *menſe Julio* 1683. binos Deputatos legit, qui verſus Fridbergam & Wetzlariam proficiſcerentur, cognitum, utra harum Civitatum qualitates haberet, quæ ad commodam Cameræ habitationem omnino neceſſariæ eſſent, de quibus ita verba faciebat Collegium, in literis 22. Julii 1681. ſupra citatis: Daß in Feſtſtellung des Termini ad quem, dahin reflectirt werden mögte / das Gericht in ſolchem Ort zu transportiren / welchem nicht eine iede Kriegs-Gefahr und feindliche Invaſion ſo bald und leichtlich ergreiffen könne / und der auch zu der ſämtlichen Ständen Bequemlichkeit / ſo viel möglich / ſituirt, mit geſunder Lufft / commoden Wohnungen und wolfeyler Zehrung / förderiſt aber mit denen im Römiſchen Reich zugelaſſenen Religionen / ſo wol an Kirchen / als Schulen / und nöthigen Exercitijs publicis begabet und verſehen ſeye.

32. Quamvis autem dictorum Cameræ Deputatorum relatio, Cæſari & Imperio poſtmodum ſuo tempore à Collegio fuerit tranſmiſſa, quievit tamen negotium translationis aliquantiſper, donec *d. 6. Martij* 1684. aliud Cæſareæ Commiſſionis Decretum prodiret, cujus iſte tenor eſt:

33. Ihre Käyſerl. Maj. hätten ſchon vor geraumer Zeit ein Reichs-Gutachten über die Translocirung des Käyſerl. Cammer-Gerichts zu Speyer abgefordert / und nun befohlen / eyfferigſt nachzutreiben / damit das ſchon lang erwartete Reichs-Gutachten auff eine oder andere Stadt erfolge: So auch umb ſo viel nothwendiger zu ſeyn erſcheine / je gewiſſer es ſeye / daß die Bequemlichkeit der litigirenden Partheyen erfordere / auff daß ſothane Transportirung von Speyer an ein anders Ort / ehiſt möglich bewerckſtelliget werde. Zumahlen offenbahr / daß wie das Käyſerl. Cammer-Gericht nacher beſagtem Speyer verlegt worden / die drey Biſtümer / Metz / Tul und Verdun / auch anders / ſo ſeither daron genommen / noch zu dem

„ dem H. Röm. Reich gehöret / und mithin dieſe Stadt ſchier in me-
„ ditullio Imperii gelegen geweſen.

34. Sed ulterius progreſſa non eſt memorabilis de Cameræ translatione conſultatio. Curſum ſtitiſſe videtur, tractatus Armiſtitii inter Sac. Cæſ. Maj. & Imperium ab una, atque Regem Chriſtianiſſimum, ab altera partibus, illo anno 1684. die 5. 15. Auguſti, Ratisbonæ concluſus & ſubſcriptus: quàm arduum verò ſit & quàm difficile inſtitutum, Cameræ ſecuritati alterutrâ viâ conſulere, dicta abundè fidem faciunt. Tantum.

TIT. III.

Judicium Camerale quibus rebus conſtet, Jurisdictio Camerâ quid: quomodo conſervanda & declinanda?

Judicium Camer. quibus conſtet?

1. QUemadmodum quodvis bene conſtitutum, ita Camerale judicium conſtat, *Jurisdictione & Proceſſu.* De Jurisdictione tractatur *hoc Libro* 1. De Proceſſu *in ſeqq. libris* 2. & 3.

Juriſdictio ejus quid?

2. Jurisdictio judicii Imperialis eſt, poteſtas lites diſceptandi judicio Imperiali conceſſa, *de qua Ordinat. parte* 2. *in Rubric. general. verſ.* von Gewalt und Gerichts-Zwang.

Juriſdictio Cam. ordinaria eſt.

3. Jurisdictio Cameræ Imperialis ordinaria eſſe cenſetur. Siquidem Camera illam habet ab Imperatore & Imperii Statibus, & Ordinatione, quæ vim legis obtinet. *Gail. lib.* 1. *Obſ.* 41. *n.* 5. & quamvis ſint, qui delegatam eſſe opinentur, eò quòd Camera Imperatoris ſigillo utatur, attamen ordinariam eſſe communior opinio eſt. Qui verò judices ordinarii ſint, & qui delegati, & quæ differentiæ ſint inter ordinariam & delegatam Jurisdictionem. *Vide And. Alciat. & Canoniſtas ad Rub. de offic. Ordin.*

Quæſtio elegans remiſſivè.

4. Hinc fluit quæſtio elegans; An Cameræ Jurisdictio obitu Imperatoris exſpiret, vel ſit in ſuſpenſo, ita ut citra Vicariorum Imperii confirmationem munus ſuum in juſtitiæ adminiſtratione obire nequeat? *quam vid. egregiè diſcuſſam tom.* 1. *Conſilior. Caſp. Klockij. conſil.* 3. *à Thom. Michaële: Schwanman. Cam. obſ.* 2. 3.

Ejuſdem praxis.

5. In praxi temporibus noſtris conſtitit, ad obitum Ferdinandi III. nunquam ſatis laudatæ memoriæ Imperatoris, ſede Imperatoria vacante Camerale hoc Collegium audientias celebrâſſe & proceſſus decreviſſe, antequam à Sereniſſimis Vicariis quicquam notificaretur, idque ex inveterata non tantùm obſervantia, ſed & vigore jurisdictionis,

nis, quam ab Imperatore & Imperio (quod nunquam moritur) habet ordinariam. *Vid. plura apud Klock. d. loc. n. 13. & seqq. Sic tempore interregni D. Berger in Assessorem, & aliqui Advocati sunt recepti.*

6. Aliud autem observatur in Judicio Aulico Imperiali, **Bey dem Käyserl. Reichs-Hoff-Rath**/hoc enim per mortem Imperatoris tam diu intermittitur, donec alius successor eligatur; Ne tamen interea durante interregno, Status Justitiâ careant, duobus Vicariis licitum est Judicia erigere, **Reichs-Vicariats-Hoff-Gericht auffzurichten.** Ita ut Elector Bavariæ ex facta sibi in Instrumento Pacis concessione, in partibus Imperij seu Circulis superioribus Rheni, Austriaco, Bavarico, Suevico, Franconico, & Rhenano: Elector verò Saxoniæ in inferioribus Circulis, superiori & inferiori Saxonico, & ubi Jus Saxonicum observatur, in omnibus indistinctè causis, præter feuda majora, vulgò die **Fahnlehen**/ judicare possint.

De Judicio Aul. Imp.

Vicariorum Imperii jura & potestas

7. Quinimò etiam Acta ab Aula Imperiali (siquidem nondum decisa fuerint) ad Judicia sua avocare solent, prout à D. Electore Bavarico in causa **Oettingen** contra **Oettingen Wallerstein** factum fuit, debetque Imperator electus inter alia capitulationis contenta jurare, se omnia à Vicariis gesta ratificaturum, illisque nullo modo contraventurum esse.

De eodem.

8. Sub cujus autem nomine mortuo Imperatore processus sint eo tempore expediendi, dubium est, sed Camera in hisce consuevit pro sua sibi concessa jurisdictione processus sine ulla suspensione decernere, & audientias more solito celebrare. Quoad sigillum & processuum expeditionem autem rem ad Cancellariam remittit, quæ à Moguntino vigore à Carolo V. Anno 1530. desuper Augustæ specialis obtenti privilegii dependet, ejusque resolutioni in hoc se conformat, ita, ut Collegio desuper nihil curæ sit, nec se alienis intromittat, prout ad obitum glorioſæ memoriæ Imperatoris Ferdinandi III. observantia docuit.

De Processibus in interregno decernendis, expediēdisque.

9. Licèt verò, ratione expeditionis processuum, & Sigilli, uti modò dictum, res ad Electorem Moguntinum spectet, dubium tamen nullum est, Judicium Camerale, mortuo Imperatore Ferdinando Tertio, Electorem Bavariæ pro Vicario agnovisse; præterquam enim quòd factæ ipsius insinuationi de Vicariatu statim submissè respondent, eique Titulum Vicarij ultrò dederit, omnibus per se notum est, communi quodam Decreto, **durch einen gemeinen Bescheid**/ Procurato-

Rursus de Vicariis Imperii.

ratoribus injunctum esse, Instrumenta sua sub nomine Dnn. Electorum Bavari & Saxonis conficere, ita ut nisi hoc observatum, vel saltem supplicantes ad tale Instrumentum in primo termino producendum sese obtulerint, Processus decreti non fuerint, & ad prædictos duos Vicarios à Collegio litteras exaratas fuisse. Sed Sereniss. Elector Palatinus contradixit, & Heidelbergæ judicium Vicariatus constituit.

Similiter.

10. Cæterùm hic, observantiæ causâ, notandum, statim post mortem Imperatoris à Vicariis Jus suum additionémque Vicariatûs Cameræ notificari, illique præsidium, der Schutz/ offerri (quod à Palatino quoque tentatum) sed confirmari non solere, cùm Judicium hoc non tantùm ab Imperatore, quem Vicarii repræsentant, sed & à Statibus Jurisdictionem habeat, Status autem nunquam moriantur, soléntque Processus seu Protocolla tempore Vicariatûs emanata ad distinctionem aliorum, Insigni Bavari, seu pomo aureo annotari.

Camera an recusari possit?

11. Quia itaque Jurisdictio Cameræ Imp. ordinaria est, (ut supra §. 3. & 5. dictum) propterea Judices Cameræ recusari nequeunt in causis, in quibus eidem Consistorio Camerali (à cujus Jurisdictione, vigore Ordin. Cam. nihil aliud præter actionem feudi alicujus majoris, scil. Ducatûs, Comitatûs, Baronatûs, exemptum fuit) judicandi potestas concessa est. Etsi hoc aliquando tentatum sit, sed frustra. *Mynsi. conf. 24. Dec. 3. Gail. obs. 33. & 41. lib. 1.* Prout nuper etiam à quodam Principe factum. Si tamen pars quædam contra unum vel alterum Assessorem certas ac legitimas recusationis causas haberet, illud Judici Cameræ vel Præsidi indicare potest, juxta *Ord. Cam. part. 1. t. 22. §. ult.*

Judicium Camer. Imperatorem repræsentat.

12. Quinimò Judicium Cameræ Imperatorem ipsum repræsentat. *Gail. 1. obs. 1. num. 7.* & quoad Justitiæ administrationem ex publica Imperatoris cum Electoribus, Principibus, & Statibus Imperij conventione, jurisdictionem habet cum Imperatore concurrentem, ut vocant, sive æqualem; & quicquid Camera Imperialis imperat & statuit, Imperatoriæ Majestatis & universi Imperij nomine imperat & statuit. *Gail. 1. Obs. 121. num. 3.*

& Ordines Imperii simul.

13. Imò judicium hoc Imperiale (ait notator Rodingii) non solùm Imperatorem, sed Imperatorem & Ordines, adeoque totum Imperium, utè hodie constat ex capite & membris, repræsentat, *text. egreg. in R. Imp. de Anno* 1654. §. Damit aber auch 159. *cui jung. Ord. Cam. p. 1. tit. 2. & Mem. de An.* 1570.

14. Quæ

14. Quæ jam dicta de repræsentatione, pulchrè illustrantur per seq. sententiam d. 7. Julij, 1685. publicatam: In Sachen I. F. F. S. V. U. Z. O. Klägern/ wider Hn. K. A. O. G. Z. K. Beklagten/ Mand. S. C. ist das gebetene Rescriptum mandati de exequendo hiemit erkant; gegen gedachten Beklagten aber/ wegen der in zwey Schreiben an den Herrn B. Z. W. als mit-außschreibenden Fürsten/ enthaltener/ gegen den schuldigen Respect dieses/ der Käyserlichen Majestät und des Heil. Römischen Reichs höchsten/ und dieselbe repræsentirenden Gerichts/ vermessentlich außgelassener unbescheidenen bey demselben nicht fast erhörter Imputation, wie nicht weniger gegen das Cräyß-Außschreib-Amt gebrauchter hitziger Anzüg- und Widersetzlichkeit/ die Straffe 15. Marck löthiges Golds/ dem Käyserl. Fisco vorbehalten/ auch zugleich das Mand. de exequendo auff jetzt ermelte Straffe mit-erkennt: Und sollen obgedachte Schreiben anjetzo/ bey noch währender Publication, durch den Pedellen offentlich verrissen werden/ mit dem Anhange/ daß Beklagter sich ins künfftige dergleichen unverantwortlichen Beginnens enthalten/ widrigen falles aber/ wider ihne/ nach Verordnung der Reichs-Constitutionen/ mit scharffem Einsehen verfahren werden solle.

15. Quamobrem etiam Processûs Cameræ Imperatoriæ Majestatis insignibus obsignati ex Camera prodeunt. *Ord. part. 3. tit. 12.* §. 4. Und so solche. *Mynsing. obs. 1. Cent. 4. Gail. obs. 1. lib. 1. n. 7. & obs. 29. n. 2. idem obs. 41. & 42. lib. 1. vide Bart. Blarer ad l. Diffamari. c. 6. n. 40.* ubi Cameram Imperialem in decernendo planè Imperatoriam Majestatem, dignitatem & authoritatem habere ait. Durante autem Interregno, Processûs insignibus Vicariorum exeunt.

Processus Cæsareis insignibus signantur.

Tempore Interregni Vicariorũ.

16. Etsi verò Judicium Camerale ordinariam Jurisdictionem habeat, attamen integrum causarum processum delegare non consuevit, sed tantùm actus quosdam judicii particulares, testium videlicet examinationes, instrumentorum & privilegiorum transsumptiones, inspectiones locorum oculares, &c. Et in hoc jurisdictio Cameralis, quamvis ordinaria, convenit cum delegata, quæ etiam alteri delegari non potest.

Camera quatenus delegare soleat?

17. Hic incidenter notandum, hujusmodi Commissiones, quarum in §. præcedenti facta est mentio, scil. pro examine testium, &c. similesque alias, propterea aliis necessariò delegari debere, ne alioquin Assessores per ejusmodi negotia à Judicio & Relationibus

Cur delegare quædam soleat?

ſuis diſtrahantur, & plerumque Commiſſariis injungitur, ut etiam Conſilium ſive opinionem ſuam, **Ihr Gutachten** adjiciant.

Commiſſio ad perpet. rei memor. duplex.

18. Nota deinde, Commiſſiones ad perpetuam rei memoriam, duplici modo decerni ſolere, ſcil. in communi & optimâ formâ: Priori caſu Commiſſarii non niſi teſtes examinare poſſunt: Poſteriori etiam Inſtrumenta tranſumere, vel locorum inſpectiones facere: quod tamen non niſi pro qualitate circumſtantiarum, & cognitâ Commiſſariorum qualificatione fieri ſolet.

Ut & ſalvus conductus.

19. Sic etiam ſalvus conductus (ut hoc quoque incidenter moneamus) in communi vel optima forma decernitur, & in priori caſu ſimpliciter Judici à quo injungitur, ut lite pendente Actorem incolumem relinquat, poſteriori verò pœna inſuper adjicitur.

Jurisdictionem Cam. non impediendam eſſe.

20. De Jurisdictione Camerali neque per reſtitutionem in integrum, (ſcil. in alio judicio petendam; in Camera enim reſtitutio non contra lapſum fatalium, ſed etiam contra ſententiam definitivam, cæteris paribus, peti poteſt) neque per Supplicationes (intellige ad Imperatorem dirigendas,) neque per avocationes, aut ſuſpenſiones impediendâ, ſed ejus poteſtate ac libertate conſervandâ Conſtitutiones Imperij promulgatæ extant, præcipuè verò in Receſſu Comitiorum Imperii Wormatiæ Anno 1521. Item Ratisbonæ, Anno 1541. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 35.* Adde locum egregium & ſolennem *ex R. Imp. de Anno* 1654. §. **Damit aber auch.** 159. add. §. **Ebenmäſſig ſollen/ ꝛc.** & Capitulat. Leopoldi § 42.

Cauſas à Camera non avocandas.

21. Quapropter ne Imperator quidem ipſe lites in Judicio Camerali pendentes, ad ſe avocare, neque Cameræ jurisdictionem & proceſſum impedire jure poteſt. Neque immeritò, nam Imperator per modum contractus in Ordinationem Cameræ conſenſit: ideoque ad ejus obſervantiam obligatur etiam de jure communi. Dd. communiter in l. digna vox C. de ll. *Gail. 1. obſerv. 41. num. 3. add. Mynſ. 4. obſ. 26. Umm. Diſp. 12. n. 23.*

Ejusdem argumēti.

22. Quoad prohibitas avocationes cauſarum, proviſum etiam eſt in Inſtr. Pac. *art. 5. §. ult.* & dict. Receſſ. Imp. de An. 1654. §. **Ebenmäſſig.** 160. item in Capitulationibus Cæſareis Ferdinandi III. § **Und inſonderheit.** 27. & moderni invictiſſ. Imp. Leopoldi. §. **Ob auch einiger Churfürſt.** 26. ita ut hodie cauſas avocare vel alia via curſum juſtitiæ Cameralis impedire Imperatores juramento prohibeantur.

23. Extat quoque elegans de hac materia præjudicium, apud

Barth.

Barth. *tom.* 1. *sentent. Camer. pag.* 437. *lit. g.* ubi Camera, non obstante factâ avocatione Cæsareâ processum ac ulteriora judicialiter decrevit, & in *obs. practic. Schwanm. observ.* 3. ubi in causa B. contra N. Camera Imperatori mandanti, ut significaret, quando pronunciatura esset, ad hoc se adstringere renuit, saltem obiter de causæ statu & in quibus terminis versetur, respondendo. Unde miror, quòd Berlichius *in Decis. aur.* refutatus propterea à *Limnæo lib.* 9. *Jur. publ. c.* 2. *num.* 61. contrarium adserat.

24. Solet tamen plerumque hujusmodi literis Cameræ responsoriis hæc clausula addi: Hoc non nisi in respectum Cæsareæ Majestatis fieri, & desuper peti, ne rationes literis insertæ contrariæ parti communicentur, prout non ita pridem in causa K. contra H. Item E. contra P. observatum & inter alia allegatum fuit, ejusmodi literas informatorias, quemadmodum his duobus casibus fiebat, sub certo termino petere inconsuetum esse; cùmque etiam in prædicta causa K. contra H. E. C. contra sententiam Cameralem protestationem aliquam obtrudere volebat, ea illi remissâ, & simul adjunctum fuit, Cameram in ejusmodi ulteriori oppositione jure suo etiam contra Electorem usuram esse.

Avocationis prohibitę succedaneum.

25. Notandum porrò circa avocationem causarum, quòd, quamvis ea non sit licita, soleat tamen Cæsar. Majestas nonnunquam, ob rationem Status & interesse publicum, ad partium instantiam, ad Cameram referibere, ne ulteriùs progrediatur; sicut nuperrimè factum in causa Mandati, D. C. contra C. de N. Idem quoque tentatum in causa O. contra Sp. Sed cùm hæc cursui Justitiæ adversa, & noxii exempli sint, inclytum Collegium, habito desuper Consilio pleni, ut vocant, Cæsar. Majestati causas, quare per Constitutiones Imperii gratificari nequeat, exposuit, & factâ hâc remonstratione, ulteriùs pronunciavit.

De Evocationibus officialiũ.

26. De Evocatione causarum, quam Officiales, maximè in Archi- & Episcopatibus Colonienſi, Leodienſi & Monasterienſi, sæpiùs tentare solent, quod ipse Recessus Imp. *de anno* 1654. §. Als sich dann auch. 164. indicat, paucis hoc loco memorandum, quòd cùm hujusmodi evocationes in præjudicium Imperii vertant, ad petitionem evocatorum decerni soleant *Mandata de non evocando, cassatoria & inhibitoria*, ac insuper Dominus Fiscalis pro interesse Imperij se immiscere.

quomodo reprimantur?

An Imperator possit inhibere, ne causam Camera recipiat?

27. An autem, si causa in Judicio Cam. nondum cœpta sit, Imperator inhibere possit, ne ibidem recipiatur, ex eo quòd nudæ avocationes Imperij constitutionibus prohibeantur, dubium reddi posset; sed nec hoc Ordinationi Cameræ, Constitutionibus Imperij, & maximè antedictis Cæsareis Capitulationibus convenire, ex loc. cit. eluceſcit.

28. Quid si autem huic adversum partes, aut Aula Cæsaris quid moliantur? Eo casu 1. ut plurimum primâ vice, urbanitatis ergo, documentum litispendentiæ in Cancellaria Camerali impetratur, loco declinatoriarum in judicio aulico producendum, quo posthabito 2. mandatum pœnale de continuando & non impediendo prosequi litem ubi cœpta est, S. C. cùm hic casus ipso jure Constitutionum Imper. sit prohibitus, adversus partes, (non contra Consilium Aulicum, veluti æquale Cameræ) decernitur; quamvis 3. etiam directè, omisso tali documento, ad dictum mandatum procedere sit licitum, cùm illud facilè prohibendum sit, quod lex ipsa & constitutionum verba vetant.

29. Notetur circa hanc materiam elegantissimum præjudicium in causa Waldeck contra Paderborn / mandati de non imped. prosequi, nec trahi litem ad aliud judicium quàm ubi cœptum, cum citatione solita & ad videndum se incidisse in pœnam *l. ult. C. de in jus vocand.* qui processus mens. Januarii Anno 1655. multo labore ad iteratas supplicationes, præmissis ad Imperatorem & Status Ratisbonæ congregatos literis informatoriis, renitente licèt graviter Domino reo, tandem in pleno Senatu decreti sunt.

Imperator cum Statibus an avocent?

30. Quid si Status unà cum Imperatore causam avocarent, forsan ad Comitia vel ad Aulam Cæsaream? Hoc casu quid dicendum sit, consulenda est capitulatio moderni Invictissimi Imperatoris Leopoldi *art.* 24. ubi ratione processuum super teloniis inter 4. Electores ad Rhenum talis avocatio videtur stabilita.

31. Sed exemplum hoc, *de telonijs Electoralibus*, non convenit quæstioni, quæ Imperatorem cum Statibus conjungit; Quòd Capitulatio non nisi à solis Electoribus facta, quinimò à cæteris Statibus, contra eam, vigore Instrum. Pacis, ubi de conficienda perpetua & constanti Capitulatione præcipitur, sæpiùs protestatum fuerit: Soli autem Electores causam à judicio Cameræ avocare, ejusque jurisdictionem limitare nequeunt; ut suprà dictum *Tit.* 1. §. 9. vid. tamen Stamler. *de reservat. Imperator.* §. 41. *n.* 6. 7. *pag. m.* 200.

32. Præ-

32. Præmissis consequens est, quòd multò minùs Princeps, vel alius quispiam Imperij Status inferior, subditum suum, in Camera in jus vocatum, ex privilegio, (de non avocando) aliave causa, (quia fortè Jurisdictio Cameræ fundata non sit. *Gail. 1. obs. 41.*) ex Camera avocare poterit, sed privilegium habenti Jurisdictio Cameræ per viam exceptionis pro interesse Judicialiter producendæ, declinanda est, vide *Gail. dict. obs. 41. num. 7. l. 1.* Ratio est, quia avocatio in ordinatione Cam. expresse est prohibita; exceptiones verò non item, *suprà h. t. §. 20.* Principes an avocare possint?

33. Quia privilegiorum hîc mentio incidit, notandum, Status varia habere privilegia; scil. *de non appellando*; item *de non avocando*, vel etiam, *de non evocando*: Vigore Primi ad Cameram appellari non potest pro qualitate privilegij. Secundum de non avocando, est, ut non liceat causas in judicio Statuum jam pendentes, ad modò dicta Judicia, veluti ad Cameram, vel Aulam Imperialem avocare, nisi super denegata vel protracta Justitia, ad quæ dicta privilegia non extenduntur, supplicatum fuisset. Tertium de non evocando est, ut Statuum subditi ad Judicia externa, videlic. Rothvvilense: Item Judicia provincialia Austriaca, & alia ejusmodi Judicia particularia, quamvis Cæsarea, vulgò **Käyserl. Land-Gericht** dicta, non trahantur. Statuum quædam Privilegia.

34. Cur, tandem, in bannitis avocatio à Judicio Rothvvilensi locum non habeat, tradit Gylman. *in Symphor. tom. 4. P. 1. vot. 35. num. 9.* & quæ ex jure communi circa eandem observanda sint, exhibet idem *tom. 1. P. 2. tit. 11. vot. 6. num. 12. & 13.*

TIT. IV.

De duplici lites ad Cameram deferendi ratione, Jurisdictio Cameræ quot modis fundetur, & de personis adversus quas jurisdictio Cameræ in prima instantia fundata est.

§. 1.

LItes ad Judicium Cameræ, ejusque Jurisdictionem, deferuntur, vel per *viam simplicis querelæ*, vel per *viam appellationis*. Lites ut ad Camer. deferantur?

2. Est autem ordinaria Cameræ Jurisdictio, in omnes Imperij Romani subditos, universalis. Ordin. Cam. *P. 2. tit. 27.* Denais. *d. jur. Cam. tit. 163. §. 1.* Michaël. *D. de jurisd. th. 36. lit. B.* nulli tamen alia ad eam patet via, distinctis nimirum personis & causis, quàm vel simplicis querelæ, vel appellationis. Denais. *d. tr. in præmonit. n. 3.* Cameræ Jurisdictio universalis est.

3. Tum

Distinctio inter caus. 1. & 2. instantiæ.

3. Tum quicquid in Camera pendet, est vel primæ vel secundæ instantiæ. *per l.* 19. *C. de appellat. ibique gloss. Bart. & communiter Dd.* Causa primæ instantiæ dicitur *Citationis*: causa secundæ (cui tertias, quartasque, ac omnes in infinitum instantias ad Cameram deductas, includo) vocatur *Appellationis*. Gail. 1. *obs.* 19. *n.* 1. Stephani *de jurisdict. P.* 1. *L.* 2. *c.* 3. *num.* 35. Observandum est tamen, quòd in præsens valde urgeantur causæ *simplicis querelæ*, in causis **Merfeld** contr. **Merfeld**; **Waldeck** contr. **Ostfrießland**; **Rußwurmin** contr. **Buchenau.**

Causæ simplicis querelæ, quæ nunc in motu.

Ratio appellationis viæ simplicis querelæ.

4. Viam simplicis querelæ vulgò dici puto respectu provocationis, utpotè qua non unica & simplex, *sed multiplex querela ad judicem deferatur*, vel quia simpliciter hæ, illæ verò relatè considerentur, ut infrà intelligetur. Hanc viam vulgò primam instantiam appellant.

Multiplex querela quid dicatur?

5. Multiplex querela est, V. G. rejectionis exceptionum dilatoriarum, injunctæ nimis celeriter litis contestationis, gravaminis in causa principali, condemnationis in expensas, attentatorum &c. quamvis etiam casus dari possint, quibus in prima Instantia variæ querelæ sive gravamina simul & semel proponi possint, cum hoc tamen discrimine, quòd in causis S. Q. gravamina illa ex uno eodemque contractu, negotio vel re oriri debeant: In provocationibus verò etiam ex diversis præjudiciis proponi possint.

6. Videndus quoque de hac distinctione Blum. *in Proc. Camer. tit.* 25. *th.* 50. 65. *& seqq.* Cùm autem meô quidem judiciô, nec Author noster, nec Blumius, satis exhauriant differentiam causarum S. Q. operæ videtur esse pretium, pleniùs indicare, quid hìc sentiendum?

Differentia inter causas citat. & d. quer.

7. Præcipui Authores nullam planè differentiam constituunt inter causas citationis & simplicium querelarum. Gail. 1. *observ.* 1. *seqq.* Obrecht. *Disp. de judic.* 2. *c.* 6. *num.* 365. Stephani *dict. p.* 11. *Lib.* 2. *c.* 3. *num.* 44. *& seqq.* Schvvanem. *de proceff. Camer. Lib.* 1. *c.* 3. *num.* 11. *& observ.* 25. *num.* 24. & Mandatorum causas ad simplicem querelam referunt, Gail. 1. *observ.* 19. *num.* 5. Denaif. *tit.* 163. Re tamen penitiùs inspectâ, citationum causas, tum causas simplicium querelarum & mandatorum, tanquam genus & speciem inter se differre, existimo.

Citationem esse genus simplicis

8. Et sanè causas citationum respectivè genus simplicium querelarum atque mandatorum constituere, ex eo apparet, quòd *Primò*, nulla possit agitari simplex querela, quam non præcesserit citatio.

Gail.

Gail. 1. *observ.* 48. *num.* 1. Mynsing. 2. *observ.* 91. illa enim omnis querelæ principium est & fundamentum. §. *fin. l. de pœn. tem. litig. L.* 47. *de re judic. L.* 39. *de adopt.* adeo ut eâ omissâ, totus processus sit ipso jure nullus. *DD. ad rubric. & L.* 1. *de in jus voc.* & plures allegati à Vantio *de nullitat. ex defect. citat. num.* 1. *& seqq.* querelæ, & mandati.

9. *Deindè*, quòd nullum debeat decerni mandatum, sine vel cum clausula, cui non sit annexa citatio ad docendum de paritione, & videndum se incidisse & declarari, aut allegandum causas. R. A. *de anno* 1570. §. Ferner statuiren ꝛc. & *anno* 1594. §. Demnach aber. Denais. *de jur. Cam. tit.* 182. §. 4. *&* 8. Ejusdem argumenti.

10. Sed simplices querelas & mandata diversas etiam esse species, inde patet, tum quòd illæ solenni & ordinario, Ord. Cam. *P.* 3. *tit.* 12. *& seqq.* Denais. *tit.* 308. *& seqq.* Schvvaneman. *de proces. lib.* 1. *c.* 40. *& seqq.* hæc extraordinario, summario & executivo peraguntur processu. Gail. 1. *observ.* 26. *n.* 3. *& obs.* 78. *num.* 1. *seqq.* tum quòd simplices querelæ, regulariter, mediatis tantùm contra immediatos, privilegiatum forum non habentes, competunt. Ord. *P.* 2. *tit.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 27. hæc verò & iis & contra eos quoque, qui privilegiato foro gaudent, decernuntur. Gail. 1. *observ.* 1. *n.* 2. *& seqq. & obs.* 19. *n.* 1. Frider. Mindan. *de proces. lib.* 2. *c.* 8. *in fin.* Schvvanem. *de proc. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 10. Diversitas simpl. quer. & mandati.

11. Ut proinde non absque ratione concluderem, simplices querelas & mandata, licèt non ratione materiæ, tamen ratione formæ, diversissimas esse citationis species, maximè cùm hæc distinctio quotidiano usu sit communissima, & in productorum intitulatura, sine ulla dubitatione soleat observari, ut omnibus notum est. Diversæ species citationis sunt, simplex querela & mandatum.

12. Et quamvis in omni simplici querela requiratur citatio; non tamen vice versa, ubi est citatio, ibi etiam semper est mera simplex querela: quia citatio mandato quoque annectitur, quod tamen specificâ aliquâ differentiâ à simplici querela discrepat, per supra tradita.

13. Nec obstare videtur, quòd Gail. 1. *observ.* 19. *num.* 5. Mandata C. C. per comparitionem in simplicem querelam resolvi dicat: quia id de iis tantùm, in quibus libellus & litis contestatio requiritur, non reliquis quoque, multò minùs de Mandatis S. C. intelligi vult, per tradita *ejusdem* 1. *obs.* 78. *n.* 6. & insuper expresso Cameræ Imper. consulto decisum est, quòd nec illa quidem absolutè debeant in simplicem querelam resolvi, sed NB. effectus eorum saltem suspendi. Mandata C. C. quatenus in simpl. querelam resolvantur per comparitionem?

Denaiſ. *tit.* 179. §. 2. quo adhuc à ſimplici querela diſtant, utì pluribus probat Mindan. *dict. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 2. *ſeqq.* Zanger. *de exception. p.* 2. *c.* 27. *n.* 28.

Simplex querela quare ita dicta.

14. Sunt autem ſimplices querelæ ita dictæ, quòd directò ad Cameram pertineant, nec alibi commodè ventilari poſſint; quas omnes enumerare, eſſet exhaurire pelagus; cùm tot earum ſint genera, quot jure civili & prætorio proditæ ſunt actiones, imò, quot ſunt civilia facta, quæ obligationem inducunt. *argum. l.* 1. §. 5. *l.* 29. *pr. l.* 75. §. 9. *l.* 134. §. *fin. l.* 140. *pr. de verb. oblig. l.* 28. *de donat. l.* 72. *in f. de eviction.*

Ut in Camera recipiantur, quid requiratur?

15. Non tamen in Camera recipiuntur, niſi verbis expreſſis NB. ſupplicationi pro impetrandis proceſſibus fuerit inſertum, ex quo capite Cameræ jurisdictio ſit fundata. Schvvanem. *de proc. l.* 1. *c.* 1. *n.* 20. *in fin. & obſ.* 1. *n.* 1. *& ſeq.*

Jurisdictio Cameræ fundatur dupliciter.

16. Quia autem nulla excogitari actio poteſt, quæ non vel in perſonam vel in rem ſit directa. §. 1. *Inſt. d. action. l.* 25. *pr.* 28. *&* 37. *de oblig. & act. l. ult. C. de hered. vel act. vend.* idcirco Cameræ jurisdictio vel ex perſonarum qualitate, vel ex natura rerum fundanda venit. Obrecht. *Diſp.* 2. *de judic. c.* 6. *num.* 373. Stephani *de jurisdict. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 43. Schvvanem. *de proceſſ. l.* 1. *c.* 1. *n.* 19.

Ratione vel perſonarum, vel rerum.

17. Itaque per viam ſimplicis querelæ, ſive in prima inſtantia, jurisdictio Cameralis fundatur, ratione habitâ vel *perſonarum*, vel *rerum.*

Quomodo ratione perſonarum?

18. Ratione perſonarum fundatur, quando eorum, cum quibus agitur (quos uno nomine reos vocant) conditio & qualitas facit, ut Camera Imperialis forum competens ſit.

In hac fundatione quid attendendum?

19. Quamobrem in jurisdictione Cameræ Imp. ratione perſonarum fundanda ſola qualitas Rei litigantis attendenda fuerit, atqui ſecus ſi jurisdictio Cameralis ratione cauſæ fundetur, quo caſu interdum etiam actoris conditio & Status ſpectatur, veluti in cauſis pignorationum, in quibus non ſolùm Reus, verùm etiam Actor immediatè Imperio ſubjectus ſit neceſſe eſt, & aliis, ut ſuo loco patebit.

De cauſæ continentia.

20. Quod modò dictum de qualitate rei litigantis attendenda, intellige, extra continentiam cauſæ; quia hæc, non minùs ratione actorum, quàm reorum, Jurisdictionem Cameræ fundare ſolet: Sic non ita pridem in cauſa Epiſcopi & Capituli S. contra Baronem de S. citatio ad videndum caſſari tranſactionem, decreta fuit, licèt Reus tanquam immediatus gaudeat privilegio Auſtregarum.

21. Liti-

21. Litigatores verò, ut hoc addam, interdum uno nomine notantur, & qui litem intendit, actor, is verò contra quem intenditur, Reus appellatur: quanquam alioquin dicantur rei, auctore *Cicerone*, ambo, inter quos de re aliqua agitur; quemadmodum duo rei promittendi, item stipulandi dicuntur; interdum per circumloquutionem litigatores notantur, & actor dicitur is qui agit, *L. verius. ff. de prob.* vel is qui alium in judicium vocat, l. in tribus & L. Inter litigatores, de judic. Et actoris appellatione etiam appellans venit. Vide Mascardum de probat. in verb. Actor. Reus verò dicitur, cum quo agitur, item is à quo petitur. *l. 3. in princ. ff. de jurejur. Inst. de Except. in princ. l. 5. & 6. C. de edend.* vide Hugon. *Donell. comment. Juris lib. 9. c. 4.* Litigatores qui sint & dicantur?

22. Eorum igitur, adversus quos actio intentanda est, sive reorum ratione habita, coram Judice Imperialis Cameræ, rectè in jus vocantur, qui Imperio immediatè subjecti sunt. Ord. *P. 2. tit. 2. & 27.* Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 39. Immediati in Camera in jus vocantur.

23. Quod tamen idem Gailius in actionibus personalibus maximè procedere existimat, non autem in realibus, per *l. fin. C. ubi in rem actio.* Cùm enim actiones reales in loco rei sitæ, vel domicilii intentari debeant, consequens est, reum, non obstante immedietate, coram illo Judice, cui res controversa subjacet, sive, sub quo domicilium habet, conveniri posse. Nempe in actionibus personalibus. Secus in realibus.

24. Excipiuntur à regula §. 22. proposita: I. Qui ex publica, inter Imperatorem, Principes & Ordines Imperij conventione, *Judices habent Ordinationis*, quos vocant, sive ordinatione delegatos. Ord. *dict. tit.* 27. *P.* 2. Excipiuntur I. qui Judices ordinationis habent.

25. Isti Judices vulgò nominantur *Austregæ*, quas, unà cum reliquis primis instantiis ut strictè servet Camera, in *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **Benebens.** vers. **Die erste** Instantias. 99. denuò admonetur: quod & in Aula Cæsaris necesse est. *dict. Recess. Anno* 1654. §. **Was dann Chur-Fürsten und Stände.** Austregæ strictè servari debent Spiræ & Viennæ.

26. Quid si autem accidat, ut quidam Imperij Status, alium Imperij Statum, contra modò dictas Austregas, ad aliud trahat judicium, fortè extra Imperium, vel aliorsum? Hoc casu Cameram *Mandata S. Cl.* decernere posse, in causa **Herrn Wilhelmen Truchsessen / Freyherrn zu Walburg /** contra Episcopum Constantiensem, conclusum esse, adserit Schvvaneman. *observ. pract.* 21. Status ne constatum trahat ad judicium extra Imperium.

27. Cujus ratio est, quia Constitutionibus Imperij prohibitum, Ejus ratio.

subditos ejusdem extra Imperium trahere. vid. Gylman. *tom. 3. præjudic. verb. Imperium Romanum.* & insuper juri communi contrarium est. Actor enim sequitur forum rei; ideoque si ei contraveniatur, tanquam ob factum nullo jure justificabile, ex *tit. 23. P. 2. Ordin.* Mandata S. C. rectè decernuntur. Nisi forsan immediatus, ratione rei extra Imperium sitæ, conveniatur; quo casu mandatum tale denegatum esse, in causa Stolberg contra Neuenaar / testatur idem Schvvanem. *d. obs. 21. n. 4.*

Exceptio.

Quæ Mandata decernantur contra transgressores.

28. Dictum §. 26. Mandata S. C. decerni. Ea autem sunt mandata cassatoria, inhibitoria, junctâ citatione ad vidend. se incidisse in pœnam violat. Jurisdictionis Imperij, vel privilegiorum.

Notabile I. de citationibus ad vidend. hoc vel illud fieri.

29. Quâ occasione in genere notandum: I. In Camera plerasque citationes, *ad vidend. hoc vel illud fieri*, emanare; Citatur enim reus, ut audiat vel videat, hanc vel illam actionem contra ipsum proponi, & nisi validas exceptiones attulerit, se in factam ab actore petitionem condemnari; Cujusmodi citationes sunt: Citatio, ad videndum proponi actionem, exigi debitum, se ordinari tutorem vel curatorem, fieri rescissionem contractus, se immitti in bona hypothecata, vel ex *L. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.* fieri divisionem bonorum; & similes plures, pro qualitate *actionis institutæ*, vel *remedij intentati.*

Notabile secundum, de citatione Mandatis subjuncta.

30. Notandum II. In Camera nullum Mandatum cum vel sine clausula decerni (*uti jam suprà* §. 9. *observatum*) nisi in fine jungatur citatio, quæ paucis verbis à supplicantibus peti solet. *Verbi causâ*: Peto mihi hoc vel illud mandatum decerni, adjunctâ citatione solitâ, *Intellige*: qualificatâ vel competente, pro natura mandati petiti.

Quæstiones de Austregis dubiæ. Prima.

31. Sed quæstiones dubiæ hîc duæ fuerunt. (Recurre ad §. 24. h.t.) *Prima*: Si contra duos, pluresve, *Judices Ordinationis diversos habentes*, agendum fuerit, an non statim Actori Judicem Cameræ adire, & pro Processibus supplicare liceat? *Et communior opinio* fuit, statim in Camera esse supplicandum: atque ex narratis libelli supplicis si constiterit, impossibile fore, ut citra continentiæ distractionem, Judicum Ordinationis privilegium, cum omnibus suis requisitis (quæ strictè & præcisè observanda) locum habere possit, Processus decernendos esse, nisi tamen Judex, in continentia aliquid fraudis subesse, animadverterit.

32. Fuerunt tamen, qui secus opinarentur, quia nemo primæ instantiæ privilegio privandus sit, sine culpa; Sed cuivis pro suo lubitu

co

eo uti liceat tantisper, donec ipse tacitè, non opponendo scilicet declinatoriam fori, vel expressè renunciet. *Conclus. Cam. dub.* 4. In quo Deputati Imperij priorem opinionem approbârunt, Spiræ Anno 1595. *vide Recess. Deputat. Imperij* Anno 1600. §. Bey unserm Käyserl. 23. *Ubi pragmatica Imperij sanctio est*: Si plures immediatè Imperio subjecti unâ actione conveniantur, & ex narratis non videatur locus esse posse delegatis ordinatione, quin causæ continentia dividatur, processus in Camera decernendos esse. Decisio quæstionis per pragmaticam sanctionem.

33. Ad verba §. 31. *Judices ordinationis diversos habentes*: sciendum, aliud fore, si rei, v. c. Principes, vel Comites de una familia, eosdem haberent Judices: tunc enim, cùm unam eandemque viam eligere possint, verius videtur, privilegium Austregarum locum habere; prout à Schubhardo, *de Austregis. c.* 9. *n.* 104. *usque ad finem.* pulchrè deducitur. Et non ita pridem præjudicium factum fuit, in causa contra Duces N. Regentem & fratrem ipsius, dum, non obstante, quòd alter frater secundò genitus, ein Zweitgebohrner / & non Princeps suæ ditionis, seu Regens fuerit, nihilominùs citatio propterea denegabatur, quòd dicti duo fratres, ratione Judicis eligendi, facilè inter se convenire possint. Limitatio ad eandem quæstionem pertinens.

34. Altera quæstio fuit: (*repete* §. 31. *h.t.*) Si quis Imperij Status, Judices ordinationis habens, unà cum subdito suo, aut Officialibus, sive Ministris suis in jus vocandus sit, (cujusdam juris ratione, quod jure universitatis, tam ad Principem, quàm ad subditos spectat, v. c. jus pascendi, jus venandi, piscandi, &c.) An cogi possit subditus, ut sequatur Principis & Domini sui, tanquam dignioris, Judicem? Ordinationis videlicet, qui hac parte superioris potestate haud dubiè fungeretur, & eâ ratione Principibus & Statibus Imperij primæ instantiæ privilegium salvum atque integrum conservaretur: An verò Princeps, simul cum subdito suo, vel officiali, sive ministro, ob causæ connexitatem, statim in Camera conveniri possit? Quæstio dubia secunda.

35. Verùm, communior opinio fuit, judices ordinationis hoc casu regulariter locum non habere. Schvvaneman. *observ. pract.* 24. Ejusdem decisio.

36. I. Quia judicium ordinationis stricti juris, ejusque jurisdictio limitata, nec ultra eos, qui privilegij hujus capaces sunt, extendenda. Decisionis ratio 1.

37. II. Quia homines privati & hujus generis consortes judices nominandi Jus non habeant, sed proprii & ordinarii illis constituti sint, Ratio 2.

nisi tamen ad subditos vel ministros sive officiales lis planè non pertineat, sed illi à suo Domino tanquam ministri tantùm adhibiti fuerint, nec ex suo facto obligati sint, neque ex eo ullâ ratione actori condemnari possint: quia hoc casu subditi vel ministri non necessariò, sed quasi in fraudem privilegij Judicum ordinationis in litem immiscéri atque pertrahi videantur, præsertim cùm ministrorum officia temporaria sint, & facilè fieri possit, ut prorsus removeantur; quapropter Judices ordinationis locum habere, & solum principalem spectandum esse existimârunt: utpote cum quo omnia agantur. Et qui reverà in lite sit, & cum quo ea expediri possit, ac debeat. Covarruv. *pract. quæst. c.34.n.19.* Marant. *P.4. dist.11. num.15.* Menoch. *d.A.I.Q. cap.271. Concl. Cam. dub.5.* in quo deputati Imperij hanc communiorem opinionem approbârunt Spiræ. Anno 95.

Quomodo ministri ex suo facto obligentur.

38. Verba præcedentis § *Nec ex suo facto obligati sint*, hoc modo intelligi debent: Si nihil aliud fecerint, quàm ipsis à Domino mandatum fuerit: si autem subditi vel Ministri mandatum Domini excessissent, vel in proprium commodum quid fecissent, dubium nullum est, quin statim unà cum Domino, ob continentiam causæ, in Camera conveniri possint.

Pragmatica de ead. quæstione sanctio.

39. Decisio quæstionis §. 34. propositæ, est in Recess. Deput. Imperii, *Spiræ Anno* 1600. §. Gleichermassen. 27. ubi pragmatica Imperij Sanctio est, Actionem in Dominum simul ejusque subditos vel ministros, tanquam correos, intentatam, rectà ad Cameram devolvendam esse: Nisi tamen factum vel causa solius Domini jubentis jus personamve contingat, cæteris officij duntaxat ratione conventis. *Denaisi. continentia causa.* §. 2. & 3. Hoc enim casu subditi superfluè, & quasi in fraudem primarum instantiarum conveniuntur, quorum officia & mandata ad tempus solummodo durant, facillimèque in totum mutantur. Utì jam dictum §. 37.

Quinam immediati exempti à Cameræ Jurisdictione.

40. Excipiuntur II. (ut ad illos redeamus, qui licèt Imperio immediatè subjecti sint, attamen à jurisdict. Cameræ exempti sunt, vid. sup. §.24.) qui Imperatoriæ Majestatis privilegio, vel per consuetudinem legitimam sive præscriptionem jurisdictionem Cameræ declinandi jus habent. *Ordin. d. tit. 27. part. 2.*

Privilegia exemptionis.

41. Hujusmodi privilegium prætendunt, Princeps Lotharingicus, Status Circulo Burgund. subjecti. Principes Italiæ, feuda ab Imperio tenentes, v.g. Dux Sabaudiæ, Mantuæ, Mutinæ & plures alij;

Item

Item Domus Auſtriaca, licèt illius privilegia in Camera nondum pro inſinuatis & confirmatis accepta vel à Statibus recognita ſint, prout multa extant præjudicia, in quibus contra Carol. V. Maximilianum Primum, & alios, plures proceſſus decreti fuerunt.

42. Rationem autem, cur Privilegia Sereniſſimæ Domûs Auſtr. pro inſinuatis acceptata non fuerint, vid. *infr. hoc lib. 1. tit. 16.* & apud Cuſpinianum *in Auſtria*, Diploma Caroli V. ubi hæc privilegia ſingulatim enumerantur. De Privilegiis Auſtriacis.

43. III. Excipiuntur, qui Judices habent, ex conventione privata conſtitutos, quibus ordinatio nihil derogat. *Ord. part. 2. T. 2. in princip. & tit. 6. §. fin. & tit. 21.* §. Wo auch zwiſchen ꝛc. verſ. Wo auch etliche Ständt / *& tit. 27.* Exceptio tertia conventione privata Judices habentium.

44. Hujusmodi conventiones privatæ potiſſimum in illuſtribus familiis, imò etiam aliis, locum habent, dum per pacta gentilitia inter alia providetur, ut diſcordiæ in familia exortæ, à cæteris conſanguineis decidantur; Neque obſtat, quòd Conſtitutio Judicis videatur eſſe Juris publici, cui privatus derogare non poteſt; quemadmodum enim in arbitrio partium eſt, de controverſiis inter ſe ſine ſtrepitu Judicii tranſigere, ita etiam non obſtat, quò minùs certos Judices eligere poſſint. Conventiones privatæ ubi locum habeant.

45. Jurisdictio igitur Cameræ, ratione perſonæ, fundata eſt, (1.) ſi is, cum quo agitur, immediatè Imperio ſubjectus, neque publica, legibus ſcilicet Ordinationis, neque privata conventione conſtitutos Judices habuerit, neque Imperatoris privilegio, neque alio modo, nempe per conſuetudinem legitimam ſive præſcriptionem, ex jurisdictione Cameræ exemptus fuerit. Primus modus fundatæ jurisdictionis Cameralis, ratione perſonarum.

46. Quamobrem perſonarum ratione habitâ, & quòd Judices Ordinationis hoc caſu conſtituti non ſint, Comites, Barones, liberi Domini, & Nobiles immediatè Imperio ſubjecti à Nobilibus mediatè Imperio ſubjectis, vel à cive, vel à quavis alia perſona mediatè Imperio ſubjecta, & à ſuis ſubditis, in Camera Imperiali rectè in jus vocantur. *Mynſing. ſing. obſ. 89. cent. 1. Gail. 1. obſ. 1. n. 46.* Immediati, infra Principes rectè in Camera conveniuntur.

47. Ex eodem fundamanto jurisdictio Cameralis fundata eſt (2.) contra Civitates Imperiales liberas, non ſolùm quando à civibus, verùm etiam ab aliis quibuslibet in Jus vocantur, quia neque hoc caſu Judices Ordinationis conſtituti ſunt, neque Civitates Imperiales alium quàm Cæſarem ſuperiorem habent; niſi tamen privilegio ex Jurisdictione Camerali exemptæ ſint: quemadmodum exempta eſt, Argen- Secundus modus.

gentina, Norimberga, & pleræque aliæ Civitates Imperiales. Gail. *observ.* 1. *lib.* 1. *num.* 20.

48. Adde Memmingen/ Worms/ Reutlingen/ Eßlingen/ Regenspurg/ Dünckelspiel/ Schweinfurt/ ex *Frid. Mindan. de proceſſ. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 81. *Schwanm. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 3.

Exemptio Civitatum Imperialium quarundam.

49. Non tamen illa exemtio ita crudè intelligenda, quasi nullo modo hæ Civitates Cameræ subjectæ essent; nam hæ Civitatibus ex privileg. concessæ Austregæ tot modis quot reliquæ declinantur.

50. Quod ita intelligendum est, ut neque ejusmodi privilegia, quæcunque sint, vel etiam Austregæ locum habeant, si Jurisdictio Cameræ, ratione causarum fundari, sive factum tale sit, super quo Mandatum sine clausula impetrari possit: Dico sine clausula; Mandata enim cum clausula contra gaudentes Austregis, vel aliquo privilegio, decerni nequeunt, nisi Mandatis sine clausula annectantur; ideoque propter continentiam causæ decernantur.

Modus tertius.

51. Eodem modo, videlicet, ratione personarum habita, & quia nulli hoc casu Judices Ordinationis constituti reperiuntur, jurisdictio Cameralis fundata est (3.) in causis Civilibus contra Collegia Canonicorum libera immediatè Imperio & Cæsari in Civilibus subjecta, qualia sunt Collegia Canonicorum in Burscheid, propè Aquisgranum, & Collegium in Arnuel, propè Sarbruckum. *Gail. obs.* 30. *lib.* 1. *num.* 9. Item Bruchsal/ in Episcopatu Spirensi: super quo tamen lis in Curia Romana pendere dicitur.

Modus quartus.

52. Similiter (4.) Capitulum, sede vacante, in Cam. Imperiali forum sortitur, *in causis Civilibus*; (nam aliud est in *causis Ecclesiasticis*, ratione quarum, coram Metropolitano, vacante sede convenitur) quia hoc casu neque Judices Ordinationis, neque alium superiorem habet. *Gail. dict. obs.* 30. *n.* 10. *&* 13.

Capitulum, sede vacante, quo modo conveniendum.

53. De hoc argumento ulteriùs notandum: Quando Capitulum, sede vacante, convenitur in causa propria, non habet alium judicem, quàm Cameram; existente verò Episcopo, coram eo conveniri debet, & hoc indubium est.

54. Quando verò convenitur, (sede vacante) in causis Episcopalibus, tanquam repræsentans Episcopum, id est, Principem Imperij sive Statum regalia sua ab Imperio recognoscentem, *Gail.* 1. *obs.* 30. *num.* 13. arbitratur & hoc casu Capitulum in Camera forum immediatè sortiri.

55. Sed

55. Sed quia idem *Gail. num.* 12. fatetur, Capitulum tam in temporalibus quàm spiritualibus non esse inferius, sed ipso Episcopo per omnia par & æquale, per consequens etiam omnibus Præeminentiis, Dignitatibus, & Privilegiis præfulget, quibus ipse Episcopus si adesset, alij sentiunt, exinde Capitulo privilegium primæ instantiæ, der Austrag / indultum, atque allegatum à *Gailio* præjudicium, in causa Mansfeldt contra Capitul. Magdeburgense, verum fortè esse in casu, ubi Capitulum in causa propria non Episcopali conveniebatur. An Capitulum gaudeat Austregis?

56. Sanè res propterea non sine scrupulo est, quòd Privilegij Austregarum stricta fieri debeat interpretatio; adeoque Capitulum inter personas, gaudentes Austregis non contentum, exclusum, & de casu isto Statuum declaratio necessaria esse videatur. Dubitatur.

57. Quòd si causa Episcopo & Capitulo communis est, tunc ex continentia Cameræ jurisdictio fundabitur, sive sedes sit vacans sive non. Idque indistinctè obtinet, sive Capitulum & Episcopus sint Rei sive Actores, cùm non minùs ratione Actorum quàm Reorum ex continentia Jurisdictio Cameræ fundetur. Si agat vel si conveniatur Capitulum in causa Episcopo communi.

58. Sic personarum ratione habitâ (sup. §. 51.) Cam. Imp. jurisdictio fundata est,(5.) Si Princeps aliquis Imperii contra Civitatem Municipalem, immediatè sibi subjectam, vel contra subditos suos, Urbis scilicet Municipalis cives, agere velit, quia tales civitates privatorum loco habentur. *l. eum qui vectigal. ff. de V. S. Mynsing. obs. 1. cent. 5. Gail. lib. 1. obs. 1. n. 18.* Modus quintus, spectans civitates municipales.

59. Hujusmodi civitates municipales sunt, *Erfurtum*, sub Electore Moguntino, Brunsvicum, sub Duce Brunsvicensi, Rostochium, sub Duce Mecklenburgico. *Mynsing. obs. 1. c. 5.* (Sed adhuc sub judice lis est.) Et hæ eatenus civitates mixtæ vocantur, quòd scil. partim ab Imperialibus, partim verò à Municipalibus civitatibus quid participent: quamvis etiam alio respectu civitates mixtæ illæ vocentur, ubi cives & Magistratus partim Catholicæ, partim verò Augustanæ Confessioni addicti sunt: ut Augusta, Ravensburgum, &c. Quæ sint tales exempli causa?

60. Dictæ autem civitates, licèt mediatæ tantummodo sint, tamen jurisdictio Cameræ earum intuitu propterea fundata est, quòd alium Judicem habere non possint; Quare autem civitates, prout alii Nobiles à Principibus Ordinatione gaudentibus, coram Commissarijs sui Statûs conveniri non possint, quæstionis est. Secund. *Ord. part. 2. tit. 3.* Cur in Camera forum sortiantur?

61. Nisi tamen aliud inveteratâ consuetudine receptum, vel spe-

Quando & ubi id aliter obtineat.

ciali privilegio concessum sit, videlicet quòd Princeps coram judice suæ curiæ, Hoff-Gericht / civitatem suam municipalem convenire possit. *Gail. ibidem.* Prout in Bavaria, Moguntiæ, Treviris, & apud plerosque Principes hodie fieri consuevit.

Civitas municipalis ubi Dominum suum convenire debeat?

62. Secus verò esset in casu contrario. Si nimirum civitas municipalis Principem & Dominum suum in jus vocare vellet, quo casu Judices Ordinationis constituti sunt, & civitas Principem vel coram consiliariis ipsius convenire, vel unam ex octo viis, de quibus infrà in Commentario de Judicibus Ordinationis, eligere potest. *Gail. d.obs.* 1. *n.*19. *vide infr. Comment. de Judicibus Ordinat. c.* 7.

Modus sextus.

63. Sic ratione personarum habitâ, in Camera Imperiali rectè convenire licebit (6.) plures reos sive consortes diversos Judices habentes, quos propter unam eandemque causam, & unâ eademque actione actor persequitur, quo tamen modo ex continentia causæ, quam personalem vel personarum rectè dixeris, Jurisdictionem Cameræ fundari ajunt. *Mynsi. observ.* 4. *cent.* 1. Ubi tradit, reum mediatè Imperio subjectum, cum alio immediatè Imperio subjecto in Camera conveniri posse. *Gail.* 1. *obs.* 1. *n.*22. *obs.*32. *n.*3. *lib. eod. De quo modo inferiùs suo loco dicemus.*

Modus septimus.

64. Sic personarum ratione habitâ, Jurisdictio Cameralis fundata est (7.) contra Visitatores Cameræ Imperialis, itemque Revisores ad Visitationem Cameræ Imperialis, vel sententiæ alicujus revisionem vocatos, sed Visitationis munus neque per se, neque per legatos idoneos obeuntes, si ad refusionem & taxationem sive æstimationem sumptuum, (& pœnæ, à Fiscali vel parte, scil. Statibus præsentibus) contra illos agatur. *Recess. Imper. August. Anno* 1559. §. Solte aber der beschriebene / ꝛc. 58. Quanquam ibi de jurisdictione Cameræ, in hoc casu, nihil expresè disponatur. Videatur omninò Jac. Blume *in Proc. tit.*24. *àth.* 9. *ad* 40.

Visitatores & revisores munus non obeuntes, ad quid teneantur?

Modus octavus.

65. Sic personarum ratione habitâ, jurisdictio Cameralis fundatur, (8.) si quando partes litigantes, expresè vel tacitè privilegio primæ instantiæ renunciando, in jurisdictionem Cameræ Imperialis consenserint. Cùm notissimi juris sit, quemlibet favori suo renunciare & jurisdictionem prorogare posse. *Per vulgat. jura text. express. in l.*1. *&* 2. *ff. de judicijs &c. l. si convenerit ff. de jurisdict. text. in c. significâsti extr. de for. compet.* Hoc etenim casu consideratur, primæ instantiæ privilegio renunciantem immediatè Imperio subjectum esse.

66. Ad

66. Ad voculam *tacitè* sup. §. observandum; quòd expressè prorogatur Jurisdictio Cameræ, si hoc instrumento obligationis disertis verbis adjiciatur, ut scil. Actor statim in prima Instantia Cameram adire possit; Tacitè verò, si Nobilis vel alius immediatus quidam, gaudens privilegio Austregarum, ab alio ejusdem Conditionis in Camera conventus, ratione privilegij non excipiat. Rationes prorogandi Jurisdictionem Cameralem.

67. Sed hîc omninò distinctio vulgata notanda: Aut privilegium fori principaliter concernit favorem renunciantis, aut etiam favorem superioris: priori casu renunciatio valet, posteriori verò Processus quidem ad dictam renunciationem in Camera decernuntur, attamen si superior se intromittat, allegando hanc renunciationem sine suo consensu & in sui præjudicium esse factam, rursum cassantur, & causa ad ordinarium remittitur. Renunciatio fori, seu primæ instantiæ, quando valeat, nec ne?

68. Qui ergo validam renunciationem desiderat, curet, contractum (in quo talis renunciatio, seu prorogatio Jurisdictionis Cameræ, continetur) à superiore confirmari, vel omninò impediat, ne superior pro interesse se intromittat. Quomodo valida reddi possit?

69. Ulteriùs notandum, & inter alia videndum est, an privilegium fortè non integræ communitati datum sit? Tunc enim prorogatio ejusmodi omninò nulla est: sic Clericus in causis civilibus, & ubi non de possessorio vel actione reali agitur, Jurisdictionem Laici propterea prorogare non potest, eò quòd privilegium toti Clericatui datum, adeoque unus Clericus in specie ei præjudicare non possit. Clericus an Jurisdictionem Laici prorogare possit?

70. Adde superioribus, quæ de effectu renunciationis fori mediati tradunt Gail. 1. *obs.* 1. *num.* 29. *&* 2. *de Pac. Publ. c.* 2. *n.* 25. Obrecht. *Diss. de Judic.* 2. *c.* 6. *num.* 401. Schvvaneman. *de Proc. L.* 1. *c.* 7. *num.* 1. *& obs.* 25. *num.* 34. Et quatenus ista thesis limitetur, modò mediati fori renunciatio, cum licentia judicis ordinarij sit facta; quia citra ejus consensum sit invalida. Gail. 1. *obs.* 40. *n.* 1. *seqq.* Schvvanem. *obs.* 1. *n.* 13. Zanger. *de except. P.* 2. *c.* 1. *n.* 363. Plura de renunciatione fori.

71. Itaque ex contractu sive compromisso partium litigantium jurisdictio Cameralis fundari potest, sed ita ut personarum compromittentium in jurisdictione fundanda ratio habeatur. Ut scil. uterque vel saltem Reus sit immediatus. Compromissum, ut Coras. *lib.* 4. *miscell. c.* 18. definit, est simultanea partium promissio, qua sua sponte ad alicujus boni viri arbitrium controversiam suam remittunt. Vide titul. ult. hujus libri, de reductione ad arbitrium boni viri. Compromissum fundat Cameræ jurisdictionem. Compromissum quid?

Non omnia compromissa recipi.

72. Non enim quævis compromissa sive arbitria in Camera recipienda sunt, sed illa tantùm, quæ inter personas immediatè Imperio subjectas & Judices Ordinationis habentes, itemque inter personas, pro suis qualitatibus in prima instantia ad Cameram pertinentes, facta fuerint, ita tamen, ut in potestate Judicis atque Assessorum Cameræ positum sit, hujusmodi compromissa, sive arbitria in Cameram recipere, vel non recipere. *Recess. Comitiorum Imperij Ratisbonæ, Anno* 94. §. Als auch der Compromiß halben 72.

Hodie vix fiunt.

73. Quinimò licitum est Assessoribus, sportulas ab ejusmodi compromissis petere, & acta legitimè taxare, quamvis hodie ejusmodi Compromissa vix fieri soleant. Exemplum vide apud Forster. *Proc. judiciar. p. m.* 781.

Processus in compromissis, quis instituendus?

74. Sed ne Processus causarum ad Cameram pertinentium per ejusmodi compromissa & arbitria retardetur, sancitum est, ut partes compromittentes, non in Camera, sed alio Imperij loco opportuno, prout inter illas conventum fuerit, Processum instituerent, & ad sententiam usque definitivam exclusivè procederent, & post causæ conclusionem utrinque factam, acta per judicem, coram quo processum est, utraque parte litigante earumve Procuratoribus præsentibus collecta, & in ordinem redacta, & judicis partiumque sigillis obsignata, ad Cameram Imperialem deferenda litigatoribus committerentur, ut illa controversiam sive litem perpendat, & id quod juris est pronunciet: *d. Recess. Imper.* §. So wollen und ordnen Wir 73.

Camera pronunciat sententiam, non consulit.

75. Confer Mynsing. *obs.* 2. *cent.* 5. Ubi Cameram Imperialem sententiam secundùm acta judicialia concipere, ad arbitros verò pronunciandam non mittere, sed ipsammet pronunciare consuevisse, testatur, Vide & *Bernhardum Wormbserum Practicarum Forensium, lib.* 2. *Tit. de Arbitr. in additione ad cap.* 2. Assessoribus enim Cameræ non licet alijs consulere, quia judices esse debent, non consultores. *Ordin.* 1. *tit.* 13.

In quibus causis Assessoribus consulere liceat? Modus nonus.

76. Excipiuntur tamen causæ propriæ vel proximos affines aut consanguineos concernentes. *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 13. §. Es sollen auch 15.

77. Sic ratione personarum habitâ, in Camera conveniri possunt, (9.) Principes, Comites, vel alij, qui primæ instantiæ privilegium quidem habuerunt, sed per irrogatam pœnam banni vel regalium privationem amiserunt. Quia enim omnia privilegia amittunt, meritò etiam privilegium fori amittunt. Mynsing. *observ.* 90. *cent.* 1. Gail. *obs.* 1. *lib.* 1. *num.* 38. Atqui secus si aliàs causa pertineret ad ordinarios perpetuos

Ma-

Magistratus sive Judices illius Principis, vel Comitis, &c. ut Mynſ. obſervationem illam ibidem limitat. Prædictis add. Obrecht. *Diſp. 2. de judic. c. 6. num. 400.* Schvvanem. *de proc. lib. 1. c. 6. n. 2. & obſ. 25. n. 38.* excipitur, niſi fuerit à banno abſolutus, & Regalibus reſtitutus. Gail. 2. *de P. P. c. 1. num. 26. & c. 19. num. 1. 2. & ſeqq.* Bannitus reſtitutus fori privilegium recuperat.

78. Sic ratione perſonarum habitâ, in Camera Imperiali rectè conveniuntur (10.) Perſonæ Camerales, Jurisdictioni Cameræ immediatè ſubjectæ, cujuscunque fuerint dignitatis & præeminentiæ, maximè autem in actionibus perſonalibus, quoad perſonas immediatè Imperio ſubjectas, ſecus verò in actionibus realibus. *Ordin. part. 1. T. 49. in princ.* verſ. **Auch in deren Gericht-Zwang.** Mynſ. *obſ. 52. cent. 5. num. 2.* & Gail. *obſ. 1. lib. 1. n. 39.* Modus decimus.

79. Quod in ſup. §. dictum de immediatè Imperio ſubjectis, ex Gail. *cit. loc.* notator monet intelligendum eſſe, de Judice, Præſidibus & Aſſeſſoribus, Nobilibus immediatis. Perſonæ Camerales immediatæ, in Camera forum habent.

80. Perſonis Cameralibus ſuprà memoratis, annumerantur, & actione ibi compellari poſſunt (1.) Viduæ liberique Cameralium, **ſo lang ſie ihr häußlich Anweſen bey und an dem Cammer-Gericht haben/ ohnverrückten Standt halten/ und ſich der Orten in die Bürgerſchafft nicht verheurathen/ oder ſonſt unter andere Jurisdiction begeben/** *ut habet Receſſ. Imp. de An. 1654. §.* **Hingegen aber ꝛc. 135.** De viduis, liberisque Cameralium.

81. Inter perſonas Camerales numerantur (2.) partes in Camera litigantes: Quamobrem Jurisdictio Cameræ Imperialis fundata eſt Commiſſarijs, Advocatis & Procuratoribus Cameræ contra litigatores in Salarij petitione, quanquam hoc caſu Jurisdictio Cameræ potiùs ex quadam continentia cauſæ fundari videatur. Gail. *obſ. 1. lib. 1. n. 37.* Dum æquum eſt, ut eo in loco, ubi proceſſus in cauſa principali inſtituitur, etiam ratione ſalarij quis ſuum conſequatur. Vide tamen Blum. *Proc. Cam. tit. 26. n. 19.* De partibus in Camera litigantibus.

82. An etiam Advocati Cameræ non jurati, Spiræ aut alibi degentes, ſi ratione Salarij ratione Proceſſus in Camera pendentis cum clientibus incidat controverſia, gaudeant cum reliquis juratis foro Cameræ, ita ut clientem in ſolutione moroſum ob continentiam cauſæ, vel ob initum quaſi contractum ibidem immediatè convenire poſſent, dubium eſt; Sed ſtylus hactenus negativam docuit, quam in dubium vocare non auſim, *vid. Explic. Tabb. analyticæ fundand. Jurisd. Cam. apud Den. edit. noviſſ. n. 72.* De Advocatis non juratis.

De Studiosis praxeos, & solicitatoribus: quod ipsorum forum?

83. Item personis Cameralibus annumerantur, & Cameram tanquam forum competens habent, (3.) advenæ & peregrinæ Spiram venientes ad cognoscendam praxim, vel in litibus in Judicio Camerali pendentibus solicitatum, si civiliter ibi contraxerint vel delictum commiserint. *Ordin. part.* 1. *tit.* 40. §. Es sollen auch. 11. *tit.* 59. *part. eadem.* §. *fin.* Mynsing. *observat.* 52. *cent.* 5. ubi duo præjudicia annotavit, unum in filio cujusdam patris, qui Spiram sollicitandi causâ venerat, & postquam adversarium patris in suburbio injuriâ affecisset, in Camera in jus vocatus sit: alterum in causa quadam criminali contra Gotthard Müllern / quem ob crimen alibi commissum Spiræ prehensum esse testatur. (Notabilia sunt, de hac materia, acta in causa Fisc. contra S. quâ in specie Lic. R. & L. concernunt.)

Praxeos Studiosorum immatriculatio.

84. Cæterùm de Studiosis, praxeos ergò SPIRAM venientibus, sciendum, quòd gaudent immunitate Camerali, si per Pedellum, ut moris est, nomen suum apud Collegium professi & albo ad hoc destinato recepti sint, quod 19. Maji, 1659. per publicum Decretum ad valvas, vulgò der Audientz-Stuben / adfixum ad majorem notitiam indies adventantium renovatum fuit.

An Camera Jurisdictionem habeat in criminibus à Cameralibus commissis?

85. Hujus loci est lex Ordinationis *Part.* 1. *tit.* 50. §. *fin.* quæ jubet, ut delicto seu crimine à Cameralium quopiam perpetrato, Magistratus loci noxium illico prehensum, semper & è vestigio Judici & Adsessoribus tradat: Hi traditum in carcerem ad id concessum, conjiciant: alioquè postea crimini conveniente supplicio afficiant: læsis justitiam administrent: Sin pœna in corpus exequenda sit, idque vel manifestò, vel ex legitimis indiciis appareat ex inquisitione à Judice & Adsessoribus instituta, tùm Magistratui prædicto, ut jure persequatur, mandent: de quo tamen adhuc sub judice lis est, nam Camera hoc negat. *Ordin. d. T.* 50. *part.* 1. Weiter so sich von den Personen / etc.

Quæstio Wormatiæ decisa.

86. An & quando Cameræ Imperiali, contra personas Cameorales, jus meri Imperij competat, quæstionis est; quæ ad Deputatos Ordines Imperij Anno M D LXXXVI. Wormatiæ delata, his verbis decidebatur:

Verba decisionis.

87. Als dann zwischen unserm Käyserl. Cammer-Gericht und der Stadt Speyer des §. *Finalis* halber in 50. Titul des ersten Theils / unserer Cammer-Gerichts-Ordnung Streit fürgefallen / wie dieselbige sonderlich in Criminal-Fällen zu verstehen / und wie es mit den darinnen angedeuten Delictis zwischen jetzt gedachten Cammer-Gericht und

der

der Stadt zu halten/ ꝛc. Wiewol nun die Ordnung dermassen gestellt befunden wird / daß sie an ihr selber ziemlich klar und lauter / inmassen man sich auch unterschiedlicher Fäll erinnern kan/ damit es nach Außweisung derselben gehalten worden: Nichtsdestoweniger/ damit obgesetzter §. besser erläutert / und der rechtmässige Verstand desselben zu haben seyn könne: So wollen / setzen und ordnen Wir hiemit / wann sich ein Criminal-Fall / und ein solches Delictum mit einer dem Cammer-Gericht verwandten Person zutrüge und begäbe/ so an ihm selbst notorium manifestum und bekandt wäre/daß hierinnen unserm Cammer-Gericht einige Inquisition nicht gebührt oder zustehe/noch auch/da der Thäter verhafft / und durch die Stadt eingezogen / daß derselbig dem Cammer-Gericht zu überantworten/sondern/so wol der Angriff/ als die Berechtigung oder cognitio juris, perpetrati delicti, der Stadt unverhindert zu lassen sey. Wann aber solche Delicta nicht offenbahr wären / sondern so viel die Geschicht belangend / mehrer Erkundigung und Inquisition, quoad notorietatem facti, doch nicht quoad cognitionem juris bedürfftig sey / so sol die überantwortung des Beschuldigten angegriffenen Thäters/ auch die Schlüssel zu dem Gefängnüs unserm Cammer-Gericht verfolgt/und die Erkundigung demselben zuständig seyn / auch von der Stadt Speyer an diesem kein Eintrag geschehen. Auff welchem Fall/ da das Factum erkundiget/und also beschaffen/ daß es ordinariè eine Leib-Straffe auff sich tragen thäte / sol der Gefangene der Stadt Speyer wieder verfolgt / und dadurch / nach Gelegenheit der überfahrung/darüber erkandt werden. Damit aber obangedeute Inquisition diß falls desto begründter angestellt und eingenommen werden mögte / so sollen Bürgermeister und Rath der Stadt Speyer/ auff Ansuchung und Erforderung des Cammer-Gerichts / ihre Bürger und Unterthanen zu Vollziehung solcher Inquisition jederzeit erscheinen / und verfolgen lassen.

88. Sed controversia hæc nondum decisa est, ut patet ex Rec. Deputator. Anno 1600. §. Betreffend den Puncten *Jurisdictionis Cameræ* &c. 156. Vide de hac quæstione, *D. Petri Denaisii* Disputationem, & huic oppositam apologiam meri Imperij, Senatui civitatis Spir. in Camerales competentis, incerti cujusdam Authoris (*Aggæum Albadam*, nomine Circuli Burgundici quondam Assessorem fuisse Authorem, conjicit Ampl. Dn. Dekherrus, erudito *libello de scriptis adespotis sect. 7. p. m. 56.*) ut & ejusdem *Denaisii* assertionem jurisdictionis Cameræ

In dubium vocatur decisio.

meræ Imperialis, adversùs apologiam Spirensem; in quibus tum acutè tum prolixè disseritur, an cognitio & animadversio criminis à Camerali quopiam Spiræ perpetrati pœnamque sanguinis vel corporis afflictivam irrogantis ad Imperialis Cameræ Collegium atque ejus decisionem, & quatenus pertineat.

An revocata sit?

89. Quæ jam recensuimus scripta, singula lucem viderunt Anno M. DC I. Quandoquidem autem *Denaisius* in cit. assertione *pag.* 286. his verbis usus est: *Wormatiensem deliberationem* (anni 1586.) *revocari, Camera petit, idque æquum esse fieri, parata est ostendere*: Sequitur inde, quòd Recessus Deputationis, Anni 1600. Decisum Wormatiense minimè revocavit.

Quæstio de litigantibus Spiræ existentibus.

90. Porrò, in quæstione, an litigantes in Camera, cùm habeant securitatem, propter maleficia alibi commissa possint capi, vid. Schvvanem. *observ. Cam.* 6. add. Magenhorst. *ad Ordinat. Cameral.*

Modus undecimus Jurisdict. Cam. ratione personarum fundatæ.

91. Sic ratione personarum habitâ, in Cam. Imperiali in jus vocatur (11.) reus, sub jurisdictione, inter diversos Principes sive Dominos immediatè Imperio subjectos, litigiosa, domicilium habens. (Vid. Stephani *de Jurisdict. P.* 1. *L.* 2. *c.* 3. *n.* 76. 77.) Ex quo fundamento aliquando Processus in Camera decreti in causa **Dernbachs** contra **Leynsing** / eò quòd illius loci, ubi reus habitabat, jurisdictio inter Electorem Moguntinum & Hassiæ Principem litigiosa esset, & de lite illa Cameræ Imperiali constaret.

Modus duodecimus.

92. Denique ratione personarum habitâ, in judicio Camerali persequi licet (12.) reos vagabundos, & nusquam in Imperio domicilium nec sedem certam habentes, Gail. *obs.* 1. *lib.* 1. *num.* 34. (nam tunc, propter incertitudinem competentis Judicis, ad Cameram actor recurrit. Gail. 1. *obs.* 1. *num.* 34. Obrecht. *Disp. de judic.* 2. *c.* 6. *n.* 400. Frid. Mindan. *de Processib. L.* 3. *c.* 3. *n.* 15. Schvvanem. *obs.* 25. *n.* 27.)

Vagabundi qui dicantur?

93. Vagabundi autem dicuntur, qui nusquam, quod apparet, certâ sede, habitationeque consistunt, licèt domicilium originis ratione habeant, *l. ejus qui* 2. §. *pen. ff. ad municipal.* Atque hi jus revocandi domum non habent. (Quòd scil. Exceptionem actionis in loco domicilij seu originis instituendæ proponere possint; solentque ejusmodi vagabundi citari per Edictum & Mandatum, seu citatio in tribus locis vicinis, ubi potissimùm commorantur, in Imperio affigi.)

Modus alius, ad per-

94. Quibus omnibus superaddendum, quòd ratione personarum habitâ, Cameræ Jurisdictio fundetur etiam in causis personarum mi-

miserabilium, ut sunt viduæ & pupilli, in quibus Camera, vice Imperatoris, solâ facti veritate inspectâ, contra cujuscunque Ordinis personas, cognoscit. Gail. 1. *obs.* 1. *num.* 40. *&* L. 1. *de P. P. c.* 3. *num.* 14. *l. unic. C. un. C. quando Imp. int. pup. vel vid.* idque non tantùm in pauperibus viduis & pupillis, procedit, sed etiam in divitibus. Roland. à Valle *Vol.* 1. *cons.* 76. *num.* 34. *& seqq.* quia non divitiæ, sed conditio viduitatis, & pupillaris ætatis tali casu considerantur. Natta *vol.* 3. *cons.* 590. *per tot.*

sonas miserabiles pertinens.

95. Quamvis autem hoc neget in Camera observari Gailius *d. obs.* 1. *n.* 40. extat tamen præjudicium affirmativum, in causa **Margarethen von Schönberg** / matris viduæ, contra **Dieterichen von Schönberg** / filium, quæ rejectis Exceptionibus, **der Außträge** / Anno 1583. fuit acceptata. Item in causa **Frickischer Erben** / contra **Schwartzerd** / Anno 1614.

An Camera recipiat causas miserabilium, præterito Judice intermedio, ad se delatas?

96. Idem obtinet, si Procurator Cæsaris, ratione Fisci, agit; is namque contra quemcunque jurisdictionem Cameræ fundatam habet. Ordin. *P.* 2. *tit.* 20. Denais. *d. Jur. Cam. tit.* 143. Gail. 1. *obsev.* 1. *num.* 25. *& obs.* 20. *num.* 1. *per L.* 1. *&* 2. *C. ubi causa Fisc.* Schvvanem. *de proc. L.* 1. *c.* 1. *num.* 20. *c.* 7. *n.* 4. *& obs.* 25. *n.* 5.

quid, si agat Fiscalis?

97. Jac. Blume *de proc. tit.* 26. *à thes.* 35. *usque ad* 40. adhuc quinque modos addit, fundatæ ratione personarum Jurisdictionis Cameralis, qui videndus. Et insuper plures dari, testatur ipsa experientia.

De aliis modis, remissivè.

DE JUDICIBUS ORDINATIONIS.

Quare hîc tractetur de Judicibus Ordinationis.

CUm passim in hoc tit. IV. Judicum Ordinationis mentio fiat, & personæ immediatè Imperio subjectæ, quibus Judices Ordinationis delegati sunt, vel suos, quos habent voluntate sumtos inter se arbitros, vel Cameræ Judicem adire necesse habeant; & Jurisdictio Cameræ Imp. fundetur, si leges Imperij, de Judicibus Ordinationis latæ non observentur: Placet hîc ea, quæ *Part.* 2. *Ordin. tit.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. *&* 8. de Judicibus Ordinationis proposita sunt, paucis quasi Capitibus comprehensa & explicata subjicere.

CAP. I.

Quid Judices Ordinationis, quænam in illis generaliter considerranda, quibus causis, & quibus personis constituti sint.

Judices Ordinationis quid?

1. JUdices Ordinationis sunt, qui Principibus Imperij, & illis, qui Principibus dignitate pares censentur, Prælatis nimirum & alijs Imperij Ordinibus atque personis immediatè Imperio subjectis, conventione inter Imperatorem & Status Imperij publicâ, legibusque Ordinationis confirmatâ, constituti sunt. Vulgò barbaro & latinis auribus inusitato, atque Germanicô potiùs quàm Latinô Vocabulô *Austregas* appellant: Sed rectiùs *Judices Ordinationis* sive *Delegati* appellantur: Et illi, quibus hoc Judicum genus constitutum est, vulgò primæ instantiæ Privilegium habere dicuntur.

Vocantur Austregæ.

Privilegiũ I. Instantiæ.

Privilegiũ est habere plures instantias.

2. Plures enim habere instantias, privilegij loco reputatur. Matth. Stephani *de Jurisdict. L. 2. p. 1. c. 3. memb. 3.* & vigore *Recess. nov. de Ann. 1654.* § Was dann Churfürsten 168. Judicium Imperiale Aulicum seriò admonetur, ut Statuum privilegia *primæ instantiæ* strictè observet.

Quid de Austregis scripserint.

3. De Austregis singularem tractatum scripsit *Schubhard.* juxta illum vid. Reinking. *de regim. sec. & Eccles. L. 2. cl. 2. c. 18. per tot.* ubi multa singularia recenset. Blum. *Proces. tit. 27.* Denais. *de jur. Camer. tit. 156.* Frider. Mindan. *d. proces. L. 1. c. 16. n. 2. & c. 17.* Schutz *in Coll. jur. publ. vol. 2. exercit. 3.* Cubach & Frid. Lentius *de Austregis.* quibus add. Vultej. *ad L. 1. C. ubi Senat. vel clariss.*

Quid considerandum in privil. 1. instantiæ.

4. In privilegio primæ instantiæ considerandum { quando locum habeat, / quando locum non habeat.

Si privilegium hoc locum habuerit, considerandæ est ratio { tum Judicis constituendi, / tum coram eod. procedendi.

Constituuntur Judices Ordinationis ratione vel { causarum, / personarum.

Ratione causarum vel in { Genere. / Specie. vid. infr. c. 4. h. t. junctô fin. capit. præced.

Judices Ordinationis ut in genere constituan-

5. In Genere constituuntur, quatenus omni causarum generi delegantur; *Exceptis causis*, fractæ pacis, tum religiosæ, tum profanæ, causis fiscalibus, litigiosæ possessionis, pignorationis, Mandatorum

cum

cum vel sine clausula, Arrestorum, relaxationis juramenti ad effectum agendi, L. diffamari, denegatæ vel protractæ Justitiæ, Privilegiorum Cæsaris &c. De quibus deinceps ordine videbimus. Interim consule Gail. 1. *obs.* 1. *num.* 2. *seqq.* Schvvaneman. *de process. L.* 1. *c.* 7. *num.* 1. *& observ.* 25. *n.* 2. *& seqq.*

6. Personæ, quibus Judices Ordinationis constituuntur, sunt

aut { Principes, Prælati, Comites, Nobiles immediati.

Quinam habeant Judices Ordinationis?

Principes Judices Ordinationis habent, in jus vocati ab actoribus, vel Principibus, vel infra Principes constitutis.

CAP. II.

Quomodo & coram quibus Judicibus Principes à Principibus in jus vocandi sint.

Ordin. Part. 2. tit. 2.

Judicis constituendi ratio.

1. SI Electores, vel Principes, vel qui Principibus dignitate pares censentur, (prout sunt Abbates & Abbatissæ, Principali dignitate gaudentes, **Gefürstete Aebte und Prälaten**/ v. g. Fuldensis, Campidonensis) Principem, vel Principi parem Ecclesiasticum vel secularem in jus vocare voluerint, & Judices, privatâ conventione constitutos non habuerint, in Judice constituendo, certæ partes tum actoris tum rei sunt.

Principis Principem in jus vocaturi, quæ sint partes?

2. Primùm actoris partes sunt, ut reo petitionem, postulataque sua in scriptis mittat, jusque & judicium flagitet. *Ordin. P.* 2. *tit.* 2. *in princ.* quæ requisitio per Notarium immatriculatum fieri debet. *Gylman. Symphor. tom.* 1. *P.* 2. *tit.* 2. *suppl.* 2. *voto* 5. *&* 8. *& per text. expr. Ordin. P.* 2. *tit.* 26. §. 2. *ibi*: **Die Notarien.** Vide autem integrum processum, sub tit. *Modus instruendi processum Austregarum*, annexum Nucleo responsionum Cameralium, qui prodijt *An.* 1678. *add. cap.* 7. *h. t.* §. 29. *infr.*

Requisitio per Notarium immatric. facienda.

3. Rei partes sunt, ut intra spatium quatuor hebdomadarum, quatuor suæ tutelæ Principes, **selbst regierende Fürsten**/ Ecclesiastici & secularis Ordinis binos, omnes ex diversis familijs oriundos, nominet, ex quibus actor Judicem unum deligere habeat. *Ordinat. d. tit.* §. **Darauff sol der** &c. 2.

Quænam partes Principis in jus vocandi?

4. Post actoris partes sunt, ut Judicem delectum rursus reo, intra tantundem temporis, domum per literas denunciet. *Ordin. ibid.*

Quænam partes amborum?

5. Denique amborum, actoris scil. & rei partes sunt, Judicem delectum, intra 14. dies literis compellare, ut cognitionem causæ suscipiat, & partes citet. *Ordin. ibid.*

Ratio procedendi.

Quæ sint partes Judicis?

6. Judex sic constitutus, tanquam Imperatoriæ Majestatis Commissarius delegatus, vigore commissionis legibus ordinationis demandatæ, dijudicationem causæ suscipito: Diem, locumque litigantibus in suarum civitatum quapiam dicito. Causam cum suis Consiliarijs, suspicionis labe carentibus, cognoscito, & secundùm Jura disceptato. *Ordin. d.* §. Darauff sol der ꝛc. 2.

7. Si Judex, sive Commissarius (*vid. infr. tit.* 4. §. 32.) delectus, antè ex vita discedat, quàm litis processus perficiatur, actor ex reliquis tribus simul nominatis Principibus alium eligito, qui in locum Judicis surrogatus, similiter, tanquam Cæsareæ Majestatis Commissarius, Judicium suscipito, processumq; continuato, & postquam ad illum, quicquid judicialiter actum est, delatum fuerit, id quod juris est, decernito. *d. T.* &c. Darauff sol ꝛc. Vide Wurmbs. *in obs. pract. de Jud. obs.* 5. Utrinque celeriter, & citra moram atque calumniam proceditor. *Ord. d. T.* 2. §. *fin.*

CAP. III.

Quomodo, & coram quibus Judicibus Principes ab actoribus, infra Principes constitutis, Prælatis nimirum, Comitibus, Baronibus, Civibus, privatis & subditis in Jus vocandi sint.

Ordin. p. 2. T. 4.

Judicis Ordinationis constituendi ratio prima.

Princeps à Comite & aliis, ut in jus vocetur.

1. SI Princeps sacri vel profani Ordinis, à Prælato vel Comite, vel Domino, vel Nobili, vel Civitate, vel Cive, vel privatis, vel subditis in Jus vocandus fuerit, octo Judicum delegatorum genera in ordinatione constituta reperiuntur, *Vulgò vias Judicis*, scilicet consequendi, appellant.

Prælati, qui hoc tit. intelligantur.

2. Prælati *in sup.* §. intelliguntur, qui feuda ab Imperatore recognoscunt, & quorum ratione Imperio subjecti sunt. Sed Capitula sive Collegia majorum Ecclesiarum, in quibus sunt Principes & Comites, pro hujusmodi Prælatis non habentur, vid. Julianum *Magenhorst. Comment. ad Tit.* 5. *Ordin. part.* 2.

3. Quam-

3. Quamvis enim in Collegijs Majorum Ecclesiarum, v. c. Moguntiæ, Treveris, Coloniæ, Argentorati, Præpositi, Decani, imò subinde plures, nomine Prælatorum contineri, taliterque appellari soleant, non tamen ideo privilegio Austregarum gaudere possunt, quia non sunt Status Imperij.

Prima Iudicis constituendi ratio.

Prima via Judicis constituendi.

4. Prima via est, ut actor agat coram novem Consiliarijs Principis in Jus vocandi, & illos sibi Judices constitui postulet & requirat. *Ord. P. 2. T. 4. in princip.* [Absque tamen libello; (ut decisum est in causa **Preun** contra **Meckelburg**) intellige articulato, vel tam strictè sumpto, ut non nisi pro eo, qui in Judicijs offerri solet, accipi possit; debet namque Actor factum prætensionis suæ Reo, saltem summariter, tradere, ut se desuper resolvere possit.]

Novem Consiliarij quales esse debeant.

5. Novem illi Consiliarij partim ex Nobilibus, partim ex Jurisperitis seliguntur. *Ord. ibid.* Officialis, qui operam suam Reo commodâsset, ex novem Consiliariorum numero removetur. *Ord. ibid.* §. **Doch / daß der Amptmann / ꝛc.** Reus ex illis novem Consiliarijs unum aliquem Judicem eligito. *Ord. ibid.*

Juramentum, quod novem Consiliarij præstant.

6. Per Judicem electum, & verba præeuntem à reliquis octo in præsentia Actoris, ejusve Procuratoris; & per natu maximum inter reliquos octo vicissim à Judice designato solenne juramentum exactum præstator, se in causa proposita rectè, & secundùm partis utriusque Jura deducta, bonâ fide judicaturos, & quo minùs hoc fiat, nunquam commissuros. *Ordin. ibid.*

7. Novem illi Consiliarij in causa proposita vel alijs ad ipsos delatis, Juramenti vinculo, quo Principi suo obligati tenentur, quantum ad hoc munus judicandi attinet, ad finem usque litis relaxantor. *d. T. 4.* §. **Dieselben neun Räthe / ꝛc. 1.**

Ratio procedendi.

Reconventio an locum habeat in prima via.

8. Princeps reus à Prælato vel Comite, aliove Actore interpellatus Actorem intra mensem in Aulam suam ad Judicium citato, & novem illos Consiliarios Judices sedere cogito. *Ordin. d. T. 4. in princip.* Reus contra actorem reconventionem ne intentato. *Ordin. d.* §. **Dieselbe neun.** *vid. infr. hoc. eod. tit.* §. 24.

Lis, quo tempore finienda.

9. Lis intra semestre ab eo die, quo Libellus in Judicio exhibitus fuit, inchoanda; & legitimis impedimentis intervenientibus, si tempo-

ris istius prorogatio à Judice decreta fuerit, nihilominùs intra annum finitor. *Ord. d.* §. **Dieselbe neun.** &c. (Idem statuitur *in fine. T.* 3. *&* §. 1. *T.* 5. *Ordin. part.* 2. Et nota, hanc Ordinationis legem non ita exactè observari, præcipuè verò in causis magni momenti, sive arduis. Confer. Petr. Mind. *de proceſſ. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 5. ubi unum atque alterum præjudicium annotavit.)

10. Princeps reus actori, illisque, quos suo nomine miserit, ultrò citroque securitatem commeandi publicam literis denunciato, & reipsa præstato, ita tamen, ne Actor pacis publicæ violatorem, vel Principis conventi hostem publicum adducat, aut mittat. *Ordin. d.* §. **Dieselbe neun** &c.

Iudicis constituendi ratio secunda.

Via secunda. Antiquæ nobilitatis prærogativa.

11. Si cui hâc viâ procedere non placuerit, ex sequentibus una eligitor. Actor coram novem Consiliarijs, uti dictum est, reum, si velit, convenito: Sic tamen, ut in ijs Nobiles sedeant Judices ad minimum quinque. *Ordin. d. T.* §. **Erstlich / daß der Artickel etc.** 4. (Quod de Nobilibus equestris Ordinis, **von recht Rittermässigen Leuten** / non verò de talibus, quorum Parentes vel Avi primùm nobilitati fuerunt, intelligendum.)

12. Si Actori displicuerit coram tot Consiliariis agere, ex novem illis, quæ altera Judicis consequendi ratio est, septem aut quinque seliguntor. *Ordin. d. T.* **Zum andern** &c. 5.

13. Et utroque casu reus sumptus (quorum refusio aliàs regulariter Actoris est) suppeditato. §. **Und sollen Chur-Fürsten und Fürsten** &c. 6.

Ratio procedendi.

14. Quinque isti septemvè Judices non secus, atque novem illi procedunto ac pronuncianto. *Ordin. d.* §. **Zum andern etc.** 5.

Iudicis constituendi ratio tertia.

Tertia via Judicis consequendi.

15. Tertia Judicis constituendi sive consequendi via est, ut Princeps, qui convenitur, ab actore requisitus, tres Principes illi nominet, ex quibus unum Judicem eligere habet. *Ordin. d. T.* §. **Zum dritten etc.** 7.

16. Tam actor igitur, quàm reus Judicem electum, Principem literis compellabunt, ut causæ cognitionem suscipiat. *Argum. T.* 2. §. **Darauff sol etc.** i. v. **Von beyden Theilen.**

17. Sed

17. Sed quæsitum est, si Princeps quispiam, à Nobili libero vel privato quopiam in Jus vocetur, an Princeps teneatur, in nominatione Principum præcisè observare requisita, Ordinationis legibus *p.* 2. *T.* 2. & 3. præscripta, non secus atque à Principe requisitus? Præcipuè verò, ut Principes nominati ab actore requirente ultra duodecim milliaria disjuncti non sint, neque ex una illustri domo oriundi? Quæstio.

18. Affirmativam suadere videbantur. I. Quòd qualitates sive requisita, *quæ d. T.* 4. *Ord.* expressè posita non reperiuntur, *ex T.* 2. & 3. supplenda esse videantur, præsertim, quia Tituli *de Judicibus Ordinationis* alij ad alios sese referant. II. Quia nulla diversitatis ratio subsit. III. Quia, si præcisè non observentur, facilè fieri possit, ut longè à requirente dissiti nominentur. IV. Quia privilegia illa primæ instantiæ aliàs facilè non sint extendenda. Rationes dubitandi.

19. Atqui communior opinio fuit, requisita illa hoc casu præcisè observanda non esse; ita tamen, ut quantum ad primum de duodecim milliaribus requisitum attinet, per novam Imperii Constitutionem spacium longius, & certo milliarium numero constans definiatur, & hâc ratione fraus atque dolus præcaveatur. Communis opinio.

20. Rationes hujus communioris opinionis fuerunt: I. Quia non exigua in utroque casu diversitas sit, imò etiam in multis Imperij Provincijs, veluti in Saxonia, Misnia, Marchia, impossibile sit, illud duodecim milliarium requisitum, observare, & propterea non sine gravibus causis & rationibus tituli separati, & viæ separatæ in singulis privilegiorum primæ instantiæ casibus præscriptæ sint, & qualitates quædam in prioribus Titulis expressè positæ, in posterioribus omittantur, & nihilominus in ijsdem qualitates quædam in prioribus Titulis positæ repetantur. II. Quòd quamvis Tituli sequentes ad præcedentes referantur, relatio tamen illa tantummodo, quoad processum, intelligenda sit. III. Quòd nihil absurdi inde metuendum sit. Nam quemadmodum nominatio Judicis longè disjuncti, si in fraudem fiat, subsistere non possit, ita eadem per se corruat necesse sit, quia impossibile sit, ut intra tempus legibus ordinationis præstitutum, requisitio fiat, & processus causæ perficiatur. Rationes opinionis.

21. Et quod ad alterum requisitum pertinet, ne scilicet Principes nominati, ex una domo illustri oriundi sint, nihil inde periculi metuendum, quia inter personas illustres, & humili loco natas magna diversitatis ratio sit. Vide *conclus. Cam. dub.* in quo Commissar. Imperatoris poste-

posteriorem opinionem approbârunt Spiræ Anno 95. Ita tamen, ut addendum esse censerent, ne Elector vel Princeps, vel, qui Principi par est, tanquam reus requisitus, actori requirenti Electorem vel Principem, vel Principi parem nominet, qui ultrà viginti milliaria ab actore distet.

Decisio ejusdem & pragmatica sanctio.

22. Decisio hujus quæstionis est in *Recess. Deputat. Imperij Anno* 1600. *Spiræ fol.* 12. §. **Und nachdem die Ungleichheit etc.** 28. Ubi pragmatica Imperij sanctio promulgatur, illo casu, si Nobilis, aliusve privatus Principem, vel Principi parem jure, judicioque, tanquam Actor persequi velit, qualitates illas, atque requisita non adeò exactè observanda esse, ita tamen, ut Princeps nominatus ultra viginti milliaria dissitus non sit. (Vide eandem quæstionem tractatam à Schvvaneman. *Observ. pract. Cam. Imp. Obs.* 23. *per tot.*)

Ratio procedendi.

23. De Processu leges duæ hîc sunt: Prima, ut Princeps electus secundùm Ordinationis leges supra promulgatas, agat, atque pronunciet. *Ord. d. T.* § **Zum dritten etc.** Altera est, in hac via reconventio locum habeto, quemadmodum etiam in cæteris, exceptis septimâ & octavâ, ut hoc generaliter, & semel hîc moneam. *Ordin. d. T.* §. **So dann die Partheyen etc.** 15. circa finem.

De reconventione.

24. Dictum hîc, reconventionem locum habere in omnibus viis, exceptâ septimâ & octavâ. Sed supra §. 8. ex Ordin. *P.* 2. *tit.* 4. §. 1. adductum, quòd in prima via reconventioni locus non sit. Blum. *in proc. tit.* 27. *n.* 144. ut conciliet textus inter se contrarios §. 1. *&* §. 15. *dicti tit.* 4. opinatur, §. 1. quoad casum reconventionis, per *d.* §. 15. tanquam posteriorem, correctum esse.

Quarta Iudicis constituendi ratio.

Quarta via. De repudiatione Commissarij.

25. Quarta via est, ut Actor Commissarium, ad minimum ex Prælatorum vel Comitum ordine, à Cæsare impetret. Ord. *d. T.* §. **Zum vierdten etc.** 8. Commissarius hic Judex delegatus est, quamobrem repudiari potest. Mynsi. *Observ.* 52. *cent.* 2. (intellige, re adhuc integrâ, & antequam Judicium ceptum sit.)

Procedendi ratio.

26. Lex hîc de processu unica est, ut coram Commissario, secundùm leges ordinationis suprà positas procedatur. *Ord. d.* §. **Zum vierdten etc.** 8.

Quin-

Quinta Iudicis constituendi ratio.

27. Quinta via est, ut actor nominet novem viros bonos, & totidem reus ex Consiliarijs suis nominet, & ex illis Reus postea duos, & ex Consiliarijs actor tres seligat. *Ord. d. T.* §. Zum fünfften etc. 9. Quinta via.

Ratio procedendi.

28. Lex procedendi iterum hîc unica est, ut coram illis secundùm Constitutiones ordinationis, novem illis Consiliarijs præscriptas, procedatur, agaturque.

Sexta Iudicis constituendi ratio.

29. Sexta via est, ut actor duos viros bonos, & non suspectos, & reus duos ex suis Consiliarijs Judices constituat: Et hi quatuor, si in judicando dissenserint, neque partium litigantium voluntate & consensu, de superiore, Ob man / de ligendo inter illos convenire possit, Cæsar Præsidem constituat. *Ordin. T.* 4. §. Zum sechsten 10. Et nominati hinc inde nominantis; Præses communibus sumptibus præficitor. *Ordin. d.* §. Zum sechsten. Sexta via Judicis consequendi.

Procedendi ratio.

30. Coram viris illis bonis, secundùm supra posita leges, proceditor: Et Præses in alterutram sententiam pedibus discedito, vel si bonâ conscientiâ & legitimis ex causis, alterutram amplecti nequeat, peculiarem secundùm conscientiam dicito & pronunciato. *Ord. d.* §. Zum sechsten. (Ita tamen, ut secundùm Regulas juris, & leges lata sit, & à tali sententiâ, sicut ab alijs ad Cameram appellari potest.) De Appellatione ad Cameram.

Septima Iudicis constituendi ratio.

31. Ut Actor ex omnibus Consiliarijs rei quinque eligat, sed, ante electionem actoris, reo liceat, unum atque alterum ex illis eximere, quorum operâ in causæ prosecutione utatur: Et tot Consiliarios, si non habeat, ex Officialium, Vasallorum, vel Nobilium ordine numerum supplere. *Ordin. d. T.* §. Zum siebenden etc. 11. Septima via.

32. Et quod supra §. 6. & 7. hoc tit. dictum, de juramento tum à Judice electo, & verba præeunte, tum à cæteris exigendo & præstando, item à juramenti vinculo; quo forsan aliis tenentur, omnibus liberandis, idem etiam hîc obtineto. *Ordin. h. T.* §. Zum achten. v. Und in beyden etc. & §. *seq.* Dieselben neun etc. 13.

Ratio procedendi.

De reconventione in via 7. locum non habente.

33. Hi Judices designati non secus, atque novem Consiliarij, de quibus suprà, procedunto. Ordin. *d. T. &* §. **Zum ſiebenden etc.** In hac via septima, reconventio locum non habeto. Ordin. *h. T.* §. **So dann die Partheyen** 15.

Octava Judicis constituendi ratio.

Octava via.

34. Octava via est, ut reus novem Consiliarios, inter quos quinque ad minimum Nobiles sint, nominet, & Judices ponat, qui causam principalem, & Exceptiones in prima instantia audiant. Ordin. *d. T.* 4. §. **Zum achten.** 13.

35. Et quæ supra in prima via, itemque septima, de judicibus juramenti religione adstringendis & liberandis, constituta sunt, eadem etiam huc ordinatio repetita sancit. Ordin. *d.* §. **Zum achten.** v. **Und in beyden /** *&* §. *seq.* **Dieſelben neun etc.**

Ratio procedendi.

36. De Processu leges hîc sunt: 1. In Scriptis proceditor, & utrinque non plura, quàm quatuor, & in duplo, sive gemina producuntor. Ord. *d.* §. **Zum achten etc.** (Quod eatenus intelligendum est, ut non nisi ad Duplicas usque, si Judex ex Officio aliud non jussisset, agatur, & quælibet scriptura in duplo producatur.)

(2.) Inter scripta illa quatuor tantùm hebdomadarum intervallum esto. *Ordin. ibidem.*

(3.) In tertiis scriptis merita causæ, & exceptiones, & quæcunque ad victoriam causæ obtinendam valere videbuntur, deducuntor: Et in quartis nihil novi affertor, sed concluditor. *Ordin. ibid.*

(4.) Si Judices viderint in quartis scriptis aliquid novi afferri, quod actor ignoret, & adversus quod antea agere non potuerit, tanquam rem novam, & antea in judicium non deductam, sed in ultimum scriptum, in præjudicium actoris rejectam, non attendunto, nec in sententia ferenda ejus rationem habento. *Ordin. ibidem.*

(5.) Si tempus quatuor hebdomadarum scriptis quatuor producendis constitutum actori propter locorum distantiam, non sufficiat, actori petenti à Reo quindenis diebus prorogator. *Ordin. ibidem.*

(6.) Si testes ad probandam causam producendi, examinandique sint; per Commissarium aliquem, utriusque partis consensu nominatum, examinantor. *Ordin. ibid.*

(7.) Si

(7.) Si inter litigatores de Commissario convenire nequeat, quisque examinatorem suum cum Scriba simul nominato. *Ordin. ibid.*

(8.) Examinatores isti, & Scribæ natu maximo inter Consiliarios solenniter juranto, se in examinatione testium, aliisque probationibus recipiendis, utrique communes, & æquos futuros, & bonâ fide, summâque diligentiâ, omnia audituros atque consignaturos, nullique testium in sua depositione impedimento futuros, partibus litigantibus attestationes non communicaturos, sed secretò secum habituros, & ad novem illos Consiliarios Judices omnia obsignata transmissûros, absque omni fraude & dolo. *Ord. d. T.* §. So dann die Partheyen ꝛc.

(9.) Documentis probatorijs & attestationibus judicialiter exhibitis atque publicatis, scripta bina, alterum probationis, & alterum exceptionis ab utrâvis parte, intra quatuor hebdomadarum spacium ab attestationum documentorúmque publicatione exhibentor. *Ord. d. T.* 4. §. Zum achten. 13. Scriptis binis exhibitis, causa pro concluſa habetor. *Ordin. d. T. &* §.

37. Denique eadem Judicij constituendi ratio est, quando Principes ab hominibus privatis & subditis in Jus vocantur. *Ord. d. T.* §. 4. (Nisi aliud transactione, consuetudine, præscriptione, vel privilegio obtentum sit, ut scil. subditi secundùm superiùs dicta, coram judicio, seu in Curia Principum agere debeant.)

38. Consiliarijs illis novem, de consensu partium, causam concluſam, ad universitatem alicujus Scholæ non suspectam, pro concipiendâ sententiâ, mittere licito, sed sententiam ab universitate conceptam ipsi pronuncianto. *Recess. Imper. Spiræ Anno* 70. §. In unsers Cammer-Gerichts. 86.

39. Hæ octo illæ viæ sunt; De quibus observandum, in Camera Imperiali aliquando controversum fuisse, an subditus, vel alius quidam privatus, non immediatè Imperio subjectus, Principem convenire volens, ex illis octo Judicum generibus vel viis, quamcunque velit, eligere possit, aut Princeps requisitus hoc casu, subditum cogere possit, ut coram Consiliarijs suis deputatis agat, & num subditi actores coram Consiliarijs illis agere præcisè teneantur, vel aliâ ordinationis viâ agere illis liberum sit? Quæstio controversa.

40. Sed hanc quæstionem in Camera sic decisam esse, quòd Principi probandum sit, se hoc juris ex consuetudine, & longo usu Decisio quæstionis.

obtinuisse, quòd tali casu, talique modo, scilicet coram Consiliarijs suis conveniri debeat, & quòd facultas Judicem, pro suo lubitu eligendi, antea penes Actores non fuerit, teste Mynsing. *obs.* 1. *cent.* 5. (junge Schvvanem. *obs. pract. Cam. Imp. observ.* 18. ubi idem, à Mynsing. citatum præjudicium in causa *Wolfgangi* Müllichs/ contra *Johan. Frid. Ducem Saxoniæ, & consortes*, refert.)

Tantum de primo genere personarum, privilegium primæ instantiæ habentium. Sequitur alterum.

CAP. IV.

Quomodo, & coram quibus Judicibus Prælati, Comites, Domini & Nobiles immediatè Imperio subjecti, à Principibus conveniantur.

Ordin. Part. 2. Tit. 3.

1. ALterum genus personarum, Judices Ordinationis habentium, est in Prælatis, Comitibus, Dominis, & Nobilibus immediatè Imperio subjectis.

Prælati, Comites quomodo à Principe in jus vocentur.

2. Prælati, Comites, Domini & Nobiles immediatè Imperio subjecti, Judices Ordinationis habent in jus vocati,

ab Actoribus { Principibus. *Ord. part.* 2. *T.* 3. / Inter se. *Ordin. part.* 2. *T.* 5. vid. cap. seq. 4.

3. Si Prælatus, vel Comes, vel Dominus, vel Nobilis immediatè Imperio subjectus, ab Electore vel Principe, vel ab aliquo, qui Principi dignitate par est, in jus vocandus sit, duplex ratio constituendi Judicis præscripta est.

Prima Judicis constituendi ratio.

4. Prima est, ut Elector, vel Princeps, vel qui Principi par est, Actor, ab Imperatore Commissarium non suspectum impetret, sui Ordinis, id est, qui ex Electorum vel Principum, vel illorum numero sit, qui Principibus pares censentur, & qui reo intra duodecim milliaria vicinus sit. *Ordin. d. T.* 3. *in princip.*

Ratio procedendi.

5. Et coram Commissario Judice constituto eo modo procedendum, quo contra Electorem vel Principem, vel alium, qui Principi par est, à Prælato, vel Comite, vel Domino, vel Nobili, vel Civitate in jus vocatum, proceditur. *Ordin. ibid.* v. Vor demselben.

Querela Statuum

6. Hinc non levis querela Statuum contra Aulam Imperatoris oritur,

tur, dum impetratis, vigore Austregarum, à Cæsare Commissarijs, illis, ademptâ facultate judicandi, plerumque injungitur, ut si partes amicabiliter componere nequeant, literas informatorias, ihren Bericht / ad Consilium Aulicum mittant, quod deinde indistinctè pronunciare solet. contra Aulam Cæsaream de Commissarijs Aulicis.

7. Cùm tamen his casibus delegati Judices Austregarum potiùs sententiam ferre debeant, sitque in arbitrio partis victæ, an desuper ad Cameram, cujus jurisdictioni priori modo derogatur, vel Aulam Imperialem appellare velit.

8. Aliud est, si in Aula Imperiali Commissio non super jure Austregarum, sed ex propria jurisdictione, seu in causis, ubi Mandata impetrari possunt, vel aliàs Austregæ locum non habent, decreta fuisset; tunc enim meritò consilium Aulicum judicare poterit.

Altera Judicis constituendi ratio.

9. Altera Judicis hoc casu constituendi ratio est, ut Elector, vel Princeps, vel qui Principi par est, Prælatum, vel Comitem, vel Dominum, vel Nobilem in jus vocandum requirat, & ab eo postulet, ut tres Electores vel Principes, vel ex illorum numero, qui Principibus pares habentur, non suspectos, neque ultra duodecim milliaria ab actore remotos, nominet, ex quibus Judicem eligere habeat, coram quo, secundùm ordinationis leges, procedere possit. *Ordin. ibid.*

CAP. V.

Quomodo, & coram quo Judice, Prælati, Comites, Domini & Nobiles immediatè Imperio subjecti, inter se in jus vocandi.

Ord. Part. 2. T. 5.

1. SI Prælatus, vel Comes, vel Dominus, vel Nobilis immediatè Imperio subjectus, à Prælato, vel Comite, vel Domino, vel Nobili immediatè subjecto, conveniatur, similiter duplex Judicis consequendi via est. Prælati, Comites, quomodo, &c. seipsos invicem conveniant.

2. Sunt quidam Prælati Ecclesiastici in Capitulis majorum Ecclesiarum, qui nec feuda ab Imperio, nec regalia possident, ergò nec immediati reputantur, nec sub hoc tit. Ordinationis comprehenduntur, sed sequuntur forum suæ Ecclesiæ. *vid. supr. c. 3. §. 3.*

3. Quid, si tamen hi Prælati vel alij Canonici, ut plerumque accidit, sint Nobiles immediati? Et hoc casu forum Ecclesiæ, in quam transiverunt, tanquam dignius, sequendum esse assero, quia ordinatio ad Canonicos se non extendit, intellige in personalibus. (Quod accipiendum de Clericis, sive Canonicis Capitularibus, & qui majores De Prælatis, qui sunt Nobiles immediati.

Ordines habent; reliqui enim, non minùs atque alij, privilegio Auſtregarum gaudebunt, ceſſante in ijs ratione, quòd ſcil. Clerici non ſint.)

In perſonalibus poſſunt in Camera conveniri.

4. Imò in cauſa **Iſaac und Samuel Juden zur Glocken in Speyer/** contra **Hund von Saulheim/** Decan. Eccl. Cathedr. Mogunt. Anno 1659. *Citatio ad vidend. exigi debitum*, eoque merè perſonalis actio, ut condictio certi ex mutuo, ob ſolam immedietatem Domini Rei, utpote immediati Nobilis Imperij Circuli Rhenani 1. Febr. decreta, & 19. Maji d. anni, judicialiter reproducta, neque ſuper incompetentia fori, ſeu remiſſione ad forum Eccleſiaſticum unquam exceptum fuit; Quod etiam obtinet in cauſis Mandatorum, nam in realibus Cameræ Jurisdictioni ſubjiciuntur, Mynſing. *cent.* 5. *obſ.* 22. *num.* 2. *&* 4. *& cent.* 4. *obſ.* 95. *& conſil.* 47. *n.* 26. Gail. 1. *obſ.* 37. *num.* 4. quoties non de bonis Eccleſiæ, ſed quæ ab Imperio immediatè poſſident; (Si enim bona Clericorum vel Canonicorum in territorio alicujus Principis ſita eſſent, meritò ibi convenirentur.) Quæſtio eſt.

De Canonicis tutelam gerentibus.

5. Quid etiam, ſi tales Canonici ſint alterius vel mediati vel immediati ordinati tutores? Hoc caſu forum pupilli ſequuntur, quia tralatitium eſt, tutores jure pupilli, non proprio cenſeri, imò Camera conſuevit, Canonicos non ordinare tutores, niſi factâ priùs renunciatione fori ſui Eccleſiaſtici; Imò in perſonis quibusdam Eccleſiaſticis, Ordini Teutonico, vel aliàs ſtrictiùs foro Eccleſiaſtico addictis, renunciatio non ſufficit, ſed de conſenſu ſuperioris ſimul docendum, quia Clericis non eſt permiſſum, prorogare jurisdictionem Laici citra adſenſum ſuperioris. *text. in c. ſignificâſti, & in c. ſi diligenti.* §. *fin. de foro competente.*

De Cam. jurisd. in realibus.

6. Dictum in §. 4. *h. cap.* in realibus jurisdictionem Cameræ fundatam eſſe, contra Prælatos Eccleſiaſticos, qui alioqui membra ſunt Nobilitatis immediatæ. Hinc adeò factum eſt nuper, cùm Dn. Comes de S. contra Dn. Comitem de S. *Citationem, ad vidend. uti jure retractus*, extraheret, quòd ſupplicationi pro fundanda jurisdictione expreſsè inſeruerit, actionem de retractu magis ad reales, quàm perſonales ſpectare.

De Caſtro Fridbergico.

7. Notandum prætereà, quamvis immediata Nobilitas Imperij, tractûs Rheni, Caſtro Fridbergico incorporata, inter ſe mutuò, gaudeat privilegio Auſtregarum; quod tamen, ſi Nobilium quispiam à perſona mediata conveniatur, non aliud forum agnoſcere prætendant, quàm dicti Caſtri, idque dubio procul ex privilegio. Ita colligere eſt,

est, è decreto Cameræ, nuper admodum d. 8. Maji, 1686. in causa O. A. contra S. von H. lato: Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern / wofern Supplicant / daß / mit Vorbeygebung der Käyserlichen Burg Friedberg / Beklagter allhier in Camera besprochen werden kan / bescheinen wird / solle ferners ergehen / was recht ist. In Consil. ut supra.

Prima Iudicis constituendi ratio.

8. Una est, ut reus ab actore requisitus nominet tres Electores, vel Principes, vel Principibus pares non suspectos, nec ultra duodecim milliaria sejunctos, ex quibus actor Judicem eligat. *Ordin. h. T. in princ.*

Ratio procedendi.

9. Judex in loco opportuno diem judicio dicito, causam audito, & secundùm ordinationis leges procedito, (de quib. supr. cap. 4. in viâ tertiâ.) *Ordinatio ibidem.*

Altera Iudicis constituendi ratio.

10. Altera est, ut actor ab Imperatore Commissarium impetret.

Ratio procedendi.

11. Coram Commissario illo non secus procedendum, atque contra Electorem vel Principem, vel Principi parem, à Prælato, vel Comite, vel Domino, vel Nobili, vel Civitate, vel à privatis & subditis in jus vocatum proceditur. *Ordin. ibidem.*

Hactenus de Judicibus Ordinationis, ratione causarum in genere constitutis: sequitur de iisdem in specie, videlicet in causis simplicis spolii.

CAP. VI.

De Judicibus Ordinationis & Processu, in causis simplicis spolij.

Ordin. Part. 2. Tom. 8.

1. CAusa simplicis spolij est, quando sine vi publica, & absque pacis publicæ violatione, sed nec jure tamen, re suâ, qualiscunque illa sit, aliquis spoliatur, vel possessione ejus destituitur. Simplicis spolij causa quid?

Ratio Iudicis constituendi.

2. Princeps à Principe, vel aliô quopiam inferioris ordinis, si sit spoliatus, Judex ita constituitur: Qui spoliavit, vel Princeps est, vel non

non Princeps: Rursum, qui spoliatus est à Principe, vel est ejusdem Ordinis, id est, Princeps, vel inferioris Ordinis est.

3. Si Princeps Principem spoliaverit, eosdem, quos suprà cap. 2. dictum est, Judices habento: *Ord. d. T.* 8. §. **Wo hinfüro.** vers. **So sol der entsetzt.** Sin quempiam inferioris Ordinis spoliaverit, una ex superioribus vijs octo, de quibus cap. 3. eligenda fuerit. *Ordinatio d. T. & §.*

4. Si actor, sive spoliatus inferioris Ordinis, in loco Judicij Advocatos vel Procuratores habere nequeat, Princeps ab Actore requisitus inter suos subditos & doctos prospicito, eosque compellito, ut pro justo & mediocri salario, aut si paupertatem jurare maluerit, secundùm jura fideliter operam suam ipsi præstent, uti decet, sed vinculo obligationis, quo reo tenentur, tantisper relaxato, *Ordinatio d.* §. **Wo auch der Kläger.** 5.

5. Si unus ex nominatis tribus Principibus delectus fuerit, Judex intra dies quatuordecim requiritor, ut cognitionem causæ suscipiat. *Ordinat. d. T.* 8. §. **Würde auch der Kläger etc.** 7.

Procedendi ratio.

6. Rei in causis simplicis spolij requisiti, operam danto, ut intra mensem, aut si legitima impedimenta fuerint, sex longissimè hebdomadas, citatio emanet, & secundùm ordinem procedatur, *Ordin. ibidem.* §. **Und sol derselbig.** 4.

7. In his causis summariè proceditor, & intra anni spacium determinantor. §. **Und sollen die Niedergesatzte etc.** 6. Judex sive Commissarius, à Cæsare delegatus, intra mensis spacium citationem decernito, & intra annum finem Liti imponito. *Ordin. d. T.* §. **Würde aber der Kläger etc.** 7.

8. Sequitur, ut dicamus, Prælati, Comites, & Nobiles immediati spolium committentes, quos Judices habeant? Si spoliavit is, qui Princeps non est, sed Prælatus, vel Comes, vel Nobilis immediatus,

aut { Principem spoliavit, / Sui Ordinis quempiam.

Judicis constituendi ratio.

5. Si ab eo, qui Princeps non est, Princeps spoliatus fuerit, iidem Judices constituendi sunt, qui in aliis causis, de quibus supra *cap.* 5. *Ordin. d. T.* §. **Ferner wo etc.** 14.

10. Sin Prælatus, Comes, vel Nobilis immediatus, à quopiam sui

sui Ordinis spoliatus fuerit, eosdem Judices habento, quos in aliis causis habuerunt, de quibus supra *cap. 5. Ordin. d. T. 8. §.* Ferner wo etc. 14.

Procedendi ratio.

11. Litis processus citra moram & anni spacio perficitor. *Ordin. d. T. &* §. Ferner wo etc. 14.

12. Notandum: Quòd multi in quæstionibus spolij pro mandatis S. C. impetrandis in Camera desudant, arbitrantes, spolium esse casum omni jure vetitum & scandalosum, ita ut absque ulteriori cognitione pro injusto & iniquo haberi, atque vigore *Ordin. p. 2. tit. 23.* præceptivè tolli possit, verùm erroneè: Utut enim satis violentiæ quandoque concurrat; quia tamen in casibus spolij ordinatio certum austregarum modum præfinivit, Camera huic inhæret; nisi talis fortè violentia coincidat, (putà, violentia dolo malo & coadunatis hominibus facta) quæ paci publicæ adversa sit, hoc etiam casu citatio super fracta pace & mandata restitutoria locum haberent. *Ord. Cam. p. 2. tit. 8. in priuc.*

In quæstionibus spolij Mandata S. C. non decernuntur.

Quando autem locum habeant.

Dictum est hactenus, quando primæ instantiæ privilegium locum habeat. Sequitur nunc, quando locum non habeat.

CAP. VII.

Quando Judices Ordinationis locum non habeant, & quomodo causæ ab ijsdem ad Cameram devolvantur.

1. HÆc igitur sunt, quæ de Judicibus Ordinationis, sive primæ instantiæ privilegio Ordinatio habet, quibus subjicitur titulus generalis, de sumptibus atque expensis, Consiliarijs Principum suppeditandis, itemque de securitate publica, partim litigantibus præstanda & de appellationibus.

2. Verùm enim verò memineris, in hoc primæ instantiæ privilegio, Primò nullis aliis personis illud concessum esse, quàm duobus illis Ordinum Imperij generibus, ordinatione expressè nominatis, bis binis tamen casibus tantùm, *suprà expositis*; (Ut scilicet Austregæ aliter locum non habeant, quàm vel in causis simplicis spolij, vel in alijs causis, super quibus mandata non possunt impetrari.)

Notabile primum.

3. Si qui igitur alij casus inciderint, ab illis diversi, Jus commune observandum fuerit: *arg. §. fin.* Wir ordnen und setzen etc. *T. 31. part. 2. Ordin. & tit. 54. part. 3. in princip.*

Casus in ordinatione non expressi juri communi relicti.

4. Itaque hoc primæ Instantiæ privilegium locum non habet:

Austregæ locum non habent, si conveniatur civitas Imp. Exceptio.

(1.) Si conveniatur Civitas Imperialis, nec Privilegium, nec Statutum privilegio confirmatum habens; quemadmodum habet Argentina, Memminga, Kauffbäuren / Schwäbisch Hall / Norimberga, Wormatia, Ratisbona, Eslinga, Dünckelsbühl / Reutlinga, Suinfurtum, apud *Schwanem. de proceſſ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. Vide ſupra hoc tit. 4. §. ex eodem fundamento.

Præjudicium in confirmationem exceptionis.

5. Subjicitur hîc memorabile præjudicium In Sachen Steinbock contra Straßburg; ubi Impetrantes remiſſi ſunt ad Auſtregas, quod ita habet: In Sachen Daniel Steinbock und Conſ. Klägern wider Bürgermeiſter und Rath der Stadt Straßburg Beklagte. Citat. ad vidend. ſe immitti ex L. fin. C. de edict. Hadr. toll. caſſari confiſcationem nulliter factam, & ſe ad edendum teſtamentum originale cum Inventario, ut & ad reſtituenda in hæreditatem condemnari. Iſt von Dr. Stiebern den 22. May eingebrachte unterthänigſte Supplic. pro declaratione Sententiæ, als taxativ, ab actis verworffen / und umb willen Er ſolche eingegeben / gegen Jhme die Straff 2. Marck / gegen den Advocaten und Concepiſten aber / derentwegen zu benennen / 3. Marck Silbers in der Armen Seckel / ſub pœna dupli und der Real-Execution, innerhalb 2. Monat zu bezahlen / hiemit vorbehalten. So viel die Haupt-Sache betrifft / iſt auff die den 25. Junij durch D. Stiebern eingegebene Eventual Submiſſion-Schrifft / zu recht erkannt / daß die Beklagte von außgangener Citation ad vidend. ſe immitti &c. zu abſolviren und entledigen ſeyen / als wir ſie hiemit abſolviren und entledigen; Die Klägere in die Gerichts-Koſten / an dieſem Käyſerl. Cammer-Gericht derentwegen auffgeloffen / nach Rechtlicher Ermäſſigung / condemnirend und verdammend / jedoch ermeldten Klägern fernern Spruch und action, da er / ratione nulliter factæ confiſcationis einige zu haben vermeynt / gehöriger Orten / wie ſichs gebührt / vorzubringen unbenommen / ſondern vorbehalten.

Clauſula remiſſoria.

6. Et hujusmodi primæ inſt. privilegium nuper etiam in Cauſa Johanniter Meiſters contra Reutlingen Mandati (quod notandum) C. C. eine Zehend-Scheuer betreffend / oppoſitum fuit; quo facto, remiſſoria ſententia indies expectatur.

Caſus ſecundus, ubi locum non habent Auſtr.

7. (2.) Si conveniatur Prælatus, Comes, Baro, Nobilis immediatè Imperio ſubjectus, à Nobili immediatè Imperio ſubjecto, item Civibus, & aliis privatis Perſonis, cujuscunque conditionis fuerint, argumento *L.* 5. §. *final. part.* 2. & *L.* 27. Mynſing. *obſ.* 89. *cent.* 1. Gail. *obſ.* 1. *lib.* 1. *n.* 17.

8. Secus

8. Secus foret, si aliquem Principem in Jus vocare voluerint, quia tali casu locum haberet privilegium primæ Instantiæ **der Austrag.** Rationem diversitatis ibidem Gailius hanc adsignat: Quòd Lex ita scripta sit. *Ord. part. 2. T. 4. §. final.* & ita Ordinibus Imperij visum sit, fortè propter præeminentiam & excellentiam principalis dignitatis.

9. (3.) Si conveniatur Prælatus, Comes, Baro & Nobilis immediatè Imperio subjectus, à Civitate Imperij libera, argumento *T. 5. §. fin. part. 2.* & Mynsi. *d. obs. 89.* Vide supra T. 4. §. 12. & sequentibus. Casus tertius.

10. (4.) Si Subditi Comitum, Baronum & Nobilium, immediatè Imperio subjectorum, Dominos suos convenire velint, hoc casu primæ Instantiæ privilegium locum non habet, sed Domini Cameræ forum sortiuntur, ut colligitur ex *Ordin. part. 2. T. 4. §. final.* argumento à contrario sensu ducto; Nisi tamen aliter præscriptum, & longissimo usu observatum fuerit. Gail. *Obs. 1. num. 46.* Casus quartus.

11. Memineris secundò, (vide supra §. 2. h. cap.) quòd inter Status, suos habentes voluntate sumptos inter se arbitros, primæ instantiæ privilegium locum non habeat. *Ordin. d. T. 2. in princ.* Vide omninò specialia in Justi Sin. Schuzii *Colleg. jur. publ. Vol. 2. exerc. 3. th. 3. per tot.* ubi distinguit Austregas in Legales & non Legales, has rursum dispescit in Conventionales & Statutarias, quæ sint vel perpetuæ vel temporales. Notabile Secundum.

12. Tertiò, quòd præscripti & regalibus privati (vid. *supr. h. tit. 4. §. Sic ratione personarum habitâ, in Cam. conveniri possunt. 9.* &c.) hoc primæ instantiæ privilegium amittant. Mynsi. *Obs. 90. cent. 1.* Tertium.

13. Quartò, quòd primæ instantiæ privilegium habens, si in Camera conventus illud excipiendo non opponat, tacitè Jurisdictionem Cameræ proroget; ut factum est in Causa Abbatis Themens. contra Ernestum Ducem Saxoniæ. Quartum.

14. Quintò, quòd primæ instantiæ Privilegio renunciari possit. Generalis tamen renunciatio non sufficit, putà, **Vor allen Gerichten vornehmen etc.** Ut decisum est in Causa Christophori **von Embsingen** contra **Daniel Juden.** Gylman. *præjud. Cam. verb. renunciatio.* **Rüding.** *Observ. 37. Cent. 5.* Quintum de renunciatione primæ instantiæ.

15. Si ergo quis ex generali hac renunciatione in foro aliàs incompetente conveniretur, appellare potest. Sic appellatio hoc casu recepta, & Citatio cum compulsorialibus atque mandato de relaxand. Generalem tamen non sufficere.

cum- & de non imped. prosequi Litem S. C. in Camera decreta, in causa Anastaß contra *Stoth* ad Supplicam 24. Octobr. Anno 1651. exhibitam.

Camerales immediati in Camera conventi, privilegio Austregarum non gaudent.

16. Sextò, quòd contra Personas Camerales etiam immediatè Imperio subjectas primæ Instantiæ privilegium locum non habeat. Gail. *Lib.* 1. *obs.* 1. *n.* 39. (Rectiùs dicitur, quòd Personæ Camerales, immediatè Imperio subjectæ, conventæ, non possint privilegium Austregarum obtendere.)

In Camerali judicio conveniuntur.

17. Exempli gratiâ, convenitur quidam Nobilis Imperij immediatus, Cameræ officij causa pro tempore addictus, à Nobili extraneo immediato, & hunc primæ instantiæ Privilegio non gaudere author arbitratur; idque rectè. Præjudicia enim, quòd in Camerali Judicio, Processu extrajudiciali inter Camerales consueto, vel pro qualitate causæ etiam ordinario judiciali, conventi fuerint, extant varia.

In realibus illud non procedit.

18. An etiam in realibus procedat? Ego negandum censeo, tum quia ipse Gailius hoc saltem in Personalibus valere adserit, tum etiam quòd *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 49. juxta omnium mentem intelligitur & servatur saltem in actionibus personalibus, non realibus: teste Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 52. Magenhorst *ad d. Ord. titulum.* Schvvanem. *Obs. Cam. pract. obs.* 5. qui ambo in causa Hermanni Amelungs contra Episcop. Monasterienssem ita decisum esse referunt. Denaif. *in adsert. Jurisd. Cam. ferè in princ.* Ratio hujus est, quia in reali actione non quæritur de obligatione personæ, sed de re ipsa, nec persona trahitur in judicium, sed res.

Ejus ratio.

Septimum notabile.

19. Septimò, quòd primæ instantiæ Privilegium locum non habeat, si continentia causæ prohibeat. Supra *tit.* 4. *n.* 6. §. *Sed quæstiones dubiæ hic duæ fuerunt.*

Octavum.

20. Octavò, si actio ex peculiari Imperij constitutione esset instituenda, ex qua, pro re nata, vigore Ordinationis Cameræ Jurisdictio est fundata. *Ord. P.* 2. *tit.* 9. *& seqq.* Gail. 1. *Obs.* 1. *n.* 2. Schvvanem. *d. proc. L.* 1. *cap.* 7. *n.* 1. *& Observ.* 25. *n.* 2. *& seqq.*

Nonum.

21. Nonò, quoad Clericos sive Capitulum, si sedes vacans fuerit; uti supra tit. 4.

Quomodo ad Camer. devolvantur causæ à Judic. Ordinar.

22. Sciendum porrò, quòd à Judicibus Ordinationis causæ ad Cameram devolvuntur, vel per appellationem, vel sine appellatione: Per appellationem, si cuipiam per Sententiam gravamen illatum fuerit. *Ord. part.* 2. *T.* 2. §. Darauff sol 1. *T.* 6.

A Judicibus Austrega-

23. Aliquot ex veteribus in ea fuerunt opinione, à Judicibus Austregarum ad Cameram præcisè appellandum esse, non verò ad

Imp.

Imp. Aulam, ut video disputatum per vota in causa **Marks Mesnern** contra **Lindau und Ravensburg** apud *Cass. Klock. relat.* 108. Verùm propter concurrentiam jurisdictionis hoc arbitrarium esse, nemo jam ampliùs dubitat. tum an ab aulam Imp. possit appellari.

24. Sed observandum, in appellationibus extrajudicialibus Judices Ordinationis locum habere, & per appellationem non semper totam causam ad Cameram devolvi. Vid. Frid. Mindan. *de Processu Lib. 1. cap. 20. n. 3. & 4.*

25. Distinguuntur Appellationes extrajudiciales à Judicialibus in hoc, quòd hæ à Sententiis, cum causæ cognitione & prævio legitimo processu latis, illæ verò à simplicibus Decretis, antequam pars desuper audita fuerit, latis, fieri soleat. Appellatio extrajudicialis à judiciali ut differat.

26. Et distinguendum est inter alia, in gravaminibus extrajudicialibus; An Princeps, vel qui Decretum extrajudiciale tulit, ut Judex, vel tanquam pars, scilicet in re, ubi ipsemet interesse habet, vel ut Judex & pars simul, gravaverit? In primo & postremo casu appellatio, cæteris paribus, locum habet, secus in secundo: tum enim gravamen illatum coram judicio Austregarum, vel per viam S. Q. in Camera, si scil. gravans privilegium Austregarum non haberet, reparari debet: *ut infrà de appellationibus fusiùs videbitur.* Extrajudicialium gravaminum diversi Casus.

27. Sine appellatione devolvuntur (supr. §. 22. h. tit.) (1.) Si Elector, vel Princeps, vel is, qui Principi par est, ab Electore, vel Principe, vel eo, qui Principi par est, in Jus vocatus, intra constitutum tempus, scilicet mensis spacium, juxta *Ordinationis Legem part. 2. T. 2.* §. **Darauff sol etc.** 1. quatuor Principes, ex quibus actor Judicem eligere possit, non nominaverit, nec legibus ordinationis hoc casu præscriptis paruerit. *Ord. d. T. §. fin.* Gail. *lib. 1. obs. 1. n. 36.* Quando Causæ ad Cameram devolvantur ab Austregis, sine appellatione. 1.

28. Si enim in jus vocatus fatale non observaverit, rectà ad Cameram itur, & citatio super deneg. vel protr. justitia decernitur, utì nuper factum in causa *H. V.* **von Warsperg** *contra* **Herrn** *V. Wambold.* Sin verò causa jam est pendens in Camera, & pars coimpetrans vel interveniens, remittitur ad competens Austregarum forum, quando hoc casu requisitus super Austregis intra fatale non respondet, & satisfacit, indicatur illud in Camera, & rectà ibi proceditur: quemadmodum factum est *novissimè in Causâ S. contra S.*

29. Hæc in jus vocatio fit per nudam requisitionem, instrumento Notarii, probationis ergo, postmodum muniendam, secundùm Ordi- In jus vocatio quomodo fiat.

nationis & primæ Instantiæ formam. Vid. *Ord. Cam. p. 2. tit. 2.* & Schvvanem. *Lib. 1. proceſſ. Cam. cap. 4.* Vid. ſupra *hoc tit. cap. 2. §. 2.*

An Libellus transmittendus.

30. An autem requirens hoc caſu Libellum transmittere neceſſe habeat, quæſtionis eſt. Ego de jure ordinationis & praxi negativam veriorem eſſe judico, quia factum in ſcripto, quod reo mittitur, ſaltem narrare ſufficit, ut obſervantia docet.

Secundus Caſus devolutionis ſine appellatione.

31. (2.) Si Elector, vel Princeps, vel qui Principi par eſt, à Prælato, vel Comite, vel Barone, vel Nobili, vel Civitate aliquâ, vel cive, vel agricola, aliove ſubdito in Jus vocatus, ſecundùm Ordinationis Leges coram Conſiliariis ſuis Juri Judicioque ſe ſiſtere nolit, nec Actori Juris auxilium, Legibus Ordinationis hoc caſu conſtitutum, præſtet. *Ordin. part. 2. T. 4. §.* Dieſelbe neun Räthe.

Tertius.

32. Si Prælatus, vel Comes, vel Nobilis immediatè Imperio ſubjectus, in Jus vocatus, & ſecundùm *Ordinationis Legem p. 2. T. 5. in princ.* requiſitus, actori non tres Principes, ſed unum vel duos tantùm nominaverit, & menſis ſpacium exactum fuerit, actorque legitimæ requiſitionis documentum propoſuerit. Mynſ. *Obſ. 91. cent. 1.* Ubi unicam requiſitionem hoc caſu ſufficere, teſtatur Gail. *lib. 1. Obſ. 1. n. 53.*

33. Quid verò ſi requiſitus ipſe ad Cæſaream Majeſtatem aut Cameram Imperialem diſertè provocaret? Et hoc caſu Cauſam ad Cameram devolvi ibidemque recipi poſſe non dubito; modò hoc legitimo documento doceatur.

Quartus.

34. Si in Cauſis ſimplicis ſpolij ſpoliator ſive Reus actori novem, ſive alios Commiſſarios ſive judices electos, vel alias perſonas, unà cum Conſiliarijs, intra ſpacium menſis, vel, legitimis impedimentis intervenientibus, infra ſex Hebdomadas ad ſummum, ſecundùm Ordinationis Leges, Judices non poſuerit; aut Princeps Judex electus vel Commiſſarius impetratus, ad requiſitionem actoris, ut tempore definito Litis Proceſſum inchoare queat, intra menſis ſpacium Citationem non decreverit; vel Elector, ſive Princeps, ſive alius Imperij Status actori 3. Principes in continenti non nominaverit, aut ab Electore requiſitus, Advocatos & Procuratores, ut actori operam ſuam præſtent, non compellat. *Ord. p. 2. T. 8. §.* Wo ſich dann begeben. 11.

Quintus.

35. Cauſa ipſo Jure ad Cameram devolvitur. Si in cauſis ſimplicis ſpolij per novem Conſiliarios aliosve Judices Ordinationis conſtitutos, Lis intra anni ſpacium, Legibus Ordinationis definitum, per ſententiam non expediatur; quo caſu in eo ſtatu, in quo coram Judicibus

cibus constitutis, vel Commissario, vel Principe relicta est, per Cameram Imperialem reassumenda, & actore postulante, omnia acta intra spacium sex hebdomadarum longissimè, Judici Cameræ, spoliatoris sumptibus, transmittenda. *Ord. p. 2. T. 8.* §. **Gleichermassen.** & §. **Ferner wo ein.**

Sextus.

36. In Causis simplicis spolij, sententiâ pro actore contra reum latâ, si non appellatum, nec spoliatus intra tempus, Legibus Ordinationis definitum, restitutus fuerit, in Camera ad Executionem procedendum. *Ord. d. T. 8.* §. **Und so das Urthel.** (Non infrequens enim est, post sententiam, vel peti restitutionem, vel querelam nullitatis principaliter institui: id, quod, neglectis fatalibus appellationis, si tamen cætera sint paria, maximè quoad summam appellabilem, fieri solet. Quo modo adhuc hodiè respectivè in Camera agitatur processûs in causa S. contra S. citat. ad vidend. restitui, vel deduci nullit. princip.)

De petitione restitutionis, & querela nullitatis post sententiam.

37. Quid si, vigore Ordinationis electus Commissarius, causâ coram eo adhuc pendente, moriatur, an actor ex superstitibus duobus (tres enim nominari ex ordinatione constat) alium in Judicem eligere necesse habet, vel an causa hoc casu ad Cameram devolvitur? Decisum fuit in *causa B. contra R.* & *in causa M. contra W.* causam hoc casu ad Cameram devolutam esse, teste Schvvanem. *Obs. Cam. Imp. Obs.* 17. quamvis videam contrarium sentire, Frider. Mindan. *de Process. Lib. 1. cap. 16. n. 3.*

Si electus Commissarius pendente causâ moriatur, quid tum?

38. Ratio est, quia ex pluribus delegatis, uno mortuo, exspirat officium omnium, adeo, quòd ulteriùs ex illa delegatione cognoscere non possint, &c. *Secundò*, quia hoc casu Ordinationi per semel factam requisitionem & nominationem utrobique est satisfactum; ex quo Camera Jurisdictionem habet fundatam; cùm Ordinatio ultra non requirat.

Causa ad Cameram devolvatur, & quare?

39. Cautela proinde est, ut electi tales Principes, simul & semel, **sampt und sonders/** pro Commissarijs petantur; tunc enim, licèt unus moriatur, tamen alter in ipsius locum succedere poterit.

Qua ratione illud declinari possit.

40. Præterea notandum est, quòd Commissario ab Imperatore dato, si re jam cœptâ moriatur, filius ipsius, nisi aliter ab Imperatore provisum, & in specie tantùm ad patrem Commissio restricta esset, eo ipso succedat. Prout in Bavaria multis Exemplis demonstrari potest.

Filius Patri Commissario an in Commissione Aulica succedat.

41. Subjicitur Colophonis loco, notabile præjudicium, **In Sachen Chur-Pfaltz** contra **Chur-Brandenburg/** in qua Elector Saxo-

Præjudicium notabile.

Saxoniæ electus fuerat Judex Austregalis, à cujus laudo Elector Palatinus ad Cameram appellavit ; Sed illa appellatio *d.* 13. *Decembr. anni* 1683. pro non devoluta declarata fuit.

42. Sententiæ tenor : In angemaßter Appellations-Sachen/ weyland Herrn Carl Ludwigen / jetzo Herrn Carlen / Pfaltz-Grafen und Chur-Fürsten / wider Herrn Friderich Wilhelmen Marggrafen zu Brandenburg und Chur-Fürsten / ist erkant: Daß solche Sache durch fürgenommene Appellation an dieses Käyserl. Cammer-Gericht nicht erwachsen / sondern an Herrn Richtern voriger Instantz zu endlicher Entscheidung/so wol des Puncti denuntiatæ Litis, als der Haupt-Sache selbsten/ zu remittiren und weisen seye ; Als wir dieselbe hiermit remittiren und weisen / gedachten Herrn Appellanten in die an diesem Käyserl. Cammer-Gericht derentwegen auffgeloffene Gerichts-Kosten/Jhme dem Herrn Appellaten/nach Rechtlicher Ermässigung/ zu entrichten und zu bezahlen / fällig ertheilend.

Expositâ Jurisdictionis Cameralis fundandæ ratione quoad personas: Sequitur, quomodo ratione causarum fundetur.

TIT. V.

Ratione Causarum Jurisdictio Cameralis quomodo fundetur.

Jurisdictio Cam. ratione Causarum fundatur.

1. RAtione Causarum Jurisdictio Cameralis fundatur, quatenus eam fundat *factum* aut *res*.

Causarum qualitas magis attenditur, quàm personarum.

2. Etsi enim hîc quoque in fundanda Jurisdictione personarum litigantium, tum Actoris, tum Rei, præcipuè verò Rei qualitas atque conditio attendatur, utrùm nimirum is immediatè Imperio subjectus sit, nec ne ? Attamen non tam personarum, quàm causarum natura & qualitas attenditur.

Ejus ratio.

3. Nisi enim hîc potiùs Causæ quàm Personæ qualitas & conditio spectaretur, rationem non video, quamobrem hujusmodi causæ ex Jurisdictione judicum Ordinationis aliorumque exemptæ & judicio Camerali subjectæ sint.

& confirmatio.

4. Et innuere atque confirmare hoc videtur generalis Rubrica sive inscriptio *T.* 9. *part.* 2. *Ord. quæ sic habet* : Von Personen und Sachen / die von ihrer Art und Eigenschafft wegen/ ungeachtet/ ob sie mit oder ohne Mittel dem Reich unterworffen/in erster Instantz an das Käyserl. Cammer-Gericht gehörig : Id est, de Personis atque Causis ad judi-

judicium Camerale pertinentibus, nullâ ratione habitâ, utrùm personæ illæ Imperio mediatè vel immediatè subjectæ sint.

5. Quod eatenus intelligendum, ut in Actore immedietas in certis mandatis, ubi hoc non in specie dispositum est, non ita strictè requiratur: Secus ac in Reo; is enim ideo immediatus esse debet, quòd mandata contra mediatos locum non habeant. Declaratio.

6. De singulis causis, in quibus Jurisdictio Cameralis, ratione facti, fundata est, peculiares Imperii Constitutiones extant, quarum finis & ratio præcipua est, pacis Imperii publicæ conservatio. Gail. *de pignorat. Obs.* 1. *n.* 1. Peculiatium Imperii constitutionum finis.

7. Harum autem Constitutionum vulgò numerantur octo, quarum quælibet habet sua requisita specialia, quæ in supplicationibus pro impetrandis processibus disertis verbis debent exprimi, *per L.* 4. §. 12. *de V. bon. rapt. L.* 8. §. 5. *de N. O. N. L.* 4. §. 8. *d. damn. inf. L.* 7. §. 2. *quib. ex caus. in poss.* Mynsing. 4. *Obs.* 80. *n.* 4. Gail. *de P. P. c.* 7. *n.* 20. Siquidem unico illorum omisso, non tantùm petiti processus denegantur, *per L.* 5. *de condit. instit. L.* 29. *& L.* 109. *de V. O.* Gail. 1. *de P. P. c.* 13. *n.* 3. Cùm eo deficiente Cameræ Jurisdictio deficiat. Gail. *d. pignor. c.* 1. *n.* 2. *& c.* 15. *n.* 14. *ac alibi passim, per d. l.* 4. §. 6. *de damn. infect. L.* 1. §. 3. *vers. & generaliter. ne quid in flum. publ. L.* 4. §. 12. *de vi bon. rapt.* & nullus in iis hodie sit salutaris clausulæ effectus. Deputat. **Abschied** *de anno* 1557. §. **Wiewol dann in der etc.** Denais. *de Jur. Cam. tit.* 74. §. 1. Verùm etiam supplicantes frustraneas ferre expensas tenentur, salvo interim meliùs supplicandi remedio. Frider. Mindan. *de proces. Lib.* 1. *c.* 21. *n.* 8. Præterea etiam stylus quædam specialia in iis observat. Gail. *de Arrest. c.* 13. *n.* 6. Constitutionum illarum requisita diserte exprimi debent.

TIT. VI.

De causa fractæ pacis publicæ religiosæ.

1. FActorum, in quibus Jurisdictio Cameræ fundata est, genera, *decem* sunt. Primum genus est, pacis publicæ Imperii violatio. Facta jurisdictionem Cameræ fundantia.

2. Pax Imperii publica est { Religiosa, vel Profana. } Pax publica duplex.

Recess. Imp. Anno 1594. *Ratisbonæ* §. **Was dann wir.** Fol. 5. V. Religion- **und** Profan- **Fried.** 9.

Pax religiosa quid?

3. Pax Religiosa est, quæ Religionis ergò, in Imperio, inter Imperatorem, Principes, & Status Imperij servanda est. Hæc igitur, si violetur & turbetur, causa violatæ sive turbatæ pacis religiosæ nascitur.

Quid causa violatæ pacis religiosæ?

4. Causa violatæ pacis religiosæ est, quando actor queritur, se propter religionem, vel in personâ suâ, vel in bonis & rebus suis, veluti in perceptione redituum, ab aliquo turbari. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 1. *n.* 3. *& Obs.* 2. *num.* 1.

Religiones in Imperio toleratæ.

5. Dictum, *propter religionem.* Hoc est, intuitu religionis: sive directè, sive indirectè quis turbetur. Sunt autem religiones in Imperio hodie tres toleratæ, Catholica, Augustana & Reformata, ita, ut reliquæ religiones non tolerentur, neque etiam sub hoc titulo comprehendantur.

Constitutionis religiosæ Capita duo. Primum.

6. Constitutionis Imperij, de pace publicâ religiosâ, duo potissimùm capita sunt. *Primum* est: Imperator & Imperij Ordines, ne quem Statum Confessionis Augustanæ, ob eam professionem, vi vel armis invadant, (id est, solius religionis causâ; aliàs enim, si quis ex alio fundamento invaderetur, constitutio hæc locum non haberet) detrimentove afficiant, à Religione, fide, ceremoniis, ritibusque in Ecclesiam introductis, porrove introducendis, in propriis ditionibus dejiciant: neve Mandatis, aliisve modis graves molestive sint, neve despiciant: Sed & religionem prædictam, ejusque exercitium liberum, & res atque jura omnia intacta relinquant, periculo cautioneque dignitatis Imperatoriæ, honoris Principum, fideque & pœnis constitutionis de pace publicâ: **Alles bey Käyserlichen und Königlichen Würden/ Fürstlichen Ehren/wahren Worten/und Poen des Landfriedens etc.** *Recess. Imper. Aug. An.* 1555. §. **Und damit solcher Landfried etc.** 15. Denaisi. *Pax religionis* 216. §. 4. *&* 6.

Secundum Caput Constitutionis.

7. *Alterum* caput est, ut eadem ordines Augustanæ Confessionis, erga Imperatorem, ordinesque priscæ religionis, eorumque collegia, atque alios Ecclesiastici Ordinis homines, omnia observent: atque æquo cum iis jure contenti sint, pari periculo & sponsione honoris Principum, fideique, pœnisque Constitutionis, **daß ein jeder sich gegen dem andern/ an gebührenden ordentlichen Rechten/ benügen lassen/alles bey Fürstlichen Ehren/ wahren Worten/ und Vermeydung der Poen/ im Landfrieden begriffen.** *Recess. eodem.* §. **Dargegen sollen die Stände.** 16. Denaisi. *ibid.* §. 7.

8. Notetur autem, circa adjudicationem possessionis bonorum Eccle-

Eccleſiaſticorum, quod præcisè *d.* 1. *Januarij anni* 1624. in ea, inter Status ipſos, obſervandus ſit: iſte terminus autem non attendatur, ratione exercitii religionis, quoad ſubditos, ſed ſufficiat, illos aliquâ parte *dicti anni* 1624. in poſſeſſione vel quaſi fuiſſe. *Blum. tit.* 28. *th.* 19. & 37. Hinc in cauſa R. von O. contra P. & Conſ. 8. *Novembr.* 1659. interlocutus eſt Judex: **Noch zur Zeit abgeſchlagen / ſondern / woſern** Supplicant, **daß Er auff ſeinem Hauſe** G. in poſſeſſione vel quaſi exercitii Auguſt. Confeſſ. **geweſen etc.**

Incidens mentio de termino reſtitutionis. ex Inſtrum. Pacis Weſtphal.

9. Et cùm paci Religioſæ de Anno 1555. variis ſubinde locis, præſertim per Inſtrumentum pacis Weſtphalicæ, augmentum acceſſerit & explicatio, inde fit, quòd hodie narrata ſupplicationum ex amuſſim illi conformia eſſe debent. Probatur hoc decreto nuper 12. Febr. 1687. edito, in causâ von H. contra O. M. & Conſ. **Woferne** Supplicant **die** narrata **förmlich** deduciren / **und auff das** Inſtrumentum Pacis **einrichten wird etc.**

Pax religioſa per pacem Weſtphalicam aucta.

10. Hæc, inquam, capita præcipua ſunt Conſtitutionis de pace publicâ religionis Imperii, cui leges ordinationis, in cauſis ſimplicis ſpolii promulgatæ, nihil derogant. *Ord. part.* 2. *T.* 8. *in princ.* (Hoc eſt, ſi turbatio adverſus Conſtitutionem religioſam fiat, tantùm per modum ſimplicis ſpolii, & citra vim publicam, non tamen Auſtregæ locum habebunt.) Reliqua vide *dict. Receſſ. Auguſt. anno* 1555. & confer. Denaiſ. *d. tit. de Pac. Relig. Conſtit.* 216.

Auſtregæ non habent locum, ſi ſimplici ſpolio in Conſtit. Religioſam committatur.

11. Cæterùm, ad fundandam Jurisdictionem Cameræ Imperialis ex conſtitutione religionis, requiſita duo obſervanda fuerint. *Primum* eſt, quòd turbatio fiat religionis intuitu, ut prædictum eſt, Gail. 1. *obſ.* 3. *Alterum* eſt, ut tam turbans, quàm turbatus ſint Status Imperii, vel Nobiles immediati. *Conſtitut. religionis.* §. **Und damit ſolcher Fried etc. §. Dargegen ſollen etc. §. Dieweil aber etliche Stände etc. V. Welche denjenigen / ſo dem Reich ohne Mittel unterworffen / und Reichs-Stände ſeynd. §. Und in ſolchem Fried ſol die freye Ritterſchafft / welche ohne Mittel Käyſerl. Majeſt. unterworffen / auch begriffen ſeyn.**

Requiſita ad fundandam jurisdictionem.

12. Et Statuum Imperii nomine eorum quoque ſubditi intelliguntur & comprehenduntur, ita ut Statibus Imperii, & ſuo ipſius, & ſubditorum ſuorum nomine, in Camerâ ex Conſtit. Religioſa agere fas ſit.

Statuum nomine & ſubditi intelliguntur.

13. Hodie (vid. §. 5. hoc tit.) unà cum Catholicis & Auguſtanæ Confeſſionis membris, pace religiosâ & profanâ fruuntur, ita dicti Reformati, idque ex Cæſareæ Majeſtatis, & omnium Ordinum Imperii

Reformatæ Religioni addicti fruuntur pace Religiosâ.

perii in *Instrumentis Pacis Westphalicæ*, *art.* 7. expresso, atque in *novissimo Imp. recessu de Anno* 1654. *Ratisbonæ in pr. & §.* 18. **Doch sol darbey etc.** repetito consensu. Quare, licèt olim ex hac Constitutione in Camera processus illis decreti non fuerint, de præsenti tamen secus est.

Pacis religiosæ reus est, qui Instrumento pacis contravenit.

14. Contra pacem religiosam, de jure novissimo, peccare etiam dicuntur, qui contraveniunt his, quæ de religionis negotio, instar legis pragmaticæ perpetuum valituræ, sub pœnâ fractoribus pacis infligi solitâ, in Diæta Monasterienſi conventa, *Instrum. pacis tit.* 5. *per tot.* inserta, & per *Recess. Imp. de Anno* 1654. *in pr. & passim* denuò confirmata, *Capitulationeque Cæsareâ novissimâ* §. **Wir sollen und wollen auch etc.** 2. repetita leguntur.

An contra Instrum. pac. peccans primæ instantiæ privilegio gaudeat.

15. An autem in causis, quæ fiunt contra Instrumentum pacis, Austregæ primæque instantiæ locum habeant? Dubium est; Ego negandum puto, cùm pœna Imperialis banni (*de qua artic.* 17. §. *qui verò*) alium non possit habere Judicem, quàm Cæsarem aut Cameram, Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 27. *& lib.* 1. *c.* 6. *n.* 9. Ruland. *de Comm. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 8. vid. *Const. de pac. publ. tit.* **Daß von wegen überfahrung des Käyserl. Landfrieds am Cammer-Gericht etc.** Gail. *lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 11. *per tot.*

Declaratur.

16. Intellige tamen, quatenus ad hanc pœnam banni agitur; aliàs secus foret. (Si enim pœna pecuniaria peteretur, ea meritò coram judice ordinario proponi deberet.)

Sequuntur ad tit. VI. novæ additiones:

Rodingius in hac Constit. nimis brevis.

17. In hâc pacis religiosæ Constitutione brevem nimis fuisse Rodingium, res ipsa loquitur. Sanè pleniori tractatione ob sui momentum, digna erit: Et de eâ extant quidem varii tractatus, pro & contra scripti, v. gr. Petri Syringii, i. e. Justi Springeri Disputatio; Christoph. Lehmanni Acta publica de pace Religionis; Henr. Andr. Cranius de eadem; Diligentium compositio Pacis; Dn. G. J. Schützen Manuale Pacificum, & novissima, sed ad amussim facta; Dn. Joh. Deckherri Consultatio de pace civili Religioni, &c. data, aliæque aliorum lucubrationes. Operæ autem pretium esse videtur, ex multis pauca, sed principaliora, in supplementi vicem, per compendium huic titulo annectere, unde simul patebit, Auctorem nostrum in §. 11. erroneam opinionem exhibuisse.

Supplentur in seqq. principaliora.

18. Con-

18. Contra religionis Pacem turbatus, turbantem ex *hàc Conſtitut.* ad banni pœnam, non, niſi in Camera accuſare poteſt. *Rec. Imp.* 1555. §. **Und damit ſolches.** *In fin. junct.* **Wir befehlen und gebieten.** *ejusd. Receſſ.* Vid. etiam Nicol. Bellus **im Oeſterreichiſchen Lorbeer-Krantz** *L.* 1. *pag.* 2. *lit. B. C.* Accuſatio ad pœnam banni in Camera tantùm inſtituenda.

19. Ampliatur illa theſis I. ſive uterque, tam actor, quàm reus, ſit immediatus, vel mediatus, ſive alter eorum immediatus, alter mediatus, Clericus aut Laicus, mas vel fœmina, *arg. Rec.* 1555. § **In ſolchen fürgezogenen.** Verb. **Daß die Stände und Unterthanen beſtändiger etc.** Item: Verb. **Der Stände und Unterthanen Güter.** *Et Receſſ.* 1566. §. **Und nachdeme.** Verſ. **Wir wollen auch.** Verb. **Ob jemand / wer der wäre / NB. wider ſolchen Religion- und gemeinen Frieden beſchweret wäre.** Ampliatio prima regulæ.

20. Etiamſi verò inſignes Juris Cameralis Doctores ad decernendum proceſſus ex hac Conſtit. requirant, ut tam actor, quàm reus ſit immediatus. Mynſing. *P.* 2. *deciſ.* 15. *reſp.* 4. *n.* 10. *& ſeqq.* Gail. 1. *obſerv.* 2. *n.* 1. Frider. Mindanus *L.* 1. *cap.* 28. *n.* 4. Schvvaneman. *Proc. L.* 1. *c.* 8. *n.* 3. Stephani *de Juris dict. Lib.* 2 *p.* 1. *cap.* 3. *n.* 85. Illud tamen (quod pace tantorum virorum dictum ſit) à mente Pacificæ hujus Conſtitutionis eſſe videtur alienum, ob quatuor potiſſimum rationes. An requiratur & actorem & reum, immediatos eſſe. Negativa ſententia.

21. I. Quia in ejus transgreſſores pœna banni ſtatuitur, *d. Rec.* 1555. §. **Und damit ſolcher.** in fin. Hanc autem, præter ſolum Imperatorem, aut abſente eô, Romanor. Regem, ejusque vice, Cameram Imperialem, nemo alius irrogare poteſt, *arg. l.* 1. §. 3. *d. legat.* 3. Gail. 1. *de P. P. c.* 6. *n.* 9. *& c.* 11. *n.* 3. *& Lib.* 2. *c.* 1. *n.* 27. adeò, ut, ſi mediatus coram Auſtregarum, aut inferiori ordinario Judice, ſuper turbatâ religione ageret, inhumanum illud delictum, in æquiſſimam hanc Conſtitutionem commiſſum, malitiosè, promeritâ pœnâ non coërceretur; Cùm tamen, ne quisquam temerè ad illud proſiliat, Reip. Romanæ interſit, non manere impunitum, *per l.* 51. §. 2. *verſ. quòd ſi quis. ad Leg. Aquil. L.* 14. *C. de pœn.* Gail. 1. *de P. P. c.* 11. *n.* 17. *cum ibi allegat.* Ratio prima. Quis banni pœnam irroget?

22. II. Quia fieri nequit, quin Auſtregarum Judex, quemcunque modum actor elegerit, vel actori, vel reo ſit ſuſpectiſſimus, non minùs ac Magiſtratus mediati turbatoris, qui plerumque ejusdem cum ipſo eſt confeſſionis, & propterea omni jure in hoc negotio recuſari Ratio ſecunda.

potest. Per *L.* 47. *de judic. c.* 17. & 25. *X. de offic. delegat.* ibique Gloss. & Panormit. Dd. in *L.* 17. de jurisdict. & *L.* 16. C. de judic.

Ratio tertia.

23. III. Quia per Imperii Status, omnes super pace religionis controversiæ, soli Camerali judicio decidendæ commissæ sunt. *Dict. Rec.* 1555. §. **Wir befehlen und gebieten.** *Dict. Rec.* 1566. §. **Und nachdeme.** Vers. **Wir wollen auch.** Præterquam, si de Ecclesiarum reditibus lites inter Imperii Status orirentur; ad quas decidendas, litigantes arbitros constituere possunt. *d. Rec.* 1555. §. **Und ob solcher.**

In Causis Pacis Religiosæ nemo, qualiscunque sit, à Cam. jurisdict. exemtus est.

Denais. *de jur. Cam. tit.* 216. §. 15. in tantum, ut nec Electorem Saxonem, nec Brandenburgicum, nec Austriæ, nec Brabantiæ, nec Lotharingiæ, nec Burgundiæ Duces, vel eorum subditos, nec mediatos Clericos, & planè nullos sub Imperio habitantes, hoc casu à Camer. Jurisdict. exemptos, putandum sit: Cùm omnia illorum privilegia nullam hujus Constitutionis mentionem faciant, & per consequens in odium tertii, extendi ad eam non possint. *Per l.* 2. §. 10. & 16. *ne quid in loc. publ.* Roland. à Valle *vol.* 1. *cons.* 5. *n.* 29. & 30. & *vol.* 2. *cons.* 2. *n.* 162. & *seqq.* & *cons.* 52. *n.* 23. & *vol.* 3. *consil.* 13. *n.* 16. Mynsing. *Dec.* 10. *resp.* 93. *n.* 42. *Dec.* 11. *resp.* 1. *n.* 67. 73. 112. *ac passim alibi*: Ne quidem ex identitate Constitutionis, super violatâ pace publicâ, per ea, quæ tradit Mynsing. *d. resp.* 1. *n.* 72. & 80. & *resp.* 3. *n.* 139. & *passim.*

Convenientia Pacis Religiosæ & Pacis publ. Constitutionem.

24. IV. Quia Cameræ Assessoribus injunctum est, ut in Constitutione Religionis & Constit. pac. publ. paribus passibus ambulent. *Memorial. de An.* 1579. §. **Und dann die Lahdung.** Quomodo ergo ab illa excludentur mediati, in Camerâ, cùm tamen ab hac eximere se non possint? *Declarat. Constit. P. P. de Ann.* 1548. *tit.* **Die Poen der Friedbrecher.** Pr. & tit. **Auffhebung aller Freyheit** / & passim. Gail. 1. *d. P. P. c.* 11. *n.* 2.

Removentur contraria.

25. Nec obstat his §. **Und in solchem Frieden.** *Dict. Recess.* 1555. quòd, argumento illius, saltem immediati Imperii Status hâc Constitutione comprehensi videantur; quippe, cùm tria remedia illa Constitutio conferat, 1. facultatem introducendi alterutram religionem. 2. Libertatem conscientiæ. 3. Beneficium emigrandi; non tamen omnia singulis indifferenter competunt; sed, ut primum solis immediatis, de quo solo agit *dict.* §. **Und in solchem Frieden.** Ita postremum solis mediatis est concessum, intermedium verò omnibus indifferenter commune dici potest, cum Gylman. *rer. judicat. lib.* 2. *Decis.* 55. *n. fin.* usque adeò, ut mediatus, vel contra libertatem conscientiæ, vel emi-

Constitutio pac. relig. quæ beneficia tribuat.

grandi

grandi beneficium gravatus, non minùs ac immediatus, qui vel in libertate conscientiæ, vel introductione alterutrius religionis molestatus fuerit, adversus quemcunque, sub Imperio viventem reum, Cameræ auxilium implorare possit. Gylman. *dict. decis.* 55. *n.* 6. 7. & 8.

26. Hinc etiam emigrare prohibito, vel coacto, aut religionis causâ in carcere detento, vel termino emigrandi nimis aretatô, sive quovis alio modo, contra religionis pacem afflicto, necessarii processus in Camera decerni solent, non attentô forô privilegiatô, vel mediatô, *per dict. Rec.* 1555. §. **Wo aber Unsere etc.** §. **In solcher fürgezogener.** *Circ. fin. junct.* §. **Nachdem aber** / verb. **wie hieroben beyder Religion Reichs-Stände halber verordnet.** Et §. **Wir befehlen.** Et *Recess.* 1566. §. **Und nachdem.** Vers. **Wir wollen auch.** Verb. **Ob jemand / wer der wäre** / NB. **wider solchen Religion- und gemeinen** NB. **Frieden etc.** uti factum in causa cujusdam civis **zu Elwangen** / contra **Bürgermeister und Rath der Stadt Elwangen** / Anno 1562. Item Anno 1575. in causa **Frantz von Embden** / contra **Stadt Aachen.** Item, **Prioris zu Grunau/Cartäuser Ordens/** contra **Grafen zu Oettingen.** Plura vid. *in Symphor. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *Suppl.* 3. *fol.* 179. & *tom.* 2. *p.* 1. *fol.* 12. & *alibi passim.*

27. Ampliatur Secundò (*vid. supr. th.* 29.) ut regula procedat, sive per seipsum, sive per alios, reus actoris vel personarum, vel territorium, vel bona, vel subditos, vel domesticos turbaverit. *d. Rec.* 1555. §. **Setzen demnach** / & *multis seqq.* Denais. *de jur. Cam. tit.* 216. §. 2. & *seqq.* Frid. Mindan. *lib.* 1. *c.* 28. *n.* 4. Secunda regulæ ampliatio.

28. Limitatur I. modò non sit levis vel modica turbatio, (de tali enim non Camera, verùm Judex ordinarius judicat, *arg. l.* 9. *fin. de dolo L.* 4. *de in integr. restit.*) sed violenta & extrema. *Dict. Recess.* 1555. §. **Setzen demnach/** & *seqq.* Denais. *de jur. Camer. tit.* 216. §. 2. & *seqq.* II. Si non sit religionis intuitu facta. Gail. 1. *obs.* 2. *n.* 1. Schvvanem. *d. proc. L.* 1. *c.* 8. *n.* 3. Steph. *d. Jurisdict. L.* 2. *p.* 1. *c.* 3. *n.* 85. Limitatio duplex.

29. Non tamen opus est, ut supplicationi expressis verbis insetur, turbationem religionis intuitu esse factam, sed æquipollentia verba, ad idem significandum, sufficiunt. Gail. *dict. obs.* 2. *n.* 2. De ratione formandi supplicationem.

30. Interim cautus esse debet, contra Catholicum supplicans, ne in narratione utatur verbo, **Päbstlich** / vel **Römisch-Catholisch**; Sed acquiescat solo verbo **Catholisch** / uti prudenter monet Frider. Mindan. *dict. lib.* 1. *cap.* 33. *in fin.* Quomodo vicissim Catholicus supplicans Aliud monitum circa eandem rem. 83

Lu-

Lutheranos tenetur compellare, Augspurgische Confessions-Verwandte / *docente stylo.*

Excipitur à regula Schismaticus, qui ex hâc Constit. accusari, non ipse agere potest.

31. Porrò exceptio ab illa regula est, si ex *Constit. Pac. Relig.* agere velit Schismaticus, i. e. nullam Religionum in Imperio toleratarum amplexus. Nam etsi contra ipsum ex hâc Constitutione agat, quicunque alterutram dictarum Religionum profitetur, ipsi tamen contra neutrum eorum actio competit. *Dict. Recess.* 1555. §. Doch sollen alle. *& Rec.* 1566. §. Auff daß aber. Denais. *dict. tit.* 216. §. 8. *per l.* 1. *C. de crim. Sacrileg. & Nov.* 132. *c. un.* Frid. Mindan. *d. L.* 1. *c.* 29. *n.* 4.

Pax Religiosa perpetua.

32. Unicum supereſt, notâ dignum. Pacem Religiosam, secundùm expressa Constit. verba, perpetuò durare debere, donec de utraque Religione amicabilis compositio fuerit percussa, *dict. Recess.* 1555. §. Und solle alles. Vers. Auch dargegen keine Declaration. Et §. Und nachdem. in fin. verb. Ein beständiger / beharrlicher / unbedingter / für und für ewig-währender Fried auffgerichtet und beschlossen seyn und bleiben. *Et Recess.* 1566. §. Und nachdem. Denais. *dict. tit.* 216. §. 24. *seqq.* Attamen eò rem ferè recidisse, ut illa tam optabilis unitas, (quod sanè deplorandum) vix sperari possit; cùm neutrius partis Theologis id seriò agi videatur, ut vel tandem componatur religionis dissidium: quin potiùs nimiâ ipsorum subtilitate hoc negotium indies reddatur magis difficile, & implicatum.

An speranda Religionum unitas?

Rationes dubitandi.

Vi Procerum supplent, cùm verba probantia desunt:
Textaque cùm debent solvere, crura ligant.

Nec alieni sunt August. Confess. Consortes ab isto altercandi studio: Moventque etiam illi, otiosis sæpè disputationibus, non unas lites publicas.

Sæpe scelus cœlum zeli velamine texit.
Cui zelus cœlum est, non facit ille scelus.

Quo de pluribus conqueritur Parthen. Lit. g. *L.* 1. *c.* 6. *n.* 8. *& seqq.* Tantum.

TIT. VII.

De causis fractæ pacis publicæ profanæ.

Ord. part. 2. tit. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.

Pax publica profana quid?

1. PAx publica profana est, quæ in rebus profanis in Imperio servanda est. Hanc igitur si quis violet, sive turbet, causa fractæ pacis profanæ nascitur.

2. Causa

2. Causa fractæ pacis profanæ est, quando actor Reum Constitutionem Imperii de pace publica profana violâsse queritur. Quid causa fractæ ejusdem?

3. Constitutio Imperii de pace publica primùm promulgata est sub Maximiliano I. in Comitiis *Wormatiæ* celebratis Anno Christi 1495. & postea ab Imperatoribus frequenter repetita atque confirmata, præcipuè verò in Comitiis *Wormat.* Anno Christi 1521. item Anno 1522. *Norimbergæ*, & Anno 1548. itemque Anno 1555. *Augustæ*, & *Ratisbonæ* Anno 1594. Constitutionis de P. P. ortus & progressus.

4. Constitutionem Imperii de pace publica profana violant, & in Camera accusari possunt, vel ab ipso violato, vel à Procuratoribus Fisci Imperialis, qui contra Constitutionem illam Quomodo violetur?

peccant { Committendo / vel / Omittendo.

Recess. Imper. Anno 94. Ratisbonæ fol. 25. §. Also ist auch Zweifel etc. 75. add. Just. Sin. Schütz *in Colleg. publ. de Statu rei Rom. vol. 2. ex. 4. th. 3.* ubi quicquid fit contra P. P. refert vel ad culpam commissionis vel omissionis.

5. Violatores fractæ pacis accusantur, vel ab ipso violato, vel à Procuratore Fisci, vel, ut plurimum fit, & in praxi frequentius est, ab utroque simul, Fisco scil. & parte supplicationem subscribente. (Solet enim Fiscus in omnibus indistinctè causis, ubi ratione pœnæ interesse habet, se unà cum parte intromittere, illiusque recessus uni protocollo inscribi.) Agit autem Fiscus ad pœnas & purgationem, quemadmodum violatus; non verò ad damnorum restitutionem. *Ordin. dict. tit. 9. part. 2. §.* **So jemands.** Vers. **Des Käyserl.** Fiscals &c. adde infr. §. 79. h. t. Quinam accusent Violatores. Ad quid agat Fiscus?

6. Violatores pacis publicæ, sive mediati, sive immediati sint, possunt conveniri, vel coram judice suo ordinario, vel in Camera immediatè. Si coram Judice suo ordinario, in libello accusatorio, non quidem ad pœnam banni Imperialis, sed ad alias pœnas, ex jure communi Violatoribus pacis imminentes, est concludendum. In Camera verò arbitrarium est, ad quam pœnam, sive banni, sive pecuniariam, actionem dirigere velim. Ubi conveniri Violatores possint.

7. Ratio horum est, quia in bannum Imperiale nemo, nisi per Cæsarem aut Cameram, declarari potest. Gail. *lib. 1. de Pac. publ. c. 6. n. 8. & cap. 11. n. 3.* quicquid in contrarium tueatur Græveus *concluf.* Quare coram ordinario ad pœnam

banni nequeat agi.

ad Gailium *ex Recess. Deput. de Anno* 1600. §. Es wird nicht weniger. 29. (Hic enim de causis Mandatorum, auff die 4. Fälle / agitur, qualia à causis fractæ pacis toto genere diversa sunt) & post eum ad longum Nicolaus Reusnerus *lib.* 4. *Decis.* 18. *ubi vid.*

Accusatio tendit ad diversa, præprimis ad pœnam banni.

8. Dictum §. 4. accusationem institui ab ipso violato: Ubi notandum, illum, cui accusatio competit, diversimodè agere, & quidem 1. ad pœnam banni, (videlicet contra seculares) 2. ad privationem, 3. ad pœnam pecuniariam, & denique ad restitutionem bonorum, damnorumque reparationem.

De effectibus Banni.

9. Quia verò banni mentio incidit, de illius effectibus dicere, congruum videtur. Primus est, quòd Reus, cui bannum infligitur, in summo vitæ fortunarumque periculo constituitur, ita, ut omnibus prædæ sit, sive ab omnibus, tam quoad personam suam, quàm in rebus & bonis suis, impunè offendi queat. *Ord. Cam. part.* 2. *T.* 9. §. So jemand. 1. & V. Sollen deß/ oder desselben.

Effectus secundus feudorum amissio.

10. (2.) Per pœnam banni reus feuda amittit, quæ ad Dominum directum, (sive nova, sive antiqua sint) revertuntur, nec quoad vivunt, proscriptis ipsis nec heredibus eorum, feudalibus conceduntur, sed fructus feudales actori, qui damnum passus est, secundùm judicis moderationem (quod enim reliquum est, unà cum bonis Domino cedit) cedunt, donec bannitus sive proscriptus aut illo, pœnâ banni durante mortuo, filii successores feudi cum offenso, & contra pacem publicam violato transegerint. *Constit. Carol. V. de pœnâ Violatorum Pacis publicæ. Ord. part.* 2. *T.* 9. §. So jemand.

Tertius, jurium activorum cassatio.

11. (3.) Per pœnam banni omnes obligationes, Juramenta, pacta, omniaque Jura ex parte bannitorum cassa, irrita & nulla fiunt. *Ord. d.* §. *vers.* Darzu alle Verschreibung. Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 12. (In quantum nempè illis prosunt; reliqua enim, in quibus illi passivè interessati sunt, nihilominus firma manent: aliàs enim ex sua culpa lucrum caperent.)

Quartus, infamia post sententiam declaratoriam.

12. (4.) Reus in bannum declaratus infamis redditur. *Ord. part.* 2. *T.* 10. §. Und wo er. 2. V. Vor unredlich. Declaratus, inquam; per sententiam scilicet declaratoriam, quæ requiritur, vide Gailium *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 3. & Wesenl. *in addit. ad Schneidewini Commentar. Inst. d. loc. n.* 14. & 15. Licèt enim ipso jure vel facto, ait, bannum Imperii incidant Violatores pacis publicæ; attamen præcedente citatione

tione debent per ſententiam declarari, ut ſtatuitur in Conſtit. fract. pacis *T.* Die Poen der Friedbrecher.

13. Et obiter nota, quòd inter iſta verba, ipſo jure, &, ipſo facto, quoad juris effectum, non eſt differentia, ut notatur per Archidiac. *ad c. 1. de homicid. in 6.* Et effectus iſtorum verborum eſt, quòd lex ipſa facit executionem ſuper diſpoſitione illâ, in quâ verba hujusmodi pronuntur, ita tamen, ut ſuper iſto facto, ſuper quo fieri debet executio, ſententia proferatur, veluti, ſi lege communi vel ſtatuto caveatur, quòd ſi quis committat, tale crimen, ipſius bona ſint ipſo jure vel facto publicata, vel ſit infamis, quod adhuc ſit neceſſe, ut prius pronuncietur, crimen eſſe commiſſum, quo declaratio fiet, deinde executio primùm per legem, deinde per Judicium, ſecundùm Archidiac. *d. c. 1. & DD. in L.* Si quis in tantam. C. unde 12. Sed ſupervacanea iſta verba propterea cenſenda non ſunt, utpote, quæ operantur, quòd à tempore criminis commiſſi ratio fructuum habetur, & prohibita eſt bonorum alienatio, ita quòd, ſi de facto bona alienentur, hujusmodi alienatio, ita quod ſi non valeat: De quo vide *Ferrarienſem in forma libelli in causâ ſpoliatæ poſſeſſionis, ad verba: ipſo facto.* Verba ipſo jure & ipſo facto, an differant, & quid ſecum ferant.

14. (5.) In bannum declarato aqua & igni interdictum eſt: ita ut, & qui ſciens ullum ſuâ aulâ vel domo recipit, tanquam ejusdem criminis reus accuſari poſſit, quamobrem etiam nemo illi cibum potumve ſubminiſtrare audet: Sed omnes illum averſantur, deteſtantur, & velut hoſtem perſequuntur. *Ord. d. T. 10. &* §. Und wo er 2. Quintus, Aquæ & ignis interdictio.

15. (6.) In banno ſupra annum & diem perſiſtentes, cenſurâ etiam Eccleſiaſticâ notantur. Landfr. *Anno 49. tit.* Von den/ die über Jahr und Tag in der Acht verharren. 25. Sextus, Notatio cenſuræ Eccleſiaſticæ.

16. (7.) In bannum declaratis ſacris etiam interdicendum. *Ordin. part. 3. T. 48.* §. Und ob die Oberſten etc. 8. (Eo ipſo enim, quòd omnes publici conventus illis interdicti ſint, etiam ſacra publicè viſitare non potuerunt, cujuscunque religionis ſint. Licèt cenſura Eccleſiaſtica, de quâ ſupra mentio facta, ad Catholicos tantùm ſe extendat.) Septimus, Interdictio ſacrorum.

17. Cæterùm ad pœnam banni agere non poſſunt perſonæ Eccleſiaſticæ. Mynſing. *Obſ. 51 cent. 2. in princ.* (vid. infra §. 89. h.t.) Ratio, quia accuſatio ſuper fracta pace eſt criminalis, & pœnam ſanguinis vitæ necisque irrogat; atqui Clerici ſanguinis pœnam agitare non debent. (Siquidem ad pœnam banni agatur, ſecus eſſet, ſi tantummodo pecuniaria peteretur.) *Cap. ſententiam contra. Ne Clerici vel Monachi* Eccleſiaſtici ad bannum non agunt.

secul. negot. se immisc. & passim in jur. Cam. Gail. *lib. 1. de pac. publ. c. 8. n. 6.* à qua tamen regula exceptas vide personas Ecclesiasticas, quæ immediatè Imperio subjectæ sunt, **So ohne Mittel dem Heil. Reich unterworffen / und desselbigen Ständ seynd.** De quo vide omninò *eundem d. l. num. 7. & seqq.*

Actio fractę P. P. instituitur 2. ad privationem.

18. Violatus contra pac. publicam agit, *Secundò*, (vide supr. §. 8. h.t.) ad privationem (intellige *privilegiorum*, jure speciali vel communi concessorum, & *omnium bonorum*, itemque *defensionis* & *fidei publicæ*, quam ab Imperio Reus habet) contra personas Ecclesiasticas & fœminas, quæ pœnâ banni affici non possunt, propter rationem sexûs verecundiæ & pudoris. Gail. *lib. 1. de pace publicâ cap. 1. num. 13. & 36.* ne ordinariâ pœnâ banni condemnatæ, publicè prostituantur, *per L. 5. §. 3. seqq. C. ad L. Jul. Maj. L. 1. C. de offic. divers. judic.*

3. Ad pœnam pecuniariam.

19. Agit *Tertiò* ad pœnam pecuniariam, quæ est 2000. Marcarum auri puri, partim Fisco, partim sibi applicandam & exsolvendam. **Ordnung des Landfrieds.** *Wormatiæ Anno 1521. fol. 132. artic.* **Wie der Landfried.**

Marca auri & argenti quid.

20. Est autem Marca auri 72. **Goldgulden** / floreni aurei, vel 144. floreni Rhenenses; Marca argenti verò 8. thaleri. Sic pœna ordinationis est 1. fl. Sed pœna arbitraria, **nach Ermässigung** / 2. fl. Etsi dicitur, pœnam hanc vel illam reservamus. **Ist diese oder jene Straffe gegen ihme vorbehalten** / idem imporeat, quod declaratus sit.

Quid pœna ordinationis? Quid arbitraria?

Banni pœnam commutari posse.

21. In hanc multam pecuniariam, banni aut privationis pœna commutari potest, secundùm Recess. Imperii *Anno 76. & 82.* Mynsi. *obs. 30. cent. 2.* idque non tantùm, quando universitas ob violationem pacis publicæ condemnatur, sed etiam, quando privati. Quâ de re vide Gailium *prolixè & eleganter differentem l. 2. de pac. publ. cap. 9. num. 17. & seqq.*

4. Ad restitutionem bonorum.

22. Quartò, agit violatus ad restitutionem bonorum ablatorum, damnorumque reparationem, & in arbitrio ejus positum, pœnas fractæ pacis cumulare & sejungere, & ad restitutionem damnorum cumulatè cum pœnis, vel seorsim agere. (Siquidem requisita Constitutionis adsint, aliàs enim, ut supra dictum, ratione causæ principalis, ad Judicem ordinarium remittetur.) *Ord. p. 2. T. 9. §.* **Wir wollen auch.** 4. Gail. *L. 1. de P. P. c. 6. n. 7.* Vid. Schneidevv. *Inst. de interdict. §. recuperandæ, n. 16.* ibi: Notandum, *inquit*, quòd licèt quis non possit simul civilem actionem, & etiam criminalem æquè principaliter intentare. *L. interdum.*

cum

cum ibi not. ff. de publ. judic. poterit tamen quis intentare accusationem criminalem, principaliter petendo, reum puniri pœnâ statutâ, & deinde incidenter per officium Judicis petere restitutionem rei occupatæ. *L. interdum. §. Qui. ff. de furtis.* De quo vide Bart. *L.* 2. §. 1. *ff. de Vi bonorum raptorum*: Ita in terminis Juris expressè quoque statutum est, **Im Landfrieden etc. Daß in des Beschädigten und Entsetzten Willen und Gefallen stehe / auff die Poen der Rechten und des Landfriedens sambtlich / oder deren eine insonderheit / und umb die zugefügte Vergwaltigung oder Entsetzung mit und neben den obgemeldten Poenen / oder aber allein** principaliter, **und insonderheit den Landsfriedbrecher vor dem Cammer-Gericht vorzunehmen / und zu verklagen.**

23. Ad restitutionem bonorum etiam Clericis agere licet. Mynsing. *Obs.* 51. *cent.* 2. *in princ.* — Clerici ad eandem agunt.

24. Et violato non solùm contra violatorem ipsum, verùm etiam contra heredes ejus, actionem inchoatam, reo, vel ante, vel post litis contestationem defunctô, prosequi licet. (In quo delictum fractæ pacis publicæ à reliquis delictis non parum distinguitur, ratione quorum actiones pœnales in heredes non transeunt, nisi lite cum defuncto contestatâ.) *Ord. p.* 2. *T.* 9. *§. fin.* Intellige tamen, si actio civilis ad restitutionem conjuncta, & simul intentata fuerit, vel si ad restitutionem tantùm, vel ad pœnam pecuniariam actum fuerit, quibus casibus heredes damni dati, & multæ pecuniariæ nomine tenentur, & convicti condemnantur. Recess. Visit. *Anno* 57. §. **Nemlich da.** Cisnerus *ad dict. Tit.* 9. *part.* 2. §. *ult.* Secus, si ad bannum solummodo agatur, quæ actio in heredes non transit. Mynsi. *Obs.* 98. *cent.* 1. *& Obs.* 8. *cent.* 2. *& Obs.* 31. *cent.* 4. *n.* 1. *&* 2. per textum. §. *Non autem omnes, ubi gloss. & Dd. Instit. de perpet. & temp. action.* — Actio P. P. inchoata transit in heredes rei. — Quod declaratur.

25. Et notandum, per Constitutionem Imperii de pace publicâ leges civiles & jura communia, contra violentos invasores & occupatores possessionum, alias pœnas (putà *l. Si quis in tantam, C. unde vi*, vel si quæ alia peculiari quodam jure provinciali introducatur) statuentia, non esse abrogata, ut habetur in Constit. *de pace publicâ de Anno* 1548. — Constitutio P. P. pœnas jur. commun. non abrogat.

7. Dieser Landfrieden sol den andern Rechten nicht Abbruch thun.

26. Ut verò è diverticulo in viam redeamus, (*vid. supra* § 4.) *committendo* contra Constitutionem peccant: 1. Qui per se, vel per alium, quacunque de causa, vel sub quocunque prætextu, aliquem armis oppugnant, spoliant, capiunt, obsident, adversus alterum con- — Prima ratio peccandi contra constitutionem *committendo.*

conspirant, fœdus ineunt, expeditionem suscipiunt, alterum ex possessione suæ rei dejiciunt, incendio, aut quovis alio modo damnum alteri inferunt, vid. *Recess. Imp. in Comitijs August. Anno* 1555. §. Setzen demnach. 14. & *Ord. p. 2. T. 9.* §. So jemand. 1. ubi facta contra Constitutionem Imperii de pace publicâ recensentur.

Casus in Civitate evenientes, an ad Constitutionem pertineant.

27. An Constitutio fractæ pacis ad casus, qui in oppido aut civitate fiunt, se extendat, in facti specie, ubi quidam Nobilis, coadunatâ multitudine Ministrorum, in oppido violentiam exercuit, quondam dubitatum fuit. Quidam enim Camerales Citationem denegandam censuerunt, ex eo, quòd crimen commissum ad causam fractæ pacis extendi non posset, quia non esset credibile, in oppido vim publicam fieri; secundò, quia fracta pax solùm se extendit ad casus, qui fiunt

Affirmatur.

contra den Landfrieden/ (auff dem Land.) Verùm majoribus votis contrarium concluſum fuit, quia vis publica non minùs in oppido, quàm extra committi potest: Secundò, quia major hîc ratio militat; si enim in via publica & aperta pax non est frangenda, multò minùs in oppido aut domo, utpote tutissimo civium refugio.

Exemplo firmatum.

28. Quòd si tamen in præclara aliqua Civitate hanc violentiam commissam esse narratur, res difficiliùs succedit, quia in ea vix præsumendum, hujusmodi delicta perpetrari. Memini tamen, cùm Magistratus civicus in celeberrima civitate maritima Rostock/ contra Acad. ibid. tale pacifragium in urbe commisisse accusaretur, Citationem super fractâ pace, cum annexis Mandatis de restituendo, & ampliùs non offendendo S. C. non tantùm contra Magistratum, sed & centum è numero civium, & duodecim Capitaneos decretam, insinuatam, & 20. August. Anno 1658. judicialiter reproductam fuisse.

Universitas, ut delinquere censeatur.

29. Sciendum tamen, universitatem in hoc caput non incidere, nisi, civibus per sonitum campanæ, tubæ, vel alium modum consuetum convocatis, deliberatè, consultò, & communicato consilio pacem publicam violaverit, *per l. 3. L. 7.* §. *1. quod cujusque universit. l. 19. ad municipalem.* Præterquam, si violatio illa declinaret in crimen rebellionis, in quo propter tractum successivum, nec Consiliorum communicatio, nec conventio Civium requiritur. Gail. *2. de P. P. c. 9. n. 5.*

Peccant secundò, auxiliatores.

30. Peccat II. Qui pacis publicæ violatoribus auxilium ferunt, vel operam aut commeatum præstant, *Recess. Imp. cod. d.* §. *Ord. p. 2. T. 9.* §. So jemand. 1.

Tertiò, receptatores.

31. III. Receptatores violatorum pacis publicæ, *Recess. Imp.*

eodem

eodem d. §. Setzen demnach. 14. Et d. T. 9. & §. So jemands. 1. Gail. *l. 2. de pace publ. c.* 10. *per tot.* Si fractorem pacis publicæ notorium (hoc enim requiritur per Ordin.) palam tecto, domo, mensaque exceperint, *Ord. Cam. p. 2. tit.* 10. Neque hic pater vel filius, agnati vel cognati excipiuntur, si modò participes criminis fuisse, vel scientiam habuisse, probetur, secundùm Damhoud. *in pract. crim. cap.* 134. *de recept. delinq.* à pœna tamen ordinaria (banni sc.) excusantur, juxta Gailium *l. 2. de pac. publ. c.* 10. *n.* 19. per rationes, quas ibidem vide, & textum *Ordin.* item Tennagel. 1. 5.

32. Placet hîc, exempli causâ, inserere mentionem Wilhelmi Grumbachii, Nobilis Franci, qui Germaniæ Catilina vocari meruit: Illum, à Cæsare proscriptum, in tutelam suam receperat Saxoniæ Dux, Johannes Fridericus. Quomodo autem hæc receptatio, non solùm ipsi Principi, verùm etiam Grumbachio & ejus sociis exitiabilis fuerit, & Recessus Imperii, & historiæ passim satis loquuntur. Rem per compendium complexus est, Burgoldens. *notit. Rerum Imperij P. 1. disc. 1. pag.* 49. Porrò, qualiter in pœnam Constitutionis hujus incidant, qui malefactores, ad petitionem illorum, quorum interest, non comprehendunt, sed eos patiuntur elabi, uberiùs examinat H. E. Rosacorb. *pract. observ. cap.* 91. qui idem *in cap.* 100. 101. & 102. per celebrem causam fractæ pacis in Camerâ agitatam, plenissimè describit, in qua non tàm per partes, quàm Judices, tota Constitutio pacis publicæ luculenter discussa fuit.

Exemplum receptatoris puniti.

An qui malefactores non comprehendunt, rei fiant P. P.

33. IV. Qui bona & possessiones suas in fraudem Constitutionis de pace publicâ alienant, aut à violatoribus cedentibus recipiunt. *Ord. p. 2. tit.* 11. (Siquidem fraude, & ex proposito hoc factum fuerit; aliàs enim, si fortè casu bona quis à bannito inscienter emisset, talis propterea pœnâ infligi non posset.)

Quartò, fraudulenti alienatores, & emptores bonorum.

34. V. Qui violatorum pacis publicæ, & proscriptorum possessiones, atque bona occupant, eorumque tuitionem suscipiunt, *Ord. part. 2. T.* 12.

Quintò, violatorum defensores.

35. VI. Coheredes castrum aliquod pro indiviso possidentes, qui pacis publicæ violatores & proscriptos in communionem & jus castri recipiunt. *Ordin. part. 2. T.* 12. (Cujusmodi castra sunt Domus Ganerbiorum, die Gan-Erben / qui omnes pro indiviso lucrum cum damno inter se partiri solent. Vide Rüllinger. *tract. de Ganerbijs castror.* Schütz. *coll. publ. vol. 2. exerc. 4. thes.* 3.

Sextò, Coheredes, & quomodo.

36. VII.

Septimò, receptatores subditorum rebellium.

36. VII. Qui subditos alterius rebelles receptant. *Ord. p. 2. T. 14.* Vide Gail. *de arrest. cap. 8. n. 15.*

Octavò, vim publicam comminantes.

37. VIII. Qui alteri vim publicam inferre in animo habent, & minantur: propositum enim vim inferendi pro violentia habetur. Mynsing. *Obs. 98. cent. 3.* Gail. *lib. 1. de Pace publ. c. 2.* (Oportet tamen benè considerare circumstantias, utrùm sint tales, qui minas exequi possint, aliàs enim Mandata vix decernerentur: cùm sit vana sine viribus ira.)

Nonò, Qui aliquem in vincula conjiciunt.

38. IX. Qui aliquem armatâ manu contra pacem publicam capiunt, in vincula conjiciunt, & contra Imperii Ordinationem vinculis antè non liberant, quàm jurato promiserit, carcerem non vindicare, *Ord. p. 2. T. 24.* circa finem. Gail. *lib. 1. obs. 22. num. 27.*

Idque dolo malo, sine ullâ causâ.

39. Ubi notandum, ad hoc, ut Constitutio super fracta pace publica locum habeat, expressè requiri, ut quis dolo malo, sine ulla causa, vel justa prætensione, in vincula conjiciatur: aliàs enim Mandata pignoratitia, (siquidem requisita adsint) vel Mandata de relaxandis captivis impetrari poterunt.

Decimò, Maleficium conantes committere.

40. X. Qui contra Constitutionem Imperii de pace publica saltem aliquid tentant, sive conantur, etiamsi conatum non perficiant. *Ord. p. 2. T. 9. §.* **So jemands.** 1. Gail. 1. *de pace publ. c. 14. num. 1. 2. & 3.* (Requiritur tamen, ut conatus ille ad actum proximum pervenerit, & violator, v.g. armatâ manu advenerit, sed ob defensionem ab altero præparatam conatum executus non fuerit.)

Undecimò, Seditionem molientes in Imperio.

41. XI. Quicunque aliquid faciunt, moliuntur & agunt, quod ad arma & seditionem in Imperio tendat: Quamobrem etiam contra hanc Constitutionem committunt, qui ad æmulationem Imperii in finibus ejus ædificia & munitiones extruunt. Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 1. num. 42.*

De ædificiis & munitionibus ad æmulationem.

42. Quod hîc de munitionibus dicitur, de exteris intelligendum, sed hodie non ampliùs practicatur; Sic Batavi, Galli, Helveti, & omnes fermè Imperio confines, munitiones non tantùm in suis territoriis, sed etiam in locis ab Imperio bello, vel aliunde quæsitis, fortalitia pro libitu extruere solent, benè scientes, conatus ejusmodi armis potiùs quàm legibus confringendos.

Diffidatores.

43. XII. Non solùm illi, qui alteri bellum & hostilem invasionem denunciant, seu, ut Barbaro & latinis inusitato verbo appellant, aliquem diffidant, **die einen befehden** / verùm etiam, qui literas diffidationis

tionis alterius nomine scribunt. Vide *Auream Bullam de diffidationibus. 17. & Recess. Comitiorum Imp. Ratisbonæ Anno 94. fol. 15. part. 2.* §. Dergleichen/und dieweil/ 48. Frider. Mindan. *de Proces. l. 1. c. 25.*

44. Qualiter autem hæ literæ diffidatoriæ probandæ sint, ut processui super fracta pace inservire queant. Vide H. E. Rosacorb. *in Obs. pract. cap. 56. per tot.* Insuper casui §. 43. ad fine factum est, si cui victualia denegentur: Wann die Victualia freventlich und fürsetzlich gesperret seynd. Quo de videndus Schvvaneman. *obs. 29. n. 4.* De probatione der Fehde-Brieffe. Victualium denegatio paci publicæ adversa est.

45. Præterea sciendum: Si provocatus ad bellum, viam juris, Citationem super fracta pace petendo, non eligat, sed arma armis opponat, tunc Imperatorem vel Cameram Imp. proprio motu, utriusque Exercitûs Duces, juxta & gregarios milites, sub pœna banni, à vi & armis ad judicium avocare. *Recess. Imp. Anno* 1548. §. Von Mandaten des Cammer-Gerichts. *Ord. P. 2. tit. 9.* §. Und ob sichs zutrüge. Non parentes autem, accusante Fiscali, violatæ pacis publicæ damnari. *Ordin. dict. loc.* Status, qui ad arma invicem veniunt, quomodo avocentur.

46. Et hoc in iis quoque procedit, qui ad expellendos tumultuarios requisiti, auxilium ferre recusant. *Rec.* 1594. §. Also ist auch Zweifel. Stephani *de Jurisd. P. 1. L. 2. c. 3. n. 89. & 90.* Vel exteris Principibus, contra hanc Constitutionem, operam locant. *Rec.* 1570. §. Da aber einigen. Processus contra auxilium denegantes in tumultuarios. Exteris Principibus militantes.

47. Illud autem, in decernendis processibus contra diffidatores, maximè inspicitur, utrùm sint immediati, nec ne? Tum, an diffidatio legitimo documento probetur. Schvvanem. *dict. obs. 24. n. 3.* Mediatus enim à judice ordinario ultimo supplicio afficitur. P. H. O. art. 129. cum omnibus suis complicibus, & diffidatoriarum literarum Scriptoribus. *Recess.* 1594. §. Dergleichen und dieweil. Buxtorff. *ad Aur. Bull. th. ult. lit. fin. per L. 28. §. 10. d. pœn.* Requiri, ut diffidator sit immediatus.

48. XIII. Contra pacem publicam delinquunt, & pro pacis publicæ violatoribus habentur Judices Secretorum Judiciorum Westphaliæ, si quem contra formam in *Recessu Imperij Anno* 1442. præscriptam, citaverint, aut officii sui obtentu aliquid fecerint, vel perpetraverint; Itemque, qui executionem sententiæ susceperint, vel suscipere tentaverint contra Constitutionis formam latæ. Denaisi. *jurisdict. jud. Westphal. §. 3. & 4.* Judices Judiciorum Secretorum Westphaliæ.

49. Vide de hoc judicio Wehnerum in Obsevat. verb. Westphälisch Frey Gericht: Judicium Westphal. (cujus originem aliqui Judicium Westphaliæ, quid?

Carolo Magno, alii Friderico III. adscribunt) præter judicem certos habebat Assessores, quorum officium in eo consistebat, ut contra eos, qui religionem Catholicam pejerâssent, & aliud grave flagitium commisissent, absque præviâ inquisitione vel defensione rei, procederent:

Quare abolitum?

Quia autem dictum judicium, quod in Westphalia est, in inferioribus partibus Rheni potissimùm exercebatur: Magnos excessus commisit, non tantùm Electores, aliique Principes & Status contra illud privilegia obtinuerunt; Sed tandem etiam dictum illud judicium omninò abolitum fuit, vid. Syllog. *Speidel. verb.* Westphälisch heimlich Gericht.

Omittendo, ut contra pacem publicam peccetur. I.

50. Omittendo pacem publicam violant (vid. supra §. 4. & 26.) I. Qui jus pacis publicæ in uno vel pluribus articulis neglexerint, illi non paruerint, sed parendo negligentes se præbuerint aut moram fecerint. *Ord. part. 2. T. 9. d.* §. Sojemands. 1.

Secundò.

51. II. Qui vicinis suis, vim publicam atque auxilium inclamantibus, opem non ferunt, neque violatores pacis publicæ persequuntur. *Ord. Part. 2. T. 9.* §. Wo aber. 4. *Recess. Comit. in Imp. Ratisbonæ Anno* 94. §. Also ist auch. 75.

Tertiò.

52. III. Qui milites in Imperio sine Duce grassantes atque palantes non repellunt, sed illis connivent. *Ord. part. 2. T. 15.* Est enim hâc Constitutione sancitum, ut omnes palantes, errones, vagi, & circumforanei milites, alle Herren-lose/ umblauffende und gartende Knechte und Land-Läuffer/ à Principibus & Statibus Imperii, in quorum Provinciis grassantur, ferro & igne dissipentur, & armatâ manu, imploratô Statuum vicinorum auxiliô, quatenus necesse est, expellantur, captique impietatis Duces ad damnorum restitutionem compellantur. *Recess.* 1548. *Tit.* Von den Herren-losen Knechten. *Recess.* 1555. §. Wo sich aber. Gail. 1. *de P. P. c. 4. n. 36. & seqq.*

Errones, vagi, palantes in Imperio, ut persequendi.

Accusantur de crimine fractæ pacis tam manifesti delinquentes, quàm suspecti.

53. Accusandi autem sunt in Camera Imperiali, non solùm, qui committendo vel omittendo, contra Constitutionem Imperii de pace publica delinquunt, verùm etiam, qui criminis fractæ pacis publicæ committendo vel omittendo perpetrati, (vel quòd violatoribus ejus auxilium tulerint, vel operam & commeatum præstiterint, vel hospitio illos exceperint, vel possessiones & bona emptionis, aliove titulo ad se pertraxerint) ex indiciis sufficientibus vel fama suspecti sunt. *Ord. p. 2. T. 10. & 11. in princ.*

Suspecti ad quid citentur?

54. Et citantur tales suspecti ad se expurgandum de indiciis fractæ pacis publicæ, soletque illis juramentum purgatorium deferri,

si qui-

si quidem testes compurgatoriales, innocentiæ eorum notitiam habentes, reperire possint.

55. De suspectis ulteriùs tenendum: Quòd suspectus ex certis indiciis vel fama, de pacis publ. violatione, vel ad preces offensi, vel etiam ex officio, ad purgandam suam innocentiam, ab Imperatore, vel Camera (non à quocunque alio judice) ex hac Constitutione citari potest. *Recess. Imp. de An.* 1548. §. **Wie gegen denen / die des Friedbruchs etc.** modò suspectus ille sit immediatus. Nam mediati suspecti apud ordinarios judices se purgare debent. Denais. *tit.* 253. §. 15. Ratio, contra suspectos procedendi.

56. Si de auctore facinoris certò non constet, eò quòd vis nocturno tempore illata, & violator clam receptus. *Ord. P.* 2. *tit.* 10. *pr. verb.* **Und die Thäter nicht offenbar.** Adducendæ sunt contra suspectum reum præsumptiones relevantes. *Ord. d. t.* atque articuli istarum præsumptionum, unà cum supplicatione exhibendi, ut cum citat. ad reum transmitti possint. Gail. 2. *de P. P. c.* 7. *n.* 3. Si de certo malefactore non constet, quid tunc?

57. Sin verò aliquis ex jactatis minis de futura P. P. violatione sit suspectus, tum postulante, qui vim metuit, decernit Imperator vel Camera adversus minitantem ex hoc capite, *Mand. de non offendendo S. C.* sub pœna banni, non pecuniaria. *L.* 6. §. 2. *de offic. Præsid. L.* 5. *C. de his, qui ad Eccles.* Gail. 1. *de P. P. c.* 2. *n.* 1. modò minitans sit immediatus, *per supra tradita*: Et implorans alleget metum, ex vi minitantis publicâ, armatâ turbâ, & dolo proposito ita comparatum, ut cadat in virum constantem, per *L.* 5. *& seqq. quod met. caus. L.* 184. *de R. J.* Judicique de eo fidem faciat scripto, vel alio legitimo documento; Quia nemo præsumitur, velle alterum lædere, nisi causa appareat. Bart. *in l.* 28. §. 7. *de pœn.* & minitans sit ejus potentiæ & qualitatis, ut minas exequi possit ac soleat, *Gloss. in l.* 9. *verb. jactationibus. C. de his, quæ vi metusve.* Panorm. *in c.* 1. *n.* 3. *de offic. deleg.* Ut coërceantur, qui comminationibus alios terrent. Minitans sit immediatus, necesse est. Qualitas metus. Tum metum patientis.

58. Et ex Constitutione Imperii de pace publica, jurisdictio Cameræ Imperialis fundata est, si ad impensas & sumptus in conservanda pace publica factos, atque damnorum reparationem aliquis agere velit. *Ordin. p.* 2. *T.* 16. (Quod fit propter continentiam causæ, cùm impensæ & damna à negotio principali, nempe fracta pace publica, quasi dependeant, & connexitatem habeant.) De sumptibus in conservandâ pace publicâ factis.

59. Denique ex Imperii Constitutione de pace publica Jurisdictio Cameralis fundata est in absolutione à banno, ut *Ord. p.* 2. *T.* 18. *in princ.* & §. **So auch der/** *& circa finem.* Mynsi. *Obs.* 11. *cent.* 5. Gail. *l.* 2. *de pace publ. c.* 18. *n.* 16. De absolutione à banno.

A quibus, & quomodo fiat absolutio.

60. Sed violatores pacis publicæ proscriptos, (Camera, vel Cæsar Cameræ relatione auditâ) non tamen sine voluntate adversariorum, restituito, vel ipsi restitutionem jure judicioque obtinento, pluribus licèt in contrarium intentis. Bartol. Socin. Juni. *Consil.* 68. *per tot. arg. l. sciendum, cum duab. ll. seqq. ff. de usur.* qui docent, Imperatorem posse bannum etiam sine consensu offensi suspendere. *Ordin. T.* 18. *in princ.* So auch. Denaisius *Bann. absolutio* §. 1.

Camera bannitos ab Aulâ Cæsareâ non absolvit.

61. Quamvis autem Cæsar declaratum ab Imperiali Camera bannitum, habitâ priùs à Camera informatione, cum præscitu adversarii absolvere possit; hoc tamen in Camera, ratione bannitorum ab Aula Cæsarea, locum non habet; quamvis suos bannitos, prævia causæ cognitione, absolvere queat: quin etiam si Princeps, vel alius quispiam majoris conditionis Status, à banno absolvendus esset, illud priùs Imperatori notificari solet.

Modus & forma solennis à banno absolvendi.

62. Sic in causa Sievers contra Wülffen/*anno* 1658. 20. *Octobr.* rei banniti per Notarium Hagenloch judicialiter in publica audientia deprecantes, genibus flexis remissionem & absolutionem impetrârunt, prævia tamen transactione, cum Fiscali & parte adversâ; forma absolutionis talis est: Protonotarius sententiam absolutoriam in consessu solenni publicè ex schedulâ recitat, quo facto, absolvendi in persona, aut si per Mandatarium comparere ipsis concessum fuerit, hic genibus flexis ad pedes Domini Judicis procumbit, judex autem his formalibus bannitos absolvit: Demnach an statt und im Namen dero Römischen Käyserl. Majest. unsers Allergnädigsten Herrn/ absolviren und erledigen Wir dich/ als Anwaldt/ ermeldter Herman Wülffen/ Hanß Wülffen/ und Herman Schenckelen/ von berührter Acht/ und setzen dieselbe wiederumb auß dem Unfrieden in Frieden/ in Käyserl. Majest. und des H. Reichs Gnad/ Schutz und Schirm/ und in den Stand/ darinnen sie vor solcher Acht gewesen.

Transactio proscriptorum cum Fisco & parte læsâ.

63. Ex quavis causa proscripti, si transigere cùm velint, nequeant, (propter partis resistentiam) Cæsar vel Camera, uter proscripserit, de conditionibus placandæ partis atque Fisci cognoscunto; his si paruerint, tum demum, nec ante absolvuntor. *Ord. d. T.* & §. So auch. 1. Den. *ibid.* §. 2.

De absolutione in causis magni momenti.

64. In causis majoris momenti atque periculi Camera, Cæsare inscio, ad absolutionem ne procedito. *Ord. d. T.* 18. & §. So auch. Den. *ibid.* §. 3. Gail, *lib.* 2. *de pac. publ. n.* 17. *add. supr.* §. 61. *f.*

65. Pro-

65. Proscriptus ob contumaciam (si scil. vel omninò in judicio non compareat, vel sententiæ, & paritoriis desuper latis, parere non velit) cum adversario transigere paratus, si de pacis conditionibus non convenerit, judex suum officium interponito, cujus arbitrio cùm satisfecerint, restituti, ablatas res omnes eo, quo tum erunt, statu, (ita, ut si interea in bonis deterioratum vel immutatum quid fuisset, illud adversarius resarcire non teneatur) extra tamen fructus, recipiunto. *Ordin. ibid.* Den. *ibid.* §. 4. De transactione proscriptorum ob contumaciam.

66. Cum Fisco ita demum transigent, si & huic simul in pœnam condemnati fuerint. *Ordin. d. T.* 18. *&* §. So auch. 1. Den. *ibid.* §. 5. (Quod semper fieri solet, omnes enim pœnæ processibus inseri solitæ, pro dimidia parte in Fiscum diriguntur.) Cum Fisco quando transigendum.

67. Cæterùm, ut actio ex Constitutione Imperii de pace publica competat, & in Camera locum habeat, tria requiruntur, de quibus Gail. *Lib.* 1. *de pace publ. c.* 7. Quænam requisita actionis de P. P. fracta.

68. Primum requisitum est, ut vis illata sit publica, id est, atrox & major, quàm cui resisti queat; Nam Edictum pacis publicæ non ad omnem, sed ad solam atrocem vim pertinet, sicut interdictum de vi & vi armata. Gail. *d. Obs.* 7. *n.* 1. Vide Cujac. *in recitation. ad tit. C. de vi publicâ & privatâ*, ubi vim publicam & privatam variè in jure accipi testatur, & vim publicam definit, *quæ contraria sit* rei jurique publico principaliter, vel per consequentiam: Vulgò vim publicam definiunt, *quæ armis infertur.* Sed de armis alterum requisitum est, quamobrem definitio illa ab hoc loco aliena est. Requisitum I. Vis publica quid?

69. In quo delictum hoc fractæ pacis publicæ distinguitur à simplici spolio, quod sine majori violentia committi solet, ac proinde tam circa personas, quàm arma & tempus invasionis omnes circumstantiæ benè examinandæ sunt. P. P. fractæ crimen à simplici spolio distinguitur.

70. Non tamen per omnem vim publicam pax publica frangitur, licèt contrà omnis violatio sive turbatio pacis publicæ sit vis publica. Gail. *l.* 1. *de pace publ. c.* 5. *n.* 23. *& c.* 7. *n.* 19. Talisque est vis intelligenda, quæ sit contra bonos mores, & vix repelli possit, *per L.* 1. *& 3. quod met. caus. L.* 1. §. 3. *de vi & vi arm. L.* 15 §. 2. *l.* 33 *fin. locati.* Gail. 1. *Obs.* 3. *n.* 2. Non omnis vis publica pacifragium ponit. Qualis intelligenda vis?

71. Alterum requisitum est, ut *vis armata* fiat collectâ manu & hominibus coadunatis, mit gewehrter Hand / ut habent verba Constitutionis. Gail. *ibid.* Secundum requisitum.

72. Et sufficit, quòd pacis publicæ violatores armati veniant,

Armata vis quando fieri dicatur?

quamvis armis non utantur ad violentiam committendam, vel ad dejiciendum aliquem ex possessione; Si tamen dejecerunt, armata vis facta esse dicitur; sufficit enim terror armorum, ut videantur armis dejecisse, ut textus est *in l. 3. §. Qui armati. 5. ff. de vi armatâ*, Wesenb. *in addit. ad instit. Schneid. T. 15. §. recuperandæ*, & arma dicuntur omnia, quibus damnum infertur, non solùm gladii, hastæ & framea, verùm etiam fustes & lapides. *L. 3. § 2. armis. ff. de vi armat. L. armorum 41. & L. si calumnietur. 233. L telum. ff. de verb. signif.* Vid. etiam declarationem Recessûs *Anno 1548. tit. 1. §. pen. verb.* **Mit gewehrter Hand.** *Ord. P. 2. tit. 9. §.* **Und ob sich.** *Verb.* **Mit Heeres-Krafft.** quia tum propter armorum terrorem, affectus pro effectu puniendus. *L. 10. §. 1. de vi publ. L. 3. §. 1. de calumniat. L. 6. ad L. Pomp. de parricid.*

Quot personis violetur pax?

73. Judicis autem discretioni & arbitrio committitur, per quot personas pax publica violari possit. *Recess. Imp. Ratisbon. An. 94. §.* **Ebener massen ist man etc.** 76. Fol. 25. verb. **Daß solches zu des Richters** Discretion **gestellt seyn solt.**

Judicis arbitrio commissum est.

74. De hac re variè olim disceptatum fuit, quippe de numero personarum non conveniebat, cùm coadunatio turba vocetur, turba autem 10. aut 15. hominibus constet. *L. 4. §. 3. de vi bon. rapt. ibique Dd. L. 40. §. ult. de V. S.* Gail. *1. de P. P. c. 7. n. 25.* Nec sufficeret pluralitas personarum, sed turba requireretur. Schvvanem. *de Proc. L. 1. c. 14. n. 11. & obs. 28. n. 4.* Verùm, uti dictum, turbæ numerus hodie est infinitus, & arbitrio judicis commissus. Denais. *tit. 180. §. 7.*

Quid? si persona unica deliquerit.

75. Itaque, si persona unica, præcipuè verò mediatè Imperio subjecta, aliquem in via publica & regia, **auff freyer Land-Strassen/** malitiosè occiderit, & contra pacem publicam deliquerit, non coram judice Cameræ, sed coram ordinario accusatio intentanda. *Recess. Imp. eod. d. §.* **Ebener massen ist man.** 76. **etc.** ibi: **Wann nur eine einige Person.**

An in Constit. P. P. committat persona unica?

76. Tale homicidium contra Constitutionem pacis publicæ committi, & ad cognitionem Cameræ pertinere videbatur, quòd ea loca, per quæ vulgò iter fieri solet, quæ viæ publicæ, Regiæ, Basilicæ, Prætoriæ, item consulares appellantur, securitatem publicam habere debeant, quia publicè interest, per vias publicas, sine metu & periculo, peregrinantes iter facere, secundùm *Recess. Imperij Anno 1548. Augustæ §.* **Ferner zu noch mehr beständiger etc.** *& DD. ad Text. in L. 1. §. parvi autem refert, & ibi Bart. de his, qui dejec. & effud.*

77. Sed

77. Sed quia Constitutio P. P. homines multos, ad violandum pacem publicam coadunatos, requirit, & ne Camera causarum multitudine obrueretur, hujusmodi cædes in via publica perpetrata ad ordinarium Judicem vindicanda remittitur. Itaque, si homicidium in via publica commissum in Constitutionem pacis publicæ non incidit, multò minùs sanè in loco privato à persona unica comissum in eam incidet. Negatur.

78. Tertium requisitum est, ut vis publica illata sit ex proposito & dolo, vorsetzlicher Weise. Mynsing. *Obs.* 38. *cent.* 3. Gail. *l.* 1. *de pace public. cap.* 7. *num.* 6. Tertium requisitum, dolus malus.

79. Sed quamvis Constitutio fractæ pacis verum dolum requirat, attamen, cùm dolus in mente delinquentis consistat, ac lateat, & propterea directò difficulter probari queat, satis fuerit, si ex circumstantiis facti, ex perspicuis indiciis & evidentia ipsius facti probari possit, veluti, si vis publica illata fuerit, si coadunatio hominum intervenerit, si incendio damnum datum fuerit, si hostilis alieno territorio facta fuerit invasio. *Recess. Imper. d.* §. Ebener massen / 76. *fol.* 26. De probatione doli, difficili.

80. Vid. H. E. Rosacorb. obs. pract. c. 22. n. 4. qui manifestum dolum requirit; tum etiam confer. Barth. Blarer. *ad L. diffamari cap. V. num.* 55. ubi hanc Constitutionem declarat, etsi vis publica, ait, seu pœna pacis publicæ turbatæ, verum dolum requirat, iste tamen dolus probatur etiam præsumptivè ex qualitate, & evidentia facti, ut manus armatæ, & invasionis alieni loci, Salycet. *in L. Senatus. C. de his, qui sibi testamento adscrib.* & ipsa violentia probat dolum, *L.* 3. §. *doli mali. ff. de vi bon. raptor.* & Alexander *evidenter in Consil.* 103. *videtur primo num.* 8. *Volum.* 1. ubi inquit, etiamsi sit parata tantùm violentia, & nondum facta, tamen, si quis instet, attenditur propositum, & dicetur violentia, *per L. si quis ex domo. ff. de furtis.* Violentia siquidem ex animo & proposito attenditur, ut dicatur vis esse, ubi non fuit, *Gloss. in d. l.* 2. §. *doli mali &c.* Declaratio Constit. de dolo.

81. An porrò requiratur diserta in supplicatione doli expressio? Negandum cum Mynsing. 3. *Obs.* 98. *n.* 5. *&* 6. Schvvaneman. *Obs.* 26. *n.* 6. *&* *Obs.* 32. *n.* 4. Sed sufficit, uti dictum §. 79. si ex facti qualitate constet. Nec obstat, quòd quælibet causa, injusta etiam, à dolo præsumpto excuset. *L.* 12. §. 2. 3. *d. liber. caus. L.* 14. *C. ad L. Fab. de plagiar.* Quia hoc non procedit, quando quis actum per se illicitum explicat; qualis certè censetur Pac. Publicæ violatio. Schvvaneman. *Observ.* 33. *per tot.* Frideric. Mindan. *L.* 1. *c.* 23. *n.* 14. *L.* 52. §. 1. *ad L. Aquil.* An doli mentio exprimenda in supplic.

82. Re-

Tria requisita non semper attendi.

82. Requisita autem illa non in omni facto attenduntur. Nam ut supra patuit, facta quædam sunt, tum quæ committendo, tum quæ omittendo contra Constitutionem de pace publica fiunt; In quibus actio ex hac Constitutione competit, & in Camera rectè intentatur, etiamsi requisita illa deficiant: Veluti, si quis pacis publicæ violatorem non persequatur, vel illi consilium & operam clam præstet, nam in istis casibus actio ex hac Constitutione & jurisdictio Cameræ fundata est, licèt vis publica alteri illata non sit, nec hominum multitudo congregata, vel, ut vulgò loquuntur, coadunata fuerit, *Recess. Imp. Ratisb. An.* 94. §. Also ist auch Zweifel. 75.

Quando accuratè observanda sint illa requisita.

83. Secus verò observatur, quando actor de pace publica per vim publicam & armatam violata queritur, quo casu requisita illa, & facti qualitates, de quibus supra, præcisè observandæ & probandæ, adeò, ut illis qualitatibus deficientibus, & non probatis, factum non contra pacem publ. commissum, sed aliud censeatur, & diversum ab eo, quod in libello propositum est, & jurisdictio Cameræ neque in puncto Mandati de restituendo, neque in puncto citationis fundata, sed criminis fractæ pacis accusatus in utroque puncto absolvendus, & causa ad ordinarium judicem remittenda sit, & actor necesse habeat, eum, contra quem agit, coram ordinario Judice, super spolio, turbatione vel injuria convenire & persequi. *Recess. Imp. Ratisb. Anno* 94. §. Dieweil dann ferner etc. 77. confer. Gail. *de pac. publ. L.* 1. *c.* 13.

Notabile.

84. Nota, quod sup. §. de Jurisdictione Cameræ non fundata, dicitur, hoc ita intelligendum: Citationibus super fracta pace publica solent plerumque annecti Mandata restitutoria rerum ablatarum, cum Citatione solita. Ubi parenthesis loco notandum, in Camera nullum Mandatum decerni, nisi additâ hâc clausulâ, *annexâ citatione solitâ.*

Requisitis non probatis, omnia corruunt.

oder auch sonsten durch gebührende Weg Rechtens besser darzuthun und zu beweisen/ wie nicht weniger/daß vorige Herren zu Gehmen auff den Münsterischen außgeschriebenen Land-Tägen anderer gestalt nicht/als wegen der vor diesem eingehabten Pfandschafften/Raths- und Ampts-Bedienungen/ oder anderer Güter halber erschienen/ und in solcher Qualität deren conclusa unterschrieben; so dann den alten Schauenburgischen matricular-Anschlag/ ehe die Herrschafft Gehmen an die Graffschafft Schauenburg kommen/ und wie selbiger Anschlag hernach erhöhet worden/ vorzubringen; Ingleichem/Lic. Eichrod gläublich zu bescheinen/ daß seine Herren Principalen die Erhebung des Reichs- und Land-Schatzungen ebenmässig in dem Flecken Gehmen hiebevor würcklich exercirt und hergebracht/ auch daß der Orten die Leibes-Herren von ihren eigenbehörigen zuweilen einige Steuren zu erheben berechtiget wären/ (wogegen aber ermeldter Lic. Albrecht sein Angeben/ daß einem zeitlichen Bischoff zu Münster bey Antrettung der Regierung eine Bewillkomms-Schatzung von frembden benachbarten nicht unterworffenen weltlichen Unterthanen gereicht würde/erweißlich beybringen solle) allenthalben Zeit 3. Monat pro termino & prorogatione von Ampts wegen angesetzt/mit dem Anhang/sie thun solches also oder nicht/ daß nichts destoweniger auff ein oder anderen gehorsamen Theils ferner Anruffen ergehen solle/ was recht ist.

Ferner ist ermeldtem Lic. Eichrod und Lic. Albrecht/ wie auch D. Zellern die hinc inde in unbeglaubter Form ad acta übergebene Beylagen/ ausserhalb welche sub num. Cam. 4. 5. 6. 7. so viel bey deren Convoluten an Originalien sich schon befinden; Item sub num. 10. 11. verzeichnet worden/ in originalibus entweder an diesem Käyserl. Cammer-Gericht/ oder von unpartheyischen hierzu absonderlich zu benennen stehenden Commissarien zu recognosciren oder diffitiren vorzubringen obbestimbte Zeit gleichfalls pro termino & prorogatione von A. W. angesetzt/mit dem Anhang/ wo sie solchem also nicht nachkommen werden/ daß alsdann deßhalben ebenmässig auff ferner Anruffen ergehen solle/ was recht ist. Indessen solle gedachter Lic. Eichrod das sub num. 112. übergebene Chur-Mäyntzische Attestatum in heutiger oder nächst-künfftiger audienz recognosciren oder diffitiren/ und umb willen er solches unterlassen/ ist die Straff der Ordnung gegen ihn vorbehalten. Endlich wurd der Käyserl. Fiscal bey dieser Sachen wegen Jh. Käyserl. Maj. und des Heil. Reichs interesse sich einzulassen/ und solches zu beobachten seines Ampts hiemit erinnert.

****

TIT. IX.

De Caus. litigiosæ possessionis, inter personas immediatè Imperio subjectas.

Ordin. P. 2. T. 21.

§. 1.

TErtium factorum genus (*vid. tit. præced.* §. 1.) in quo jurisdict. Cameræ fundatur, est litigium inter aliquos de possessione exortum, unde armorum & seditionis in Imperio periculum immineat; ex quo causa litigiosæ possessionis existit.

2. Notetur, Constitutioni locum esse, sive litigiosa possessio sit civilis & naturalis simul, sive civilis aut naturalis tantùm, qualem habet usufructuarius. *Per l. ult. uti possid. gl. & Dd. in L. 1. cod.* Frider. Mindan. *Lib. 1. c. 44. n. 12.* sive vera sit possessio, sive quasi, Mynsing. *2. obs. 96. n. 1.* Gail. *1. obs. 5. n. 1.* in tantum, ut Camera, etiam ex officio, ob metum armorum, partibus agere nolentibus, inhibere possit, quo ambæ à possessione abstineant; vel loco inhibitionis, citare ad dandum articulos, & possessionem sequestrare, tantisper, donec summariè cognoscatur, utri momentanea possessio sit adjudicanda. *Ord. Part. 2. tit. 21. §. ult. per l. 13. §. 3. Vers. cur enim. de usufr. L. ult. §. 1. de offic. proc. Cæs. L. 9. C. de Transact. l. 14. C. de agricol. & cens.*

Possessio qualis ad hanc Constit. pertineat.

3. Finitô verò momentaneæ possessionis judiciô, remittitur causa ad judicem ordinarium, tam quoad plenarium possessorium, quàm quoad petitorium. *Ord. Part. 2. tit. 21. §. Wo auch zwischen. Vers. Und so die Sach.* Gail. *1. obs. 6. n. 7.* nisi vel causæ qualitas directò ad Cameram pertineat, vel partium consensu fiat jurisdictionis prorogatio, *per l. 1. 2. d. judic. l. 18. de jurisd.* Maranta *P. 4. dist. 12.*

Possessionis quæstione finitâ, controversia reliqua ad ordinarium remittitur. Exceptio.

4. Quo causa igitur litigiosæ possessionis est, si inter duos plusve, immediatè *vel mediatè* Imperio subjectos, quisque rem aliquam possidendi, vel possessionem adipiscendi, jure potior esse contendat, & ex contentione illa armorum periculum immineat. (Vid. Rosacorb. *pract. for. cap. 96. n. 9. 10.*)

Causa litig. poss. quid?

5. Quod ita declarat Commentator: Causa litigiosæ possessionis est, quando propter jus aliquod rei connexum, videlicet jurisdictionis, Imperii, servitutis, collectandi, salvi conductus, juris venandi, aliisque de causis litigiosa est possessio. Non autem per litis pendentiam res aliqua liti-

Declaratur.

litigiosa est, ut patet ex Constitutionis verbis. Vid. Frider. Mindan. *lib.1.cap.43.num.3.*

Circa mediatos notandum.

6. Ad hoc tamen, ut ratione mediatorum, Jurisdictio ex hac causa fundata sit, requiritur (1.) ut territorium, seu jurisdictio, vel quodcunque aliud de ejusmodi Mediatis prætensum jus, inter duos immediatos controversum sit. Propterea benè notandum est, Constitutionem super litigiosa possessione, non nisi in possessorio summariissimo, & quidem eo tantùm casu locum habere, si evidens sit periculum armorum, cognitio verò in ordinario possessorio ad judicem ordinarium remittitur, suprà §. 3. h.t.

Adhuc de Mediatis.

7. Quod procedit, si mediati non solùm de possessione, sed & de Superioritate ac Magistratu loci, ubi res, vel jura controversa sita fuerint, ambigant, *dict. Ordin. tit. 20. ff.* Wo auch zwischen. Denaiss. *tit. 221. §. 2.* vel diversis judiciis subjecti sint. Schvvanem. *L. 1. c. 16. n. 2.* nam & tunc litigiosæ possessionis determinatio ad Cameram pertinet. Stephan. *de jurisdict. P. 1. Lib. 2. c. 3. n. 148.* Frider. Mindan. *L. 1. c. 43. n. 10.*

Notabile alterum, & cautela.

8. Notandum (2.) in possessorio ordinario, si quidem de juribus incorporalibus lis sit, necessariò titulum allegandum esse, quamvis etiam aliis in casibus partes meliùs fecerint, si ad colorandum possessorium etiam titulum & petitorium immisceant, cum expressa tamen protestatione, sese in petitorio non submittendi: extra quam cautelam, sententia, non tantùm in possessorio, sed etiam in petitorio ferenda erit.

Constit. de hac causa.

9. De Causa litigiosæ possessionis Imperii Constitutiones extant, in *Rec. Imp. Worm. Anno 21. & Augustæ Anno 48. & Anno 55. & in Ord. part. 2. Tit. 21.*

Quæ facta jurisdict. fundent.

10. Non autem omnibus possessionis litigiosæ factis jurisdictio Cameræ immediatè fundata est, sed tantùm tribus illis factorum speciebus, quæ Constitutione Imperii expressè continentur.

Prima species.

11. Prima species est, si inter duos, pluresve immediatè Imperio subjectos de possessione alicujus rei vel juris lis sit, ita ut pars utraque se litigiosæ rei vel juris possessorem esse contendat, & pars utraque possessionis suæ legitimas causas habeat. *Ord. d. T. 21. in princ.* (Apparenter saltem, & quantum ad summariissimum sufficit, plenior enim earum discussio ad ordinarium possessorium spectat.)

Secunda.

12. Secunda est, si inter personas mediatè Imperio subjectas de possessione, ut primo casu dictum, lis sit, & bona, sive jura possessionis,

ut

ut prædictum, non sub uno Domino sive Magistratu sita sint, & de superioritate & territorio loci, ubi res vel jura litigiosa sunt, contentio sit, ita ut unaquæque pars existimet, bona, vel jura litigiosa in suo vel sui Domini (ita ut de territorio, sive jurisdictione & Imperio loci, ubi bona vel jura litigiosa sunt sita, lis subsit, & uterque Dominus interesse aliquod prætendat) vel alterius Imperio & territorio sita esse. Quo casu postquam causa litigiosæ possessionis in judicio Camerali disceptata fuerit, & partes litigantes nihilominùs sibi actionem illa bona sive jura persequendi competere existimaverint, causa ad ordinarium judicem remittenda fuerit. *Ord. d. T.* §. Wo auch zwischen. 1.

13. Hoc loco animadvertendum, quòd personarum mediatè Imperio subjectarum ratio, quoad Jurisdict. Cameræ in hac specie fundandam non habetur, sed tantùm earum, quibus illæ subjectæ sunt, & quarum territorio jura sive bona inter personas immediatè Imperio subjectas litigiosa continentur, quæ immediatè Imperio subjectæ sint oportet, ut jurisdictio Cameræ fundetur, quemadmodum liquet ex rubrica, *T.* 21. *part.* 2. *Ordin.* De personis mediatè subjectis.

14. Tertia facti species est, si inter partes immediatè Imperio subjectas de possessione rei vel quasi, lis sit, & possessio ex justis causis dubia sit, & metus armorum subsit. *Ordin. d. T.* §. *fin.* Tertia species.

15. Quod dicitur §. proximè præced. de possessione dubiâ, sic explica; si lubricum titulum alleget. Gail. 1. *obs.* 5. *n.* 5. nam si certum est, alterum possidere, & turbari possidentem, tum hæc Constitutio cessat, & defendet potius Camera possidentem, Mandatis pœnalibus adversus turbantem: *per L.* 1. §. 4. *uti possidetis.* Dec. *in L.* 3. *n.* 6. *& seqq. C. d. Edict. Div. Hadr. toll.* Frider. Mindan. *lib.* 1. *c.* 44. *n.* 4. *& seqq.* Possessione non dubiâ, Constitutio locum non habet.

16. Verba, *si metus armorum subsit*, in dict. §. 14. supple: aut scandali, aut seditionis. Frider. Mindan. *Lib.* 1. *c.* 45. *n.* 1. *&* 2. & nota præjudicium memorabile, in causâ Philiberti, Marchionis Badensis, contra Ducem Würtembergicum *d.* 8. *Febr. anno* 1560. de quo vid. apud Rosacorb. *in pract. observ. cap.* 21. Metus armorum, scandali, seditionis.

17. Hæc, inquam, tria factorum genera sunt, quibus jurisdictio Cameræ ex constitutione litigiosæ possessionis fundata est: Maximè verò in tertiâ facti specie fundatam esse noveris. Gail. *obs.* 5. *n.* 1. *lib.* 1. Factorum species ultima maximè fundat jurisdict.

18. Constitutionis hujus §. primo, *ordinarium*, §. ultimo, *summarium* possessorium introductum intelligitur. *Consult. Camer. An.* 76. Den. *poss. litigiosa* §. 5. Gail. 1. *obs.* 7. *per totum.* Constit. possessoriũ respicit.

19. Or-

Declaratur.

19. Ordinarium non, nisi ob periculum armorum, ex rixis & jurgiis quotidianis metuendum; Summarium tum demum, si præsens sit discrimen, partesque jam in procinctu sint, ad Cameram pertineto. *Consult. eod.* Den. *ibid.* §. 6.

Armorum requiritur certus metus.

20. In utroque admittendo Camera de armorum metu, partiumque procinctu, saltem summariissimè, verbi gratiâ, ex Epistolis instrumento insertis, vel ex scientia propria certior esto, *Consult. eod.* Denaiſ. *ibid.* §. 7.

21. Extra hoc periculum, notitiamque, turbatio simplex ad judices ordinarios remittitur. *Consult. eod.* Denaiſ. *ibid.* §. 8.

Ratio procedendi in ordinario: in summario.

22. Cæterum in ordinario possessorio, ordine juris servatô proceditur: in quam rem præjudicium & singularia habet Schüz *Colleg. jur. publ. vol. 2. exerc. 5. thes.* 13. Schvvaneman. *Observ. Cam.* 57. Ast summarium celerem processum habet, ut neutri partium detur productorum copia, sed ad sua tantùm producenda, unicuique tempus aliquod præfigatur: Ita factum in Causa **Stockheims Wittib & Augspurg** contra **Augspurg.** Et ita observatum quoque in causa sequestrationis **Cölln** contra **Waldeck**/ *d.* 28. *Aug.* 1566. Et Commissiones super momentanea possessione, absque adjunctione Notarii, decernuntur; quia processus litigiosæ possessionis est quædam quasi inquisitio Judicis ex officio. Ita factum in Causa **Rosenberg** contra Ruden *d.* 20. *Octobr.* 1590. Modum procedendi ulteriùs describit, Schüz *in jur. publ. vol. 2. exerc. 5. th.* 13. *ubi singularia invenies.*

De Commissionibus in causis litigiosæ possessionis.

In possessor. adipisc. locum habet Constitut.

23. Sed quamvis litigiosæ possessionis Constitutio tantùm locum habere videatur, in possessorio retinendæ, attamen etiam in possessorio adipiscendæ, quando videlicet utraque pars litigans possessionem rei armatâ manu apprehendere, atque occupare conatur, eandem locum habere, Gailius existimat, *Observ. 5. lib. 1. num.* 8. Jason. *in L. 21. n. 4. d. reb. cred.* Frideric. Mindanus *Lib. 1. cap. 44. num.* 8. (Si v. gr. duo Status Imperii de feudo per mortem alicujus aperto, vel hereditate aliquâ inter sese litigarent.)

Notabilia.

24. Porrò notandum: Requisitum supra §. 4 & 11. memoratum, ut scil. uterque contendat, se esse in possessione, non nisi de possessorio retinendæ intelligendam esse; Et ut Constitutio hæc benè intelligatur, generaliter sciendum est, duos casus esse, quibus jurisdictio Cameræ super hac Constitutione fundata est, ita tamen, ut diversimodè procedi soleat. *Primus*, si una, vel altera pars in summariissimo possessorio, me-

meliora jura & probationes adduxerit, quo casu illi possessio adjudicari solet, salvo tamen possessorio ordinario ac petitorio. Alter casus est, si uterque ita æquales & dubias adferat probationes, ut sciri & summariè cognosci non possit, quisnam in possessione fuerit; Soletque tunc Camera possessionem juris controversi sequestrare, sive tertio cuidam tantummodo pro administratione tradere, donec super possessorio summariissimo, vel etiam ordinario, pro qualitate circumstantiarum, præsertim rixarum quotidie timendarum, pronunciatum fuerit. Cùm enim Status per hanc Constitutionem nil aliud quæsierint, quàm arma & tumultus inter partes impedire; Sic nil aliud quæritur, quàm utrùm sit periculum armorum, & quomodo illud celeriter evitari possit, possessione, vel ei, qui meliora jura adduxerit, in summariissimo adjudicatâ, vel eâdem, si causa dubia sit, ut suprà dictum, sequestratâ.

25. Tandem sciendum est, sequestrationem non fieri aut decerni, ad vindicandam violentiam præteritam, sed ad futuram compescendam, scandalumque, quod imminet, amovendum. Quâ ratione denegati processus, in causa **Stolberg** contra **Braunschweig/** 16. *Januarij Anno* 1588. cùm **Stolberg** peteret, sequestrari arbores cæsas, quæ jam ab altera parte fuerant abductæ. Sequestratio ad quid fiat?

TIT. X.

De Causis pignorationum.

Ordin. P. 2. Tit. 12.

§. 1.

QUartum factorum genus, ex quo jurisdictio Cameræ fundatur, est in pignorationibus. *Pignorationes* sunt turbationes, quas alter alteri possessionis intervertendæ, & sibi novi juris acquirendi causâ, captis personis vel rebus infert, unde *causa pignorationis* nascitur. Causa pignorationis, unde?

2. Meliùs ita definitur: *Pignoratio est actus*, quo quis immediatè Imperio subjectus, alterum similiter subjectum, vel ipsius subditos, pignorat aut capit. Pignoratio quid?

3. Pignoratio sive Pigneratio à verbo pignoro vel pigneror derivatur, quod est pignora accipere, vel etiam pignus capere, & sibi asserere, quasique obnoxium sibi debitumque rapere, ut ex illo Ciceronis loco apparet. *Philip.* 14. *In fuga*, inquit Cicero, *fœda mors, in victoriâ gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignorari solet*; Origo vocis.

id est, ut Budæus interpretatur, fortissimus quisque primus in prælio occumbere solet. Vide *Budæi annot. in ff. ad l. pen. de pign.*

Pignorare est turbare poss.

4. Vocantur turbationes in §. 1. *pignorationes*: de quo vide Mynsing. *Obs.* 20. *cent.* 3. Gail. *de pignor. Obs.* 3. *num.* 4. ubi omnem pignorationem possessionis turbationem esse dicit, sed non contrà.

Quid causa pignorationis?

5. Causa igitur pignorationis est, quando Status aliquis Imperii immediatus, ein unmittelbarer Stand des Reichs / queritur, se, suosve subditos, ab alio immediato, ejusve officialibus, nulla ex causa, sed extra maleficium, oppignoratos, captosve esse, novi juris adquirendi causâ. Vid. Gail. 1. *Obs.* 8. *n.* 1. & 2.

Pignoratio ob maleficium, ad Camer. non pertinet.

6. Extra maleficium, *ait auctor.* Si enim ratione delicti, quod idem est cum maleficio, quis pignoretur, causa propterea ad Cameram devoluta non esset, neque Mandatum super Constitutione pignoratitia impetrari posset, quòd ratione delictorum Jurisdictione Cameræ regulariter fundata non sit.

Cognoscit tamen de nullitate in criminalibus.

7. Dico, *regulariter*: Conceditur namque partibus, etiam in causis criminalibus, jus, dicendi sententiam nullam, possuntque impetrare Citationes, ad videndum deduci nullitates, si quidem tales sint, quæ juri communi, & præsertim Constitutionibus Carolinis expresè adversantur, putà, si quis non confessus, sine legitimis probationibus, non admissâ legitimâ defensione, incarceraretur, examinaretur, torqueretur, vel omninò condemnaretur; Solet tamen, antequam ejusmodi processus decernantur, Judici pro literis informatoriis (umb Bericht) scribi.

Tempus publicatæ constitutionis, & ejusdem summa.

8. Constitutio Imperii de pignorationibus, publicata est, in Comitiis Augustanis, Anno 1555. Cujus summa est, ut *Parte* 2. *Ord. T.* 22. extat: *Ne quis Imperio immediatè subjectus, vel per se, vel per suos, alium immediatè Imperio subjectum, vel illius subditos pignoret, vel capiat ulla de causa, exceptâ causâ criminis, & secus si fiat, Camera Imperialis pignorato, officium Judicis imploranti*, Mandatum pœnale S. C. justificatoria decernat, *de facienda in continenti restitutione vel relaxatione, sub solita cautione non ulciscendi, seque rursum, si judicatum sic fuerit, sistendi.*

Clausula justificatoria cur ita vocetur.

9. *Clausula justificatoria*, de qua proximè supra, propterea vocatur, quòd decreto tali, vel alio Mandato S. C. indifferenter causam principalem attingere, eamque justificare licitum non sit, sed statim de paritione doceri debeat.

10. Di-

10. Distinguuntur proinde exceptiones sub- & obreptionis in Mandatis S. C. locum habentes, à reliquis Exceptionibus, in Mandatis C. C. item Citationis vel appellationis processibus objectis, quòd in prioribus tantùm de requisitis emanati Mandati; in his verò, super ipsa causa principali disputari, & Exceptiones desuper importari possint. Except. sub- & obreptionis à reliquis differentia.

11. In eo autem Constitutio hæc pignoratitia à Constitutione arresti distinguitur, quòd in Mandatis arresti Cautio de judicio sisti, & judicatum solvi; in Mandatis pignoratitiis verò etiam de se ipso sistendo caveri debeat. Distinctio Constitutionum, pignoratitiæ & de arrestis.

12. Sed ut actio ex Constitutione Imperii pignoratitia in Camera locum habeat, requisita quædam observanda fuerint.

In causis igitur pignorationum considerandæ sunt:

I.

Requisita Jurisdictionis Cameralis fundandæ.

13. Ad requisita, jurisdictionis Cameralis fundandæ, quantum attinet, primò requiritur, ut uterque litigantium, tam pignoratus scilicet, quàm pignorator, immediatè Imperio subjectus sit. *Ordin. d. T. 22. Vers.* Da einer dem Reich. Nam hanc qualitatem Constitutio disertè requirit, ideoque omitti non potest. Requisita Constit. pignor. ad fundandam Cam. jurisd. I.

14. Constitutionis enim pignoratitiæ finis est, pax Imperii publica, ut prædictum est, quæ rarò à personis privatis, nec à quibuslibet, sed ab illis plerumque violatur, qui potentiâ valent, & facultatem nocendi habent, collectâque hominum turbâ pignorari consueverunt. Gail. *in tract. de pignorat. obs.* 1. Finis Constitutionis, pax publ.

15. Quia constitutio pignorationis ad conservandam pacem publicam introducta est, atque inter personas, quæ illam violare possunt, scilicet Imperio immediatè subjectas, suum saltem locum invenit, idcirco Mandata, quæ abinde emanant, semper *sine clausula justificatoria* emanant; cùm pignorare sit repressaliis uti, quæ in Republica, ubi Judex, aut superior est, omni jure vestita esse, omnibus constat. Vid. Meichsner. *tom.* 3. *decis.* 3. *n.* 1. Quare S. C. mandetur ex hac constit.

16. Quamvis, propriè loquendo, pignorationes in hoc à repressaliis notoriè distinguantur, quòd repressaliæ tunc fieri dicantur, quando ob prætensionem vel actionem qualemcunque, tertius innocens, loco debitoris, injustè destinetur, quod ab exteris, & qui Imperio non subsunt, sæpè fieri solet: (Inter concives enim repressaliæ non obtinent, Pignorationes & repressaliæ ut differant.

quia isti jure experiri debent. *L.* 13. *quod met. cauſ.* & quia repreſſaliæ belli ſpeciem exhibent. Grot. *L.* 3. *de I. B. & P. c.* 2.)

De ſubjectione mediatâ, & immediatâ.

17. Sed quæritur, quâ ratione quis, præcipuè verò in cauſis pignorationum & cauſis arreſtorum, *de quibus Tit. ſequenti*, pro mediatè vel immediatè Imperio ſubjecto habendus ſit; utrùm ſufficiat, perſonam per ſe immediatè Imperio ſubjectam eſſe, an verò alio reſpectu, putà, domicilii, ubi agit, aut rerum, ſive bonorum ratione, de quibus lis eſt, pro mediatè ſubjecto habendus ſit?

Quæſtio eadem aliter propoſita.

18. Seu, (quemadmodum eandem quæſtionem aliis verbis aliquando Deputatis Imperii propoſitam, & ab iisdem, in utramque partem diſputatam eſſe conſtat.) An Conſtitutio pignoratitia, & de arreſtis locum habeant, ſi quis immediatè quidem Imperio ſubjectus, ſed quorundam bonorum reſpectu, quæ in territorio, & ſub jurisdictione alterius Domini ſita ſint, (**welche unter eines andern Herrn hergebrachter Landſaſſerey** / Jurisdiction, **Zwang und Bann gelegen**) pro ſubdito illius Domini habitus, in ejusmodi bonis pignoretur?

Rurſum eadem quæſtio.

19. Vel, ut planiùs hoc dubium proponam: Quæritur, ſi pignorando vel arreſtando, perſonæ immediatæ lis moveatur, de bonis mediatè Imperio ſubjectis, an illorum bonorum mediatorum ratione, & ipſa perſona mediata, & ſic ob qualitatis rei defectum, ad impetrandum Mandatum etiam perſona inſufficiens habenda, an verò qualitas bonorum non ſit attendenda?

Prior opinio in illa quæſtione, ejusque rationes.

20. Contrariæ in hac quæſtione opiniones fuerunt: alii præcipuè qualitatem ipſius perſonæ, cujus contemplatione mediatè Imperio ſubjecta ſit, & magis Jus, quamobrem Imperii Status vel perſona immediatè pignoratori ſubjecta non ſit, quàm bona, in quibus pignoratio facta eſt, ſpectanda eſſe, & Conſtitutionem locum habere cenſuerunt, decem potiſſimùm rationibus adducti.

I. Quia agatur de nudo facto aliquo perſonæ & de beneficio, favore perſonæ principaliter indulto.

II. Quia ſic inconvenientia illa, quibus Imperium per Conſtitutionem pignoratitiam mederi voluerit, & quæ ab ejusmodi perſonis (immediatè ſcilicet Imperio ſubjectis) proficiſci ſoleant, & inter illas hinc inde metuenda, tollantur.

III. Quia, ſi ſecus obſervandum ſit, non leve, ſed grave præjudicium perſonis immediatis crearetur, præcipuè verò Eccleſiaſticis & Ordinis Equeſtris perſonis, utpote inter quas paucæ admodum

dum sint, quæ non in aliorum Principum jurisdictione bona possideant.

IV. Si hoc casu Constitutio pignoratitia locum habitura non sit, fore ut non parum illi derogetur.

V. Secus, si statuatur, futurum esse, ut disputationes infinitæ oriantur, per quas Constitutio tandem maxima ex parte evertatur.

VI. Quòd violentæ turbationes, & periculosi motus in Imperio inter personas immediatas facilè oriri, atque augeri queant, si hoc casu Constitutio locum non habeat; Metuendum enim, ne viâ facti semel institutâ & apertâ, continuetur, & ulteriùs procedatur.

VII. Quia Constitutionis verba universalia sint, & pignorationes in genere, & omninò prohibeantur; quâcunque de causâ, & sub quocunque prætextu fiant, solâ criminis causâ exceptâ, & omnibus aliis exclusis, sive de reali, sive de alio jure agatur.

VIII. Quia Statibus Imperii non exiguum præjudicium inde metuendum sit.

IX. Quia per limitatam Constitutionis interpretationem, publica Imperii jurisdictio imminuatur.

X. Quia quidam Imperii Status contra limitatam Constitutionis interpretationem solenniter protestati essent.

21. Sed alii ab hac opinione discessêre, & Constitutionem pignoratitiam vel arrestorum, hoc casu, respectu bonorum, rerum, seu domicilii, quod Status aliquis in territorio alterius Status possideat, & in quibus pignoratio facta sit, locum non habere statuerunt. Opinio posterior.

Rationes ejusdem.

I. Quia futurum sit, ut multorum Statuum jurisdictioni detrahatur, si Constitutioni illo casu locus relinquatur.

II. Quia causa limitata, immedietatis scilicet, limitatum parere debeat effectum.

III. Quamvis Constitutione tàm pignorationis, quàm arrestorum, principaliter, quasi de facto & favore personæ indulto mentio fiat, attamen rem non merè personalem, nec factum pro illicito prorsus (id quod ad omnia Mandata sine clausula requiratur) habendum esse; Sed factum in effectu, & sic principaliter bona concernere, & jurisdictionem super bonis alicui competentem, quorum intuitu, non pro illicito, sed licito, & potiùs omni jure permisso habendum, si quis, suo in territorio, suâ jurisdictione utatur, eamque exerceat: Etsi enim Imperii Status aliquis

bona in alterius districtu, sive territorio possidens, in suo Comitatu vel Dominatu privilegium habeat, attamen eum alteri Principi vel Domino, in ipsius districtu & territorio quid facere vel omittere debeat, præscribere non posse, sed idem, quod alii subditi præstant, meritò præstare, vel si refractarius sit pignorationibus, aliisve juris auxiliis, ut præstet, cogi posse.

Quæ probatur.

22. Et hanc opinionem Deputati Imperii Ordines Wormatiæ Anno 1586. suâ decisione confirmârunt, & quoad ejusmodi bona, Mandata decernenda non esse voluerunt, ut videre est *in Recessu* §. **In Fällen aber / da.** Vide *concluſum Cameræ dubio.* 12. Verùm enim verò quæstio hæc plena Statuum Imperii decisione nondum expedita, sed ad omnium Statuum Imperii conventum rejecta est. Vide *Recess. Deputat. Anno* 1600. §. **Es haben uns auch unsere Käyserlichen etc.** 245. Schvvanem. *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 9. *& cap.* 13. *n.* 10.

De recessu Deput. An. 1586.

23. *Ubi notandum*: quòd Recessus, quem indicat §. præcedens, in Imperio publicatus non est: Quidam enim Imperii Status illi Deputatorum decisioni contradicentes, & contra eam protestantes, publicationem ejus impediverunt. Sed pleraque Recessûs illius capita postea recessui Imperii Anno 1594. inserta sunt, & quæstio hæc ad conventum Deputatorum Imperii, ad diem decimam tertiam Julii Spiræ institutum, remissa, ut videre est in dicto *Recessu Imperij Anno* 1594. §. **Weiter / und als wir.** 49. Et §. **Was / und so viel aber.** 97. Quamvis autem Spiræ de hâc quæstione inter Imperii Status Deputatos, iterum iterumque deliberatum fuerit, attamen planè determinata non est.

24. Etsi enim inter illos convenerit, priorem opinionem approbandam esse, attamen in eo dissensêre, quòd alii, quoad illa bona, quæ aliquis sub alterius jurisdictione haberet, **unter eines andern Herrn Landsässerey /** Mandata decernenda esse affirmaverint, alii negaverint: negantes tamen utramque Constitutionem pignoratitiam & arrestorum appendice quâdam declarari voluerint, qua Statibus Imperii jus illud, quod diutinâ possessione, & usu, vel aliâ ratione pignorando & arrestando obtinuissent, reservetur, salvumque relinquatur.

Supra dicta quæstio decisa nondum est.

25. Quæ opinionum contrarietas cùm inter Imperatoriæ Majestatis Commissarios & Deputatorum Principum legatos conciliari non potuerit, quæstionem hanc amplius deliberandam esse censuerunt, ejusque decisioni Calendas Maji Anno 96. dixêre, sed neque die constitu-

stituto, neque postea deputati Imperii Ordines convenêre: quamobrem de hac & aliis quibusdam quæstionibus adhuc sub judice lis est.

26. Vide in hac materia octo diversa vota, ut & sententiam in revisorio latam Anno 1583. 27. Junii, in causa **Herrn W. Pfaltzgraffen bey Rhein** / contra **Herrn J. Grafen zu O.** *post observationes Schwanemanni in fine libri subjecta*, quæ in majori numero posteriori sententiæ, scilicet Constitutiones de pignorationibus & arrestis locum sibi nullum vindicare, ubi ratione bonorum in alterius territorio sitorum pignora capta, aut arrestatio facta est, accedere videntur. Adhuc de eodem argumento.

27. Nota etiam subtilem, nec minùs elegantem & veram quorundam in hac materia distinctionem: Aliud esse bona in alterius territorio tenere, aliud verò ratione bonorum principaliter esse subditum; posterius enim, quoad bona provincialia pignoratum eximit ab immedietate, & constituit ipsum Landsassum; prius verò non.

28. Seu, propriè loquendo, aliud est, esse in territorio, aliud de territorio. *Hoc est*, quando quis non tantùm habet bona in alicujus provincia, sed etiam eorund. respectu, & ratione illorum ei subjectus est, ita ut juramentum homagii eatenus præstiterit, & pro vero Landsasso habeatur, prout sunt plurimi Status immediati, qui bona sub uno vel altero Principe possident; In territorio verò quis esse dicitur, quando quidem habet bona in unius vel alterius Principis provincia, eorum tamen ratione illi minimè subjectus est: quomodo plurimi Principes, & præsertim Nobiles immediati in Franconiâ, Alsatiâ, Sueviâ, partibusque Rheni bona sua sub ditione Electorum & aliorum Principum habere solent. Esse in, & esse de territorio, quomodo differant.

29. Cùm igitur in allegato (§.26.) casu, Principis Bavariæ, contra Comitem Ortenburgensem, pignoratio, respectu bonorum, quæ Comes, tanquam Landsassus, possedit, facta fuerit, sententia Cameralis, licèt propterea *Andr. Gail.* in Cameram non parum impegerit, non immeritò reformata esse videtur. Denique quæstionis est: An Mandata super Constitutione **der Pfandung** decerni possint, personis, non nisi ratione bonorum, uxorum suarum, Imperio immediatè subjectis? Affirm. Gylmann. Symphor. P. 1. tit. 4. ubi præjudicium adducit, in causa D. Pistoris contra **Leiningen** / add. Præjudicia Camer. voc. *Mandata pignorationum. Vers. Deterioratio rei. p. m.* 212. Gailius notatur. An mediatus, cujus uxor bona immediata habet, illorum ratione mandatum impetrare ex hac Constit. possit.

30. *Secundò requiritur*, (ut ad requisita jurisdictionis Cameræ, ex Constitutione Imperii pignoratitia fundandæ, redeamus) possessio Requisitum secundum Constitut.

à parte

à parte pignorati, ut pignoratus sit in possessione ejus loci vel juris, ubi, & cujus respectu, pignoratio facta est.

Constit. locum habet in interd. retinendæ.

31. Nam Constitutio hæc locum habet in interdicto possessionis retinendæ, quando unus possidet, alter turbat, vel quando alteruter litigantium se magis quàm alterum possidere contendit. *L.* 1. §. *sed si inter ff. utì poss.* Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 8. *num.* 2. & *de pignorat.* 1. *obs.* 3. *in princ.* & sive pignoratus in solidum possideat, sive pro certa parte, sive pro indiviso, nihil interest. Gail. *de pignorat. d. Obs.* 3. *num.* 6. (*Pro certâ parte*, i. e. pro diviso; quâ ratione possidens corporaliter possidere dicitur. Pro indiviso; quâ ratione possidens intellectualiter possidere dicitur, vid. Joan. Borcholten, *de adquir. vel amitt. possess. c.* 5. *n.* 6.)

Quæstio de loco, in quo facta pignoratio.

32. *Notandum.* Quæ hîc & in seqq. author tradit, incidunt in quæstionem, an Constitutio de pignorationibus etiam locum habeat, si pignoratio fiat in territorio alieno, vel etiam proprio ipsius pignorantis, vel, an restringenda sit ad casum, ubi pignoratio solùm fit in loco inter partes controversò? (Modò pignoratus jus quoddam ibidem possideat: nec enim absurdum est, ut hic sylvam, ille jus in ea venandi, hic pratum, ille jus pascendi habeat, *per l. pen. de servitut. L.* 20. *pr. d. S. P. U. l.* 12. *de adquir. vel amitt. possess. L.* 8. §. 5. *si servit. vindic.* Schvvaneman. *obs.* 72. *n.* 4.) In qua prius Camerales ad unum omnes affirmant, vide Gailium *in tract. de pignor. cap.* 10. *in pr.* Meichsnerum *tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 41. *num.* 2.

Responsionis ratio.

33. Ratio in promptu est, *primò*, quia Constitutio solùm requirit, ut pignoratio fiat novi juris acquirendi gratiâ, quod æquè in alieno aut proprio, quàm in territorio aliàs inter partes controversò fieri potest: *Secundò*, quia voluntas pignoratoris, quâ videlicet intentione, & quo fine pignora capta sint, in hac materia magis, quàm locus spectatur.

Pignoratum jus possidere sufficit.

34. Et sufficit, aliquem esse in possessione alicujus rei sive juris, putà venandi aut pascendi, etiamsi alius quispiam, nempe Dominus sit in possessione loci, & dominium habeat fundi, in quo pignoratus jus aliquod possidet: Vel contrà, esse aliquem Dominum, etiamsi alius sit possessor. Sufficit, inquam, pignoratum jure servitutis aliquid possidere. Gail. *d. Obs.* 3. *num.* 5. *& 6.*

Quid de conductore sentiendũ?

35. Adeò, ut multi sint, qui putent, quòd etiam pignoratione in re locata factâ, Constitutio hæc locum habeat, & Mandatum desuper à conductore impetrari possit, cùm jure aliquo, non minùs, quàm ille, qui jure servitutis est in possessione, rem pignoratam possideat.

36. No-

36. *Notandum*: Multi hactenus hoc secundo requisito in Constitutione pignorationum sunt abusi, quando pro possessoribus quæsiti juris se falsò venditantes, Processus hos subreptitiè impetrârunt, onerando verum possessorem partibus actoris, ipsique, dum urgent ante omnia punctum Mandati & paritionis, commodum possessionis è manibus quasi subducendo: Quod eò faciliùs fieri potuit, quia impetratus (ut forensi voculâ utar) ante omnia Mandato parere, missisque exceptionibus super jure possessionis (quæ ad punctum citationis rejiciuntur) sæpiùs jure ablata reddere compellitur, si pœnam incurrere nolit. Abusus secundi requisiti.

37. Dicit §. præced. *super jure possessionis*; Petitorium namque super jure controverso, non in Camera, nisi partes illi immediatè subsint, sed coram Austregis tractandum erit. Dicit secundò, *ad punctum citationis rejici*; In puncto enim Mandati nihil aliud, quàm quòd requisita adsint, examinari solet. Petitorium in Camera non tractatur.

38. De isto verò abusu à quamplurimis Imperii Statibus querela fuit mota, & tandem Ratisbonæ cautum, ut futuri Visitatores, cum Dnn. Assessoribus provisionaliter & præparatoriè de emendatione, in futuris prorogatis Comitiis ratificanda, consultarent. Verùm hic conventus Visitatorum adhuc in herba est. Querela de dicto abusu.

39. Interim Cameram, laudabili instituto, supplicantibus super hac Constitutione, ut hoc requisitum possessionis vel quasi, quadantenus edoceant, ante decretos processus injunxisse, ex aliquot præjudiciis patet, v.c. in causa **Rhein-Grafen/** contra **Pfaltz-Zweybrücken/ und Schweinfurt** contra **Würtzburg** Anno 1658. 15. Septembr. 25. Octobris, *verba decreti*: **Wofern** Supplicant die possession istius juris, **worinnen sie durch die** pignoration turbirt **worden / wie sich gebühret / beweisen wird etc.** Sic sensim querelis Statuum satisfiet, & cavebitur à præjudicio, quod semel impetratis processibus parti adversæ etiam in bona causa esset metuendum, *vid. Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **Demnach sich auch.** 133. Possessionem esse probandam, & quatenus.

40. Notandum tamen, quòd hæc præjudicia (de quibus præced. §.) non omninò videntur quadrare: In illis namque non, nisi aliqualis probatio possessionis, tanquam requisiti ad Constitutionem pignoratitiam, supplicanti, & quidem propterea injuncta fuit, quòd, vigore novissimi Recessus expressè requiratur, ut antequam Mandata decernantur, requisita aliquatenus doceantur; **daß die erforderte** requisita **etlicher massen beschienen werden.** Sed in hoc potiùs gravamini Statuum Notabile de puncto causalium.

consuli poterit, si punctus causalium, seu disquisitio possessionis controversæ, quod hodie ob brevitatem ordinis & recessuum decurtationem facilè fieri poterit, citiùs expediatur.

Requisitum III.

41. *Tertiò* requiritur novi juris usurpatio, quòd nimirum pignorator in illo loco, ubi pignoratio facta est, Jus aliquod novum, veluti jurisdictionem, vel jus venandi aut pascendi, collectandi, aliudve, per pignorationem acquirere, & sibi usurpare velit. *Recess. Imper. Ratisbon. Anno* 1594. §. Wir wollen auch. 79. Gail. *lib.* 1. *obs.* 8. *n.* 3. & *de pignorat. observ.* 3. *n.* 7.

Novum jus in specie exprimendum.

42. Ne autem sub generali allegatione juris novi Mandata ex hac Constitutione fraudulenter extrahantur, ne etiam pars adversa sit incerta, contra quod suas defensiones instituere debeat, cautum est, ut novum illud jus in specie exprimatur, (*in supplicatione pro processibus*) aliàs decernitur, auff vorbrachte narrata abgeschlagen / vid. Gylman. *Symph. tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 20. *n.* 1. & *seqq.* Ita factum in causa Johann von Nassau / contra Albrecht Grafen von Nassau / ubi supplicanti sein Begehren / als unförmlich / abgeschlagen. Defectus in eo fuit, quia tantùm generaliter dicebat, pignorantem id fecisse novi juris acquirendi gratiâ; non additô, cujus juris? 15. *Junij* 1590. *Anno* 1592. *d.* 23. *Augusti* supplicavit Ernst von Krailsheim contra Würtzburg: Wiewol er in possessione aller Vogteylichen Obrigkeit zu Rottelsee / über Christen und Juden / eô non attentô, habe Episcopus zwo Jüdinnen einziehen / und nach Ypphofen führen lassen / da gefänglich einsetzen und nicht erlassen wollen / biß sie die Atzung und Unkosten erstattet / auch die Pfande / so sie von seinen Unterthanen empfangen / gelieffert: *idque adquirendæ jurisdictionis gratiâ*; eapropter petiit mandatum. Et quamvis ab initio dubium videbatur, cùm ratione rei meæ ablatæ, pignoratio non fiat: quia tamen non res tantùm, sed & jus super re, nemlich jus pignorationis, eo ipso ablatum, processus decreti sunt, dict. anno & die. *Sic etiam* in similibus, & ferè fortioribus terminis, Mandatum auff die Constitution der Pfandung decretum, in causa Nassau contra Mäintz / secundi Mandati der Pfandung / 23. *Sept. an.* 1590. Narrabatur: Wiewol die Stadt Usingen etc. Item eine Mühl / die Hasenmühl / in suo territorio, und aller Bottmässigkeit gelegen / auch alle Obrigkeit auff dem Müller hergebracht; Eô non attentô, seye Archi-Episcopus zugefahren / und ihme gebieten lassen / vier Thaler wegen eines Pferds-Tauschs zu erlegen / und als er sich sol-

Aliàs processus denegantur. Quod exemplis probatur.

solches verweigert / hätte er ihme eine Kuh in der Mühle abpfänden lassen / alles *eò animò*, ein neues *Jus* der Obrigkeit über gedachte Mühl zu schöpffen. Vid. præjudic. Camer. *tit. casus speciales, super quibus mandata pignor. decernuntur, p. m.* 216.

43. Quæ verba (*de quib. vid. etiam infra lib.* 3. *tit.* 2. *&* *tit.* 20.) important, quòd facti species, supplicationi pro processibus inserta, ita qualificata non sit, ut petitum Mandatum desuper impetrari possit; distinguitur proinde hæc formula decreti ab illa, wie gebetten / abgeschlagen / quòd in posteriori innuatur, à supplicante non super ea, qua oportebat, Constitutione petitum fuisse; ita tamen, ut jurisdictio Cameræ, ex alia fortè Constitutione locum habere possit. Virtus verborum, auff vorbrachte narrata abgeschlagen.

44. Eadem denegationis ratio est, ubi jus quærendum in specie quidem exprimitur, attamen ab illo jure, in cujus possessione, se supplicans esse, prætendit, diversum, separatum aut alienum est. Gylm. *d. loc. num.* 3. V. g. *Si in supplicatione pro processibus, super Constitutione pignor. titia, inter alia diceret, se esse in possessione juris piscandi, & ab alio dum in sylva controversa venaretur, pignoratum fuisse, utrunque enim locum habere, seu impetrans in possessione juris piscandi, alter verò juris venandi esse potest.*

45. *Quartò* requiritur, ut res, aut persona capta tertia, seu, ut vulgò appellant, innocens, id est, pignorata, sive capta sit, propter rem aut personam aliam, & talis, quæ extra rem litigiosam, vel extra jus litigiosum sit, & extra rei sive juris, de quo litigatur, usum, & quæ rei litigiosæ pars non sit, vel quæ sine controversia, ex confessione ipsius pignorantis, alterius sit, vel saltem esse non negetur, & quæ nihil commune habeat cum jure controverso, in quo neque jus controversum, neque ejus fructus consistat. Veluti, si ob jurisdictionem vel possessionem alterius, à te turbatam, tuus subditus, aut ejus res capiantur, & pignorentur, vel si de jure lignandi, pascendi, aliove contendatur, & propterea cum ipso ligno litigioso, forsan currus, vel equi, vel homines vectarii pignorentur, & capiantur. *Recess. Imp. Anno* 1594. *Ratisbonæ* §. Die Mandata in Pfandungs-Sachen. 70. Et §. Da aber in Pfandungen. 72. Ubi Constitutionem pignoratitiam locum habere, & Mandata super illa decernenda esse, statuitur, iis duntaxat casibus, quibus res tertia minimèque controversa, ablata esse dicatur, Gail. *de pign. Obs.* 3. *num.* 8. Dicitur *res tertia & innocens*, illud, quod confitente tam pignoratore, quàm pignorato, nihil com- Requisitum IV. de re tertia & innocenti. Quid sit res tertia & innocens?

commune habet cum jure inter illos controverso, & in quo nec illud, nec ejus fructus vel utilitas consistit. Stephani *de jurisdict. L. 1. p. 1. c. 3. num.* 134. Cujus generis sunt ea, quæ recensentur *Recess. Deput. Imp.* 1600. §. **Weiters ist auch.** *& aliquot seqq.* Schvvaneman. *Observ.* 63. Frideric. Mindan. *Lib.* 1. *cap.* 36.

Nisi res tertia & innocens cupiatur, Constit. locum non habet.

46. Itaque, si res ipsa vel persona, de qua controversia est, pignorata vel capta fuerit, Constitutio hæc locum non habebit, veluti, si de jure vendendi vinum litigetur, & vinum ipsum auferatur: factum enim ejusmodi simplex potiùs turbatio, quàm pignoratio esse censetur, & ad judices ordinationis potiùs, quàm ad Cameram pertinet: quanquam hæc distinctio (*utrùm scil. sit simplex turbatio vel pignoratio*) non usque adeò strictè, neque semper in Camera observetur, & difficilem dijudicationem habeat: teste Gailio *dict. Obs.* 3. *num.* 10. (*Vix tamen erit casus, qui non in Recess. Deputat. Anno* 1600. *antequam Gailius Commentarium suum ederet, decisus sit.*

Istud requisitum non semper adesse debet.

47. Cumprimis verò hoc requisitum, de persona tertia & innocenti, adeò præcisè non requiritur, neque observatur, quando inter duos Principes vel Dominos, immediatè Imperio subjectos, de jurisdictione, vel de ipsis etiam subditis, sive personis, jurisdictioni litigiosæ subjectis, contenditur, & subditi utrique Principi vel Domino litiganti, & illi cumprimis, ad quem jurisdictio pertinet, obedientiam præstare parati sint, & jus inter Principes controversum ad subditos nihil attineat, & absque sua culpa ab uno vel altero Principe aut Domino in vincula conjiciuntur.

Ratio, cur ita.

48. Hoc, inquam, casu requisitum rei vel personæ tertiæ, non adeò præcisè & exactè attenditur, sed super Constitutione pignoratitia Mandata decernenda sunt, etiamsi subditi illi non sint tertii, sive innocentes, sed illi ipsi de quibus litigetur. *d. Recess. Imperij Anno* 1594. *Ratisbonæ d.* §. **Wir wollen auch etc.** 71. Ratio hujus est, ne fortè innocens subditus, qui in dubio nescit, utri potiùs obtemperare debeat, iniquè patiatur, & interim, dum Domini de jure disceptant, miserè vexetur.

An ad Judæos porrigatur Constitutio?

49. Quia Constitutio subditorum saltem mentionem facit, quæsitum aliquando fuit in casu, ubi Sejus Judæum, protectioni Titii addictum, carcere detinuit, an Constitutio, tanquam exorbitans & singularis, etiam ad Judæos extendenda sit, & num sub nomine subditorum etiam comprehendantur, die **Schirms-Verwandten?** Et per majora,

Affirmatur quæstio.

quoad hanc Constitutionem, affirmativè concluſum, quia vocula subdi-

subditorum generalis est, vid. Schvvanem. *obs. pract. obs.* 67. Sic in causa R. contra P. Z. Mandatum auff die Pfandungs-Constitution, ob captos Judæos 25. Octobris 1658. fuit decretum.

50. Quamvis enim Judæi in Imperio non ubique tolerentur, sed de persona sua, si per provinciam transeant, certi quid dare debeant: id tamen in arbitrio Statuum est, & inter Regalia eorum continetur, Judæos protectione suâ fovere. Solent tamen, (præter Moguntiam, ubi inter Christianos indistinctè habitant) plerumque sua separata habitacula & plateas habere, & subditis propterea accenseri non possunt, quòd illi, vigore Legis Talmudicæ, prohibeantur, rem immobilem posidere.

Judæos in protectionem recipere, ad Regalia Statuum pertinet.

51. Atqui secus constitutum est, (ac supra §. 47. 48.) si quando quis non ob crimen, sed leve aliquod delictum in territorio litigioso commissum, ab alterutro Domino, qui jurisdictionem & jus Imperii sibi competens se exercere existimat, captus fuerit, & captivus nondum delicti pœnas dederit, atque præventio punientis meritò locum habuerit: Hoc etenim casu alter Dominus ex constitutione pignoratitia in Cam. nihil obtinebit; facilè enim per homines inquietos, Dominis territorii jurisdictio litigiosa redderetur, si ex Const. pignoratitia, personis istis captis per Mandata de relaxando subveniretur. *Recess. Imper. Anno* 1594. *Ratisbona*, §. Aber die Personen. 81.

Subditus ab alterutro Domino ob delictum captus non facit locum Constitutioni.

52. Itemque secus constitutum est, si jurisdictionis litigiosæ subditi pignorationi causam præbuerint, (*putà sese controversiæ inter duos exortæ, sive unius sive alterius jussu, immiscendo, vel aliàs exorbitantius committendo.*) *Recess. Imp. eod.* §. Aber die Personen. Vers. Doch daß solche Personen etc. Hanc enim appendicem limitationem continere existimo præcedentis §. Wir wollen auch etc. 79.

Nec locum habet, si subditi captâ causam dederint pignorationis.

53. *Quintò* requiritur, quòd pignoratio facta sit, ob causam civilem, non criminalem, sive ob maleficium commissum. *Ordin. h. t.* 22. V. Allein Malefiz-Sachen.

Requisitum V. Pignoratio ob causam civil. facta.

54. *Sextò*, si pignoratio per officialem Domini facta fuerit, requiritur Mandatum, vel saltem ratihabitio Domini. Const. enim pignoratitia locum habet, sive quis per se, sive per alios, videlicet præfectos atque officiales suos, alterum pignoraverit, modò jussu & ex Mandato Domini pignoratio facta fuerit; vel Dominus factum pignorationis ratum habuerit. Nam, regulariter, quod quis per alium facit, per se facere videtur, *l. quod jussu. ff. de Reg. Jur.* & injuria per interpositam personam

Requisitum VI. Mandatum Domini.

fact i, ab ipso committente facta censetur, *L. sed etsi unius. §. Si jussu de injurijs, Ord. h. T.* **Durch die seinen etc.** Gail. *de pign. Observ. 5. n. 1. c. 72. X. de R. J. in VI.* Schvvanem. *Obs. 68.* nam si officialis privatâ quâdam cupiditate pignorâsset, tum non in Camera, sed coram ordinario suo judice foret conveniendus: *per L. 1. §. 13. 15. de vi & vi arm.*

Non opus est exprimi, jussu Domini factam esse pignorat.

55. Sufficit tamen, in libello supplici pro obtinendis processibus narrare, Dominum per suos officiales vel familiares pignorâsse, etsi non adjiciatur, jussu Domini, ponderando verba Constitutionis, **durch die seine** / quæ jussum interveniss̃e, per se innuunt, ad hoc enim *periculo partis*, processus decerni possunt, cùm pignoranti, si falsum sit, de eo excipere sit concessum, vid. Gylman. *Symph. tom. 1. part. 1. tit. 4. suppl. 29. fol.* (mihi) 341. 343. & Gail. *de pignor. obs. 5. n. 9.*

Quid sit, periculo partis decernere processus.

56. Dictum supra, *periculo partis*: per quæ verba insinuatur, dubium esse, utrùm jurisdictio fundata sit, ita ut ex post facto, quo qualitate circumstantiarum, processus facilè cassari, impetrantique Expensarum refusio injungi soleat, Gail. 1. *Obs.* 119. *n.* 6. Symphor. *Tom. 1. P. 2. tit. 15. p.* 304. *& infra Lib. 3. tit. 2. §. Judex in decernendis processibus &c.*

Ratihabitio Domini, quando probata censeatur; quomodo præsumatur?

57. Ratihabitio verò Domini probata censebitur, non solùm ex ejus confessione atque Mandato, verùm etiam, si habuerit facultatem, rem pignoratam restituendi, vel captivum relaxandi, nec tamen restituerit, vel relaxaverit. *Recess. Imp. Anno* 1594. *Ratisbona* §. **Wer sich auch in Pfandungs-Sachen etc.** 83. Imò, hoc ipso, quòd Dominus rem pignoratam, ad petitionem pignorati, non restituit, pignoratio jussu Domini facta esse præsumitur; vide Schvvanem. *de Process. lib. 1. cap. 12. num. 3. vers. Secundò requiritur.*

Commissio ad probandum ratihabitionem.

58. Imò, si aliter probari nequeat, potest impetrans, ad probandum jussum, Commissionem in Camera impetrare, ut factum in causa **Herrn Johann Ludwig / Grafen zu Nassau-Wißbaden / Herrn Vermünder** / contra **Herrn Jacoben Ertz-Bischoffen zu Trier** / & Consortes, & quotidianum esse refert, Ruland. *de Commiss. p. 1. lib. 2. cap. 4. num.* 10.

Atque hæc sunt, quæ requiruntur, ut actio ex Constitutione Imperij pignoratitia locum habeat.

In Causis pignorationum ulterius (*vid. supr. §. 12. h. t.*) considerandа sunt:

II.

II.

Certa personarum genera, quarum respectu Constitutio pignoratitia locum habeat, vel non habeat.

59. Locum habet Constitutio pignoratitia, si civitas aliqua Imperialis libera, in suo, vel publico Civitatis jure, aut bonis, pignoretur: non verò locum habet, si cives ejus in jure, aut bono aliquo privato, pignorentur. Gail. *de pign. obs.* 6. *n.* 11. 12. 13. Civitates Imp. lib. Constitutione pign. gaudent; non ejus cives. Nisi certô respectu & casu.

60. Si autem pignoratio fieret in prædio quodam, quod civis à civitate haberet, sive, ut clarius dicam, quod jure singulorum possideret. Tunc, licèt possessor mediatus sit, quia tamen prædium indubiè immediatum est, Constitutio hæc quoque locum haberet. Sic itaque Civitas pro suo cive, vel Xenodochio, Princeps pro suo Vasallo, emphyteuta aut alio subdito pignoratò, ex hac Constitut. respectivè se intromittit, modò facta pignoratio non privatum civis aut subditi, sed publicum Civitatis aut Principis commodum tangat. Gail. *d. cap.* 6. *per tot.* Frider. Mindan. *Lib.* 1. *c.* 34. *n.* 18. *seqq.* Schvvaneman. *obs.* 66.

61. Collegia, sive Capitula majorum vel cathedralium Ecclesiarum, quæ temporalia & Dominia sive castra, cum suis pertinentiis, & omnimodâ jurisdictione temporali, **mit aller weltlicher Obrigkeit/** possident, si vicinum aliquem Principem aut Nobilem Imperii, talium bonorum ratione, ob litigiosam Jurisdictionem, aut alterius juris gratiâ pignorent, in Camera conveniri non possunt, quia talia Collegia sive Capitula inter Status Imperii non numerantur, neque foro Imperii principaliter, sed suo Archie-Episcopo immediatè subjecta sunt, Gail. *de pign. Obs.* 7. *princ.* §. 3. Locum non habet Constitutio, si Capitula cathedralia pignorent.

62. Secus verò observandum esse censet idem Gail. *dict. Obs.* 7. I. Si Collegium aliquod vel Capitulum, Dominium aliquod, sive feudum ab Imperio recognoscens, aliquem pignoret, aut ipsum pignoretur, Gail. *ibid. num.* 3. Limitatio I. de Capitulis pignorantibus.

63. II. Si Capitulum, sede vacante, pignoret aut pignoretur. Gail. *de pign. Obs.* 7. *num.* 5. & *l.* 1. *Obs.* 36. *num.* 20. ubi Processum, cum Episcopo sive Abbate quopiam inchoatum, contra successorem electum continuandum esse censet. Ratio est, quia tunc Capitulum, tanquam Episcopum repræsentans, inter Status quoque connumeratur. Limit. II.

64. III.

Limit. III. 64. III. Si pignoret Collegium Canonicorum liberum, Cæsari atque Imperio, ex singulari gratiâ atque privilegio, subjectum, ein frey Käyserlich Stifft/ qualia sunt, Collegia Canonicorum Bruxellæ propè Spiram, item Collegium Bursched, propè Aquisgranum, & Collegium Arnuel, propè Sarbruckum. Gail. *dict. Obs. 7. de pign. num. 6.*

Limit. IV. 65. IV. Si Episcopus cum Capitulo pignoret, & pignoratio in bonis communibus, etiam quoad nudam administrationem tantùm, (*ita ut commodum & utilitas exinde resultans, ad Capitulum spectet*) facta fuerit: Interest enim Episcopi in hujusmodi bonis, neque ipsum, neque Capitulum ejus pignoratione turbari, & membra jure capitis non immeritò censentur. Gail. *ibid.*

Alius casus, ubi Constit. locum habet. 66. Item Constitutio pignoratitia locum habet, si plures Domini communem Jurisdictionem alicubi habuerint, & Domini unius subditi, ab altero Dominorum, novi juris adquirendi causâ, pignorentur aut capiantur. Mynsing. *Obs. 20. cent. 3.* Gail. *de pign. Obs. 20. n. 1.*

Si Dominus subditum suum, eumque alterius emphyteutam pignoret, locum non habet Constit. 67. Sed locum non habet Constitutio pignoratitia, si Dominus territorii suum subditum, alterius verò Domini Emphyteutam, vel Colonum sive agricolam, vel censitum, ratione prædiorum in suo territorio sitorum, pignoret, vel captis pignoribus compellat, ut collectas solvat, vel aliud quippiam præstet. In confesso siquidem est hoc casu, pignoratos esse subditos pignoratores (*ut proinde pro re ipsâ, non verò tertiâ reputentur*) & non alienos, ut Constitutio requirit. Gail. *pignorat. Obs. 15. num. 11. & 12.*

Constit. locum non habet in pignorat. hominum proprio-rum. 68. Item Constitutio hæc locum non habet, si alterius Domini homines proprii, leibeigene Leute / quos servos adscriptitios vulgò nuncupant, ab alio Domino, in cujus territorio domicilium habent, pignorentur aut capiantur, & Dominus territorii, cujus proprii sunt, ex hâc Constitutione contra pignoratorem, cujus jurisdictioni subjecti sunt, in Camera agat.

Homines proprii, quod genus hominum? 69. Licèt enim hujusmodi homines operas serviles suis Dominis, quorum proprii sunt, præstare teneantur, non tamen propterea eorum subditi sunt, sed eorum subditi esse censentur, sub quorum jurisdictione domicilium habent. Mynsing. *Obs. 12. cent. 1.* Gail. *de pignor. Obs. 8. num. 3.* Quia domicilium & habitatio subditum facit. *L. 20. ad municip. l. 5. C. de Incol. lib. 10.* Gail. *d. loc.*

III.

III.

Qualitas juris, sive bonorum, in quibus Constitutio pignoratitia locum habeat.

70. Locum habet Constitutio, non solùm, si pignoratio facta fuerit in bonis allodialibus, verùm etiam, si facta fuerit in bonis feudalibus, quo casu Vasallus, licèt mediatè Imperio subjectus sit, rectè in Camera ex hac Constitutione aget, non tamen solus, sed unà cum Domino feudi, immediatè Imperio subjecto. Gail. *de pignor. obs.* 6. *num.* 1. *& seqq.* (*Quippe Jurisdictione Cameræ ob continentiam causæ hoc casu fundatâ.*)

Si pignorentur feudalia bona, Vasallus cum Domino feudi agit.

71. Et Vasallo non agente, Domino feudi, pro suo jure & ratione ejus, quod sua interest, causam pignorationis prosequi licebit. Gail. *de pignor. Obs.* 6. *num.* 3.

Si Vasallus desistat, Dominus tamen agit. An Constitutione uti fructuarius possit.

72. Et pignoratio, si facta fuerit in re quapiam, in qua pignoratus tantùm jus utendi fruendi habuerit, usufructuarius, immediatè Imperio subjectus, in Camera ex hac Constitutione agens auditur, Gail. *de pign. Observat.* 6. *num.* 5. (*Seu ratione personæ, seu ratione bonorum, quæ possidet, immediatus fuerit.*)

IV.

Peculiaris quidam pignorandi modus.

Constitutio locum habet, etsi res pignoratæ non abducantur.

73. Constitutio pignoratitia locum habet, etiamsi res pignoratæ non abducantur, abigantur, vel auferantur, sed in aliquo loco conclusæ detineantur. Vel si quis stipulatâ manu promittere cogatur, ex suâ domo, vel hospitio publico, vel ex civitate non exire: Vel hoc pacto, & hâc conditione relaxetur, ut vocatus, iterum in loco constituto atque certo se sistat. Gail. *de pignor. Obs.* 9. *n.* 1. Quia paria sunt, rem auferre, aut ita includere, ut ejus usus intercidat, per *l.* 9. *in quib. caus. pign. fac. con.* Schvvanem. *obs.* 75. *n.* 3. *& obs.* 105. Quod item obtinet, si saltem fuisset corrupta aut destructa. *Rec. Dep. Imp.* 1600. §. Es ist auch biß anhero. Frideric. Mindan. *L.* 1. *c.* 36. *n.* 14. Schvvanem. *obs.* 88. *n.* 4. 5. *obs.* 90. *n. fin. & obs.* 97.

Quid, si pignora capiuntur extra locum controversum?

74. Sic Constitutio locum habet, non solùm, si in loco controverso pignora capiantur, aut subditi in loco domicilii captivi abducantur, verùm etiam, si pignorentur, aut capiantur in alieno loco aut proprio pignorati territorio, & in continenti, vel ex intervallo abducantur,

dummodo novi juris adquirendi gratiâ res aut personæ pignorentur, sive capiantur, quocunque in loco, & quocunque tempore illud fiat, nihil interest, Gail. *de pignorat. obs.* 10.

Si pignoratus pignus redimat?

75. Locum quoque habet Constitutio, si pignoratus rem pignoratam, pretio dato, redimere, vel pro ea aliquid præstare cogatur. *Recess. Imperij Anno* 1566. *Aug.* §. Da auch etc. 128. Mynsing. *Obs.* 9. *&* 21. *cent* 3. Gail. *de pign. obs.* 11. quia pretium succedit loco rei. *Dict. Recess. Imp. & d.* §. Denais. *tit.* 183. §. 6. *L.* 14. *d. V. S.*

V.

Quæstiones, quæ de Constitutione pignoratitia aliquando controversæ, per Status Imperij Deputatos decisæ sunt.

Feræ & pisces capti an pro re tertia habendi?

76. Primò quæsitum fuit, si de jure piscandi aut venandi lis sit, & alter alteri feras captas aut pisces captos auferat, an non illa venationis sive piscationis præda potiùs pro re ipsa, quàm pro re tertia habenda sit? Quod nonnullis visum: I. Quia feræ vel pisces capti nihil aliud, quàm fructus, & quasi pars juris venandi vel piscandi, & ita res ipsæ litigiosæ atque affectæ sint, quibus per alium interceptis, jus ipsum reddatur inutile & subvertatur. II. Quia id, quod capitur, non statim capientis fiat, eò quòd de consuetudine & jure non extra Dominium cujusquam, & in mera libertate naturali esse existimetur, §. *nemo. de pace tenenda.* 2. *F.* 27. Quamobrem inter hos & alios fructus, ut ligna, fœnum, frumentum, glandes, &c. tantum discrimen non constituendum neque observandum, *l. item fundi* §. *Aucupiorum*, & *l. usufructuarium. ff. de usufr.* III. Quia illud pro re tertia habendum, quod ex confessione ipsius pignorantis, in Dominio alterius sit, quod cum jure controverso nihil habeat commune, præsertim, si in re non sua, sed litigiosa capiatur: Quia contra prohibitionem Domini fundum ingrediens, suum non faciat id, quod capit. Joannes Faber *ad* §. *feræ. Institut. de rerum divisione.* Idque stylus frequenter approbâsse videatur.

Rationes decidendi.

77. Sed contraria opinio communior est, nempe ejusmodi prædam pro re tertia atque pignoratione habendam esse: I. Quia per capturam in capientis & pignorantis dominium venerit, & sic non ampliùs pro fructu seu rei litigiosæ parte censenda, imò etiam ante capturam fructus, sive pars rei litigiosæ non fuerit, utpote cùm rei non inhæreat, & in incerto vagetur, & nun in hoc, nunc in alio loco repe-

riatur,

riatur, & ita certum illi dominium attribui non possit, priusquam capiatur. II. Quia res in illis terminis non versetur, ubi venatione prorsus interdictum sit; Sed ubi duo, de venationis jure, utrius nimirum sit, contendant, & non exiguum discrimen sit inter eum, qui præviderit ingredientem ipso jam actu fundum, & prohibuerit, & eum, qui postea, capturâ peractâ, demum supervenerit. III. Quia generalis venandi prohibitio, jure illo (*scil. civili, quo venatio omnibus communis est, secus de consuetudine*) cognita non fuerit, aut idem operari possit, & extra controversiam sit contra illam Fabri post glossam opinionem, aliam & contrariam alibi in glossa extare. IV. Quia utique certum sit, generaliter feras nullius esse, priusquam capiantur, & quamvis feræ pro fructibus habeantur, attamen non fundi partes, nec in alterius dominio vero esse existimentur, prout fœnum, ligna, glandes & vinum &c. sint.

78. Videndum hîc est *conclusum Cameræ* dub. 29. in quo Status Imperii Deputati Spiræ Anno 1595. secundam Cameralium opinionem approbârunt. Junge *Recess. Deputat. Anno* 1600. §. Weiter ist auch in unserm etc. 39. fol. 15. ubi Sanctio est pragmatica, si venationis, piscationis, Aucupiorumve præda in persequentis potestatem venerit, ut jam evadere ampliùs nequeat, protinus pro re tertia habendum, & Mandata sine clausula decernenda esse. Sanctio ea de re pragmatica.

79. Secundò quæsitum est, si de jure forestæ vel jure glandis legendæ, lis sit, & alicui pyra vel mala sylvestria, glandes, aliive fructus sylvestres, auferantur, an Constitutio pignoratitia locum habeat, & sine discrimine Mandata decernenda sint? Quæstio dubia secunda.

80. Distinguendum & attendendum esse censent, utrùm fructus pignorati directò juris ipsius controversi fructus, an verò alterius separati sint; Veluti, si ex fundo controverso fructus naturales, putà, fœnum, fruges, frumenta aut similes, ex fundo ipso prognati fructus, auferantur; Et communior opinio est, pignorationem non esse, neque Constitutionem locum habere, quia ejusmodi res non extra fundum, vel jus litigiosum, sed fundi & juris, & sic ipsius rei controversæ pars sint. Distinctio circa fructus ablatos.

81. At secus, si fructus ablati juris separati sint, qui cum fundo litigioso nihil commune habeant, veluti, si propter jus lignandi, glandes, vel propter jus collectandi, frumentum, vel propter jus decimandi, fruges, ad solutionem decimarum nondum destinatæ, neque expositæ auferantur, nam hujusmodi facta pro pignoratione habenda, & Man-

data in iis decernenda esse statuunt, quia res tertiæ ablatæ sint, quæ cum jure litigioso nihil commune habeant.

Fructus ablati quando pro re litigiosa habeantur, & quando non? Sanctio pragmatica.

82. Et hinc liquet, fructus fundi ablatos pro rebus ipsis litigiosis habendos esse, si de possessione fundi controvertatur: Sed pro tertiis, si alterius controversiæ sive juris nomine atque respectu auferantur. Vide *Recessum Imp. Anno* 1600. *Spiræ* §. Da aber die Gerechtigkeit der Fürstlichen etc. 40. *fol.* 16. ubi pragmatica Imperii Sanctio est: *Si ob jus forestæ aut glandis legendæ litigiosum*, fructus sylvestres & naturales, ex ipso fundo prognati, auferantur, pro re ipsa, & non tertia haberi, & propterea Mandata ex Constitutione pignoratitia decernenda non esse, quia pars fundi & rei ipsius controversæ esse censeantur, & idem jus de fœno & aliis fructibus naturalibus, ex fundo ipso prognatis, statuendum esse: In eo tamen distinctionem adhibendam & observandam esse, an nimirum fructus adempti controversi juris alterius separati sint, veluti, si propter jus lignandi, glandes, propter jus collectandi, frumentum, propter jus decimarum, fructus nondum separati nec destinati auferantur, quia his casibus non immeritò pignorationis factum admissum esse intelligatur.

Quæstio tertia.

83. Tertiò quæsitum est, si jus collectandi, vel delicta mulctandi, vel vectigalis exigendi, vel simile controvertatur, & pignorans pignorato eo nomine non plus abstulerit vel extorserit, quàm collectæ, mulctæ, vectigalis, vel alterius juris ratione sibi deberi prætendat, an hoc factum pro pignoratione habendum, quando quidem id, quod ablatum ast, pleno jure penes pignoratum repertum sit, in obligatione nunquam fuerit, & propterea non pro re ipsa, sed pro re tertia habendum.

Sententia distinguēs.

84. Diversæ in hac quæstione opiniones fuerunt, alii discrimen observandum esse voluerunt, utrùm pecunia ablata ad hunc finem & usum destinata & separata fuerit, per Dominum, seu quasi pignoratum, quo casu non extra obligationem, sed pro re ipsa habenda sit, quemadmodum in decimis non expositis vel destinatis observaretur. (*Antequam enim decimæ expositæ sint, non pro talibus, sed frumento in genere habentur.*)

Altera Cameræ opinio, quæ approbata.

85. Sed communior opinio est, hujusmodi factum, si nimirum cuipiam non plus quàm pecunia ipsa, & sic ipsum debitum prætensum extorqueatur, sed persona prorsus non gravetur, (*intellige carcerando, mulctando, vel alio simili modo*) pignorationem non esse. I. Quia

destinatio illa Domini seu pignorati tantam vim non haberet, ut naturam & dominium rei mutare possit, quin Dominus moderator ipsius pro arbitrio maneat, ita, ut impunè animum mutare possit; & sicut destinanti nihil decedat, ita nec alteri per destinationem illam quicquam accedat, imò scitu difficile sit, an aliquid, & quantum pecuniæ solutioni destinatum sit, vel non sit, nec facilè destinationi locum esse posse, cùm præsupponatur, invito rem auferri. II. Quia aliâ ratione quis in sua possessione, & suo jure se tueri, vel illo uti, non possit. III. Quia subditus, sive quasi pignoratus, conqueri non possit, plus sibi abesse aut ablatum fuisse, quàm debuerit, vide *Conclusum Cameræ Dub.21. in quo Deputati Imperij Status Spiræ Anno 1595. secundam Cameræ opinionem approbârunt.*

Proponitur casus alius.

86. Sed quid, si quis ob delictum captus, & nihil ultra mulctam illi ablatum, & antequam pro Mandato supplicetur, absque omni sumptu relaxatus fuerit, an nihilominùs ex hac Constitutione in Camera agere licebit?

Qui disputatur.

87. Non defuêre, qui existimaverunt hoc casu, gravamen personæ principaliter attendendum esse, & reliqua omnia pro accessoriis habenda, & secundùm illud gravamen, scilicet personæ judicandum, quasi illa eo ipso sine sumptu relaxata non sit, quòd mulcta ipsi fuerit extorta, quâ ex squalore carceris se liberare coacta fuisset. Et in hoc casu, juris istius controversi, si Constitutio locum non haberet, facilè evenire posse, ut homines innocentes aggravarentur, & quivis, quacunque causâ & quacunque occasione arreptâ, jus suum prætensum exercendi cupidus, mulctam, vel ab innocentibus exacturus, & pœnam summè exasperaturus sit, ut habeat, & consequatur actus possessorios meliores, imò etiam spe immunitatis, quovis tempore & paulò antè, si nimirum præviderit fore, ut mandatum exeat, captivum carceris squalore satis emaceratum, relaxaturus sit: quemadmodum igitur, favore personæ captivæ, *rei tertiæ qualitas sive requisitum non adeò exactè attenderetur*, & consideraretur eo casu, quo ante Mandatum relaxatio facta non est, & pignorans mulctam postea extortam (quanquam etiam aliàs, si captivi sine sumptu relaxati fuerint, non attendatur) restituere sine dubio teneatur; ita rationem diversitatis nullam esse, quamobrem hoc casu etiam restitutio fieri non deberet: aut, cur mulctæ conditio hìc mutata dici debeat, præsertim, cùm semper alia gravamina accedant, veluti sunt, quòd captivus

sua negotia, durante captivitate, neglexerit, & id genus alia damna, sive interesse, ut loquuntur.

Communis opinio.

88. Sed communior opinio est, Constitutionem pignorationis hoc casu locum non habere. I. Quia res ipsa ablata sit, quam quis jure suo, quo potitur, exigat, neque aliter quis eo jure uti, aut possessionem suam exercere queat. II. Quia carcer ipse non solùm hoc casu pro gravamine extrinsecùs accedente, sed etiam pro pœna habendus sit. III. Quia, si de carcere & de gravamine personæ querimonia nulla sit, & favor personæ (ne scilicet in squalore carceris detineatur) & sic ratio ipsius decisionis cesset, meritò, ipsa etiam decisio cessat, & locum non habeat, & malefactum, respectu personæ, quasi adhuc gravatæ, pro pignoratione haberi non possit.

Decisio & sanctio pragmatica.

89. Vide *Recess. Deputat. Imper. Anno* 1600. §. **Wann zwischen zweyen Partheyen etc.** 41. ubi pragmatica sanctio est, ut, jure vectigalis, mulctæ, collectæ, controverso, si non plus, quàm eo nomine deberi prætendatur, ademptum sit, pro pignoratione non habeatur: sed ob mulctam per carcerem extortam captivo, si non plus, quàm mulctæ nomine debeatur, extortum fuerit, carceratione finitâ, & captivo etiam, antequam pro Mandato supplicetur, aut illud impetretur, sine omni sumptu, **ohne allen Enthalt etc.** jam relaxato, Mandatum decernatur, & pignorans ad restitutionem multæ extortæ compellatur.

Differentia inter casus §. 83. & 86.

90. Distinctio proinde inter duos hosce casus (in §. 83. & 86. propositos) in eo consistit, quòd priori mulcta, sine injuria hominis, hoc verò, squalore & fœtore carceris extorta fuerit.

Quarta quæstio, de juramento ab officiali alterius extorto.

91. Quartò, quæsitum est, si domesticus aliquis vel subditus cogatur, juramentum præstare, de jure litigioso sui Domini nomine ampliùs non exercendo, an factum hoc pro pignoratione habendum.

Sententia negans esse pignorationem tale factum.

92. Hoc à multis in dubium vocatum fuit, & aliquando hâc ratione decisum, quòd duntaxat juris sui quædam defensio vel mera, & simplex possessionis turbatio sit, & eo casu neque principali, neque cuipiam tertio innocenti aliquid absit, præter jus ipsum & possessionem re controversâ utendi, quam per alios æquè exercere posset, & licèt non posset, modus tamen directò possessionem illam tuendi circa hæc præfiniendus non fuerit.

93. Atqui secus esse, si quis juramentum, quòd se iterum vinculis seu carceri sistere velit, præstare coactus fuisset, illum enim in effectu car-

carcere adhuc detineri, & eo liberatum non esse, sed semper in metu carceris versari &c.

94. Verùm communior opinio est, pignorationem esse. I. Quia neque hoc casu persona prorsus libera, & in pristinum statum restituta, sed semper illi periclitandum sit, si vel in re minima ad jussum Domini (cui parere teneatur) aliquid exercere velit. II. Quia res mali exempli sit, si alter alterius subditum ita obliget, & suo Domino tali modo, nempe per juramentum, immorigerum reddat, &c. III. Quia eâ ratione Dominus facilè per indirectum, lite non decisâ, suo jure privari: & hoc ipsi penitus interverti possit, unde majores turbæ non minùs, quàm ex aliis pignorationibus metuendæ, & sic æquè Constitutionis ratio hoc casu militet. Vide *Recess. Deputat. Imp. Anno* 1600. §. Im Fall/da ein Diener etc. 42. Ubi sanctio pragmatica est, *ut, alieno subdito vel ministro* sponsione devincto, sive juramenti præstatione adacto, ne jus litigiosum in posterum usurpent, Constitutioni pignoratitiæ locus sit, & Mandatum decernatur.

Communior opinio affirmans.

Sanctio pragmatica.

95. Cùm enim, (ut supra dictum) si gravamen personæ inferatur, utrùm res tertia vel innocens sit, discussione opus non habeat, necessariò sequitur, pignorationem utroque hoc casu propterea esse, quòd in uno, sicut in altero, injuria hominibus inferatur.

96. Quintò, quæsitum est similiter, si inter aliquos de jurisdictione litigetur, alter alterius subditos carcere & vinculis cogat, non solùm homagium, vel juramentum fidelitatis præstare, verùm etiam jurare, alteri Domino fidem subjectionis se non daturos, an Constitutio pignoratitia locum habeat?

Quæstio quinta, de subditis ad homagii præstationem coactis.

97. Diversæ in hac quæstione opiniones sunt; Etsi enim inter omnes convenit, subditis homagium præstare recusantibus, & in vincula conjectis, si in carcere adhuc hæreant, ex hac Constitutione Mandatum de relaxando decernendum esse, favore personæ, ne interim, aliis de jurisdictione contendentibus, in squalore carceris pereant; attamen in altero casu major dubitatio fuit: Fuerunt enim, qui arbitrarentur, appendicem illam *de non præstanda obedientia*, per se in homagio vel fidelitatis juramento comprehensam esse: Eo ipso enim, quòd quis obedientiam & subjectionem uni purè & simpliciter præstet, non posse alteri se astringere, illâ salvâ.

Opinionum diversitas.

98. Alii tamen secus judicârunt, arbitrantes, eâ ratione, subditorum conscientias, jure ipso nondum certo, nimium gravari, & parti ad-

adversæ nimium præjudicari, ita, ut postea subditis grave sit futurum, si causa decisa, vel etiam altero quâvis occasione possessionem subintrante, contra expressum prius juramentum, à quo nondum relaxati sint, alteri jurejurando se astringere & obligare cogerentur.

Quarum prima recepta.

99. Sed, primâ opinione communiter receptâ, concluſum est, Constitutionem locum non habere, quia subditi eo ipso, quòd alter Dominus illos contra adversarium non defenderet, juramenti nomine excusati habendi sint; quod etiam ita semper intelligendum, quatenus de jure cuiquam præstari debeat. Aliter enim neminem, citra iniquitatem (quam juramentum omne aversetur) se obligare posse, præsertim in præjudicium tertii. *Dubium Camerale* 23. Vide *Recess. Deputat. Imper. Anno* 1600. §. **Da es sich begeben solte / 43. &c.** ubi pragmatica sanctio est, Mandata decernenda non esse, *si subditi litigiosi per Carcerem cogantur*, capienti non solùm fidelitatem & obedientiam jurare; Verùm etiam alterius subjectioni, jurejurando adhibito, renunciare.

Decisio pragmatica.

100. Quid tamen, si subditi tales, ob præstitum secundâ vice homagium, ab uno vel altero incarcerarentur? Aliud tunc dicendum; & Constitutio, quia accedit injuria personæ, sine dubio locum habitura foret.

Quæstio sexta, de ereptione hominis criminosi.

101. Sextò quæsitum est, an Constitutio de relaxando locum habeat, si de jure Imperii (*intellige Imperij meri seu causis criminalibus*) contentio sit; alter hominem criminosum in loco, ubi de Imperio controversia sit, capiat, & ad vincula ducat, alter inter ducendum ex manibus ducentis, eundem, propter Jus Imperii prætensum, eripiat?

Opinio affirmat.

102. Etsi nonnullis Constitutionem hoc casu locum habere visum fuerit, quia fieri possit, ut vel contra innocentes ab uno aut altero territorii Domino, quali cunque occasione arreptâ, de facto procederetur, & alteri via hominem recuperandi præcluderetur, vel captivus absque omni pœnâ dimittatur, quod ipsum contra rationem constitutionis pignoratitiæ esset, impunitatem delictorum aversantes.

Opinio negativa communior.

103. Communior tamen opinio fuit, ejusmodi factum pro merâ turbatione habendum esse.

I. Quia aliter quis contra ejusmodi actum se tueri, & possessionem alterius impedire non posset.

II. Quia exceptio criminis non minùs ab alterâ parte Mandato opponi queat.

III. Quia

III. Quia præsumptio non esset, unam vel alteram partem, tanquam Magistratum, pro quo se gereret, in præjudicium juris publici impunitatem delicti alicui daturum esse, præcipuè verò occasione datâ, jus, quasi suum, plenius exercendi, & multò minùs Magistratus summa iniquitas atque crudelitas contra innocentes præsumeretur.

IV. Quia modus pœnæ judicis arbitrio permissus esset, neque plus & minus facilè quid mutarent, vel differentiam specificam inducerent.

Pragm. sanctio.

104. Vide *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. *Spiræ* §. Ferners/wañ ein Gefangener etc. 44. Ubi *sanctio est pragmatica*: Si criminosum in loco litigioso ab altero jam captum, alter è manibus eripiat, propter prætensum Jus Imperii, Constitutioni de relaxando locum non relinquendum, nec Mandata decernenda, sed factum illud pro *simplici turbatione* habendum esse.

Quæstio VII. de ablatione cadaveris è loco controverso. Opinio affirmat.

105. Septimò, quæsitum est, an Constitutio locum habeat, si hominis occisi vel ultimo supplicio affecti cadaver à Magistratu quopiam, propter Jus Imperii assertum, auferatur & sepeliatur.

106. Alii locum habere affirmârunt, quia actu primo perfecto, & ad finem perducto (*scil. supplicio illato*) cadaver non ampliùs pro re ipsa, sed pro re tertia & innocenti habendum sit, & hic actus ab exercitio & jure gladii planè alienus & diversus sit, quo cadaveri, rebus omnibus jam defuncto, injuria inferatur, & ita in cadaver sæviatur, ejusque sepulchrum violetur, dum effodiatur, id quod omni jure prohibitum sit, quæ ipsa principalis causa constitutionis pignoratitiæ sit.

Opinio negativa communior.

107. Sed communior opinio est, hoc casu restitutionem in pristinum locum mandandam non esse. I. Quia neque cadaveris defuncti interest, neque Domino Jurisdictionis inde præjudicium existat: Defuncti enim nihil interesse, ubi sepultus sit vel maneat, quin ex honore ipsius potiùs esse, ut fixam tandem quasi sedem quietus habeat, & si injuria ipsi facta existimetur semel effodiendo, multò magis iteratò eum injuriâ affici, cui Magistratus superior mandando non facilè causam præbere debeat. II. Quia Dominus, Imperium sibi asserens, actum ante exercuerit & perfecerit, & nihil admodum juris inde acquirat, etiamsi cadaver restituatur. Nihilominùs enim actum esse litigiosum, qui liti causam præbeat, & facilè protestationibus solennibus præcaveri possit, ut nihil præjudicii inde metuendum sit.

Sanctio pragmatica.

108. Vide *Recess. Deputat. Imper. Anno* 1600. §. **Es seynd auch biß anhero etc.** 45. ubi sanctio est pragmatica, cæsorum punitorumque cadaverum, propter assertum jus Imperii meri & litigiosi, asportationem, pro pignoratione non habendam, neque eorum restitutionem in pristinum locum per Mandata decernendam esse.

Quæstio VIII. de inspectione cadaveris.

109. Octavò, quæsitum est: Si inter Magistratus de jure meri Imperii contendentes, alteruter occisi cadaveris vulnera inspiciat, & metiatur, & in meri Imperii signum vulneris mensuram, & nullum aliud jurisdictionis pignus, de corpore aut vestimentis cadaveris, auferat, an Constitutio locum habeat, eò quòd pro pignoratione hoc factum habeatur, & in nudo exercitio Jurisdictionis, vel Imperii ita non subsistat, quemadmodum eo casu fiat, si cadaver per Magistratum ablatum sepeliatur.

Opinio communior.

110. Sed communior opinio est, Constitutionem locum non habere. I. Quia factum illud pro mero exercitio juris, sive turbatione, in qua ad exercitium ulteriùs, quàm humationem, perveniri non possit, habendum sit. II. Quia hoc casu nihil tertio sive insonti auferatur. III. Etsi membrum aliquod de cadavere, vel cadaver totum auferatur, attamen hoc solummodo juris exercitium, & unicuique parti liberum adhuc sit, reum cædis persequi, in vincula conjicere, & juri judicioque sistere, penes quemcunque etiam cadaver fuerit. *Cam. Dub.* 26.

Sanctio pragmatica.

111. Vide *Recessum Deputat. Imp. Anno* 1600. §. **Da auch eine Obrigkeit etc.** 46. ubi pragmatica sanctio est, si Magistratus cæsi hominis vulnera inspiciendo metiatur, & in signum pignusque meri Imperii vulnerum mensuram auferat, & nullum aliud pignus de corpore aut veste cæsi auferat, **und kein anders Freyßpfand von dem Leib oder Kleydern hinweg nehmen lassen** / factum ejusmodi, ubi ad exercitium ulterius, veluti ad cadaveris humationem, non perveniat, pro exercitio juris & turbatione censendum, & propterea Mandata decernenda non esse.

An aliud obtineat, si quidquam de cadavere auferatur, idemque sepeliatur? Negativa in praxi sequenda.

112. Secus igitur statuendum fuerit, si quid de corpore aut veste cæsi ablatum, aut cadaver asportatum, sepultumque fuerit, Den. *T. Mandata super constit. pign.* §. 29. & 30. Consultum Camerale ponit contrarium: Cæsorum punitorum cadaverum ex territorio alieno, *ait*, ob causam litigiosi meri Imperii asportatio, pro pignoratione non esto: multoque minùs, si quid de corpore vel veste cæsi vulnerumve mensura in signum pignusque meri Imperii ablatum dicatur. Quod Consultum proinde in decisione causæ sequendum erit.

113. No-

113. Nonò, quæsitum est, an Constitutio hæc locum habeat, si nihil auferatur aut abducatur, sed tantùm perdatur, aut perditioni rerum causa præbeatur, veluti, retibus conscissis, canibus occisis, aut armentis abactis aut perditis, fructibusque conculcatis, & in flumen projectis, & in similibus factis? Quæst. IX. si res non auferantur, sed perdantur.

114. Communior opinio est, Constitutionem locum habere, quia eâ ratione Constitutioni fraus fiat, & in effectu differentia nulla sit, quoad pignoratum, cujus ratio potissimùm habenda, & cui lex principaliter consultum voluerit, utrùm res ablata, an verò inutilis, & deterior reddita sit, & in ejusmodi rebus mobilibus, & solo non affixis, facilè aliquid in fraudem Constitutionis committi possit. *Dub. Cam.* 27. Opinio comm.

115. Vide *Recess. Imper. Deput. Spiræ Anno* 1600. §. Es ist auch biß anhero im H. Reich etc. 47. Ubi pragmatica sanctio est: Rebus in Constit. fraudem corruptis, velut retibus conscissis, occisisve canibus, aut armentis in flumen actis, processus non secus, quàm iisdem ablatis, decernendos esse. Ita processus decreti, in causa Teutschmeisters contra Neuburg / 19. *Dec.* 1580. da die Garne zerhauen / und die Hunde erschossen worden seynd. Item, in causa Bemelberg contra Oettingen / die Vogelheerd betreffend. Item illo quoque casu, quando fraus legi facta, nimirum relaxando captivum, in præsentia Notarii, & postmodum eum rursus incarcerando, declaratio pœnæ facta est, ob contemptum Judicis, in causa Schönborn contra Nassau / 6. *April. an.* 1590. Sic, cùm aliquando die Stadt Cölln / in causa Pill contra Cölln / ipsum quidem Pillen relaxaret, sed ejus uxorem & filium incarceraret, injuncta rursus paritio sub eventuali, &c. 11. *Junij* 1592. Vide Præjudic. Cam. tit. *Mandata pro arresto. p. m.* 220. Sanctio pragmatica.

116. Decimò, quæsitum est, si propter jus aliquod controversum, signa, v. c. castro litigioso insignia affixa, vel vino vendibili hedera suspensa, & id genus alia, dejiciantur; ita tamen, ut signa ejusmodi maneant integra, & nihil confringatur, neque corrumpatur, res tamen corruptæ & confractæ adeò viles sint, ut paucis obolis aut nummis æstimentur, imò, extra omnem æstimationem sint, ita, ut hedera & signa, sive insignia corrupta, non multo negotio, atque sine labore & sumptu reparari, recuperari, restitui, deleri, & expungi queant: An Constitutio pignorationis locum habeat? Quia pignorato nihil admodum, aut per exiguum absit, sed contrà, constitutio magnum Quæst. X. de signis dejectis, nec tamen corruptis.

præjudicium adferat, tam in puncto Mandati & paritionis, quàm in puncto causalium: Dubium id videbatur.

Opinio communior & verior.

117. Sed communior opinio est, ex odio in pignorantem, (*veluti sui ipsius Judicem, & proprio facto procedentem*) Constitutionem locum habere, quantumvis exiguum sit, quod præter signatum, & rem litigiosam, alteri absit, dum tamen aliqualem recipiat æstimationem: quia potiùs rei signatæ & controversi juris, quàm signi ratio habenda sit. *Cam. Dub.* 28.

Sanctio pragmatica.

118. Vide *Recess. Deput. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. Auff den Fall/ da wegen einer etc. 48. Ubi sanctio pragmatica, si castro litigioso insignia affixa, aut vino venali hedera suspensa, non solùm dejiciantur, sed & confringantur, corrumpanturque: & harum, & cujuslibet rei vilissimæ, æstimabilis tamen, restitutionem Mandato injungendam; sed nudam dejectionem, simplicis turbationis jure censendam esse.

Quæst. XI. de superficiei alicujus destructione.

119. Undecimò, quæsitum est, an locum habeat Constitutio pignoratitia, si propter Jus aliquod litigiosum, superficies aliqua, vel res soli quæpiam, putà, patibulum, sepes, casula, aliave strues, & id genus alia, destruantur, dejicianturve, nihil tamen auferatur?

Ratio pro negat.

120. In fraudem Constitutionis illa fieri videntur, præcipuè verò, quòd dejectiones & destructiones istiusmodi, sic fieri non possint, ut res omnes omninò integræ & salvæ maneant, & absque destructione & corruptione materiæ; & sic dici non possit, nihil præter jus quærendum, alicui abesse.

Fundamenti affirmat.

121. Sed contrà in considerationem venit, quòd in hujusmodi casu quis aliâ ratione in possessione se defendere, aut adversarium suum re ipsâ & reverà à proposito suo avertere non queat, & sic non possit quis dici, modum excessisse, quæ sola res Constitutioni locum faciat. Quod enim alicui permissum sit, id utique eo modo permissum esse, quo fieri posset. Si quid igitur eo pacto ruptum alicui abesse inveniatur, id, quia in consequentiam eveniat, neque ipsa possessionis defensio aliter fieri potuerit, attendendum non esse.

Comm. opinio.

122. Quamobrem communior opinio est, rem judicis arbitrio committendam esse, ut is ex qualitatibus & circumstantiis facti judicet, num quid in fraudem Constitutionis factum sit, nec ne, & an hujusmodi factum pro pignoratione habendum sit, nec ne?

Sanctio pragmatica.

123. Vide *Recess. Deputat. Imp. Anno* 1600. §. Wann sich dann zutrüg/ daß wegen etc. 49. ubi pragmatica sanctio est, si res quæpiam soli,

soli, veluti patibulum, sepes, casula, aliave strues, ita dejiciatur, ut tamen ex ruderibus nihil auferatur, quia tamen hæc in fraudem constitutionis admitti videntur; in posterum, in hujusmodi non minùs, quàm in aliis casibus, quatenus res æstimationem aliquam admittat, Mandata sine clausulâ decernenda esse.

124. Notandum, quòd in proximè antecedentibus tribus quæstionibus, (IX. X. & XI.) factorumque generibus, Deputati Imperii Ordines, *ex Constitutione pignoratitiâ* processûs decernendos esse voluerunt, si Status alicujus subditi aut Ministri, ex Mandatis suorum Dominorum, venantes, piscantes, ligna cædentes, agros colentes, frumenta aut fœnum mentes, aut in horrea convehentes, ab alio Statu, aut etiam officialibus ruri deprehensi malè cædantur, vulnerentur, aut ita tractentur, ut membrorum usum amittant, & in aliis similibus casibus, quò eâ ratione res litigiosas ad se pertrahant: *Quia* ejusmodi damna violenta etiam in libero homine, & multò magis in subditis & propriis hominibus, atque servis æstimari possint; tum quia talia facta violenta nimis hodie sint frequentia, & aliis Statibus eâ ratione res suæ, in fraudem pignorationis prohibitæ, auferantur, qui casus hoc tempore plurimum accidant. Observatio ad 3. posteriores quæst. spectans.

125. Prætereà, & hoc pro Tyronibus notandum, totum Rodingii, authoris nostri, de hâc materiâ caput esse desumtum ex resolutionibus Cameralium Dubiorum, quæ exstant, & videri possunt, apud Gylm. *Symph. tom.* 1. *p.* 3. *post vot.* 3. & apud Rosacorb. *resol. pract. in fin.* unde & postmodum *Deputati Imperij An.* 1600. suas pragmaticas sanctiones compilârunt, &c.

126. Denique ut titulum de jurisdictione Cameræ, in causis pignorationum, concludamus, sciendum est. I. In Camera tum pœnæ commissæ quæstionem, tum ipsum pignorandi capiendive jus (*scil. quoad possessorium: nam petitorium non in Cam. sed coram judicibus ordinarijs disceptatur, ut supra dictum*) discuti atque decidi, absque ullâ remissione litis ad alios Judices. *Ordin. part.* 2. *T.* 22. *V.* **Und sol darauff an dem Cammer-Gerichte etc.** Gail. *de arrest. c.* 2. *num.* 4. & 9. Ac si probatum fuerit, actorem jure pignorâsse vel cepisse, tum eum pignora, (illi, qui processus impetravit, sive pignorato restituta) captivosve relaxatos, cum expensis & damnis recipere, salvâ actione principali utrique parti, coram ordinario & suo loco proponenda. *Ord. ibid.* In Camera Jus pignorandi discutitur, sine remissione ad aliud forum. Actio autem principalis ad ordinarium remittitur.

Possessorium ordinarium plenè ibi disceptatur.

127. II. In causis pignorationum, in Camera, possessorium retinendæ ordinarium plenè disceptari. *Consult. Cam. Anno* 1576. Denaif. *Mandata super Constit. pignorat.* §. 9.

Quâ arte Judicium Austregarum evitari possit.

128. Ex eo, quòd scil. actio principalis coram Judice ordinario proponenda, multi immediati, ne cum Adversario suo tædioso Judicio Austregarum experiri necesse sit, ansam parti adversæ pignorandi, **zur thätlichen Pfandung** / dederunt, sic impetratis processibus, egregiâ, & quadantenus piâ fraude ipsi imponentes, Cameram ad discutiendum possessionis judicium nacti sunt Judicem, adversarium actorem constituerunt, Mandati paritionem metu pœnæ ante omnia extorquendo.

Cautio de restituendo, à pignorato præstanda.

129. In puncto Mandati, si pignora restituenda sint, Cautio **zum wiederstellen**/ requiritur, modò à pignorante exacta fuerit: quòd si non petatur, de substantiâ rei non est, & negligi potest. Gylm. *in resolut. Visit. tom.* 1. *part.* 3. *num.* 43. *fol.* (*m*,) 150. (*Judex namque ex officio, ea supplere non tenetur, quæ partibus proponenda veniunt.*)

Fit nudâ promissione.

130. An fidejussoribus aut pignoribus præstanda sit, an verò nuda promissio sufficiens judicetur? Dubium est. Nudam promissionem sufficere, nec fidejussores aut pignora exactè requiri, (quia, quod deest, in puncto executionis, officio judicis suppleri posset) judicârunt Visitatores *in resolut. dub. de Anno* 95. apud Gylmannum *tom.* 1. *part.* 3. *num.* 43. quod confirmatum *per Recess. Deputat. de Anno* 1600. **§. Es ist auch.** 68.

Judex, qui defectum Cautionis suppleat in execut.

131. Dictum de suppletione Judicis, §. præced. ita intelligendum, ut in executione pignorato absque cautione idoneâ & sufficienti injungatur, ut loco rerum pignoratarum deperditarum, vel aliàs ejusdem qualitatis, vel earundem æstimationem pignoranti tradat.

Capti, si relaxentur, cavent, de se rursum sistendo.

132. Si homines pignorati aut capti sint, ab ipsis solet, ante relaxationem, exigi Cautio, **zum wiederstellen** / ne, pendente lite in puncto causalium, seu citationis, in jurisdictionem aut subjectionem alterius transeundo, subsecutâ sententiâ, præsentationem sui negligant: scientes, se ex promissione obligatos esse, ita *in resol. dubiorum de Anno* 1595. *n.* 43. apud Gylman. *tom.* 1. *symph. part.* 3. *post vot.* 3.

In puncto Mandati, an de damnis agatur.

133. In puncto Mandati & paritionis, quomodo veniant damna, sumptus, & interesse, ex pignoratione vel captura orta, vide *in dictis resolutionibus num.* 39. & exinde desumptum conclusum *Deputatorum de Anno* 1600. **§. Ob alle Schaden / Kosten etc.** 58.

Man-

Mantissa ad Tit. X. de Pignorationibus.

Ampliſſima eſt hujus tituli materia, eaque uberiùs tractata, à Gail. *de pignorat. t. tract.* & Schüzio *de jur. publ. vol. 2. exercit. 5.* Solent autem pignorationes (quod ſcitu dignum eſt) utplurimùm inter Status Imperii, ſibi vicinos, contingere, & quidem in omnibus ferè Imperii circulis. In *Franconico*, frequentes inter Marchiones Brandenburgicos & Civitatem Imperialem Noribergam pignorationes, quot Mandatis ex hac Conſtitutione cauſam dederint, quotidiana teſtis eſt experientia. In *Saxonico inferiori*, graves pignorationum lites, non adeò pridem agitatæ, nec dum ſopitæ inter Ducem Saxo-Lauenburgicum, & Civitates Lubecam atque Hamburgum. In Suevia autem præprimis plurimi pignorationum proceſſus occurrunt, qui hodieque in motu ſunt, v. c. inter Comites de Oettingen / & Civitates, Bopfingen atque Nördlingen. Sanè Civitas poſteriori loco nominata, quàm multa Mandata ſuper *Conſtitut. de Pignoration.* juris conſervandi ergo, in hunc diem impetraverit, ex ſubjecta hîc deſignatione videre eſt:

Nördlingen contra Oettingen/ Mandati der Pfandung/ das Waſſerwerck zu Naſſelfingen betreffend.

Inter easdem, Mand. der Pfand. den Einfall im Haſelberg betreffend.

Inter easd. Mand. der Pfandung/ Melchior Wittmans zu Appetzhofen Beſtrickung betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. Caſpar Butzmüllers abgenommene 20. fl. betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. Sixt Schmidens abgenommene Kühe / und darauß erlöſete 24. fl. betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. ein abgenommen Holtzbeihel betreffend.

Int. easd. Mand. der Pfand. & de non offend. S. C. Melchior Ekherts abgenommene Gelübd und Straffe betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. contra Oettingen zu Oettingen/im Lierheimer Berg zerſchlagene Meß-ruthen und den Holtz-ſchaden betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. de relax. & reſtit. S. C. Georg Niclaß und Adam Perßmann abgenommene Gelübd und Aid betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. des Thorwarts zu Seklau Gefängnüs betreffend.

Int. easd. Mand. der Pfand. contra Oettingen Wallerſtein/des Hohenlochers zu Weilermertingen Gefängnüs betreffend.

Int.

Inter easd. Mand. der Pf. contra Oettingen zu Oettingen / den Zaun im Haselberg betreffend.

Inter easd. Mand. der Pf. den Einfall im Eichelklauen und 4. abgepfändete Schwein im Haselberg betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. des Uhlenwirths zu Oberschneidheim Gefängnüs betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. den Einfall zu Endringen / und an des Nördlingischen Hospitals Hause zugefügten Schaden betreffend.

Int. easd. Mand. contra Oettingen Wall. der Pf. Martin Eisenberts zu Mörtingen Verstrickung / und 6. Gulden Straffe betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. einen zu Lierheim außgegrabenen todten Cörper betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. Ludwig Nächers abgenommen Geld betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. Balthasar Tomassen & Conf. zu Utz-Memmingen abgenommene Gelübd betreffend.

Int. easd. Mand. contra Oettingen Wallerst. der Pfandung / zween nidergelegte Hunde auff dem Altenberg betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. Georg Ostertags und Conf. abgenommene Mäntel und Hauben betreffend.

Int. easd. Mand. contra Oettingen Wall. der Pf. Hanß Kretzens hinterlassener Tochter abgenommene Haab und Güter betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. Georg Behlingers & Conf. zu Utz Memmingen gefangener / Atzung und Thurn-Geld betreffend. (fend.

Int. easd. Mand. der Pf. Hanß Hubeners und Conf. Verstrickung betref-

Int. easd. Mand. contra Oettingen und Wall. der Pf. Eisenberts zu Mörtingen Bedrohung und zwey erlegte Hunde betreffend. (fend.

Int. easd. Mand. der Pf. Georg Blauriegs abgepfandete Messer betref-

Int. easd. Mand. der Pf. Wolff Tungen abgenommene Lerchen-Garn betreffend.

Int. easd. Mand. contra Oettingen zu Oettingen / der Pf. Balthasar Koppen zu Kleinen Torheim verhafftete Gelder betreffend.

Int. easd. Mand. der Pf. Hanß Lierheims und Melchior Mülichs zu Lierheim zween erlegte Hauß-Hunde betreffend.

Huc non incongruè refertur sententia d. 7. Julii, Anno 1682. in Judicio Cam. Imp. publicatæ.

In Sachen Bürgermeistere und Raths der Stadt Nördlingen / Klägern

gern/ wider Herrn Albrecht Ernsten/ Fürsten zu Oettingen und Conf. Beklagte/ Mandati auff die Pfandungs-Constitution, annexâ citat. &c. Lierheim und Appolsheim betreffend; seynd die von Doct. Gülcher/ der terminorum halber beschehene Begehren abgeschlagen/ sondern lässet man es bey/ in ermeldter am 27. *Octobr.* 1680. ergangener Urtheil/ angesetzter und purificirter Zeit bewenden/ und ist darauff das gebettene Mandatum de exequendo erkant; dann seynd die am 6. Maji jüngst einkommene causales, als der Ordnung zuwider/ nicht angenommen/ sondern verworffen/ und erkant/ daß gedachten Beklagten ein ewiges Stillschweigen auffzulegen seye; Als Wir ihnen hiemit aufflegen/ sie Beklagte/ die Gerichts-Kosten/ derentwegen auffgeloffen/ ihnen Klägern/ nach rechtlicher Ermässigung/ zu entrichten und zu bezahlen/ fällig ertheilend.

TIT. XI.

De Causis Arrestorum.

Quintum factorum genus, in quo Jurisdictio Cameralis fundata est, arrestum & arrestatio & manus injectio appellatur.

§. 1.

ARrestum est *impedimentum sive interdictum judicis seu Magistratus*, quo contra jus & de facto, persona aut res ex loco, ubi inventa est, excedere, vel moveri prohibetur, donec, verbi gratiâ, debitum, pensio, reditus annui, decimæ, collectæ, census, vectigal, vel id genus alia, præstentur, & solvantur, (*seu sponte, seu parendo Mandato desuper decreto*) aut controversia jure judicioque, vel transactione disceptetur, & causa arresti tollatur. Arresti definitio.

2. Distinguitur proinde *à pignoratione*, quòd hæc à privato, arrestum verò non, nisi à judice fieri soleat. Ulteriorem differentiam à pigneratione docet Gail. *de arrest. cap.* 2. & Frider. Mindan. *Lib.* 1. *c.* 42. quæ in eo potissimùm consistit; quòd per pignorationem tam causa possessionis, quàm pignorationis: per arrestum verò sola arrestationis causa in Camera decidatur, & causa principalis remittatur ad Judicem ordinarium. Gail. *d. c.* 2. *n.* 8. *&* 9. Mindan. *d. c.* 42. *n.* 1. Vid. etiam Schüzius *ad Jus publ. Vol.* 2. *exerc.* 5. *th.* 2. Definitur inter alia, *esse interdictum Judicis, quo contra jus, & de facto persona moveri prohibeatur*: ut significetur, illud arrestum propriè dictum non esse, Definitionis explicatio, & quomodo à pignorat. distinguat.

quando de jure, seu prævia causæ cognitione, & in vim executionis, sententiæ à judice latæ, quis arrestatur.

Arresta, sicut repressaliæ, regulariter prohibita.

3. Species manus injectionis sunt repressaliæ, perinde ac arresta, omni jure regulariter prohibitæ. *Recess. Imp. Anno* 70. §. Wann auch die Arresta. 55. Gailius *de pign. Observ.* 2. *n.* 2. Mynsing. *Observ.* 1. *cent.* 6. Quid repressaliæ propriè sint, & quomodo à pignoratione differant, latè tradit laudatus Schüzius, *dict. exerc.* 5. *th.* 2. *lit. a.* Regulariter enim omni jure, tàm civili, quàm canonico, repressalias & arresta prohibita esse passim practici testantur, præcipuè verò Henningius Gœden *Cons.* 106. Schurfius *Consil.* 15. *n.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6. & *Cons.* 24. *cent.* 3. Wesembec. *Cons.* 7. Mynsing. *Consil.* 66. *Decad.* 7. *num.* 14. Coler. *de process. executivis part.* 2. *cap.* 2. *num.* 269. Quædam tamen arresta jure vel consuetudine permissa sunt, *de quibus sequitur.*

Quid repressaliæ?

4. Repressaliæ sunt, si creditor detinet res, aut homines ejus loci vel territorii, in quo ipsi fuit denegata justitia, non obstante, quòd isti cum creditore nihil vel contraxerint, vel contra eum deliquerint. Bart. *in tract. de Repress.* Gail. *de pignor. d. observ.* 2. *num.* 1. Et videntur esse dictæ à repræsentatione aliorum, quòd videlicet detenti repræsentent personas eorum, qui petitori justitiam denegârunt, juxta illud Poëtæ:

Unde dictæ videntur.

Unius ob noxam & furias, &c.

Et alibi:

Quicquid delirant, Reges plectuntur Achivi.

Coler. *de process. execut. part.* 1. *c.* 2. *n.* 269. *v.* 303.

Quid Causa arresti.

5. Causa arresti est, quando actor queritur, se vel sua bona, vel subditum suum, ejusve bona, contra *Constitutionem Imperij de arrestis*, interdicto alterius impediri, ut loco excedere, sive moveri nequeant, *quamvis idoneam* cautionem judicio sisti, & judicatum solvi obtulerit, & propterea Mandatum sine clausula de relaxando, sibi decerni petit.

Constitutio, quo tempore promulgata.

6. Constitutio de arrestis promulgata est in *Comitijs Imperij Spiræ Anno* 1570. Summa illius est: *Si quis immediatè Imperio subjectus*, alterius immediati res subditosve, eorumque bona arrestaverit, nec arrestum, oblatâ idoneâ cautione judicio sisti, & judicatum solvi, relaxaverit, arrestato in Camera Mandatum sine clausula, cum annexa Citatione ad docendum vel videndum, decernatur. Vide *Recessum Imper. Anno* 1570. §. Wann auch die Arresta. 85. *Et Anno* 1594. §. Bey den Arresten seynd. 88. Den. *tit. Mandat. super Constit. Arrestor.* 184. §. 1.

In

In Causis Arrestorum considerandæ sunt:

I.

Quatenus Jurisdictio Cameræ in illis fundata sit.

7. Constitutio hæc in illis tantùm Arrestorum casibus locum habet, qui ab eo tempore, quo publicata est, contigerunt, non quæ ante Recess. Imperii Anno 94. §. **Und damit allerhand etc.** 93. Constitutio locum saltim habet in casibus post Constit. evenientibus.

8. Ex Constitutione arrestorum jurisdictio Cameræ fundata est, tantùm quoad relaxationem & restitutionem rei vel personæ arrestatæ, quâ factâ, causa sive lis principalis, in qua justumne an injustum arrestum sit, exploratur, ad ordinarium & competentem Judicem remittenda est. *Constit. arrest. vers.* **Da dann demselben** Mandat **Gehorsam geleistet/sol die Haupt Sach/ darumb das Arrest angelegt/ an ordentlich Recht/ wie sich gebührt/ außzuführen** / remittirt **und hingewiesen werden.** *Secus est in processu super pignorat.* Gail. *de arrestis, cap. 2. num.* 8. Ad quid jurisdict. Cam. ex Constit. sit fundata?

9. Jurisdictio Cameræ ex hac Constitutione, fundata est, si ad expensas, sumptus, damna facta, deteriorationem rei arrestatæ, & ad id, quod interest, agatur. Sed judex in condemnando, non nisi à tempore oblatæ cautionis, eorum rationem habeto, & non ulteriùs nec super aliis expensis, aut alio interesse, pronunciato, nec restitutionem injungito, nisi quatenus illa ex re ipsa proveniant. *Recess. Imp. Anno* 1594. §. **Was dann ferner etc.** 94. Denais. *d. c.* 184. §. 9. An, si ad Expensas, damna &c. agatur?

II.

Propria & genuina significatio vocis arresti, *& quatenus Constitutio arrestorum extendenda vel restringenda.*

10. De propria & genuina arresti significatione, & quatenus Constitutio Imperii de arrestis extendenda vel restringenda, in Camera variè disceptatum est. *Alij existimârunt*, arrestum latè, & generaliter, pro omni, & quovis impedimento, atque interdicto, accipiendum esse, ita, ut sub arresto, etiam mera & vera spolia; item retentiones, detentiones, & quævis aliæ turbationes comprehenderentur. Et si persona vel res quæpiam, quocunque modô, & quâcunque ratione, quâcunque de causâ id fieri posset, ita impediretur, detineretur, vel prohiberetur, ut loco moveri, vel locum mutare non posset, & hâc ratione cuipiam re suâ, & possessionis suæ commodo, pro suo Quæ genuina Arresti significatio?

arbitrio, lubitu & suâ necessitate, uti atque frui, vel eam auferre, transportare, vel domum suam reverti non liceret: Illis casibus omnibus & singulis Constitutio arrestorum locum haberet, & Mandata decernenda esse.

Latam ejus esse significationem, ratio I.

11. Rationes & fundamenta illis suæ opinionis fuerunt. I. Quia non solùm in lingua Germanica vulgari, verba hæc, **arrestiren / versperren / an-auff-oder vorenthalten / Eintrag thun /** usitatissima atque notissima & planè synonyma essent, & non rarò alterum pro altero in Constitutionibus & Recessibus Imperii positum reperiretur, & usurparetur: Verùm etiam vocabulum *arrestum*, *vel arrestare*, ex lingua Gallica originem ducens, ad nos translatum esset, & idem, quod *sistere*, *impedire*, *retinere*, *detinere*, *prohibere vel interdicere* significaret: Et ut jure ac legibus cautum esset, à propria verborum significatione non recedendum, neque aliena verborum significatio introducenda admittendave esset.

Ratio II.

12. II. Quia Constitutio arrestorum per se favorabilis, summè necessaria, saluberrima & utilissima, nec minùs generalis, quàm Constitutio illa de pignorationibus esset, imò altera alteri planè ex iisdem & gravibus de causis, in unum eundemque finem, (nimirum, ut omnia arresta de facto interposita, æquè ac pignorationes in Imperio & inter Status atque personas, immediatè Imperio subjectas, prohiberentur atque tollerentur, & ita publica Imperii pax atque tranquillitas, & juris atque justitiæ administratio conservaretur) conformis facta & adsimilata esset, ita, ut si gravatis unâ viâ succurrere non liceret, alterâ viâ succurreretur.

Ratio III.

13. III. Quia arresta non minùs, quàm pignorationes, regulariter prohibita essent, & propterea hanc Constitutionem, tanquam favorabilem, in odium arrestorum, nonnihil extendendam esse, quia juri communi id conveniret; & quemadmodum aliàs quodvis aliud statutum juri communi conveniens, extendendum; ut contra quivis recessus, & id, quod juri communi contrarium, odiosumque sit, restringendum esset.

Ratio IV.

14. IV. Quia, si arrestum sic acciperetur, nullo modo ejus extensio introduceretur, sed ratione subjectæ materiæ, planè propria ejus significatio & interpretatio esset, ut antè dictum: quamobrem hanc opinionem, ut tum idiomati Germanico & Gallico, tum juri communi convenientissimam, & maximè consentaneam, amplecten-

dam

dam esse voluerunt, præsertim, cùm ipsi Imperii Status arrestum ita accepisse viderentur.

15. V. Si spolia sub arrestis non comprehenderentur, necessariò consecuturum, ut spoliatus non, nisi multo labore, atque molestiâ magnâ, & diuturno juris processu, rem suam recuperaret, & ita spoliator melioris conditionis futurus, & plus quietis atque libertatis habiturus esset, quàm pignorator: quia hic per mandatum compelli posset ad restitutionem, ille verò non item; & insuper iniquissimum, & planè contra Jus commune esset, aliquem suâ possessione, absque ordinariâ causæ cognitione, & de facto destitui, & spoliatorem ipsum sibi jus dicere. Ratio V.

16. VI. Quia, si huic opinioni locus non daretur, sed constitutio nimirum restringeretur, metuendum esset, ne illa facilè tandem eluderetur, & eâ ratione turbationibus, seditionibus, invasionibus violentis, omnique malitiæ generi fenestra aperiretur; fore enim, exempli gratiâ, ut creditores arresta contra suos debitores pro nihilo facerent, & tantum quisque de facto auferret, quantum cuique luberet: quemadmodum quotidiè, sub prætextu juris decimandi, juris collectandi, census agendi &c. fieret. Ratio VI.

17. VII. Considerandum non esse, neque etiam consequi, quòd eâ ratione futurum sit, ut quis per Mandata Constitutionis arrestorum suâ possessione spoliaretur, & de illa dejiceretur: quia per oblatam & præstitam cautionem, de judicio sisti & judicatum solvi, cuivis satis caveretur. Neque verò quisquam eâ ratione primæ instantiæ privilegio privaretur, neque Camera Imperialis causarum multitudine obrueretur: quia expressè, & admodum prudenter Constitutione arrestorum sancitum esset, ut paritione factâ causa principalis ad ordinarium Judicem remitteretur. *Atque hæc fundamenta sunt eorum, qui extendendam significationem arrestorum existimârunt.* Ratio VII.

18. *Alij significationem arresti* neque restringendam, neque extendendam, sed rem Judicis discretioni atque arbitrio committendam esse arbitrati sunt, quia tot, & tam varii casus & factâ certâ aliquâ regulâ sive conclusione comprehendi non possent, sed ex cujusque causæ & facti qualitate, atque circumstantiis judicandum esset, an Constitutio locum haberet nec ne: quia sæpiùs aliqua saltem facti circumstantia jus atque judicium mutaret. *Et huic opinioni in effectu contrariæ non fuerunt* (hoc potissimùm considerato, arrestum scil. diverso respectu latè & strictè accipi) *opiniones aliorum, quæ sequuntur.* Opinio alia, significationem arresti nec extendendam, nec restringendam esse.

Opinio tertia, pro propria significatione certantium.

19. Alii arrestum sic interpretabantur, ut illud non solùm in propria & genuina significatione, & secundùm communem loquendi consuetudinem, acciperent, quemadmodum veræ atque genuinæ arrestorum significationi conveniret, & vox arrestum nunquam aliter usurpata & accepta fuisset; verùm etiam, ad differentiam aliarum Constitutionum & turbationum, strictè & limitato modo, non de quovis impedimento, aut quâvis turbatione, quocunque nomine illa appellaretur, sed tantùm de quovis vero & proprio arresto, quocunque etiam modo, & ob quamcunque causam illud interponeretur, sive esset licitum sive illicitum, non etiam habitâ ratione, utrùm personæ arrestatæ litigiosæ, vel bona arrestata, & affecta essent, nec ne: Quemadmodum secundùm hanc significationem vox arrestum in Constitutione arrestorum posita & intellecta fuisset: Nequaquam verò eâ mente, ut ultra significationem propriam & genuinam ad alias etiam factorum species, quæ propriè & verè arresta non essent, sed potiùs impropriè & abusivè ita appellatas, arrestum extenderetur, & quodvis factum sine discrimine arresto significatum, & arrestorum Constitutione comprehensum intelligeretur.

Opinio quarta.

20. Ad hanc opinionem proximè accedebant, qui quasvis turbationes, spolia, & quosvis violentiæ impetus sub arresto comprehendi & significari voluerunt: eatenus tamen, quatenus per modum arresti alius alium turbâsset, spoliâsset, aut violentiam intulisset alteri, ita, ut consideratis omnibus circumstantiis & causis, quamobrem aliquid ablatum, abductum vel detentum & impeditum esset, id factum potiùs arresto, quàm simplici spolio, suis circumstantiis & qualitatibus, convenire videretur.

Contra III. Opinionem.

21. Verùm enim verò per opinionem tertiam excludebantur reliquæ omnes simplices, & meræ turbationes, compensationes, retentiones, occupationes, invasiones, spolia & similia facta, cumprimis verò ea, quæ ad violenti turbatoris & detinentis commodum privatum tenderent, in quibus Constitutionem hanc locum non habere, existimabant.

Rationes, quibus tres illæ opiniones nitebantur.

I.

22. Et horum omnium sententiæ octo potissimùm, nec exigui momenti rationibus nitebantur. I. Quia ab omnibus passim, & omni tempore Jurisconsultis, arrestum non aliter nominaretur, sive definiretur, quàm impedimentum vel interdictum à judice vel Magistratu interpositum, donec, exempli gratiâ, debitum, pensio, reditus annui, de-

decimæ, collectæ, tributa & similia exsolvantur & præstentur, aut controversia jure judicioque vel transactione discepteturr, & arresti causa tollatur. Sed nunquam arrestum usurpatum fuisset pro pignoratione, compensatione, aut si aliam ob causam aliudve jus sive interesse prætensum, res sua alii ab alio detenta, aut vi ablata fuisset. Nam istorum hominum propositum non esse, arrestare aliquid, & in arresto ad tempus detinere, sed potiùs per verum spolium, violentam pignorationem, compensationem, aliasve turbationes, ad se pertrahere, & tanquam rem suam propriam, aut saltem affectam, & sibi obligatam retinere, & illa uti, atque possessionis commodo frui, quocunque jure & titulo atque prætextu illud fieret: quamobrem, ubi verba non convenirent rebus, sed potiùs ad alios casus dirigerentur & pertinerent, (quemadmodum Constitutio arrestorum in multis aliis casibus & factis vera fieri posset) ibi neque dispositionem locum habere, nec eò referendum esse.

23. II. Quia arresta etiam hanc ob causam interponerentur, ut arrestatus, cujus bona obligata sunt, ad ordinarium juris processum & cautionem legitimam compelleretur, & quis eò faciliùs & certiùs ad expeditionem litis & executionem perveniret, quod in pignorationibus, spoliis, retentionibus, & cæteris turbationibus non fieret. Ratio II.

24. III. Si Constitutio hæc in ejusmodi factis, ubi nimirum aliquid propter debitum, pensionem, sive reditus, decimas, collectas, & similia in solutionem, pignus vel cautionem, (etiamsi arrestum hujusmodi factis non interveniret) propriâ authoritate & facto auferetur aut detineretur, locum haberet, sine omni modo atque discrimine, imò modis infinitis, vel ad simplices spoliationes, turbationes & similia facta, quibus aliquis rebus suis privaretur, aut aliâ ratione impediretur, atque detineretur, extendendam fore, ut eâ ratione factum nullum, vel lis nulla incideret, quin ad arresta referri posset. Et inde non levis momenti absurdum & inconveniens consequuturum, & manifestam ac evidentem confusionem & correctionem multarum legum & constitutionum, tum in jure scripto, tum earum, quæ Imperii Constitutionibus atque Recessibus de litigiosa possessione, de spolio simplici & pignorationibus extarent, metuendam. Quin imò hâc ratione fore, ut quamvis illa ordinaria remedia & juris consequendi viæ, cum suis distinctis processibus, non prorsus abrogarentur atque tollerentur, attamen frustra constitutæ præscriptæque & supervacaneæ essent futuræ, Ratio III.

turæ, id quod nusquam in Recessibus Imperii reperiretur, nec usquam in specie factum esset, quemadmodum etiam semper, quoad ejus fieri posset, ejusmodi significationes & interpretationes evitandæ essent. Præterea, & hoc metuendum, ne spoliatus, quàm facillimè, tam in præjudicium Statuum Imperii, privilegium primæ instantiæ, & judices ordinationis habentium, quàm contra Constitutiones Imperii (quarum supra mentio facta est) in Camera processus impetraret, si in narratis libelli, id quod per modum simplicis & meri spolii ei ablatum, vel per viam pignorationis, retentionis, aut aliâ ratione detineretur, arrestum appellaret, & hoc pacto tum inter *verum spolium*, *veram pignorationem* & *arrestum verum*: tum inter processus & juris remedia atque auxilia, planè nullum discrimen esset futurum.

IV. 25. IV. Quia Constitutio arrestorum super jure communi scripto expressè fundaretur; jure autem omnia arresta in genere prohiberentur, cumprimis verò per Magistratum vel judicem interposita, & quædam tantùm ex consuetudine, vel ex privilegio permitterentur, quamobrem nec arrestorum constitutione novi, vel amplius aliquid constitutum esse, præterquam in eo casu, si nimirum quis immediatè Imperio subjectus est: tantùm abesse, ut constitutionis hujus authores, spolia, aliasque turbationes, sub ea comprehendere voluerint. Itaque, ne quis litigatorum aut Magistratus aliquis per opinionem illam priorem, secundùm quam in casibus omnibus, nullo discrimine habito, processus decernendi forent, suo jure & possessione vel quasi, sine causæ cognitione destitueretur, gravareturve, aut actor, sive supplicans, minùs idoneam cautionem offerens, repelleretur, strictam illam Constitutionis interpretationem, secundùm literam, & quò juri communi scripto minùs derogaretur, approbandam atque amplectendam esse censuerunt.

Vid. h. t. §. 69. infr.

V. 26. V. Quia de mente statuentium certò non constaret, qui si aliud voluissent, aut intellexissent, sine dubio illud significâssent & addidissent, & penes illos esset, hanc controversiam disceptare, & perfectius aliquid statuere: præcipuè verò, quoad illas factorum species, de quibus forsan id temporis cogitatum non esset, neque consilium capi potuisset: Sed non præsumi, neque verisimile esse, illis mentem atque propositum fuisse, has & alias Constitutiones, quarum suprà mentio facta est, ejusmodi turbationibus confundere & miscere; sed potiùs singularum Constitutionum vires conservare, easque inter se certis requisitis qualitatibus, proprietatibus & processibus distinguere, & salvas illas manere, voluisse.

27. VI.

27. VI. Si Constitutio ita generaliter acciperetur, sæpiùs eventurum esset, ut quis ante cognitionem causæ & ante sententiam, illud obtineret & consequeretur, quod alioquin difficulter, & vix per sententiam posset impetrare, relaxationem nimirum & restitutionem: quia spoliator, secundùm juris dispositionem, non semper ante omnia restituendus. Et præterea, post factam paritionem & restitutionem rerum ablatarum, ferè nihil restaret, de quo coram Judice ordinario, ad quem causa remittenda, agendum & litigandum esset: quia sæpiùs de hoc ipso, & principaliter solùm litigaretur, utrùm spoliator rem restituere teneatur, nec ne. VI.

28. VII. Etsi videretur, arrestum in hac Constitutione impropriè usurpari, & accipi de arrestis illis admodum frequentibus, quæ Magistratus, Imperio immediatè subjecti, vel per se, vel per officiales suos in suis territoriis interponere consuevissent; attamen propterea, nullam ejusmodi ampliationem sive extensionem inde inferendam esse, ita, ut quævis simplices turbationes & spoliationes illis includendæ & subintelligendæ essent, utpote, quæ cum ratione impedimenti vel interdicti, (quia substantia, sive essentialis forma arresti, per quam arrestum facilè ab illis turbationibus distingueretur, cumprimis à spoliis distinguenda) nihil commune haberet: illam enim impropriam arresti usurpationem, solummodo concernere, solemnem actûs modum, qui arresto neque adderet, neque detraheret quicquam. Hanc verò ampliationem & extensionem arresti omnium rerum in suis essentiis confusionem introducere. VII.

29. VIII. Quia verendum sit, ne eâ ratione, si nimirum constitutio arrestorum ad omnia arresta impropria & ficta extenderetur, non solùm judicium Imperiale processuum multitudine obrueretur; Verùm etiam constitutio illa, nisi aliquo modo declararetur, ampliùs subsistere non valeat, quandoquidem constitutionis illius remedium sive auxilium extraordinarium esset; quod locum habere non posset, ubi ordinarium & juris auxilium præstò esset. VIII.

30. Itaque ex diversis illis de arresti significatione, propriâ & genuinâ, atque constitutione arrestorum restringenda, vel extendenda, opinionibus atque sententiis earumque rationibus duplex quæstio orta. Quæstiones ex diversis opinionibus ortæ.

31. Prima fuit: An Constitutio arrestorum haberet locum, ubi arrestum à Magistratu vel Judice, ad instantiam tertii, tanquam partis pro interesse, officii & jurisdictionis ratione interpositum fuisset? Quæst. I.

Opinio affirmativa.

32. Quod ad hanc quæstionem attinet, fuerunt, qui statuerent, tam judicem sive Magistratum, quàm tertium aliquem pro interesse arrestum postulantem (præcipuè autem illo casu, quo causa adhuc dubia, & nondum decisa fuerit) hâc Constitutione comprehendi: ita, ut contra tertiam illam personam processus in Camera, hujus Constitutionis vigore, decernendi essent. Contra Judicem sive Magistratum verò hanc ob causam, quia is non semper utriusque partis superior esset, neque semper interesset, utrùm Magistratus, ad instantiam alterius, an verò privatus aliquis, de facto & propriâ authoritate (inter quæ duo arrestorum genera nullum esset discrimen, nisi quoad modum, id quod etiam præcipua Constitutionis arrestorum causa fuisset) arrestum interposuisset: Cumprimis verò, quia verba constitutionis generaliter posita essent, & uterque tam judex scilicet sive Magistratus, quàm arrestum postulans oblatæ & præstitæ cautionis (ad quam verba constitutionis principaliter dirigerentur) rationem habere deberet, & ita etiam Constitutio intelligenda, ne juri communi & prioribus Constitutionibus Imperii, (utpote quibus istiusmodi arresta propriâ auctoritate interposita, cùm antè prohibita essent) amplius aliquid adderetur, quod propter contrarietatem subsistere non posset: & præterea, quia facilè fieri posset, ut Constitutio eluderetur, & quivis id, quod non liceret, neque concessum esset, apud Magistratum vel judicem non competentem, quovis prætextu impetrare posset.

Opinio negativa.

33. *Sed alij contrarium senserunt*, & in tali casu nihil in Imperii Constitutione dispositum, nec illam de ejusmodi arrestis intelligendam esse voluerunt, quemadmodum nec verba Constitutionis illud innuerent: nec obstare, quòd Constitutio arrestorum non distingueret, nec causam, quamobrem arrestum interpositum esset, requireret.

Illius rationes. I.

34. Negativæ hujus opinionis argumenta erunt: I. Quia ejusmodi arresta, ab ordinario Magistratu interposita, potiùs ad dispositionem juris communis, quàm ad hanc Constitutionem referenda essent, præcipuè verò iis casibus, quibus aliquis in illo loco, ubi arrestum interpositum esset, vel ratione domicilii, vel ratione contractus, vel conventionis, vel pacti, vel transactionis, & ob similes causas, forum sortiretur.

II.

35. II. Quòd Magistratus, ad instantiam tertii aliquem arrestans, accusari non posset, quòd vi aut facto processisset, aut seditionis author, aut pacis publicæ turbator esset: Multò minùs verò, quòd in causa propria judex esset, siquidem à tertia persona, tanquam parte, licito modo

ejus

ejus officium imploratum esset, in eo, quòd de jure vel consuetudine concessum esset, & nemini eâ ratione præjudicaretur, aut injuria fieret, adhæc, vel adversus Magistratum, vel tertium, qui ordinariâ aut extraordinariâ juris viâ processisset, (præterquam per remedium appellationis vel nullitatis) nihil intentari posset: Sed longè aliter rem se habere, si quis in propria causa judicis partes sibi sumeret.

36. III. Si distinctio hæc observanda non esset, utrùm scilicet Magistratus ad instantiam tertii, an verò authoritate propriâ arrestum interposuisset, fore, ut passim judicia & litigatores, magnâ & infinitâ litium multitudine, obruerentur, molestarentur, atque gravarentur. Quamobrem etiam, ut Constitutio arrestorum locum haberet, hoc inter alia, tanquam singulare & necessarium requisitum esse, quòd per se, vel suos Officiales, & tanquam pars alterum propriâ authoritate & de facto arrestâsset. Sed, si quis propter debitum liquidum atque confessum, & vigore Instrumenti guarentigiati, vel in executionem sententiæ & judicati, arrestaretur, & similibus casibus, in quibus arresta jure permissa & licita, & ad oblatam cautionem relaxanda non essent, in illis Constitutionem arrestorum locum non habere, nec juri derogari, & ejusmodi arresta non nisi per satisfactionem & solutionem relaxanda esse, ex certis juris fundamentis concludebatur. III.

37. Altera quæstio fuit, an locum haberet Constitutio arrestorum, si subditi, in alium territorium migrando, domicilia mutantes, ob non soluta jura emigrationis, der Nachsteuer halben / arrestati fuerint? Quæstio secunda.

38. Hanc quæstionem alteram, quod attinet, an Constitutio locum haberet, subditis, ob non soluta emigrationis jura arrestatis, itemque in aliis ejus generis factis, in quibus quodam modo, & ex præsumptionibus juris constaret, Magistratui arresta concessa esse, dissentaneæ opiniones fuerunt. Dissensus in ea opinionum.

39. Alii negabant, & negativæ illis rationes erant. I. Quòd bona subditorum sæpiùs tacitè secundùm jus commune, vel ex longa consuetudine, Dominis territoriorum, ejusmodi emigrationis nomine, prioritatis jure obligata & affectata essent, & interdum constaret, atque notorium esset, alios etiam subditos idem antea præstitisse, aut arresto impeditos atque detentos fuisse: nec silentio prætereundum, non omnia arresta jure prohibita, aut ad oblatam cautionem relaxanda esse, ut suprà dictum est. Negativa, ejusque ratio I.

40. Ad hoc enim, ut Mandata arresti in Camera obtineri possint,

Mandata arresti supponunt arrestum illicitum. §. 54. h. t.

præter alia requisita, scil. 1. immediatis, 2. oblatæ cautionis, & 3. ut causa sit civilis, non criminalis, requiritur, ut Arrestum, ratione cujus Mandatum impetrare quis vult, sit illicitum. Est autem arrestum illicitum omne illud, quod non à judice, ad implorationem tertii, vel etiam ex officio, si ita prægnantes circumstantiæ adessent, & sine prævia causæ cognitione factum fuerit.

De Arrestis in certis Civitatibus usitatis.

41. Aliud tamen obtinet, de consuetudine, in certis Civitatibus, præsertim Francofurti, Coloniæ &c. ubi Arresta etiam contra personas extraneas, ex certis privilegiis dictis Civitatibus datis, facilè impetrari, & nisi fortè graves circumstantiæ adessent, in Camera relaxari regulariter non solent. Vid. inf. h. §. 69. 2. Arresta quoque sunt licita contra subditos Steuras detrectantes.

Negativæ opinionis ratio II.

42. II. Quòd absurdum foret, novum & succedentem Dominum sive Magistratum, in cujus territorium subditus migrâsset, in Camera ex hac Constitutione, novi sui subditi & advenæ bono, processus impetrare, & ita eundem simul judicem esse.

Ratio III.

43. III. Quia prioris Domini conditio eâ ratione longè deterior futura esset, tam in hoc, quòd potentior adversariùs illi in judicio opponeretur, quàm in illo, quòd adversus subditum suum juratum, refractarium & protervum, & forsan profugum, coram Judice non idoneo, & minùs favorabili, & in foro non competenti, processum instituere, & subditum suum magno sumptu & suo damno prosequi cogeretur, & tamen de executione certus esse non posset.

IV.

44. IV. Quia metuendum esset, ne, si subditis illud adversus suos Dominos permitteretur & liceret, illi malo exemplo in sua malitia & protervia adversus Magistratum, divinitùs sibi constitutum (qui insuper ipsorum operis & servitiis, quæ subditi suis Dominis deberent, eâ ratione privarentur, & aliis suis subditis eò graviora onera imponere cogerentur,) confirmarentur, & ad fugam illis occasio præberetur, summo cum Dominorum, imò etiam reipublicę detrimento atque pernicie.

V.

45. V. Quòd summa sit inæqualitas, si subditi alii morigeri & obedientes statim, & sine contradictione emigrationis tributum solvere cogantur; immorigeri verò & refractarii immunes dimittantur, aut ad solvendum satis temporis illis concedatur.

VI.

46. VI. Quòd Magistratus vel Dominus territorii, qui in quieta possessione vel quasi, ejusmodi Juris semper fuissent, per Cameræ Imperialis processus ad nuda & falsa narrata supplicantium emanantes, ini-

iniquè illa destitueretur, id quod eò gravius esset, quia juris præsumptio semper pro Magistratu militaret, & subditis contra jus & æquitatem, vel contra consuetudinem, & de facto gravatis, via semper ad Tribunal ordinarium pateret.

47. *Alij constitutionem* locum habere affirmabant, hanc potissimùm ob causam, quia jus exigendi ejusmodi tributum emigrationis inter partes litigiosum esset, & de eo, tanquam re dubia, Judici nondum constaret, sed si postea manifestum fieret, Magistratum in possessione fuisse, & adhuc esse, eo casu Mandata Cameræ cassanda, & Impetrantem ad expensarum refusionem condemnandum esse. Opinio affirmativa.

48. *Alij ita* distinguendum esse censebant, ut si actor sive supplicans, negare non posset, sed fateri cogeretur, Magistratui tributum pro jure emigrationis deberi, & bona illa, quorum nomine illud solvendum esset, (*quod etiam in persona obtinet, si scil. ratione ejusmodi bonorum persona arrestaretur*) arrestata esse, eo casu Constitutionis hujus remedium nemini subveniret, quia cautio eo casu non relevaret, sed reipsa Domino territorii arrestanti satisfaciendum esset. Ast si res tertia & innocens, & quæ cum jure emigrationis nihil commune haberet, arresto detineretur, tum Constitutioni locum dandum, & processus decernendos esse, quia hujusmodi arrestum à pignoratione vel repressaliis nihil differret. Opinio distinct. faciens.

In Causis arrestorum ulteriùs considerandum:

III.

Constitutio Imperii Arrestorum, de quibus arrestis intelligenda sit.

49. Hæc de genuina & propria significatione arresti, & de constitutione arrestorum extendenda vel restringenda, & duabus illis quæstionibus, in Camera Imperiali controversia fuit, quæ ad Imperatorem & Ordines Imperii in *Comitijs Augustanis Anno* 1582. delata, inde *ad Deputatos Imperij* remissa, Anno 1586. Wormatiæ decisa, ac demum *Anno* 1594. *in Comitijs Imperij* duplici sanctione pragmaticâ, affirmativâ nimirum & negativâ, determinata est. Enumeratæ controversiæ duplicem peperierunt Imperii constitutionem.

50. Affirmativa Constitutio Imperii de arrestis, strictè & propriè, locum habeto in arrestis illicitis, quæ de facto, & non jure, authoritate propriâ & sine cognitione causæ fiunt, & quæ propriè & vera & jure prohibita arresta sunt. *Recess. Imperij Anno* 1594. *Ratisbon.* §. Und so viel die ungleiche Meynung. 89. Constitutio affirmativa, quoad arresta illicita.

Constitut. negativa, quæ quadruplex.

51. Negativa quadruplex est: I. Constitutio arrestorum in arrestis licitis, & de jure permissis, qualia sunt, quæ fiunt ratione contractûs confessati, sive ex justa causa confessi, rei judicatæ, conventionis, pacti, transactionis, consuetudinis, privilegii, aut, ob non solutum vectigal legitimo modo impetratum & consuetum, locum habeto. *d. Recess. Imp. Anno* 1594. *Ratisbon.* §. Und so viel die ungleiche. 89.

Exemplum memorabile.

52. Hinc cùm non ita pridem, in causa Annone contra El. Palat. ratione arrestatorum Oppenheimii bonorum, valoris supra triginta mille flor. Mandatum cassatorium & inhibitorium S. restitutorium verò C. C. decretum fuisset; Excepit inter alia E. Jurisdictionem Cameræ propterea fundatam non esse, quòd hoc casu Arrestum, ob non solutum ritè vectigal, factum fuerit; quia tamen bona non tantùm arrestata, sed sine prævia declaratoria sententia, prout de jure requiritur, Fisco adjudicata fuerunt, dicta Mandata non super hac Constitutione arrestorum, sed ad 4. casus (auff die vier Fälle) propterea decreta fuêre, quòd sit factum omni jure prohibitum, nulloque modo justificabile, rem alteri, antequam desuper justitia administrata fuerit, ipso facto auferre, vid. supr. *tit.* 1. § 9.

Constit. negativæ II. Sectio.

53. II. Locum non habeto in turbationibus simplicibus, pignerationibus, compensationibus, occupationibus, invasionibus, & similibus factis, utpote de quibus peculiares Imperii Constitutiones promulgatæ, & juris communis dispositiones extant. *Recess. Imp. eod.* §. Und so viel die. 89.

Animus arrestandi probandus, quamvis tria requisita adsint. §. 40. h. t.

54. Quamvis Mandata super hac constitutione arrestorum tribus suis constarent requisitis, scilicet utramque partem immediatè Imperio subjectam, cautionem idoneam ablatam, & causam arresti merè civilem esse, juxta *Recess. Imperij de Anno* 1570. §. Wann auch die Arresta &c. 85. Si tamen animus arrestandi in reo non doceatur, nec ex circumstantiis facti appareat, (*quod vel tum facilè fieri potest, si arrestans nullam probabilem causam, vel jus quoddam arresti facti reddere possit,*) ad oppositas exceptiones, rem non arrestandi, sed occupandi animo, aut ut rem suam esse detentam, Mandatum cassatur, licèt Impetrans causam aliàs foveret justissimam. *Ita factum in causa* Franckfurt contra Hanau-Müntzenbergische Herren Vormünder / *Mandati de relaxando arresto,* 13. *Decembris Anno* 1598. *Item in causa* Mäyntz contra Wild- und Rheingrafen / 6. *Aprilis Anno* 1598. Item Waldeck contra Mäyntz 6. *Septembris Anno* 1594. Vide *Vota Cameralia relata per*

Aliàs Mandatum impetratum cassatur.

Klock.

Klock. relat. 66. 130. & 144. Ratio est, quia Constitutio super arrestis ad occupationes, invasiones, turbationes, spolia, & quæ sunt reliqua, non extenditur. Ejus ratio.

55. Sed an non hæc exceptio: *Rem istam non animo arrestandi, sed occupandi, vel, ut rem mihi propriam teneo*, nimis generalis est? An non etiam per hoc omnia ferè mandata facili negotio eludi possunt? Maximè, cùm hæc & similia consistant, ut plurimum, in animo arrestantis, quorum probatio à parte actoris, si non impossibilis, tamen maximè difficilis est: Non sanè diffiteor, sæpiùs his exceptionibus fraudem subesse: attamen claræ Constitutioni inhærendum; nisi fortè ob præsumptam fraudem, & difficultatem probationis, Juramentum reo injungere placeret, quod tamen, an stylo sit conforme, hactenus adhuc dubito. Quod tamen difficile admodum est probatu.

56. Neque facilè talis casus dari poterit, ubi juramentum ejusmodi delatum esset; fraus namque difficilis probationis est, & in mente potissimùm consistit. 2. Hâc ratione facilè perjuriis occasio daretur. Quin etsi 3. tales circumstantiæ adsint, ut fraus exinde appareat, Judex illud ex officio attendere potest, ut modò dictum. An juramento in hac parte locus esse possit?

57. Quid, si arrestum, ex minùs legitima causa impositum, in exceptionibus ex alia justiori causa justificetur? Licèt & hoc, ad eludendam paritionem impetrati Mandati, sæpius excogitetur: attamen, si talis causa sit, quæ in Constitutionibus Imperii fundata esse appareat, attendenda, & Mandatum cassandum est, cùm & de jure communi arresta, ex minùs legitima causa imposita, confirmari & justificari possint, ex superveniente causa nova justiore. Sic judicatum in causa **Erckinger von Pappenheim** contra **Georg Friederichen/ Marggrafen zu Brandenburg** / *ut constat ex relatione.* 59. apud Klockium &c. Arrestum initio injustum, in Exceptionibus justificari potest.

58. Dictum, *in Exceptionibus arrestum ex justiori causa* defendi: putà, arrestatus quis fuit, ratione alicujus debiti illiquidi, & desuper Mandatum impetratum: postea impetratus in Exceptionibus adduxit alias causas, novaque instrumenta, quibus probavit, arrestatum ex alio contractu, vel causa, quàm initio allegabatur, obligatum esse. Hoc casu, licèt prima causa, propter quam Mandatum impetratum, subsistat, adeoque paritio injungenda esse videatur; Mandatum tamen ex posteriori ab arrestante producta causa cassandum erit. Quâ ratione id fiat?

59. III. Locum non habeto, in arrestis, à Judice vel Magistratu, ad instantiam personæ tertiæ, tanquam partis pro interesse suo (*sub* Constitutionis negativæ Sectio III.

(*sub quo etiam comprehenduntur personæ conjunctæ*, v. g. *Pater, Frater, Maritus*, &c. *illæ enim, prævia cautione de rato, pro se invicem agere possunt*) agentis, ratione officii & jurisdictionis interpositis. *Recess. eod.* §. **Obwol auch** ꝛc. 90.

Constitutionis negativæ Sectio IV.

60. IV. Locum non habeto in arresto, ob non solutum jus sive tributum emigrationis interpositio, **So/ der Nachsteuer halber/ gegen der Unterthanen Güter** arresta **angelegt würden** / quia subditorum bona, secundùm jura, tacitè, vel aliàs de veteri consuetudine eo nomine, prioritatis ratione, & jure obligata, hypothecata & affecta sunt. *Recess. eod.* §. **Als auch die Nachsteuer/** & *d.* §. **Und so viel die.** 89. & 91.

Quæst. de arrest. propter Nachsteuer.

61. Elegans etiam, & hujus loci quæstio est: An *Recessus Imperij de Anno* 1594. §. **Also auch / so der Nachsteuer** ꝛc. 93. ad eum casum, quo certum est, deberi **die Nachsteuer** / sit restringendus, & Mandata decernenda, quando justâ ratione negatur, eam deberi? Sanè, ut mentem constituentium aliam fortè non fuisse, non minima adsit conjectura; Constitutio tamen indistinctè loquens, indistinctè est intelligenda. Non ergò admittitur, si actor replicet, non deberi **die Nachsteuer.** Sed ut res altioris indaginis, causam principalem concernens, & *juxta Recess. Imp. de An.* 1570. §. **Wann auch die** Arresta. 85. in foro ordinario tractanda remittitur; ut majoribus votis concluſum in dicta causa **Erckinger von Pappenheim** contra **Brandenburg** *apud Klockium dict. loc.*

Quæst. de Magistratu, ad petitionem tertii quempiam transeuntem arrestante.

62. Sed quid, si Magistratus, ad instantiam tertii, quempiam, in quem neque ratione contractûs, neque ratione domicilii, neque rei arrestandæ Jurisdictionem habet, sed tantùm per territorium ejus transeuntem (aliis requisitis stantibus, & non deficientibus) arrestaverit, habebitne locum Constitutio, an verò contra arrestum, quia solummodo jure Magistratus fiat, per viam appellationis procedendum.

Opinio affirmativa.

63. Fuerunt, qui Constitutionem hoc casu locum habere existimarent. I. Quia arrestatus sub jurisdictione arrestantis alio modo non sit, quàm quòd in territorio ejus reperiatur. II. Quamvis arrestum ad instantiam alicujus partis fiet, quia tamen de facto, & sine ulla causæ cognitione (prout solet) fiat, id quod de facto, & citra cognitionem causæ fiat, injuria potiùs, quàm jure factum dici debeat.

Comm. opinio negativa.

64. Sed communior est opinio, Constitutionem hoc casu locum non habere, utpote, cujus remedium & auxilium contra illa facta constitutum sit, (non si quis ad instantiam tertii, ejusque commodum, sed si quis pro suo interesse, sibi ipsi quasi jus dicens, alterum viâ facti

mo-

molestet, *Conclusum Cameræ dub.* 31. in quo inter Status Imperii Deputatos alii secundam opinionem Cameræ approbârunt, sed hâc conditione *& appendice*, ut istiusmodi arresta solummodo contra subditos intelligenda sint, & locum habeant, tantùm in arrestis licitis, *de quibus est Constitutio Imperij Anno* 1594. Quia absurdum foret, si Elector aut Princeps aliquis, ad instantiam tertii, in transeundo, per pedaneum Judicem, detineretur aut arrestaretur. Cùm par in parem non habeat Imperium, & multò minùs in majorem.

65. Alii hanc *appendicem* non necessariam esse judicârunt; Et Imperatoriæ Majestatis Commissarii monuerunt, expressa & clara verba novæ Constitutionis Imperialis de Arrestis in *Recessu Imperij Spiræ Anno* 1570. *publicato* attendenda esse. v. Wann auch die Arresta. 85. utpote, quibus justis ex causis rectè sanciretur, ut si Status aliquis Imperii, alterum Statum, illiusve bona, aut subditos, aut illorum bona arrestaverit, arrestum illud ad oblatam cautionem de judicio sisti, & judicatum solvi, relaxetur, nisi relaxatio fieret, Statui arrestato Mandatum de relaxando cum annexa citatione Camera decernat. Et hanc Constitutionem non distinguere, utrùm arrestum à Statu arrestante, pro suo interesse, aut ad alterius sive tertii instantiam, contra alterum Statum interpositum fuerit; Sed expressè disponere, ut arresta, ad oblatam cautionem de judicio sisti & judicatum solvi, relaxentur: nam contra omnia jura esse, & æquitati repugnare, si quis, quoad personam vel bona arrestetur, qui paratus sit, se judicio sistere, & illud, quod judicatum fuerit, solvere atque præstare, & nihilominùs arrestum, quoad corpus vel bona ad cautionem oblatam non relaxetur, sed arrestatus, non auditus, non convictus, non condemnatus, solvere atque præstare, quod Adversarius petit, cogatur, aut in arresto hærere & detineri, donec processus causæ post longum temporis spacium expediatur. Interea tamen etiam attendendum, quamvis arresta generaliter in jure prohibita sint: attamen casus quosdam singulares excipi, in quibus oblata cautio locum non habeat, exempli gratiâ, si in continenti probatum fuerit, arrestatum tali pacto aut conventione aliquâ ex pacto se obligâsse, aut jure judicioque quis condemnatus fuerit, & similes casus.

Ejusdem declaratio.

Casus arrestorum, quibus cautio oblata arrestum non tollit.

66. Quid verò, si quis alterius Magistratus subdito, bona sub sua jurisdictione possidenti, res mobiles, eò ex domicilii loco transportatas, ob jus aliquod, suum territorium respiciens, videlicet collectæ, vectigalis,

Quæst. de mobilibus alieni subditi arrestatis.

galis, mulctæ &c. arrestet, an Magistratui arrestati contra arrestantem Mandatum ex Constitutione de arrestis decernendum fuerit?

Opinio negativa, cum rationibus.

67. Contrariæ in hac quæstione opiniones sunt. Negativæ rationes sunt: I. Quia arrestatus non minùs arrestantis, quàm implorantis pro Mandato, subditus sit, (sub illo enim, ratione rerum immobilium, quarum respectu collecta, vel mulcta, vel vectigal exigitur: sub hoc verò, ratione domicilii, forum sortitur) & arrestans suâ jurisdictione in suo territorio jure utatur, sine ullo alterius præjudicio, præsertim, cùm agatur de jure ad arrestantis territorium, & ad jurisdictionem seu subjectionem eò invectorum, pertinente. II. Quia arrestatus non cogatur, coram alio, & non suo judice litigare, quæ Constitutionis arrestorum & relaxationis arresti ratio sit. III. Quia non res alia & innocens, sed ipsa affecta arrestata sit. IV. Quia arrestans, quoad illas res, in suo jure aliâ ratione se defendere nequeat.

Opinio communior affirmat.

68. Sed communior est opinio, Constitutionem locum habere; quia hoc casu tantùm immedietas personæ, pro Mandato implorantis, attendenda sit, ita tamen, ne arrestantis & Judicis loci Jurisdictioni derogetur, & causa principalis ad ordinarium suum Judicem remittatur, & coram Judice eodem disceptetur. *Confer dubium Cameræ tricesimum secundum*, & vide Gail. *de arrest. cap.* 6. sed dubium hoc ex eorum genere est, de quibus inter Ordines Imperii adhuc controvertitur. Vide *Recess. Imp. Deput. Spiræ Anno* 1600. §. **Es haben uns Unsere Käyserliche.** 145.

Sed quæstio adhuc controversa est.

De privilegio Francofurtensi, & Statuto Colonienſi, circa arrestationes.

69. Cæterùm nôsse decet (quod hic, uti jam supra §. 41. factum, incidenter tangitur) Civitatem Francofurtensem, ex privilegio *Friderici III.* forensem advenam & transeuntem, sive ibi contractum fuerit, sive non, in persona aut rebus, in vel extra Nundinas, arrestare, eumque, ut causam in hujus Civitatis judicio defendat, cogere posse, de quo exstat tota relatio in causa **Bürgermeister und Rath der Stadt Oppenheim**/& Cons. contra **die Stadt Franckfurt/und Jacob Knoblauch** apud Gylm. *tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 11. *vot.* 7. Idem quoque allegat Uffenbach. *in tract. de Consilio Judicij Aulici, cap.* 25. *subsect.* 8. Coloniæ etiam statutum esse, ex quo extraneum personaliter arrestare liceat, memorat idem Gylm. *Præjud. Cam. verb. arrestum, pag. m.* 47. & verb. *Mandata pro arresto relaxando. p. m.* 199.

An Mandatis arresti obsistant

70. Hinc nascitur quæstio, an hujusmodi casu, relaxationem in Camera quærere, inhibitum foret? Gylm. *Præjud. Cam. verb. arrestum,* con-

contra Civitatem, utpote privilegiatam, processus quidem super arrestis non decerni ait; sed tamen contra eum, qui fecit arrestari, ut is faciat relaxari arrestum. Sic refert factum, *in causa N. contra N. quod notatu dignum est.* dictum privilegium & statutum?

IV.

Requisita Jurisdictionis Cameralis ex Constitutione Arrestorum fundandæ.

71. Ut actio ex Constitutione arrestorum, de relaxando & restituendo, in Camera locum habeat, quatuor requiruntur. *Primum requisitum est*, quòd pars utraque, tam arrestans, quàm arrestata, immediatè Imperio subjecta sit, idque ex eadem ratione, quæ supra in causis pignorationum, ad idem requisitum, adsignata est. *Constit. de arrestis.* vers. **Da einer dem Reich ohne Mittel.** Vide Andr. Gail. *de arrestis c. 4. in princ.* In Camera, ut actio arresti locum habeat, requisitum I. Vid. supr. §. 54. h. t.

72. An ex Constitutione arrestorum quis immediatus censeri debeat, ad impetrandos processus, tam ex immedietate rei, quàm ex immedietate personarum? Quæstio magistralis est. Vid. quæ hac de re in materia pignorationis, cui etiam hæc quæstio communis est, in præcedenti capite tractata sunt. Quid Gailius sentiat, vid. ex *tract. ipsius cap. 6.* Quo respectu quis censeatur immediatus? An tam ratione rei, quàm personæ?

73. Et licèt in Conventu *Deputat. Wormat.* hæc Gailii sententia, Anno 1586. approbata videatur; tamen illa decisio, nec in Imperio publicata, nec Collegio insinuata, imò ab aliquibus Imperii Statibus, tam apud Imperatoriam Majestatem, quàm apud hoc illustre Collegium, impugnata fuit. Vide *Recess. Imper. de Anno* 1594. §. **Weiter/ und als wir.** 49. & Gylman. *tom. 2. p. 2. Symphorem. in resolut. Dubiorum de Anno* 1590. *post vot.* 15. Opinio Gailii probata.

74. Nec in solenni illo Deputatorum concessu *de Anno* 1600. decidi potuit, sed ad universalia Comitia rejecta est. §. **Es haben Uns auch** &c. 153. ut proinde in hodiernum usque diem indecisa hæreat. An autem Camera Gailii mentem sequatur, de eo consulendi sunt alii. Gylman. *Symphor. tom. 1. P. 1. tit. 6. vol. 1. pag.* 439. indicat, vocem, **ohne Mittel**/respectum habere non solùm ad personas, sed etiam ad res conjunctim, ut scil. & res arrestatæ subsint Imperio immediatè; Sed alii rectiùs sentiunt, qui circa bona, sint licèt mediata, distinctionem non faciunt, modò ipsorum possessor non sit **Landsässig.** *per l. 13. §. ult. l. 38. §. fin. de act. emt. vend. l. 40. §. 1. de contrah. emt.* Gail. *de arrest. c. 6. per tot.* Quæstio tamen indecisa adhuc est.

Quid potissimum soleat attendi, circa dictam quæstionem, in Judicio Cam.

75. In Camera potissimùm attendi solet, utrùm causa, ratione cujus arrestum vel pignoratio facta est, trahat originem vel de bonis mediatis, vel immediatis, vel personæ potius inhæreat? Ita, ut priori casu Jurisdictio Cameræ fundata esse non videatur, secus duobus posterioribus: Sic non ita pridem in causa Comitum de H. contra Comitem de K. & Ducem A. qui dictum Comitem coram se conventum, ad judicium suum propterea citaverat, quòd certa bona sub illo haberet, Mandatum cassatorium & inhibit. propterea decretum fuit, quòd prætensio in Judicio A. ventilanda, non de bonis, Ducatui A. subjectis, sed de bonis in Imperio sitis, originem trahat.

II. Requisitum, oblatio idoneæ cautionis.

76. *Secundum requisitum* est, ut arrestanti offeratur idonea cautio, de Judicio sisti (ut loquuntur) & judicatum solvi: ut arrestans, de jure suo securus per cautionem redditus, viâ ordinariâ agere possit: & arrestatus, in causa principali conventus, tergiversari nequeat, *dict. Constit.* vers. **Auff angebottene gebührliche** Caution. Gail. *d.c.4. n.9.*

Quæ cautio idonea?

77. Idonea verò cautio esse æstimatur, quæ per fidejussores vel hypothecam fit. Gail. *ibid.num.4.* (*Adeoque cautio sub juramento, veluti inidonea, nullibi admittitur, ubi idonea in specie, utì hìc, requiritur.*)

Distinctio cautionis arresti & pignorationis.

78. Distinguitur autem hæc cautio ab illa, quæ in contractu pignorationis præstari solet, & cautio de repræsentando appellatur: quòd in hac promittatur, de judicio sisti: In illa verò, de extradendo pignora, sibi à pignorante vigore emanati Mandati restituta.

Cautio sub hypotheca omnium bonorum an sufficiens?

79. Sed quæritur, an Cautio sub hypotheca omnium bonorum sufficiens sit? Sunt, qui arbitrantur, ejusmodi cautionem esse sufficientem, donec contrarium ex adverso probetur.

Communior opinio rem Judicis arbitrio relinquendam.

80. Communior tamen opinio est, (quia facta, eorumque circumstantiæ tot & tam variæ sint, ut hac de re certi aliquid statui non possit) rem committendam esse arbitrio Judicis, ut is pro ratione & conditione & circumstantiis rerum, causarum & personarum, hac in re sententiam ferat.

Decisio pragmatica.

81. Vide *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. **So ist auch auß überreichten / und zusammen** &c. ubi pragmatica sanctio est, an cautio sub hypotheca omnium bonorum in causis arrestorum sufficiens sit, hoc considerato, quòd casus, eorumque circumstantiæ multiplices, variæque sint, rem committendam esse arbitrio Judicis, ut penes illum, habitâ ratione circumstantiarum causæ, rerum & personarum, decisio arbitriumque sit.

82. Cau-

82. Cautio illa etiam ab Illustribus personis & Statibus Imperii præstanda est. Gail. *d. cap. 4. n. 15.* (*Interim, quoad ipsos, quæ sit sub hypotheca omnium bonorum, pro sufficienti, ut plurimum habetur.*)

An illustres personæ eam cautionem præstent?

83. Et Princeps aliquis Imperii, vel alius Imperii Status, si pro subdito ex hac Constitutione in Camera agat, ab ipso, non autem à subdito cautio judicio sisti, & judicatum solvi, arrestanti præstetur, vel ejus nomine offeratur, oportet. Gail. *de arrest. c. 8. num. 5.*

Princeps pro subdito agens, cautionem præstare debet, non subditus.

84. Cautionem medicinam & antidotum arresti vocant Dd. An verò sit præstanda de standō juri in loco arresti, an verò duntaxat in loco & foro competenti, ubi quis forum sortitur, elegantis quæstionis est, Borgnin. Cavalcan. *p. 1. decis. 1. n. 13. & decis. 3. n. 24.* posterius adfirmat, quem consulendo sequitur author consilii apud Klock. *C. 81. n. 9. tom. 2.* proinde & hoc, utpote juri magis consonum, Cameram sequi nullus dubito.

Cautio antidotum arresti.

Cautio judicio sisti an de foro arrestantis, an de competenti intelligenda?

85. Arresta nulliter, aut notoriè injusta, ex mente Dd. etiam sine cautione sunt relaxanda. Verùm in Imperiali Camera, sine oblatione cautionis sufficientis, Mandatum de relaxando vix aut nunquam decernitur; Æquus autem Judex, in dijudicanda cautionis sufficientia, ad causæ justitiam quadantenus reflectit, exigens omnibus numeris absolutè idoneam, si viderit, causam arresti pro arrestante militare: si secus, aliter.

Camera, non oblatâ cautione, Mandatum de relaxando non decernit.

86. *Sed quæritur*: An realis hujus cautionis oblatio, facta erga arrestantem, per instrumentum, Supplicationi pro processibus adjunctum, probanda sit? An verò stetur narratis nudis verisimilibus? Posterius per majora concluſum; ita tamen, ut si pro paritione Mandati instetur, postmodum verificari legitimè debeat. Juxta Gylman. *P. 1. tom. 3. Const. de arrest. p. 417.* ubi prolixè quoque enarrat tum requisita, ad obtinendos super hac Constitut. processus, tum exceptiones, quæ opponi queant.

87. Cæterùm *conditio illa*, relaxationem fieri debere, **gegen gnugsame** Caution, processibus expressè solet inseri. Hinc cùm nuperrimè in causa G. contra D. & Cons. Impetrans ad juratoriam cautionem se offerret, Civitas Imperialis W. verò, quæ arrestatum in custodia habebat, illam tanquam insufficientem rejiceret, nullâ habitâ ratione, quòd uxor arrestati parata fuerit, in subsidium cavere, bonis suis paraphernalibus & receptitiis pignori suppositis, pro liberando marito; Res eapropter ad arbitrium Illustris Dn. Judicis rediit, qui hos modo

interloquutus est: **Wofern** Arrestaten **Ehe-Frau ihrer Weiblichen Privilegien vor erst** certiorirt/ **und nachmahlen selbigen wolbedächtlich renunciiren wird/ solle ergehen/ was recht ist.** Hôc factô, *d.* 17. *Augusti* 1687. pro Mandato arctiori de relaxando arresto &c. fuit supplicatum; Sed quia cautio solummodo ad dictam Civit. directa fuerat, decretum: **Noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern lässet man es bey vorigem** Decret, **jedoch dergestalt/ daß die aufferlegte** juratorische Caution **auch auff mitbeklagten** F. V. D. **eingerichtet werden solle/ bewenden.** Illoque præstito, ulteriores processûs in optima forma decreti sunt.

III. Requisitum; causa civilis, non criminalis.

88. Tertium requisitum est, quòd arrestum ob causam civilem & non criminalem factum sit. *Memor. Visit. Anno* 77. §. **Nachdem auch zu Regenspurg** &c. 28. Nicol. Cisner. *ad ordinationem Cameræ fol.* 341. Gail. *d.c.* 4. *n.* 16.

IV. Requisitum. Mandatum Domini, si officiales arrestent.

89. Quartò requiritur, æquè ac in causis pignorationum, Mandatum vel ratihabitio Domini, si per Officiales arrestum interpositum fuerit, aut etiam Arrestans per mercenarios impedimentum præstiterit; Dummodo, utì dictum, jussû vel ratihabitione ipsius factum sit. *Recess. Imp.* 1570. §. **Wann auch die** Arresta. ibi: **Durch sich selbst/ oder die Seinen.** *per L.* 5. §. 8. *quod vi aut clam. c.* 72. *x. de regul. jur. in VI. l.* 27. §. 21. *verb. ope consilio. ad leg. Aquil.*

In causis arrestorum res tertia non requiritur.

90. In causis arrestorum non requiritur, personam vel rem tertiam & innocentem arrestatam esse, quemadmodum in causa pignorationum; quia plerunque persona, vel res litigiosæ & nocentes, vel aliâ ratione affectæ & obligatæ, & ita res ipsæ, arrestari consueverunt. Quanquam res innocentes & tertiæ nonnunquam in arrestum venire possint. *Recess. Imp. An.* 1594. §. **Also auch die Nachsteuer** &c. 91. Si videlicet res tertii cujusdam respectu alterius arrestentur; Hinc etiam Civitas, pro cive suo arrestato, non secus ac Status alius immediatus, pro suo subdito, ex hac Constitutione in Camera agit. *Recess. Deputat. Imp. de Anno* 1600. §. **Wann sich begäbe.** Denais. *de Jur. Cam. tit.* 184. §. *ult.* quia ratione proprii interesse, ob noxiam consequentiam, intervenit. *l.* 15. §. 35. 48. *& §. ult. de injur.* Gail. 1. *obs.* 125. *n.* 4. *& seqq.* Excipitur tamen, si factum impedimentum esset arrestum juris: tum enim illud non relaxatur in Camera; quia de jure est permissum. Gail. *de arrest. c.* 3. *n.* 1. 14. *& c.* 5. *n.* 15. Cujus generis sunt ea, de quibus agitur in *dict. Recess.* 1594. §. **Bey den Arresten.** Denais. *dict. tit.* 184. *& seqq.* Schvvanem. *Lib.* 1. *c.* 13. *n.* 12. *& seqq.*

Res tamen tertiæ interdum arrestantur.

Civitas pro cive suo arrestato ex Constitut. arrest. agere potest.

Nisi fuerit arrestum juris.

91. Hîc

91. Hîc admonendus venit Lector, quòd ultra ea, quæ in superioribus Auctor (Rodingius) ex singulari Imperii *de arrestis* promulgata constitutione tractat, (quibus addatur Schvvanem. *observ.* 155. *ubi quintum requisitum notat, quòd nempe causa sit quoque exprimenda*) etiam mediatis patet via impetrandi Mandata de relaxando arresto contra immediatos, vel quoscunque alios, contra quos Jurisdictio Cameræ commodè fundatur, sed supplicantes non in hac Constitutione, quæ ab utraque parte immediatos requirit, sed in jure communi & *Ordinatione Cameræ p.* 2. *tit.* 23. se fundent, necesse est, (scil. auff die vier Fälle.) Sic nuper factum in causa G. contra D. & Cons. ubi Mandatum simplex & ulterius de relaxando arresto decretum fuit, licèt impetrans fuerit mediatus, & contra mediatum consortem ageretur: Jurisdictione nimirum ob correum, immediatum Statum, ex causæ continentia fundatâ.

Schwanem, quintum requisitum notat.

Mediati impetrare possunt, mandata de relax. arr. non ex hac Constitut. sed, auff die vier Fälle.

92. Quod autem Rüdinger *sing. observ. cent.* 1. *observ.* 34. *num.* 3. hoc casu saltem Mandata cum clausula decerni adserit, erroneum, & stylo quotidiano contrarium est. Ut plurimum enim Mandata sine clausula emanant. Sic in causa Pors contra Civit. F. supplicanti N. Mandatum de relaxando arresto S.C. fuit decretum, Anno 1658. Jurisdictione ex *Ordin. Camer. p.* 2. *dict. tit.* 23. fundatâ. Licèt exempla etiam adesse possint, sed tamen rariora, ubi Mandatum pro qualitate rei, saltem cum clausula, decretum fuerit, de quo ipsemet Rüding. præjudicium citat, in causa Dolen contra Ost-Frießland. Addatur Gylman. *tom.* 3. *præjud. verb. Arrestum*, quamvis & recentius præjudicium extet, in causa Ensinger contra Straßburg.

An illo casu Mand. C.C. saltem decernantur?

93. Ratione Mandatorum cum clausula, de quibus plura tit. seq. generaliter notari potest, illa decerni non posse contra tales, qui privilegio Austregarum gaudent, nisi aliis Mandatis S.C. annectantur: Sic potest quis supplicare pro Mandato cassator. inhibitorio S. & de relaxandis captivis C.C. soletque, ut plurimùm hodie, etiam in causis arrestorum illicitorum, quamvis omnia requisita adesse videantur, potiùs tamen ex alleg. tit. 23. Ordinationis auff die vier Fälle / Jurisdictio Cameræ fundari, & desuper Mandata etiam de relaxandis arrestis impetrari, quòd in dicto loco tot & tam difficilia requisita, prout in Constitutione arrestorum, non reperiantur. Consultiùs tamen fecerit, qui alternativè, vel ex Constitutione arrestorum, vel ex modò dicto tit. 23. Ordinationis, pro processibus supplicaverit.

Notabile de Mandatis C. C. non decerni contra Austregis gaudentes.

TIT. XII.

TIT. XII.

De Causis Mandatorum cum vel sine clausula.

Ordin. P. 2. Tit. 23.

§. 1.

CIrca titulum istum generaliter notandum est: Hactenus de Mandatis S.C. quæ in certis Constitutionibus Imperij fundata sunt, actum fuisse; hic verò generaliter ea proponi, quæ quidem certam Constitutionem Imperialem per se non habent, sed tamen communi Statuum consensu, super certis quibusdam factis concessa sunt, utì in ipso contextu pluribus videbitur. Sextum factorum genus, in quo Jurisdictio Cameræ fundata est, similiter, quemadmodum supra in causis Fiscalibus fuit, non unicum & simplex, sed multiplex & varium est, & uno nomine exprimi nequit, quamobrem usu cognoscendum fuerit, quænam illa facta sint, ex quibus *causæ Mandatorum cum vel sine clausula oriantur.*

Sextum factorum genus multiplex.

Quid causæ Mandatorum cum & sine Claus.

2. Causæ Mandatorum cum vel sine clausula sunt, in quibus actor Mandatum cum vel sine clausula, pro qualitate facti, & circumstantiarum ratione habitâ, sibi decerni, & quasi ab Executione Processum inchoari, postulat.

Mandata S. C regulariter non valent.

3. Observandum autem est, Mandata sine clausula regulariter ipso jure non valere, quia ab executione non est incipiendum. *l. 1. C. de execut. rei jud. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de Offic. proconf.* Ord. *part. 2. T. 23.*

In illis decernendis circumspectè procedendum.

4. Quare in *Recess. Imper. de Ann. 1654. §. Alle* Supplicanten. 73. & §. Benebens ſollen. ꝛc. 99. cautum, ne facilè, nec aliter, quàm in materia quatuor casuum, vulgò der vier Fälle/ pignorationis, relaxandorum captivorum, & causis in Ordinatione & Constitutionibus Imperii comprehensis, decernantur; *Ratio* hujus rei non obscura est, quia non illico', sine matura causæ cognitione, sine citatione, sine solennitate Processus, executivè, semoto juris ordine, stricto quasi ense & manu armatâ, feriendus est reus.

Notabile, de Mandatis, de non viâ facti procedendo.

5. Unde non immeritò benè considerandum venit, utrùm Mandata sine Clausula *de non via facti, sed juris procedendo*, prout hactenus subinde fieri consuevit, decerni possint? Per ea siquidem omnia simplicia spolia, vel simplices turbationes, quæ ad Austregas pertinent, in Camera proponerentur; Adeò ut, nisi factum tale sit, super quo ad 4. casus, auff die vier Fälle/ vel ex alia Constitutione Judex Mandatum decernere possit, is tutiùs eadem denegaverit.

6. Ut

6. Ut dicta §. 3. *supr.* clariora fiant, ita distiguendum videtur: Quòd in casibus, qui requirunt præviam causæ cognitionem, putà, in restitutione ablatorum, & similibus, non sint concedenda mandata simplicia, quia incipi à præcepto vel executione non debet. In aliis verò, quæ non requirunt aliquam justificationem, putà, quando supplicatur, illud injungi vel mandari, quod alioquin jus commune vel ordinatio præcipit, scilic. ne quid de facto attentetur, ne vis aut violentia alicui inferatur, ne quid fiat contra Constit. Pac. Publ. &c. Mandata non cum clausula justificatoria, sed S. C. concedi, quia illa non requirunt justificationem, ex quo jus certum & clarum est. Contra eos, qui Cameræ non sunt immediatè subjecti, haud facilè dantur Mandata C. C. (præterquam, si Jurisdictio adversus illos ex causæ continentia fundetur. Schvvanem. 2. *observ.* 15. *n.* 13. vel alio modo. *Recess. Imp.* 1594. §. Darwider auch ꝛc. *ut alibi hoc tit. dictum.*) Quia, si per comparitionem in simpl. citationem resolvantur, tunc remittenda foret causa. Attamen in causis fractæ pacis locum habent contra mediatè subjectos, quin etiam contra Provinciales Cæsaris in Germania, quoniam illi æquè comprehenduntur (*uti supra notatum*) sub Constit. Pacis Publicæ. Vid. Paul. de Castro Alex. Jason. *in L. de pupillo.* §. *meminisse. de N. O. N.* Et ita aliquando retulit Stump. 16. Sept. 38. *in causa Magistri Teutonici Ordinis, contra Ducem Saxoniæ.*

Quando decernantur S. C. Mandata?

Cur Mandata C. C. non facilè dentur contra mediatos?

7. Variæ autem sunt species factorum, in quibus Jurisdictio Cameralis fundatur ad hoc, ut Mandata cum clausulâ decerni possint: Suppositô, nimirum, si cætera paria, & necessaria requisita adsint, v. g. 1. Ex parte utriusque immedietas; Quæ tamen in causis fractæ pacis publ. non requiritur, ut supra §. 6. 2. Ne privilegium primæ instantiæ actori impedimento sit; Quia Mandata C. C. locum non habent, contra gaudentem Austregarum privilegiô: Secus ac Mandata S. C. quæ Astregas repellant. add. infra *h. t.* §. 33.

Factorum, quæ locum faciunt Mandatis C. C. species variæ sunt.

Requisita ad Mand. C. Clauſ.

Illis obstat Austregar. privilegiũ.

8. Si tamen aliquis, sive tacitè, sive expressè Jurisdictionem Cameræ prorogâsset, vel continentia causæ, (si nimirum mediatus cum immediato, vel plures immediati, habentes diversos judices Austregarum, unâ actione, cumulativè simul convenirentur) hoc requireret, vel etiam Mandatum C. C. alicui Mandato S. C. annecteretur, etiam contra gaudentes privilegio Austregarum decerni posset.

Quibus casibus adversus Austregis gaudentes Mandat. C. C. decernantur.

9. Factorum illorum *prima species* est: Si quis pacem publicam vel religiosam violaverit. *Memor. Visit. Anno* 79. Denaiſ. *tit. Mandata super pace religionis.* §. 4.

Factorum ad Mand. C. C species 1.

Species II.

10. II. Si quis contra pacem publicam profanam alterum vi armatâ ceperit, vel ex possessione sua dejecerit, *Recess. Imp. Anno* 94. *Ratisbon.* §. Ferner erregen sich ꝛc. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 5. *num.* 16. 17. 18. *& seqq. ubi n.* 19. rationem reddit, quare in causis fractæ pacis Mandata cum clausula, sed in causis pignorationum (quamvis Frid. Mindan. 2. *de proceff. Cam.* testetur, se meminisse, quòd in causa pignorationis Mandatum C. C. decretum fuerit, sed malè, ut addit *cap.* 10. *num.* 3.) sine clausula decernantur; videlicet, ne accessorium potentius sit suo principali, nimirum citatione. (*In Mandato namque agitur ad pœnam banni, quæ gravissima est, in citatione verò tractatur causa principalis.*)

Quare in causis fractę pac. cum clauſ. mandetur.

11. Sed Domini Camerales in suis dubiis, de pace publica, hanc rationem reddunt, ne reus per Mandatum sine clausula ex possessione sua vel quasi dejiciatur, absque prævia causæ cognitione, vel in puncto Citationis, causâ nondum cognitâ, nimis celeriter, & quasi ante tempus condemnetur: & hanc ob causam Constitutionem pacis publicæ in terminis Juris communis manere ajunt. Vide etiam Tennagel. *d.* 1. *c.* 1. *n.* 2. Schvvanem. *de proceff. lib.* 1. *c.* 31.

Distinctio inter Mand. fract. pac. & pignorationis.

12. Quo autem superior distinctio, inter Mandata super fracta pace publica, & super Constitutione pignorationis, benè intelligatur, sciendum est, in priori causam principalem, ratione possessionis, non in Camera decidi, sed ad Judicem ordinarium remitti, secus ac in posteriori, ubi ratione possessorii causales dantur, & in Camera Imperiali deciduntur; Si itaque in causis fractæ pacis publ. Mandata S. C. decernerentur, Reus, seu impetratus, sub gravissima pœna banni (si fortè Exceptiones sub- & obreptionis locum non haberent, & requisita Mandati adessent) obligatus foret, possessionem, quam sibi fortè non immeritò attribuit, alteri extradere, & causam principalem, etiam ratione possessorii, coram Camera peragere, cùm tamen in pignorationibus Reo nil aliud, quàm restitutio pignorum acceptorum, & quidem prævia cautione de extradendo, victoriâ ab Impetrante obtentâ, injungatur, & donec super possessorio in Camera actum fuerit, interea utrique parti eatenus jus salvum, liberumque possessionis exercitium relinquatur.

Ex Constitut. Pacis relig. æquè C. C. Mandata dantur.

13. Cæterùm ex Constitut. Pacis publ. religiosæ, æquè ac profanæ, non aliter, nisi cum clausula Mandata decernenda, & in hoc uniformitatem styli servandam esse, constat ex *Recess. Imp. de Anno* 1594.

§. Fer-

§. Ferners erregen sich. 66. Sed hoc intelligendum, respectu pœnæ banni, & quatenus accessoriè, cum citatione, ad videndum se declarari in pœnam banni, petuntur. Quòd si tamen principaliter petatur, qualificando causam auff die vier Fälle / vel aliæ Constitutiones pignorationum aut arresti coincidant, etiam sine clausula mandari potest. Vide Gylman. *Symph.tom.1.part.1.tit.3.vot.1.& 2.* & in decis. Cam. Imp. *lib.2.fol.744. in decis. varijs,* in fine operis. Exceptio.

14. Ratio horum est, quia absurdum esset, in causis levioribus, ad *tit.23.p.2.* Ord.Cam. quadrantibus, sine clausula mandare posse, non verò in causa fractæ pacis religiosæ aut profanæ; ut in pleno aliquando concluſum, teste refer. apud Gylman. *tom.1.p.1. tit.3. vot.1.* in causa Schweinfurt contra Würtzburg per tot. fol. (mihi) 207. *& praxi perquam vulgatâ & quotidianâ hodie munitum est.* Exceptionis ratio.

15. Notandum, quæ in §.13. dicuntur, de Mandatis S.C. in causis fractæ pacis, ita debere accipi: licèt factum tale sit, ut ad pœnam desuper agi, & Mandatum super fracta pace publica impetrari possit, si tamen dictum factum etiam in alia Constitutione fundari queat, & impetrans, ut Mandatum S.C.obtineret, potiùs illam viam, quàm priorem eligere vellet, tunc in ipsius arbitrio esse, an super fracta pace, vel ex alia Constitutione agere velit; quando enim ex alia Constitutione sese fundat, non ampliùs Mandatum super fracta pace publ. sed aliud, v.g. pignorationum &c. potiùs erit, nomen prius omittet, & secundum accipiet, sive, licèt supplicatio adhuc sub verbo, Mandati super fracta pace publica, facta fuerit, illud tamen in effectu naturam alterius Mandati assumet. Declaratio exceptionis.

16. Notandum præterea, in nulla constitutione, nisi super fracta pace publica, ad pœnam banni agi posse; Quòd si tamen Mandato simplici, sub pœna pecuniaria decreto, non pareatur, in arbitrio actoris est, an Mandatum arctius sub pecuniaria graviori, vel sub pœna banni petere velit. Solent quidem nonnunquam peti etiam Mandata ulteriora sub pœna pecuniaria graviori; Quia tamen dicta Mandata primùm ab aliquo tempore, durante bello, & quidem ea potissimùm de causa, contra stylum cæteroquin observatum, in usum venerunt, quòd ob ordinem Procuratorum pluribus annis sæpè suspensum, donec omnes attigerit, valde durum esse videbatur, Actorem semper gravari; quòd cùm dictus Ordo verò hodie singulis diebus quemlibet Procuratorum attingat, isque sua gravamina, quando vult, proponere Ad pœnam banni ex sola Constit. fract. pac. agitur.

potest, ideo ejusmodi Mandata ulteriora hodie vix solent extrajudicialiter decerni, sed Procuratori potiùs injungi, ut illa judicialiter proponat; durum namque videtur,& inconveniens, reo, postquam Exceptiones suas jam in judicium produxit, adhuc ulteriùs mandare; Vel enim dictæ Exceptiones relevantes sunt, vel non, si prius, per ulterius Mandatum injustè gravatur, sed potiùs Exceptiones examinari, & Mandatum cassari debet; Sin posterius, paritoria in ipsum ferenda potiùs erit, quàm novum Mandatum decernendum.

Factorum ad Mand. C. C. species III.

17. III. Species facti est, si judex in justitia administranda negligentem se præbuerit, Mynsing. *observ.* 82. *cent.* 5. *n.* 6. Gail. 1. *obs.* 28. *n.* 3. (quo casu Mandatum decernitur, si satis clarè appareat, & graves præsumptiones adsint, Judicem priorem justitiam non administrâsse.)

Causæ protractæ & deneg. justitiæ inter se distinguendæ.

18. Ubi notandum, causam protractæ justitiæ, & ejusdem denegatæ, inter se distinguendam esse: Priori casu, solent decerni Promotoriales, iisque reproductis, si administratio justitiæ interim facta non fuerit, Citatio super denegata justitia decerni: quod posteriori casu statim ab initio fieri solet, estque obligatus Judex prior, non obstante quocunque privilegio, (cùm casus denegatæ justitiæ, veluti æquitati contrarius, nullibi excipiatur) causam in eo, quo est Statu, ad Cameram mittere.

Ob justit. non admin. quandoque S. C. mandatur.

19. Sunt tamen, qui, in casu justitiæ non administratæ, Mandatum S. C. decernendum esse, arbitrentur. Vid. Frider. Mindan. *de Mandat. l.* 1. *c.* 54. *n.* 5. Et sanè, id quandoque fieri, ipsa praxis docet. Præter alia enim quamplurima præjudicia, ita observatum in causa Wedige contra F. Mandati de administranda justitia, & exequendis decretis; Est enim res mali & maximè scandalosi exempli, in administranda justitia negligentem esse,

Ratio.

ohne welcher Handhabung kein Reich oder Gubernament in der Welt immer bestehen kan/ sunt verb. *Recess. Imp. de Anno* 1603. §. **Wiehoch/und viel. ꝛc.** add. *Recess.* 1654. §. **Alsdann etc.** Et vero verius est, quod veteres dixerunt, paria esse, tardè justitiam administrare, vel planè denegare, Ruland. *de Comm. & com. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 20. *n.* 3. 4.

Judici inferiori c. cl. mandatur sentent. suæ executio.

20. Aliàs in Mandatis de Exequendo sententias, ab inferioribus judicibus latas, & similibus, de generali stylo & praxi verum est, Mandata regulariter cum clausula dari; Camera enim, teste refer. apud Meichsnerum *tom.* 3. *decis.* 22. *num.* 49. res ab inferioribus judicatas non, nisi per Mandata cum clausula, tuetur, ut maneat citatis latus cam-

campus impugnandi rem judicatam, & ne præscindantur exceptiones in executione adhuc admissibiles.

21. Sic in causa *Hohenlohe contra Senatum Colonienſem* Anno 1654. simplex, & ulterius Mandatum de exequendo cum, adhuc ulterius verò sine clausula decretum fuit, quamvis postmodum parti, contra quam executio petebatur, per sententiam concessum fuerit, nullitates & exceptiones contra judicata meliùs, & in specie probare. Eodem modo, in eadem materia, Mandatum simplex & ulterius cum clausula decretum in causa *M. contra F.* 18. *Julij*, 1655. qualia hodie sunt quotidiana. Quod exemplis firmatur.

22. Quod verò executionem sententiarum in Camera latarum attinet, ea non tantùm sine clausula demandari, sed etiam vigore Novissimi Recessus hodie executoriales statim ipsi sententiæ annecti solent, ubi distinctio inter executoriales, & Mandatum de exequendo benè observanda est. Per priores parti condemnatæ, sub certa pœna, paritio sententiæ injungitur; per posterius verò judici inferiori in causis appellationum, vel Principibus circularibus Executio, sumptibus circuli, (donec à victo restituantur) interim facienda, injungi solet. Sentent. verò Cam. executio S. C. mandatur. Differ. inter Executoriales & Mandata de exequendo.

23. Si tamen Judex prior latam à se sententiam omninò exequi nollet, & Mandato cum clausula desuper decreto, parere detrectaret, tum Mandatum quoque ulterius pro qualitate circumstantiarum sine clausula decerni, vel potiùs ad pœnam Mandati procedi poterit. Quando judici inferiori S.C. mandetur, suam sent. exequi.

24. De processu ex cap. protractæ justitiæ, notandum adhuc est: Cùm nuper admodum C. E. E. contra G. R. pro Mandato de administrando justitiam, supplicâsset, quòd literæ pro informatione, **Schreiben und Bericht**/ emanaverint; Postquam autem intra præstitutum tempus, informatio non fuit exhibita, dictum Mandatum in contumaciam decretum fuisse. Illô postea reproductô comparuisse citatos, & termini petiisse prorogationem, illamque novissima publicatione, 14. Decembr. 1687. sed sub solita comminatione, obtinuisse. Notabile de casibus protractæ justitiæ.

25. Porrò ratione denegatæ justitiæ observandum: Quòd in causis, ab inferiori Judice nondum decisis, plerumque pro citatione super denegata justitia supplicari soleat, ne Judici, partique adversæ præjudicetur, neve illis non integrum maneat, inculpationem abstergere, & jus suum deducere. Nihilominus & in decernenda hujusmodi citat. ob præsumtionem, quæ pro Judice inferiori militat, valde cautus esse Judex consuevit. Sic, cùm 13. *Septembr.* 1687. *in causa O. contra R.* Alterum de denegata justitia.

zu G. & B. pro citatione supplicatum fuisset, & implorans se ad juramen. perhorrescentiæ obtulisset, hujusmodi decretum d. 9. Novemb. ejusdem anni consecutus est: **Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern / woferne** Supplicant **die angegebene** denegationem justitiæ **besser / als geschehen / und der Gebühr nach / darthun und erweisen wird / solle ferner ergehen / was recht ist.**

Species IV. de fuge non suspecto in carcerem rapto.

26. IV. Species est, si quis de fuga *non suspectus*, ex causa civili, vinculis teneatur, nec relaxetur, etiamsi pignoribus vel fidejussoribus cavere paratus sit. Gail. *lib. 1. observat. 22. num. 8. & observat. 26. num. 2.* Vide Symphor. Gylman. *tom. 2. p. 2.* ibique resolutiones Dnn. Cameralium *post vot. 51. num. 6. & Recess. Imp. de Anno 1600.* §. **Auch haben wir** &c. 58.

Fugæ suspectus detinesi potest.

27. Qui enim *fugæ suspectus* est, meritò tàm diu detinetur, donec illud, quod ab illo prætenditur, solverit, ita, ut nec cautio, quamvis idonea, arrestum tollere possit, ob difficilem principalis excussionem; quòd si tamen vel sufficientia pignora darentur, vel fidejussores dictæ excussioni renunciarent, tum non minùs, quàm in aliis casibus, Mandatum de relaxando C. C. decerni poterit. Annectitur prætereà hoc loco, *Ex Causa Civili*; qui enim ob delictum detinetur, nullo modo cautione sese liberare poterit.

Species V. De captivis ob causam civilem ad præstit. urphed. relaxandis.

28. V. Si quis ob causam civilem vinculis detentus, se præstito juramento securitatis (Germanicè **eine geschwohrene Urfehde** / vigore cujus promittitur, captivum pœnam Carceris, neque contra partem, neque contra Judicem vindicaturum esse) relaxari petat, idque à Magistratu vel Domino territorii obtinere non possit. Gail. *lib. 1. obs. 22. n. 8.*

Exemplum.

29. Sic cùm superioribus annis Nobilis in itinere à tribus Equitibus aggressus, & in vicinam sylvam deductus, ex timore majoris periculi Sclopeto unum trajecisset, desuperque in Arce quadam detentus fuisset, at aliter dimissus non fuit, nisi extraditis priùs reversalibus, in quibus non tantùm captivus, sed etiam E. T. fub fide juramenti promittere debuerunt, se pœnam Carceris, neque erga dictos Equites, neque etiam erga ipsum P. vindicaturos esse.

Species VI.

30. VI. Si tertius aliquis, tempore executionis, bona proscripti vel Banniti possideat, quæ jure obligationis aliove quolibet titulo justo vel injusto occupavit. Gail. *de pace publica l. 2. cap. 17. num. 13.* (Qui casus, ut benè percipiatur, ex supradictis, ad titul. *de fract. pac. public.* notandum est, factâ proscriptione alicujus, bona primi occupantis

pantis fieri, ita tamen, si alius jure obligationis, vel alio quovis modo desuper aliquid prætenderit; quòd illi vel satisfieri debeat, vel in vim solutionis, dicta bona præscripti extradenda sint.)

31. VII. Si Judex sententiam antè ferre nolit, quàm partes appellationi renunciaverint. Meurer. *part. 3. n. 7.* Species VII.

Hæc, inquam, factorum genera sunt, in quibus Mandata cum clausula in Camera impetrantur; sed plura sunt, quæ usus docebit.

32. Noveris tamen, Mandata cum clausula (*generaliter loquendo, quia in arbitrio judicis est, pro qualitate circumstantiarum, dare Mandata S.C.*) in Camera non decerni, nisi in causis ad Cameram suâ naturâ pertinentibus, & jurisdictione Cameræ, quoad reum, immediatè fundatâ. *Ordin. h.t.* vers. **Und in Sachen/und zwischen ꝛc.** Vide Gail. *l. 2. observ. 19. princ.* Mandata c. clausula, *ait Gailius*, nunquam decerni possunt, nisi jurisdictio Cameræ, quoad reum, immediatè fundata sit; & illud pro certa regula accuratè observandum esse, *addit*: sed fallere, si non principaliter, sed accessoriè unà cum aliis processibus, qui jurisdictionem Cameræ fundarent, ut in causis fractæ pacis, pignorationum & similibus, petantur; quo casu, hujusmodi Mandata, tanquam accessoria, sequuntur naturam sui principalis. Mandata C. C. non decernuntur, nisi jurisdictione immediatè fundatâ, quoad reū.

33. Memineris, inquam, Jurisdictionem Cameræ in Mandatis C. C. decernendis fundatam non esse, si reus primæ instantiæ privilegium habeat, & contra Judicem Cameræ excipiat, quo casu Mandatum cum clausula impetratum cassari solet; At secus in Mandatis sine clausula, in quibus privilegium primæ instantiæ, *qualecunque illud sit*, locum non habet; neque impetranti exceptio incompetentiæ cum effectu objici posset. Vide Frid. Mind. *de process. lib. 2. c. 8. n. 2.* (idem jam supra dictum *tit. 4. & hoc tit. 12. §. 7.*) Jurisd. fundata non est, contra reum primæ instant. privilegio gaudentem.

34. Quamvis enim, regulariter loquendo, sub privilegio primæ instantiæ intelligatur privilegium Austregarum; hoc tamen loco generaliter, & pro quovis privilegio sumitur, quod Statibus, qui primam Instantiam habent, concessum est, qualia sunt, privilegium de non evocando, avocando, electionis fori &c. Quid hîc intelligatur per privil. I. Instantiæ?

35. Ubi sciendum, electionis fori privilegium antehac in usu non fuisse, sed demum per *Instrum. Pacis Westphal. Cæsareo-Suecicum, art. 10. & 12.* introductum, & Coronæ Sueciæ in eodem, utì & pòst Ducibus Brunsuicensibus concessum esse, vigore cujus in arbitrio conventi est, utrùm in Camera vel Aula Imperiali respondere velit, ita tamen, Electionis fori privilegium quis habeat.

ut se intra spacium duorum mensium declarare debeat, & nisi hoc fecerit, electionem amittat: prout Anno 1658. in causa **Vietzdumb** contra *Augustum Ducem Brunsuicensem & Lüneburgensem*, Mandat. cassat. & inhibit. S. restitut. cum clausula; processus in Camera non tantùm decreti, sed etiam, quia ex post facto Dn. reus non responderat, paritoria in contumaciam, salvo tamen in aliis casibus ipsius privilegio, lata fuit.

Absoluto de Mandatis cum clausula argumento, progrediendum est ad Mandata S. C.

Factorum ad Mand. S. C. sunt quatuor genera. die vier Fälle.

36. Factorum autem, in quibus Cameræ jurisdictio, quoad Mandata sine clausula decernenda, fundata est, quatuor genera in Ordin. h. tit. ponuntur, quæ vulgò *quatuor casus*, & inde Mandata *super quatuor casibus* appellantur.

Mandata S. C. frequentissimè in Camera flagitantur.

37. Ubi omninò notandum: Quòd super hoc titulo indies atque indies processus flagitantur, & ut Austregarum anfractus eviteutur, processusque accelerentur, causidici omnes, si quâcunque ratione vel viâ possunt, ad præmissos casus libellos supplices accommodant. Factum autem scandalosis vel exorbitantibus excessibus, aut aliis in hac Constitutione requisitis qualitatibus optimè infarciant, necesse est.

facta omnia enumerari nequeunt.

38. Sciendum tamen est, facta, sive casus plures esse, id quod *Ordin. h. tit.* vers. **Und sonst andern Fällen** innuit, & omnia facta, in quibus Cameræ Mandata sine clausula decernere licet, recenseri non posse, *Recess. Imp. Anno* 94. *Ratisbon.* §. **So sol auch zum fünfften.** 86.

Judicis arbitrium circa facta, quæ narrantur.

39. Quis enim omnes casus, jure prohibitos, enarrabit, quis metietur utilitatem publicam, quæ infinita est, quis divinare poterit moræ periculum? Judicis discretioni & arbitrio, pro contingentiis factorum, hæc & alia sunt relinquenda, ut eleganter in hanc rem loquitur referens apud Gylman. *Symphor. tom. 2. p. 3. tit. 1. num. 19. & seqq. in resolut. in fine subnexis.* vide Rosacorb. *pract. forens. cap. 28. num. 5.* Gylman. *d. loc. & tit. 3. seq. suppl. 1. in vot. item lib. 1. rer. judicat. Cam. decis. 38. num. 4.*

Factorum genus I. quod nullo jure justificabile.

40. Primum genus factorum, in quo ordinatio, Mandatum sine clausula decernendum esse, statuit, est, si tale factum sit, quod omni jure, vel de consuetudine prohibitum sit, & tale, quod nullo jure justificari queat. *Ordin. h. t.* vers. **Die Handlung an ihr selbst von Recht.** Gail. *lib. 1. observ. 1. num. 5. & observ. 13. num. 3.*

Genus II. factum irrecuperabile damnum inferens.

41. Alterum genus est, si factum tale sit, ut irrecuperabile damnum inferat. *Ordin. ibid.* **Ein solch Beschwerdt. ꝛc.**

42. Ter-

42. Tertium est, si factum sit contra Remp. & ad publicam perniciem tendat. *Ordin. ibid.* vers. **Die Sach wider den gemeinen Nutz.** III. Factum contra rempublicam.

43. Quartum est, si res moram ferre nequeat, *Ordin. h. tit.* vers. **Oder keinen Verzug**/ veluti, si novum opus fiat, & ex Edicto nunciationis operis novi agendum, quo casu Camera Mandata sine clausula super nunciatione novi operis, decernit, tantisper tamen, donec reus cautionem de demoliendo, ut juris est, præstet. *Memor. Visit. Anno* 79. §. **Ferners.** Cisner. *ad tit.* 13. *Ord. fol.* 341. Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 30. *& obs.* 13. *n.* 3. IV. Factum quod moram non ferat.

44. Videatur idem Gail. 1. *de pac. publ. c.* 5. *num.* 10. ubi septem factorum genera recenset, in quibus Camera Mandata pœnalia S. C. decernere possit. Primum esse dicit, si subsit justus armorum timor. Secundum, si res spectet ad seditionem & tumultum. Tertium, si scandalum præbeatur. Quartum, si quid contra rem, sive utilitatem & pacem publicam fiat. Quintum, si damnum irreparabile inferatur. Sextum, si sit periculum in mora. Septimum, quotiescunque aliquid fiat, omni jure consuetudineve reprobatum & prohibitum, vel factum tale sit, ut nullo jure comprobari queat, & in quo alterâ parte præsente & invitâ Judex decernendi facultatem haberet. *Ord. d. t.* 23. vers. **Ohne vorhergehende Erkäntnüs.** Quæ tamen cum quatuor illis, supra enumeratis, si attentiùs rem consideres, conveniunt. Gailius VII. factor. recenset genera.

45. Notandum: Sub verbis, *Ordin. P.* 2. *tit.* 23. **Ohne vorhergehende Erkäntnüs etc.** facta potissimùm intelligi illa, ratione quorum nulla prorsus de jure datur exculpatio, ita, ut si pars adversa ipsamet præsens esset, injustitiam facti confiteri deberet; Multi proinde sunt, qui putant, tunc non esse factum qualificatum ad hunc tit. quando quis alia de jure remedia habet, quibus sibi consulere potest, si scil. ea coram judice ordinario proponat. Verb. Ord. Ohne vorgehende Erkäntnüs/ quid indicent?

46. Exempla istiusmodi factorum, ad Mandata S. C. qualificatorum, sunt in pignorationibus, Arrestis & repressaliis. *Recess. Imper. Anno* 70. *Spiræ.* §. **Wann auch die Arresten.** 85. Exempla factorum der vier Fälle.

47. Item, si quis alteri vim publicam minetur, aut inferre in animo habeat, quo casu tamen Jurisdictio Cameræ fundatur, si tales minæ sint, quæ ad effectum productæ pacem publicam turbare possint. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. c.* 2. *n.* 11. *&* 12. *& obs. lib.* 1. *obs.* 4. *n.* 1. II. Comminatio vis publicæ inferendæ.

48. Item, si Mandatis cum clausula, vel decretis atque sententiis Judicii Cameralis, *vel aliorum*, paritum non fuerit, Gail. *lib.* 1. *obs.* 26. III. Si Mandatis C. C. non pareatur.

n. 6. (Siquidem sententiæ aliorum ad Cameram per appellationem devolutæ confirmentur ; aliàs enim non , nisi Mandata cum clausulâ primò decernuntur , ut suprà dictum , §. 20. *h. t.*)

Quod etiam in causis fract. pacis obtinet.

49. Quamobrem, etsi Mandata sine clausula regulariter non decernantur, in causis fractæ pacis, *Recess. Imp. Anno* 94 §. Ferner erregen. 74. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. c.* 5. *n.* 19. vid. §. 13. *h. t.* decernuntur tamen, si Mandatis cum clausula decretis, partique insinuatis, & in judicio reproductis, non pareatur, & arctiora postulentur. Gail. *d. c.* 5. *n.* 24.

IV. Si Commissarius non expediat commissionem.

50. Item , si quis Commissarius in Camera nominatus & constitutus (intellige ad certum quoddam negotium , v. g. transsumptionem Instrumentorum, depositionem testium, confectionem Inventarii, &c. Camera namque, ut supra insinuatum, integros processus aliis delegare non solet) Commissionis negotium non expediat,ut præjudicia extant.

V. Sævitia Domini in subditos.

51. Item, si Princeps aliquis vel Dominus in suos subditos nimium sæviat , eosque , insolitas operas præstare , cogat ; vel turpiter illos emungat & deglubat. Gail. *lib.* 1. *observ.* 17. (Quo casu solent plerunque decerni Mandata cassatoria , inhibitoria , item de non gravando subditos , ultra servitia consueta.)

Quo casu Mandata non facilè decernenda.

52. Non autem debet esse Judex facilis in decernendis hujusmodi Mandatis sine clausula , præsertim ad instantiam subditorum contra Dominos, ne fiduciâ talium Mandatorum fiant contumaces & refractarii : & quia in dubio præsumptio est pro Magistratu , imò Mandata sine clausula subditis contra Magistratus,inauditâ eorum informatione, non debent decerni. Den. *Mand. S. Clauſ.* 182. *n.* 5.

Literæ informatoriæ præmittantur, si subditus contra Magistratum supplicet.

53. Notandum : Processus in genere subditis aut civibus contra proprium Magistratum , nisi præmissis literis informatoriis , vulgò Bericht-Schreiben/ non esse decernendos, cautum est in *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. Benebens sollen ꝛc. 99. Sed an hoc etiam in appellationibus valebit , si scilicet subditus à sententia sui Magistratus appellat? Quod negandum , cùm hi processus , non directè , sed saltem per obliquum Senatum seu superiorem attineant, *Recess. Imper. d. loc.* §. 100. &c. Nisi forsan,ratione privilegii (de non appellando,vel etiam, ratione solennium præstandorum) Magistratus Interesse coincidat. *dict. Recess.* §. Schließlich. 117.

Quod in appellationibus non obtinet.

VI. Monopolium.

54. Si quis Monopolium exerceat, contra Imperii Constitutionem *Augustæ Anno* 1548. publicatam.

Monopolium quid?

55. Monopolium autem institui dicitur, si Princeps aliquis, vel simi-

similis potens Status, venditionem rei alicujus, v. g. Vini, cerevisiæ, frumenti, salis, sibi soli addicat, & divendat aliis; vel etiam, si privatus tempore famis vel belli, omnia magno pretio emat, ut deinde lucrum ad ipsum solùm perveniat; Sed tritum est adagium, in Germania & Romano Imperio, ampliùs non dari, Monopolia, & Perjurium; quibus aliqui tertium, Simoniam, addunt, veluti, quæ hodiè passim publicè practicantur.

56. Invissimus Imperator LEOPOLDUS I. *in Capitulatione*, §. **Wir sollen und wollen auch.** 20. cavit, se omnia Monopolio deservientia privilegia abrogaturum, nec ulla imposterum concessurum. Quòd si à privatis, aut Statibus quicquam huic contrarium emergat, Fiscalis vel ex officio, vel imploratus se intromittit. Quid de illis cautum in Capitul. Cæs.

57. Si naufragium passo merces & bona navi vecta auferantur, ut in quibusdam Germaniæ locis fieri consuevit. Gail. *l.* 1. *observ.* 18. Qualem consuetudinem prætendunt, non tantùm Electores, sed aliqui etiam Principes ad Rhenum. Quia tamen hujusmodi consuetudines corruptelæ potiùs sunt (vid. omninò *Constitut. Crimin. Carol. V. cap.* 219.) Camera semper in contrarium Mandata cum vel sine clausula, pro qualitate causarum, decernit. VII. Ablatio bonorum naufragium passi.

58. Si Magistratus Mercatoribus aut aliis, per territoria ipsorum transeuntibus, & securitatem publicam, sive salvum conductum postulantibus, deneget, ut præjudicia in Camera extant. VIII. Salvi conductûs denegatio.

59. Occasione hujus salvi conductus, (qui tamen valde negligenter præstari, nullique, cui in itinere aliquid ablatum fuit, restitutio fieri solet) plurimæ in Imperio, non tantùm inter Principes, sed etiam alios Status, præsertim Civitates, oriuntur differentiæ, scil. **wegen der Geleits Gerechtigkeit** / quam sæpè unus in alterius territorio prætendit; Contentionum autem potissima ratio est, quòd nonnulli Principes, si illud consequantur, etiam alios effectus juris territorialis sibi attribuere velint. Plurimæ sunt in Imperio de jure conducendi controversiæ.

60. Si quis subditos alicujus tertii & innocentis, prætenso jure belli incarceraverit, quemadmodum Mandatum decretum est in causa N. N. tutoribus constitutis pupillorum N. N. 25. Aprilis, Anno 91. IX. Subditorum alterius incarceratio.

61. Si quis Judæos foveat, qui non sit Status Imperii, neque privilegiatus, uti decretum est in causa **Cassel** contra **Crailsheimb** Mand. S. C. **die Abschaffung der Juden betreffend** / 10. *Januarij Anno* 1580. Gylman. *præjud. Cam. tit. Mandata sine clausula. p. m.* 191. X. Judæorum receptio à mediatis facta.

XI. Bonorũ litigiosor. alienatio.

62. Si quis bona litigiosa alienare conetur, ut decretum est 9. Febr. Anno 80. & 3. April. Anno 90.

XII. Præclusio accessus ad captivũ.

63. Si cuipiam aditus ad captivum aliquem præcludatur, ut decretum est, in causa N. contra N. 27. *Augusti*, *Anno* 86. quo casu solent decerni Mandata de concedendo libero, ac- & recessũ.

XIII. Attentatum contra rem judicatam.

64. Si quis contra rem judicatam aliquid attentaverit, ut decretum est in causa Civitatis Tull contra Episcopum ibidem. Gylm. *dict. tit. & pag.* 191.

XIV. Turbatio contra sententiam Cameralẽ.

65. Si quis turbetur contra sententiam in Camera pronunciatam, quemadmodum decretum est N. N. contra N. N. Anno 1591. Dantur enim hoc in casu, Mandata de non contraveniendo rei judic. S.C. quale decretum fuit, in caus. G. contra I. d. 24. Nov. 1658.

XV. Si captivi sistendi sint.

66. Si captivi sistendi atque exhibendi fuerint, ut decretum est in Camera N. contra N. Anno 1588. 4. Octobr. vid. Schvvanem. *obs.* 125. *n.* 13.

XVI. Contra edictum monetale pecuniæ expensio.

67. Si pecunia contra Edictum Imperii de monetis, & contra tenorem Instrumenti obligationis, expendatur, ut decretum est in causa N. contra N. 12. Septembris, Anno 1588. Gylman. *dict. voc. Mandata.* §. *Mandata S. C.* erkandt / wann Geld etc.

Quid contineat Edictum monetale.

68. Illud Edictum (quod publicatum Anno 1559.) nominatur das Müntz-Edict; in quo certus monetarum pes (quem vocant) præscriptus, & suus cuilibet speciei valor statutus est. Adde: *In Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. Sovielmm. 152. provisum esse, ut in mutuo quinque pro 100. loco illius, quod interest, stipulari liceat: Ast, si ultra quinque aliquis fuerit stipulatus, processus ipsi, contra debitorem suum non aliter decerni, nisi pacto usurario priùs renunciaverit. Vide *infr. hoc tit.*

Pacto usurario renuntiandum.

Pecunia mutua reddenda est in valore, quo fuit accepta.

69. Si pecunia in eo, quo data est, valore non velit recipi, Camera decernit Mandata sine clausula de recipiendo solutionem juxta valorem, in quo pecunia fuit tempore contractus, nec ultra gravando, uti factum in causa Lötsch contra Löwern / 4 Octob. Anno 1626. Ohlhausen contra Heylbrunn / 25. Octob. Anno 1625. Fincken contra Wiedmayer / 21. Maji, 1630. *quæ omnia quotidiana sunt.*

Camera semper ad diem Contractûs respexit.

70. Ratio horum est, quia Camera ab immemoriali tempore ab Anno 1494. quo primùm fundata est, usque huc, in casibus mutui æquè ac annuorum redituum semper respexit ad diem Contractûs; Sic anto seculum, & ultra pronunciavit in causa Quetting contra Borgens/

11. Decembris, Anno 1531. & in causa **Pastor** contra **Gülich** / 27. Febr. 1551. nec hactenus ullum præjudicium reperiri vel extare puto, quo tempus solutionis respexerit. Inter alia quàm plurima, novissimum ejus rei est præjudicium, in causa **Kerckring** contra **Bromsen**/ *de die 7. Julij Ann.* 1658.

71. Eodem modo, si contra Edictum monetale in confusione illa monetariâ de Annis 1619. 1620. & 1621. creditori in phantastico & excessivo valore, creditum fuerit obtrusum, nec debitor defectum justi valoris supplere velit, Camera per Mandata pœnalia S. C. mandat, **Allen Mangel und Abgang / an Zinsen und Haupt-Summ / in guten groben unverschlagenen Sorten / in dem** Valor **und Werth / wie sie zur Zeit der Verschreibung oder** Contracts **gewesen / nachzutragen /** quæ itidem hodiè quotidiana sunt.

Quid juris, si pecunia mutua in excessivo valore reddita?

72. Si bona ejus, qui sibi ipsi manus intulit, confiscentur, ut decretum est in causa N. contra N. 12. Septembris. Bona namque hoc casu non sunt confiscabilia, sed proximis Agnatis tradenda, argum. *Auth. Bona damnatorum. C. de bonis proscript.*

XVI. Confiscatio bonorum αὐτοχέιρος.

73. Si quis ad tribunal extraneum & alienum, ex ordinario suo foro avocetur, ut decretum est in causa N. contra N. Anno 98. *Scil. extra Imperium* &c. quo casu plerunque decernuntur Mandata cassatoria, inhibitoria, unà cum citatione ad videndum, se incidisse in pœnam violatæ Jurisdictionis Imperii. Intellige, in actionibus personalibus: Quin enim actione reali, ratione bonorum extra Imperium sitorum, quis ibi conveniri possit, dubium non est, ut jam supra monui. *Tit. de caus. fiscalib. §. XI. Si quis alium.*

XVIII. Evocatio ad Tribunal extraneum in personalibus.

74. Si quis testis in judicio nominatus, testimonium dicere nolit, Gail. *lib. 1. observ. 98.* Neque habeat justas exceptionis causas.

XIX. Si quis testimonium dicere nolit.

75. Si contributiones Turcicæ non solvantur, Mandata sine clausula ad pœnam dupli decernuntur: nisi tamen cum clausula petita fuerint, aut alia justa causa subsit. *Consult. Cam. Anno* 83. Den. *Mandata sine clausula §. 6.*

XX. Si contribut. Turc. non solvantur.

76. Atque illa dupli pœna, in *novissimo Imperij Recess. Anno* 1654. etiam, ratione morosorum in importandis Cameræ solutionibus, statuta quidem est, in usum tamen tardè admodum venit, nimirum 1. *Julij Anni* 1666. quò, post plures paritorias susque deque habitas, tandem dictata fuit, sed illis tantùm, qui planè nihil contulerant, add. supra tit. VII. de caus. Fiscalib. §. x. *Si quis Imperij.*

Pœna dupli imminet morosis in solutione sustentationis Cameralis.

Contributiones Turcicas quis cogat.

77. Solent autem contributiones Turcicæ hodiè non à Fiscali Spirensi, sed potiùs à Viennensi urgeri, ita tamen, ut contra morosos uterque, accepto desuper Mandato Cæsareo, agere possit, quinimò executio ratione eorundem, Quæstori Imperii, dem Reichs-Pfenningmeister / demandari plerunque solet.

XXI. Si Judex ordinat. electus, judicare recuset.

78. Si quis Judex, secundùm Ordinationis legem, electus, judicium non suscipiat, ut decretum est *in causa Civitatis R. contra B.* quanquam etiam ex capite denegatæ justitiæ hoc casu agi in Camera queat, ut præjudicia extant. Frider. Mind. *cap.* 54. *n.* 5. Sed Mynsing. *observ.* 82. *cent.* 5. Gail. *obs.* 41. *lib.* 1. Mandatum cum clausula decernendum esse arbitrantur. Diversitatis rationem adsignat ibidem *Frid. Mindan.*

XXII. Si litis persecutio impediatur.

79. Si quis alterum in persecutione litis impediat, ut decretum est in causa Hilckenhausen contra Consulem & Senatum Bremensem. Frid. Mindan. *c.* 29. *l.* 2. Quo casu decernitur Mandatum de non impediendo prosequi litem S. C.

XXIII. Arborum frugif. excisio.

80. Si arbores frugiferæ excidantur, & Sylvæ vastentur. Idem *lib.* 2. *c.* 39.

XXIV. Si filia patri, tutoribus pupilli non exhibeantur. Duo alii casus.

81. Si filia patri non exhibeatur, aut pupilli tutoribus non exhibeantur, ut præjudicia Cameræ annotavit. Idem Mindan. *lib.* 2. *c.* 12.

82. Sic, ubi leprosus sanorum consortium evitare, & emigrare noluit, Mandatum fuit decretum S. C. ut constat ex *Vot.* 114. *apud Caspar. Klock.* item, si subditi nolint præstare die Erbhuldigung / vel similia à subditis præstanda. Vid. præjudicia per Thom. Merckelbach. *Tom.* 1. *consil.* 17. *num.* 5. *conf. Klockij* allegata, & de tota hac materia, Mindan. *de proceff. lib.* 1. *&* 2. *per tot.*

De novis teloniis quis judicet?

83. De novis teloniis, sine concessione IMPERATORIA, & Consensu ELECTORALIS Collegii erectis, & quomodo Camera in hoc causarum genere processus decernere possit, vide novissimè *Invictissimi Imperatoris Leopoldi Capitulationem, artic.* 21. *&* 24. In qua tamen nihil novi hac de re continetur; Siquidem jam in prioribus aliquot Impp. Capitulationibus provisum, ut ratione teloniorum novorum Camera non, sed Imperator solus judicet, licèt Status contra Electores, dum ejusmodi leges cæteris Principibus maximè contrarias Imperatori præscribunt, semper magis magisque insurgere videantur. *Huc repete dicta supra tit.* 1. §. 9.

XXV. Si debitor. In-

84. Denique factum, in quo Mandatum sine clausula decernitur,

est,

est, si debitor creditori, cui vigore Instrumenti guarentigiati obligatus tenetur, non satisfecerit; ut multa in Camera præjudicia sunt. strumento guarentigiato obligatus, non solverit.

85. Dicitur autem *Instrumentum guarentigiatum*, quod in se continet clausulas executivas, **mit/ oder ohne Recht** / virtute cujus Creditori potestas datur, creditum suum, sive de jure, seu etiam facto ipso persequendi: Et licèt hæc verba in specie obligationi inserta non sint, idem tamen jus erit, si per alia æquipollentia hoc fiat, *Vid. concept. Ordinat. tit.* 25. §. 5. *&* 6. *part.* 2. Nihil enim improbè fit, si executivè contra hos procedatur, qui per clausulas, ad id opportunas, ultrò se viæ executivæ submiserunt, de quo passim in *Deput.* **Abschied** *de Anno* 1600. §. **Ob auch auff** Obligationes &c. 34. & seqq. Instrument. guarentigiatū quid?

86. Guarentigia verò nihil aliud est, quàm præceptum, factum per Notarium, de Instrumento rogatum à partibus, ut observent in Instrumento contenta: Et dicitur guarentigia, forsan à guardia, quod Tuscis & Lombardis custodiam atque securitatem significat, quia per talia Instrumenta pacta plenius serventur. Vide Colerum *de process. execut. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. *& seqq.* Alii derivant à verbo guarentare, quod idem significat, quod securum reddere sive cavere. Vide Menoch. *de arbitrar. judic. quæst. casu* 17. *num.* 5. *& casu* 105. *num.* 41. Petrum Rebuff. *in Constit. reg. de literis obligatorijs, num.* 13. ubi Instrumenta hæc guarentigiata appellat, & eadem esse docet, quæ confessionata: & Instrumentum guarentigiatum dicit à Garentigia derivari, quod Italis idem quod firmum significet. Quid guarentigia? Unde dicta videatur.

87. De guarentigiato Instrumento quotidianam quæstionem annectere lubet. Si contineat illud, **daß ein Gülden Geldes mit** 20. **Gülden erkauffet/ wiederum mit** 20. **Gülden Geldes möge abgelöset werden**; An per hæc verba, **Gülden Gelds** / intelligatur aurum vel moneta usualis, **Gold/oder Müntze**? Respondet Mynsing 1. *observ.* 65. si adjecta verba inferunt sensum usualium florenorum, **guter Gülden**/ quòd debeantur 15. bacii, vel 60. crucigeri, pro floreno: sin ponderalium, **wolgewichtiger Gülden** / quòd debeatur florenus in auro, **Goldgülden** / maximè, si illa vulgaris & consueta clausula fuerit inserta, **gut von Gold / schwähr von Gewichte.** Mynsing. 5. *obs.* 83. *n.* 2. Quæstio de Instrumento guarentigiato, circa valorem pecuniæ.

88. Quid si verò valor ejus auctus vel imminutus sit, cujus erit lucrum vel damnum? Creditoris esse, docet Gail. 2. *observ.* 73. *num.* 9. idque judicando secuta est Camera, *in causa* **der Elend-Herberg zu Straßburg** contra **Herrn Bischoffen daselbsten**/ 27. Octobr. 1606. Ejusdem argumenti.

cum

cum infinitis. Et rationem habet, quia pecunia mutuò data, in eadem monetæ ſpecie eſt reddenda, ſive ejus valor creverit, ſive decreverit. Curt. Seni. *in L.* 3. *D. de reb. cred.* Bart. *ad L.* 101. *D. de ſolut.* Aliud tamen dicendum, ſi data moneta tempore ſolutionis non reperiatur ampliùs; tunc enim in nova moneta, quæ in antiquæ locum ſucceſſit, fieri poteſt ſolutio; dummodo non fiat ad extrinſecum novæ monetæ valorem, ſed intrinſecam antiquæ bonitatem, **an dem Schrot und Korn / wie ſie iſt außgeliehen worden.** Per alleg. Gailii, *dict. obſ.* 73. *num.* 7. *&* 8. Nec nocebit Creditori, licèt annuas præſtationes in extrinſeco novæ valore, per multos annos accepiſſet; ſiquidem in iis nulla, niſi in ſingulos annos datur præſcriptio. *L.* 7. §. *ult. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. Dd. in L.* 1. *C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcr.* & totus contractus potiùs in debitoris, quàm Creditoris gratiam eſt initus; ita ut nova moneta potiùs illi, quàm huic nocere debeat. Per *L.* 5. §. 2. *commod.* §. 2. *Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.*

In debitis liquidis, Mandatum an citationem impetres, hodie parum refert.

89. Hic tamen pro *cautela multum ſingulari* notandum: In debitis liquidis & confeſſatis, *de ſtylo & jure hodierno*, parum intereſſe, num Mandatum, vel nudam citationem impetrem; quia condemnatoriis ſententiis, in omnibus citationis & appellationis proceſſibus, executoriales ſtatim annectuntur, uti ex *Receſſu noviſſ. de Anno* 1654. §. **Damit auch.** 159. conſtat.

Ratio. Aſſertionis illius demonſtratio.

90. Sic, quando debitorem liquido & confeſſato debito mihi devinctum habeo, impetro citationem, & obligationis Inſtrumentum, loco probatorialium, cum oblatione, me narrata citationis loco libelli repetiturum, adjungo: factâ horum omnium inſinuatione, citato in primo reproductionis termino reſpondere incumbit; *qui in liquido & confeſſato debito*, nihil adeò relevans excipiendo proferre poterit, quin ex parte Actoris, contradictione extemporaneâ, generali aut ſpeciali præmiſsâ, in primo ſtatim termino ſubmittatur. Dehinc obtentâ ſententiâ *& executorialibus* ſimul, ad paritionem proceditur, prout in mandatis. Atque iſte modus, ſi alium uſum non haberet, ad hoc tamen conducit, ut aliquatenus parcatur ſumtibus, qui in redimendis Mandatis ampliores ſunt. Procedit hæc cautela adverſus Civitates, & illos, qui Auſtregarum beneficium non habent, indiſtinctè: adverſus reliquos, Auſtregis gaudentes verò, ſi clauſula, Auſtregarum vel primæ inſtantiæ renunciatoria, obligationi inſerta ſit.

Mandata citationibus ſumtuoſiora ſunt.

Plura factorum genera, in quibus Mandata S. C. decernuntur, praxis docebit, & ſuppeditabit, 91. Sed

91. Sed an super obligationibus & obligationum Instrumentis, quæ non dirigantur expressè ad punctum executionis, statim in Camera instituendæ, omissô aliô processû vel judiciô (quo casu dubium non est, cæteris paribus, vide Gail. *lib. 2. de P. P. cap. 2. num. 26.*) sed alias generales & prægnantes clausulas contineant, Mandata sine clausula decernenda sint, & ab executione processus inchoandus? Quæstiones dubiæ circa Mandata S. C. in causis debiti decernenda.

92. Multum & variè de hac quæstione in Camera disputatum est, diversaque præjudicia fuerunt; Quæsitum enim est, *primò*: Si clausula executionis, illicò in Camera sine ullo ordinario processû suscipiendæ, in obligationis Instrumento expressè quidem posita reperiatur, non tamen universaliter, & pro libitu, sed in specie tantùm ad bona hypothecata dirigatur, ita, ut liceat Creditori, in eventum illa occupare, & statim viâ executivâ per Judicium Cameræ eorum possessionem apprehendere, vel sibi ipsi pro arbitrio ex illis satisfacere, an Mandata S.C. decernenda sint? Etsi quibusdam visum fuerit, hoc casu statim solutionem sine clausula mandari posse, cùm videatur Creditori id, quod plus est concessum, rei scilicet (quæ haud dubiè majoris sit pretii) incumbere, eamque quasi vendicare, imò sibi ipsi eâ ratione satisfacere, quo ipso conditio debitoris durior redderetur. Quæstio I.

93. Attamen communior opinio fuit, hoc casu Mandata de solvendo, non in personam, sed tantùm in rem & bona hypothecata dirigenda esse; (*hoc generaliter ita intelligendum est, quòd in dubio magis oporteat decernere Mandata in rem, quàm in personam; Mandata enim de solvendo semper sunt in personam, non in rem, ut proinde in textu pro solutione in genere sic dicta intelligatur.*) I. Quia hæc via executiva sit, & propterea strictè intelligenda, & hoc in vera executione, & re judicata semper observandum, quòd in ea variare, vel, re certâ aliquâ cuipiam adjudicatâ, contra personam directò procedere non liceret. II. Quia omnibus circumstantiis in hoc casu ponderatis, executio directò contra personam, & ejus factum tendens, multis modis difficilior debitori futura, & propterea invitus ea onerandus non sit. Hâc enim ratione, si nimirum in personam executio dirigatur, non solùm pœnæ simplicium, *sive pecuniariæ Mandatis inseri solitæ*, & postea, *decretis arctioribus*, banni (quod omnium extremum gravamen inferret) damnum atque periculum illi subeundum esse, quorum neutrum debitori facilè metuendum, si executio tantùm ad bona hypothecata dirigeretur, verùm etiam debitoris conditionem Opinio Cameræ communior.

tionem meliorem futuram esse, si non præcisè ad certum factum solutionis compelleretur, sed creditori tantummodo bona occupare, & ex illis sibi satisfacere liceret; eo tamen modo, prout juris esset: neque, qui bona haberet, is illicò pretium illorum innumerata pecunia integrum habere posset. Vid. *Resolut. Cam. dub.* 14.

Sanctio pragmatica.

94. In hac quæstione Deputati Imperii secundam opinionem Cameralium approbârunt, ita tamen, si Jurisdictio Cameræ per pactum prorogata, aut aliàs fundata fuerit. *Spiræ An.* 95. *Vide Recess. Imp. Anno* 1600. *Spiræ.* §. Ob auch auff Obligationes &c. 34. Ubi pragmatica sanctio est, ex pacto, seu clausula Instrumentorum, ut liceat bona seu hypothecam citra processum ordinarium per viam executionis in Camera rectà persequi, non de solvendo, nec in personam, sed in rem duntaxat Mandata decernenda esse, iis tamen casibus, in quibus Jurisdictio Cameræ fundata fuerit.

Sæpè debitori levius est, hypothecam dimittere, quàm solvere.

95. Dictum in fin. §. 93. Qui bona habeat, non habeat illorum pretium; Atque ita sanè est, quia bona nostro tempore sæpè tantum non valent, quantum est debitum, ac propterea debitor, in dimittendo bona hypothecata, sine dubio plus commodi habet, quàm si integrum debitum exsolvere deberet.

Post hypothecæ dimissionem, ad residuum debiti personali actione debitor convenitur.

96. Verùm hoc loco notandum: I. Ratione residui Creditori (*vid. l.* 3. *C. de distr. pign.*) saltem actionem personalem competere, cum hac tamen distinctione, quòd illa coram Judice ordinario proponi debeat. Notandum II. Mandata de solvendo vel dimittendo hypothecam S. C. tantùm contra personas immediatas locum habere, nisi Instrumento obligationis expressè pactum fuisset, ut lite inter partes ortâ, ea statim in prima instantia in Camera decidenda sit: quòd si tamen ejusmodi paciscentes essent subditi alterius Principis vel Status, isque hanc prorogationem in præjudicium primæ instantiæ suæ factum, non ratihaberet, idque Cameræ significaret, tunc Mandata semel decreta iterum cassanda erunt.

Clausulæ executivæ in rem directæ.

97. Prætereà sciendum, si in obligatione clausulæ executivæ dirigantur solùm ad hypothecam, sc. ut illam viâ executivâ per Cameræ Judicium prosequi vel apprehendere (mit oder ohne Recht) possimus, non verò, ut debitor mit oder ohne Recht ad solutionem cogi possit, Mandatum sine clausula non ad solvendum, sed saltem ad dimittendam hypothecam, vel pro re nata, & supplicantis arbitrio, immissoriale aut executoriale in rem decernitur. Sic *in causa* Hundt & *Consortes*

sortes contra Hessen-Darmstadt / Mandatum de dimittendo hypothecam erkandt / das übrige Begehren / ratione solutionis, abgeschlagen / 17. *Septembr. Anno* 1649. Idem factum *in causa* Neuberg contra Rothweil / 31. *Octobr. Anno* 1646.

98. Si ad utrumque directæ sint clausulæ, scil. von dem Schuldner die Zahlung mit / oder ohne Recht zu erzwingen / oder eigenes Gefallens die Unterpfande mit oder ohne Recht anzugreiffen / Mandata de solvendo vel dimittendo hypothecam tam in rem quàm in personam, & vice versâ, decernuntur, *ut praxis docet.* Tandem notandum, quòd *Mandata in rem* varia habent nomina, in effectu tamen coincidunt, veluti Mandatum de dimittendo hypothecam, vel dimittendâ hypothecâ, vel immittendo in hypothecam, vel immissoriale & executoriale rei scil. hypothecatæ, soletque omnium intentio & petitio eò dirigi, ut debitori injungatur, creditori vel solvere, vel rem hypothecatam ipsi tradere.

Directæ in rem & in personam.

Mandata in rem variis nominibus veniunt.

99. Secundò, quæsitum est, an Mandata sine clausula decernenda, si in obligationis Instrumento à debitore facultas atque potestas creditori concessa fuerit, pro suo libitu procedendi, & sibi ex pignoribus vel bonis satisfaciendi juris viâ, vel sine juris via, mit oder ohne Recht.

Quæstio II. de clausula mit oder ohne Recht.

100. Alii affirmârunt. I. Quia Creditori, cui concessum, sibi statim de facto satisfacere & solvere, multò magis concessum videatur, viâ juris quàm expeditissimâ & executivâ creditum consequi, qua debitor minùs gravaretur, utpotè, cui exceptiones competentes opponere liberum adhuc esset, quæ alterâ viâ, nimirum facti, illum defendere non possent. II. Quia verba, *sine jure*, *vel juris viâ*, hoc sensu rectè accipi queant, ita, ut de hac via executiva, omisso, quasi juris ordine, intelligantur. Vice versa autem non concedendum videatur, ut verba hæc, mit Recht / (*jure vel juris viâ*) ad executivam viam extendantur, cùm verificari possint in via ordinaria. Et quamvis reliqua verba adjecta, (*vel sine jure*) plus operentur, & inferant, attamen illa non nimis latè extendenda esse, neque ad puram violentiam, (cùm, quod Juris publici sit, privatorum pactis mutari non possit) neque etiam ad viam executivam, utpote quæ non facti, sed potiùs juris sit, atque appellari possit, cùm præsertim exceptiones, quasi omnes pateant, nec nisi causæ cognitione prævià quicquam decidatur vel consequatur; Ad hæc etiam executio stricti juris sit, & alioquin in dubio

Opinio affirmativa.

interpretatio pro promissore facienda contra stipulantem, qui legem contractui dicere vel præscribere mutuando potuisset apertiùs.

Opiniones aliæ.

101. Fuerunt tamen, qui existimarent, discrimen constituendum & observandum esse, an clausula ista ad apprehensionem bonorum solummodò, & non simul ad distractionem dirigeretur, & tantùm posteriori casu solutionem sine clausula mandari posse. Alii existimârunt, in eo casu nihil certi statui posse, sed varias facti circumstantias diligenter ponderandas, & ex iis colligendum esse, an contrahentes initio hoc vel illud in obligando voluerint.

Posterior probata.

102. Vid. *Concluſ. Cam. dub.* 15. In quo Deputati Imperii posteriorem Cameralium opinionem approbârunt, ita tamen, ut Mandata decernerentur, in causis ad Cameram vel 1. respectu rei conventi, vel 2. bonorum, vel 3. vigore pacti immediatè pertinentibus, & æquipollentia verba eundem effectum, quem verba (*jure, vel sine jure*) haberent, *Spiræ Anno* 95. *Vid. Recess. Imp. Deput. Anno* 1600. §. **Gleicher-gestalt ist gezweiffelt.** 36. Ubi pragmatica sanctio est, hujusmodi verba, **mit Recht** / ad viam executivam non extendenda, sed de via ordinaria intelligenda esse; Secus verò, si verba (**oder ohne Recht**) quæ interdum plus operentur, in Instrumento posita reperiantur, observandum, & hoc casu Mandata decernenda esse, sed contra illas personas, & in illis causis, quarum ratione Jurisdictio Cameræ fundata esset.

Pragmatica sanctio.

Tres modi fundandi Jurisdict. circa Mandat. de solvendo. Additur quartus.

103. Tres in §. præcedenti recensentur modi, quibus Jurisdictio Cameræ circa Mandata de solvendo vel dimittendo hypothecam fundari potest. *Primò*, si Reus sit immediatus, vel *Secundò*, bona immediata, vel *Tertiò*, in obligatione, ut suprà dictum, pactum adjectum, ut lis in Camera definiatur; cui non immeritò quartus adjici potest, continentia causarum, si v. gr. contra plures correos vel confidejussores, unâ eâdemque actione ageretur, ut virtute clausularum executivarum, Instrumento obligationis appositarum simile Mandatum impetrari posset.

Clausulæ æquipollentes illi, **mit oder ohne Recht.**

104. Huic, de qua agimus, clausulæ, **mit oder ohne Recht**/ æquipollet illa, **mit Gericht geistlich oder weltlich / oder ohne Gericht.** Sunt enim synonyma, eandem significationem habentia. Sic ad hanc clausulam Mandatum S. C. decretum, in causa **Frauen** Charitas, **Heiter Schlanhoffs Wittiben** contra Comites ab **Erb**: Anno 1626. Item æquipollet illa: (**ihres Gefallens in- und ausserhalb Rechtens sich zu ergreiffen Macht haben sol** ꝛc.) prout ad hanc clausulam in causa

Wal-

Waldecker von Kempten contra **Els** Mandatum ad dimitt. hypothec. S.C. multoties desuper Supplicanti, & æquipollentiam vel potiùs synonymiam remonstranti, tandem 27. *Octob. An.* 1652. decretum fuit.

105. Reliquæ clausulæ, etsi quodammodo æquipollentes videri possent, tamen ad decernendum Mandatum S. C. vix attenduntur, cùm constitutio, quæ solùm clausulam, (**mit oder ohne Recht**) ad decernendum Mandatum S.C. habilitat, sit stricti juris à certa quodammodo forma dependens, in qua æquipollentia rarò sufficiunt, per jura vulgata. Aliæ clausulæ præter illas, non attenduntur, ad decern. Mand. S. C.

106. Vix tamen ratio dari potest, quare una vel altera clausula æquipollens tantarum virium sit, ut Mandatum desuper impetrari possit, non verò reliquæ, maximè, cùm in Constitutione nulla verba restrictiva reperiuntur, ut proinde unum & idem sit, seu per supra dicta, seu per alia verba declaretur, intentionem contrahentium fuisse, clausulas executivas apponendi. Quod tamen in dubium vocatur.

107. Tertiò, quæsitum est, si in obligationis Instrumento executionis mentio non fieret, sed aliæ clausulæ prægnantes, cum expresso Juramento, adjicerentur, an Juramentum illud, præsertim, si re ipsâ & solenniter fuerit præstitum, vel aliàs Juramenti verba ipsa obligationi inserta, omnes alias solennitates suppleverint, ita habendum sit, ut videatur debitor omni meliori modo se obligâsse, & omnibus exceptionibus, solutionem remorantibus, renuntiâsse, & viâ executivâ directò & statim adversus ipsum procedi possit, ne alioquin in periculum animæ propter perjurium conjiciatur, vel juramentum, à se præstitum disputare, & in dubium vocare præsumatur. Quæst. III. de clausula juramenti.

108. Quidam opinati sunt, mandari S. C. posse; Sed communior opinio est, Mandatum sine clausula decernendum non esse. I. Quia tale Juramentum, quomodocunque interpositum, obligationi principali nihil addere possit, sed illam tantùm, ita, ut concepta sit, roboret atque confirmet; Atqui processum per viam executivam principali obligatione non contineri, sed ejus nomine provisionem & obligationem specialem requiri, quâ nimirum ratione, & quâ viâ in eventum procedi debeat; aliàs Jure communi condemnationem præcedere oportere. Opinio communior ejusque ratio I.

109. II. Quia hujusmodi obligatio separata sit, sine qua principalis punctus & Contractus subsistere valeat, & propterea non præsumendum, aliquem ultra quàm expressum sit, se obligâsse, & innumeræ quasi exceptiones ejusmodi Debitori competere possent, quibus Ratio II.

illi sine periculo, perjurii præsertim, ne via executiva, non auditis & examinatis planè exceptionibus ejus procedatur, & ne coram alio non ordinario suo respondere teneatur, utì liceret.

Decisio & sanctio pragmatica.

110. Vide *Conclus. Cam. dub.* 16. in quo Deputati Imperii secundam opinionem Cameralium approbârunt, ita tamen, ut dubium illud intelligeretur de causis aliàs immediatè ad jurisdictionem Cameræ pertinentibus. *Spiræ Anno* 95. *Vide Recess. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. **Wann in einer Verschreibung oder** Obligation &c. 36. ubi sanctio pragmatica est, quòd juramentum Instrumento obligationis insertum, quâcunque ratione præstitum fuerit, viam executivam operari non debeat, nec Mandata sine clausula decernenda sint, sed juramentum saltem pro confirmatione obligationis habendum sit.

Quæst. IV. de confessione debitoris, post primam obligationem, edita. Opinio affirmat.

111. Quartò, quæsitum fuit, an super exhibitis debitoris confessionibus & Instrumentis, in quibus postea, post obligationem primam, debitum fateatur, Mandatum S. C decernendum, præcipuè verò, ubi confessiones geminatæ fuerint?

112. Affirmativam suadere videbantur: I. Quòd malitiis indies crescentibus obviandum sit. II. Quia in puncto exceptionum debitori liceat, obligationem vel confessionem suam impugnare, & non præsumatur, quòd quis confessionem propriam, licèt extrajudicialem, revocaturus sit, quod improbum existimetur. III. Quia Judex ex collatione manuum Originalis obligationis, & subsequentis confessionis satis certus reddatur, atque aliàs confessio authentica æquiparetur judiciali. IV. Quia secundùm quorundam opinionem ejusmodi Mandata sine clausula non tam præjudicent, quàm executorialia.

Communior opinio.

113. Sed communior opinio est, Mandata sine clausula decernenda non esse. I. Quia ejusmodi extrajudiciales, & non recognitæ, neque probatæ confessiones pro sufficientibus non habeantur, præsertim, quia solummodò extrajudicialiter exhibitæ, & Judex hoc casu in initio processus decernendi potestatem non habeat, neque sufficiat, postea in processu multa sigilla conformia, aut manus conformes produci, cùm æque dubia esse, aut dubitationem admittere possint, quapropter etiam ejusmodi sigilla & manus, non comparente debitore, per testes probari necesse sit. II. Quia subsequens confessio præcedentem obligationem non mutare, neque in puncto executionis separatam obligationem operari possit. III. Quia aliàs condemnationem præcedere omninò necesse sit, antequam ad executionem procedatur,

&

& hæc confessio condemnationem non suppleat, quasi condemnatio illa in obligatione vel confessione expressa esset. IV. Quia ratio mandandi non facilè extendenda sit.

114. Vid. *Concl. Cam. dub.* 17. in quo similiter Deputati Imperii secundam opinionem Cameralium approbârunt, ita tamen, ut hoc dubium intelligeretur de causis immediatè ad Jurisdictionem Cameræ pertinentibus. *Spiræ Anno* 95. *Vide Recess. Imper. Deput. ibidem Anno* 1600. §. Ebener massen sollen. 37. Ubi pragmatica sanctio est, ut confessiones & Instrumenta, in quibus debitor post primam obligationem debitum extrajudicialiter confiteatur, etiam, si iterata fuerit, ad viam executivam operandum non sufficiant, nec Mandata sine clausula decernenda sunt.

Quæ probata.

Pragmaticæ sanctio.

115. Circa hanc quæst. IV. major hodiè difficultas oriri posset, dum in *novissimo Recessu Imperij* inter alia statutum est, ut ad nudam obligationis exhibitionem executio fiat: quia tamen per hoc priores sanctiones pragmaticæ, Mandatorum de solvendo vel dimittendo hypothecam, expressè abrogatæ non sunt, in Camera prior stylus in decernendis ejusmodi Mandatis adhuc observatur, ut verba hæc de executione in genere facienda, prout quævis alia intelligi solent, præsuppositis scilicet terminis habilibus. Non enim obstat, quin Status, si hoc voluissent expressè, Mandata de solvendo &c. omnimodò abolere potuissent.

An illa decisio hodiernem consistat.

116. Olim pro impetrandis Mandatis de solvendo, ad obligationes clausulas executivas non habentes, creditores requirebant debitorem, per Notarium & testes, de facienda solutione, quo debitum agnoscente & confitente, per Instrumentum à Notario, tanquam Judice chartulario, in hanc rem erectum, junctâ supplicâ processus in Camera rogabant, vel ipsimet debitorem, ut solvat, requirebant, & si fatebatur, se debere, instabant, ut cum renunciatione privilegiorum & beneficiorum Juris sibimet præfigat terminum solvendi, ultra quem, si moram longiorem traheret, impetrabant in Camera processus executivos. Verùm per *Recessum Deputat. de An.* 1600. §. Ebener massen &c. 37. hæc & alia sunt explosa, ut proinde tyronibus cavendum sit, ab his, quæ pro singulari cautela adducuntur *in pract. forensi.* Rosacorbs. *c.* 3. *n.* 4.

Ratio impetrandi Mandata de solv. ad obligationes sine clausul. exec. ante recess. Deput. 1600.

117. In §. præced. *Notarius* vocatur *Judex chartularius*, eò quòd actus judiciales quasi, v.g. examinationis testium &c. exercere, & in chartam seu Instrumentum annotare soleat; ubi notandum, testes à Notario, licèt prævio Juramento, examinatos, propterea non, nisi semi-

Notarius, cur dicatur Judex chartularius.

semiplenam probationem facere, quia ad hoc, ut plena probatio sit, requiratur, partem ad videndum jurare testes, citatam esse, suaque interrogatoria priùs dedisse.

Si obligatio hypothecas habeat, an Mandata immiss. C. C. impetrari possint.

118. Si obligatio solennibus in Constitutionibus Imperii approbatis clausulis executivis destituta, speciales tamen aut generales contineat hypothecas; Hoc casu, an loco Citationis, Mandata immissorialia C. C. in Camera impetrari possent, fundata ubi fuerit à parte rei Jurisdictio? Dubium est: III. Et fuerunt quidem, qui censerent, hoc casu, si reus sit immediatus, nec gaudeat privilegio Austregarum, Mandata cum clausula & peti & decerni posse. Verùm non constat, ullum præjudicium hactenus factum; licèt, sæpius ejusmodi Mandata C. C. quæsita, sed plerunque non, nisi citationes decretæ fuerunt.

In hunc diem nullũ præjudiciũ factum est.

Jure, quo hodie utimur, inter Mandata C. C. & Citationes vix est differentia.

119. Prout etiam de stylo hodierno &c. utì supra dictum, inter Mandata C. C. & simplices citationes vix est differentia. Licèt enim Mandata C. C. ratione, & à parte Judicis, semper talia maneant, ac proinde pro arbitrio & qualitate circumstantiarum, vel *paritoria*, ut in Mandatis S. C. vel *definitiva*, ut in simplicibus Citationibus ferri possit: A parte tamen Rei Mandata C. C. post comparitionem resolvuntur in simplicem citationem, soletque in iis, ut & Citationibus, usque ad Duplicas inclusivè procedi, & potest, ut in aliis processibus, vel in ordine reproductionis, vel etiam Novarum, prout Recessus & producta hoc exigunt, agi; cùm tamen olim ordine Novarum ad multos annos extracto, Mandatorum C. C. propterea major vis fuerit, quòd in illis in præfixis ordinariis vel extraordinariis, pro qualitate causarum privilegiatarum, vel non privilegiatarum: In citationibus verò tantummodo in Ordine Novarum agi potuerit.

An tamen aliquid præstent Mandata citationibus? Quæstio V. de pacto, quo reluitio annui reditus emptoris, seu creditoris arbitrio relinquitur.

120. Nisi fortè dicere velis, propterea magis pro Mandato C. C. etiam hodie adhuc supplicandum esse, quòd impetratus seu Reus per ea magis, quàm per simplices citationes terreatur. Qui tamen in praxi hodierna vel parum versatus fuerit, hæc facilè eludet.

121. *Quintò*, quæsitum fuit, an valeat pactum, & Contractus sit licitus, de restituenda summa principali, sive sorte & pretio, ad cujus refusionem Debitor se obligat, si pensionem annuam non solverit; & tali casu, extantibus clausulis executivis, solutio sortis sine clausula mandari possit?

122. Quia in fraudem usurarum pactum esse, & rem in causam seu contractum mutui potiùs transire, quàm in terminis emptionis sub-

sistere

sistere videatur, & Constitutione Imper. (vide *Reformat. Pol. August. Anno* 1548. *public.* Tit. **Von wucherlichen** Contracten) seriò cautum sit, ne reluitio vel renunciatio, emptoris vel Creditoris arbitrio relinqueretur.

Opinio, non valere pactum ejusmodi, ut locus esse possit Mandato S. C. Continuatio rationum illius opinionis.

123. Quoniam prætereà non exiguum discrimen sit, inter hujusmodi & alias veras emptiones, quibus lex commissaria addatur; In his enim nullo quasi negotio rem inemptam redhiberi posse, quòd in illis, quorum usus in consumptione sit, non æquè liceat, & in his venditori consuli, ut in ipsius arbitrio sit, non soluto pretio repetere rem, refuso eo, quod accepit cum usuris, vel pretium nihiominùs petere: In illis autem emptori consuli soli, & quidem re jam planè perfectâ, scilicet per traditionem rei & solutionem pretii, neque redhibitoriam, qua emptori consulatur propter vitium rei venditæ, huc accommodari posse videatur, cùm de re mobili ibi agatur, & quam emptor accepit, quasi integram, & quidem ob vitium, quod initio tempore initi contractûs inerat rei, & quod sciens venditor reticuisset. (Si enim citra ejus culpam quid factum, vel postea supervenerit, non jam ad redhibitionem Contractûs, sed ad id, quod interest, vel etiam ad præstandum actiones solùm teneatur venditor: Et sic non cogatur venditor rem recipere, sed causæ cognitione & condemnatione opus est.)

124. Et reverà hoc pactum planè diversum sit à prioribus, & ad redemptionem rei, & repetitionem pretii potiùs directum, quod arbitrio venditoris regulariter relinquendum, præsertim hoc casu, stantibus Imperii Constitutionibus.

125. Quia iniquum esset, dato, tot emptiones & contractus esse, quot sunt pensiones, unâ illarum non procedente, totum contractum, omnes etiam quandocunque secuturos, in nihilum redigi, & sic vitium ultrà quàm commissum sit, extendi.

126. Quia tale pactum loco pœnæ adjiciatur, cujus non possit haberi ratio, nisi saltem ex culpa, præsertim hoc casu ad redhibitorium respiciendo, atque infinita intervenire possint, pro excusatione venditoris.

127. Quia durissimum futurum esset, statim ad repetitionem sortis vel pretii, & quidem viâ executivâ, quasi defensionibus omnibus rejectis, prosilire, & si quis id, quod facilius est, pensiones scilicet, solvere non possit, & in præsentissimam perniciem ejus tendat.

Conclusio rationum pro negativa.

128. His rationibus adducti multi, putaverunt, tale pactum Constitutionibus Imperii de Contractibus usurariis, non adeò convenire, & parum

rum admodum differre, an reluitio in hunc eventum non solutionis, vel in alterum eventum repetitionis, contra venditorem dirigatur, & propterea à Mandato non inchoandum, sed tantùm citationem decernendam, & tamen non facilè restitutionem pretii injungendam esse, aut, si omninò Mandata sine clausula decernenda essent, non præcisè unâ pensione non solutâ, sed ad minimum tribus non solutis, mandari posse.

Opinio comunior. 129. Sed communior opinio est, tale pactum esse licitum, & in eventum, emptorem rectè per viam executionis & Mandati, ex illo pacto pretium à venditore repetere posse: ita tamen, ut in processu etiam summario per Judicem decidatur, quomodo & quatenus Reo parendum sit, vel non sit, quemadmodum in aliis similibus Mandatis fieret.

Rationes ejusdem. 130. Rationes communioris hujus opinionis erant: I. Quia summa inæqualitas esset, emptorem toto pretio carere, & illud apud venditorem relinquere, & contrà commodi nihil sentire; & quamvis interesse eo casu præstetur, idem tamen periculum nihilominùs metuendum esse.

II. 131. II. Quia ejusmodi pactum in omnibus emptionibus de jure admittatur, in quibus nulla quasi possit reddi differentiæ ratio; dato enim, hanc emptionem esse, sequitur ejusdem naturæ esse.

III. 132. III. Quia Constitutioni Imperii non admodum adversetur: utpote, quâ solummodò caveatur, ne repetitio pretii in arbitrium emptoris conferatur, quando voluerit, rem seu pretium reposcere, sed inde non consequi, quòd alio modo, & in alium eventum paciſci non liceat: præcipuè verò, ita, ut penes ejusmodi emptorem non sit, an velit esse obligatus ad relinquendum pretium, aut habere obligatum venditorem, sed penes venditorem sit, an velit solvere, vel etiam an possit, neque videatur absurdum, ut venditor pactum ita faciat: quamdiu potero præstare vicissim, quod debeo, tamdiu volo uti re vel pecuniâ & pretio, aliàs id refundere volo.

IV. 133. IV. Quia venditori adeò difficile non sit, pretium semel restituere, & se obligatione illâ exvolvere, quàm imposterum perpetuò pensiones solvere, & obligatum esse. Licèt enim eo casu liberum ipsius arbitrium reluendi nonnihil constringatur, tamen id ex ipsius facto fieri, neque adeò in ejus perniciem vergere; Neque hoc casu tam culpam venditoris, quàm factum non solventis, & interesse emptoris debitum non recipientis attendendum esse.

134. V.

134. V. Quia tanta iniquitas non sit, nec jure prohibitum, sed expresse concessum, quòd totus Contractus, ob non solutionem partis solùm pretii, in nihilum redigatur & rescindatur. V.

135. VI. Quia emptor & venditor, sicut & merx & pretium, correlativa sint, & sic, quod de uno constitutum, id etiam censeatur de altero, & contractus claudicaret, si uni liceret, quod alteri non permitteretur, quomodocunque tandem nominetur pactum, sive legis commissoriæ, sive redhibitionis, vel aliud simile. Omnia enim illa directò uni competentia alteri saltem non utiliter videri deneganda, neque difficiliùs hoc casu rem emptam, scilicet annuam pensionem, ad venditorem, sed facilè transire, pretium verò non minori vel majori negotio hic refundi, quàm si res corporalis inempta fuerit, & reluenda foret. VI.

136. VII. Quia adeò impossibile & difficile venditori futurum non sit, qui pensionem, tanquam minus, solvere non valeat, si majus & gravius onus imponatur: quia illud etiam absolutæ necessitatis non sit, etiamsi mandetur sine clausula, quin exceptionibus ipsius & causâ cognitâ, ipsi per Judicem postmodum, non refusio pretii, sed solùm pensionum præstatio & cautio injungi possit. Et quid, si adeò ipsius res desperatæ sint, ut fortè nec cavere possit, aut si compertum ex actis fuerit, ipsum brevi fore expeditum, & bonis exutum? Utique iniquissimum esset, emptorem de tota re, seu sorte in dubium venire & expectare cogi, dum quicquid supereſt, pessum eat, & ille deinceps nil penitus recipiat, nisi paucorum annorum pensiones, quæ aliàs debitæ, nec in partem pretii cederent, sed integrum maneat, necesse sit, quin ipsi, sicut aliis creditoribus subveniendum, etiam in principali obligatione, ut salva sit, neque sine maximo detrimento & periculo expectandum venditori aliquot annos, dum magis inopia semel cœpta augescat, quod communiter fiat, sed vicissim malitiis debitorum obviandum. VII.

137. Vid. *Conclus. Cam. dub.* 18. in quo Deputati Imperii Collegii Cameralis secundam opinionem, ut juri & æquitati consentaneam, approbârunt: ita tamen, ut appendix de judicis decisione, quomodo & quatenus reo parendum sit, vel non sit, observaretur: & dubium hoc similiter de causis ad Jurisdictionem Cameræ pertinentibus intelligeretur. *Spiræ Anno* 95. *vide Recess. Imperij Deput. Anno* 1600. §. Ferners biß anhero im Heiligen ꝛc. 38. Ubi pragmatica sanctio est, si debitor ad refusionem sortis se obligaverit, quatenus in pensione annua præstanda moram nectat, ejusmodi contractum in Imperio usitatum Approbatio posterioris, & sanctio pragmatica. Pragmat. sanctio.

atque licitum esse, & hoc casu pretium à venditore per viam executionis & Mandati ex illo pacto exigi posse.

Distinctiones inter contractum mutui, & E. v. redituum ann.

138. Hoc loco non incongruè distinctiones inter contractum mutui & venditionis seu emptionis annuorum redituum, ubi debitor venditor, creditor verò emptor est, annotandæ sunt; quarum *prima* est, quòd in mutuo non dentur usuræ, nisi partes expressè paciscantur; & licèt hoc fiat, tamen non, nisi à tempore moræ, pro arbitrio judicis, & concurrentia circumstantiarum, in Camera adjudicari, & potissimùm videri solet, utrùm creditor, & quantum damni per moram passus sit, generaliter tamen loquendo, solet interesse, vigore Constitutionis Imperii à Maximiliano Imp. factæ ad 5. pro centum singulis annis æstimari: In Contractu emptionis redituum è contrario, debent interesse, tanquam in specie *vendita* præstari. 2. In Contractu mutui potest peti capitale, nisi aliud inter partes conventum esset; in contractu emptionis verò regulariter non, nisi clausula adjecta esset, ut Creditori, si pensio annua non solvatur, capitale petere integrum sit. *Tertiò*, in mutuo regulariter loquendo, exceptis quibusdam personis privilegiatis, v. g. pupillis, personis miserabilibus &c. non dantur usuræ usurarum; In Contractu emptionis annuorum reditum verò, quia quælibet annua pensio venit loco capitalis, etiam de iis non præstitis interesse peti posse videatur: *Quartò*, in contractu mutui tam ratione Capitalis, quàm usurarum non, nisi una: In emptione redituum verò multiplex præscriptio locum habet, ita, ut quælibet annua pensio præscribi debeat spacio 30. annorum.

quæstio VI. Mandata S. C. super 4. casibus, an adversus mediatos decernantur.

139. *Sextò*, in casibus Mandatorum sine clausula, super quatuor casibus, hoc quæstionis fuit: An hujusmodi Mandata adversus personas, mediatè Imperio subjectas decernere liceat?

Sententia negativa.

140. Multi in ea sententia fuerunt, ea in re Magistratibus proximè immediatis præjudicandum non esse; Quia illi non minùs, imò eò, quòd magis vicini essent, aliquantò celerius afflictis æquè auxilio succurrere possint, nec moram facturi, nec auxilium denegaturi sint: Et quòd alioquin ejus generis Mandata sine clausula Jurisdictionem Cameræ fundarent, de illis personis intelligendum esse, quas aliàs per Mandata sine clausula, & statim viâ ordinariâ Juris in Camera persequi non liceret, sed duntaxat coram judicibus ordinationis, qui mandandi & exequendi Jurisdictionem nullam haberent, & quibus ad ejusmodi Mandata serò, & per multas ambages pervenire daretur; sed illæ rationes hoc casu locum non haberent.

141. Alii

141. Alii verò existimârunt, quòd vel mediatis eâ ratione mandari possit, his argumentorum rationibus adducti: I. Quòd eo modo Judici inferiori non præjudicetur, quia is in illa causa tam in possessorio, quàm in petitorio, Jurisdictione suâ uti, eamque exercere possit, quandocunque & quomodocunque velit, etiam pendente alibi puncto paritionis, quia in Camera tantùm nobili officio Judicis procedatur, & de nudo facto exorbitante cognoscatur, (non attentâ causâ justitiæ principali, quam malè agendo Reus quodammodo vitiet, aut saltem illam separari interim omninò faciat) & illud solùm prohibeatur, quod omni jure prohibitum sit, & per se pœnâ dignum, & nullo etiam implorante tolli debeat & possit, utpote reipubl. pernicioſum, quapropter celerrimè procedendum. Affirmativa.

142. II. Quia Judex inferior sæpè eâ qualitate & potentiâ, quæ hoc casu requiritur, præditus non esset, & qui cogeretur appellationibus à suis decretis, sententiis & Mandatis locum relinquere, & ita eorum effectum & auxilium differre, non sine gravi periculo tam privati quàm publici præjudicii. Quamobrem Judex inferior simili modo ex officio teneatur malis mederi, & è medio illa tollere, quemadmodum & superiori Magistratui id concedendum, & is non impediendus, sed potiùs ad id muneris promovendus esset, quia eâ ratione rectiùs justitia administraretur, & gravamina citiùs tollerentur: quapropter etiam id, quod Judex eo casu faceret, rationem nullam præjudicii vel injuriæ haberet contra Judicem inferiorem, etiam quoad ipsum punctum Mandati & paritionis, præsertim, cùm nondum prævenio intervenerit, sed res adhuc integra sit. Ratio II.

143. Alii tamen hoc casu distinguendum esse censuerunt, ita ut tantùm in maximè odiosis factis, & quæ quasi directò ad publicam tenderent perniciem, & præsens gravissimumque præjudicium secum traherent, itemque in casu denegatæ vel protractæ justitiæ, Cameræ Mandata decernere liceret: In aliis verò factis, quæ non adeò atrocem haberent facinoris enormitatem, nec damnum irreparabile inferrent, Judici inferiori non præjudicaretur. Sententia distinguentium inter facta.

144. Vid. *Conclus. Cam. dub. II.* in quo prima opinio, tanquam ordinationi Cameræ, juri communi, stylo consueto, & Constitutionibus Imperii consentanea, atque conveniens, per Deputatos Imperii approbata est, inter quos quamvis fuerint, qui hanc ampliationem addendam esse censerent, quòd in causis denegatæ justitiæ, aut si inferior Opinio negativa probata.

Judex non vellet, aut non posset sine clausula mandare, ubi de jure, vel ex ordinationis dispositione teneretur, eo casu Camera Imperialis potestatem habere debeat, id, quod juris est, statuendi, atque mandandi: attamen *concluſum* est, hanc ampliationem supervacaneam & necessariam non esse, quia aliàs juris non esset, & illi, cui Justitia denegatur, Ordinationis legibus satis provisum esset. *Spiræ Anno* 95. *Vide Recess. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. Es wird nichts wenigers in Zweiffel

Pragmatica sanctio.

&c. 32. Ubi pragmatica sanctio est, Magistratibus proximè immediatis in Mandatis ejusmodi decernendis præjudicandum non esse, quia magis vicini sint, & læsis juris auxilium expeditiùs præstare queant, nec facilè præsumendum, implorantibus auxilium ab illis protractum aut denegatum iri.

Notabilia è Gailio circa hujusmodi Mandata super 4. casus.

145. Confer Gail. 1. *observat.* 13. *circ. fin. & observat.* 16. *num.* 12. *lib.* 2. ubi ait: Mandatum sine clausula fundare jurisdictionem Cameræ, quando utraque pars immediatè Imperio subjecta sit, vel saltem Reus. (Excepto solo Mandato super fracta pace publica, quod ob enormitatem facti etiam contra mediatum decerni potest.) Meminisse tamen se, ejusmodi Mandatum decretum esse contra reum mediatè Imperio subjectum, in causa Episcopi Merspurgensis contra Joannem à Dessau/ 19. *Augusti, Anno* 1550. qui reus non erat immediatè sub Imperio; Sed hoc factum fuisse ratione bonorum, eò quòd reus bona feudalia immediatè ab Imperio recognoverit & possederit. (Ubi advertendum est ratione bonorum, Jurisdictionem Cameræ non, nisi in actionibus realibus fundari, secus ac in personalibus, nisi ratione, & intuitu bonorum ortæ fuissent.)

146. Vid. eund. Gail. *L.* 1. *observat.* 1. *num.* 5. ubi tradit, Mandata sine clausula ex *Ordinat. T. part.* 2. immediatè Jurisdictionem Cameræ fundare, quando decernuntur contra Reum immediatè Imperio subjectum, vel quando qualitas causæ immediatè ad Cameram pertinet; In aliis verò casibus adeundum esse Rei, vel rerum controversarum Judicem. Secundùm *l. final. C. ubi in rem actio* &c. *c. fin. ext. de for. compet.*

De Constitutione Imperii ratisb. An. 1654. von Schuld-Sachen/ Capital und Zinsen.

Cùm in hoc Titulo XII. de mutuo, pensionibus, & reditibus annuis sit facta mentio, superpondij & Mantissæ loco, ex Recessu Imperii de Anno 1654. *noviter circa hanc rem constituta, unà cum indies occurrente praxi adjiciuntur.*

Ut autem confusa suo quodam tractentur ordine, *priùs* de personis hâc Constitutione comprehensis, *postmodum* de objecto seu re ipsa, ter-

tertiò de quæstionibus ex hac nova Constitutione indies pullulantibus, & *quartò* de modo, quo in Camera proceditur, quæstio erit.

CAP. I.

PErsonæ, quæ sub hac Constitutione comprehenduntur, sunt depauperati calamitate bellicâ, vel apud quos pensiones ita increverunt, ut solvendo esse desierint. *d. Recessu.* §. Setzen demnach. 165. Nec interest, sive sint cives in singulo, sive Civitas, sive Status mediati, sive immediati, cùm Constitutio loquatur generaliter. Ut proinde distinctio inter Universitates seu Civitates & privatos, in generali ultimo, uti vocant, Bavarico, facta, huic Constitutioni summoperè contrarietur. Quæ personæ hâc Constitut. comprehendantur.

2. Excluduntur I. omnes, qui etsi calamitosa perpessi sint, solvendo tamen manserunt. *d.* §. Setzen demnach ꝛc. vers. Die jenige aber ꝛc. ibi: Sondern ꝛc. Constitutio enim hæc, seu §. de indaganda, non omnibus indistinctè debitoribus, sed tantummodo bello depauperatis subvenit. Excludun-tur 1. qui solvendo manserunt.

3. Excluditur II. Constitutio Holsatica, Anno 1504. erecta, & renovata 1. *Octobris Anno* 1600. *d.* §. vers. Jedoch ꝛc. vigore hujus Constitutionis, quæ ob commercium Kilonienſe, wegen des Kieler Umbschlags/facta fuit, expresè statuitur, ut contra quoscunque in illis Nundinis annuis non solventes, statim parata Executio, tam ratione Capitalis, quàm pactarum usurarum, seu obstagii fiat, prout multi sunt casus, ubi etiam contra Regem ipsum Daniæ executivè processum est; si enim hoc non fieret, dictæ Nundinæ ab exteris Nationibus, Russis, Tartaris, Polonis, & aliis similibus visitari solitæ, facilè desererentur. 2. Constitutio Holsatiæ.

4. III. Transactio Anhaltina, à Cæsare jam antè confirmata. 3. Transact. Anhalt.

5. IV. Quicquid Status in suis propriis territoriis inter Cives & subditos suos, super debito & credito servandum, jam antè ordinaverint, vel in futurum ordinaturi sint, cùm ipsis de subditorum statu, facultatibus, & plus minusve perpessò belli imbre, præ cæteris constet. Debent tamen ejusmodi privatæ Constitutiones *à Recessu Imp.* derivari; aliàs enim, ob earum injustitiam, processus Camerales desuper decerni possent. 4. Ordinat. Imperii Statuum particulares.

6. Sic Serenissimus ELECTOR & DUX BAVARIÆ jam dum ante 11. Aprilis Anno 1635. tale Edictum in suis terris promulgavit. Eodem modo Serenissimus ELECTOR PALATINUS, CAROLUS LUDOVICUS, 6. Decembris Anno 1654. omnibus suis Officialibus Exempla illarum.

viam,

viam, quâ progrediantur, in exigendis & exequendis super credito subditis Palatinatus publico proclamate seu Edicto præfinivit. Nec ab his abest Dux Würtenbergensis, ut ex ejus sub dato **Stuttgardt/ den** 3. Februarii An. 1655. per universum Ducatum promulgato Edicto, videre est.

5. Electoralis Palatina Domus.

7. V. Excluditur ab hac Constitutione Domus Electoralis Palatina, quia durante bello, omnium durioris inter Status conditionis fuit, *d. Recess.* §. **Noch damahlen.** 170. Huic enim à glorioſiſſimæ Memoriæ Imperatore FERDIN. III. sub dato **Regenſpurg/** 15. Maji An. 1654. speciali indulto omnes cessæ, & intra viginti Annos Cessuræ pensiones, cum aliquo tamen moderamine, & ut viduarum, pupillorum, personarum miserabilium, æquam, & Christiano Principe condignam rationem habeat, remissæ sunt.

Usuras, pensionesve, an solus Imperator remittere possit?

8. Remissionis hujus occasione, quæritur: An solus Imperator sine consensu Statuum, ejusmodi remissionem facere possit? Non levis dubii res est: Nam plures ex Statibus desuper, utì & contra factas plures moderationes Matriculæ particulares conquesti fuêre, quas posteriores etiam in contributionibus circularibus admittere noluerunt.

Der Röm. Käyſerlichen Majeſtät FERDIN. III.

Indultum speciale

Wegen Jh. Churfl. Durchl. Hn. Carl Ludwig. Pfaltzgrafen bey Rhein ꝛc.

In Schuld-Sachen.

9. Wir Ferdinand der Dritte / von GOttes Gnaden / Erwählter Römiſcher Käyſer/zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/zu Hungarn/Böheim/Dalmatien/ Croatien und Sclavonien König/ ꝛc. Ertzhertzog zu Oeſterrich/ Hertzog zu Burgund / Steyer / Cärndten / Crayn und Würtenberg / Graff zu Tyrol ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieff / und thun kund allermäniglich mit dieſem Brieff/ demnach Uns des heiligen Reichs Chur-Fürſten und Stände/ und dero abweſende Räthe / Bottſchafften und Geſandten auff gegenwärtigem Reichs-Tag bey Deliberation des §. de indaganda &c. Instrumenti Pacis, des Durchleuchtigen / Hochgebohrnen CARL LUDWIGEN / Pfaltzgrafen bey Rhein/ Hertzogen in Bäyern/ und Grafen zu Sponheim/ des Heil. Röm. Reichs Ertz-Schatzmeiſters / Unſers lieben Oheims und Churfürſten Liebden / ihrer Schulden halben / ſo wol bey denenſelben / als bey Uns ſelbſten angebrachte Beſchwerden dahin recommendirt/daß Wir Seiner Liebden/in Anſehung dero Lan-

den

den überauß grossen Ruin und bekandter Unvermögenheit über die allgemeine Vorsehung des jetzigen Reichs-Schlusses/eine absonderliche mehrere Moderation vergönnen wolten / und Uns demnechst / Ihr Liebden / umb Ertheilung Unserer Käyserlichen mehrerer Begnadigung / und etwas längern und geraumern Anstandt der Schulden/ gehorsamlich angelangt/ und gebetten/ daß Wir auff solche des Heil. Reichs Chur-Fürsten und Ständen ansehnliche Recommendation und Gutbedüncken/ Unsere Käyserliche Resolution dahin gnädigst ertheilt/und wollen/ daß Seiner der Chur-Fürsten Liebden von allen verfallenen / und noch in zehen Jahren à dato dieses Brieffs anzurechnen / fallenden Zinsen / gäntzlichen befreyet seyn und bleiben ; Und nach Verfliessung solcher zehen Jahren/ die darauff nechstfolgende zehen Jahr/ mehrers nicht/ als einen halben lauffenden Zinß Jährlich abtragen : Nach deren Verstreichung aber / das ist / von dato über zwantzig Jahr/ die alsdann Jährlich fallende Zinß völlig zu bezahlen schuldig seyn solle : Jedoch mit dem Bedinge und Anhange/daß Ihre Liebden unterdessen denen gantz dürfftig und nothleidenden Personen / auch was ad causas pias verschafft / Christlich begegnen / und nach Möglichkeit an die Hand gehen sollen. Und gebieten darauff allen und jeden Obrigkeiten / und insonderheit mehrgedachtes Churfürsten in der Pfaltz habenden Creditorn , wo die allenthalben im Heiligen Reich gesessen seyn/ daß sie mit Sr. Liebden/und dero Landen und Unterthanen obbestimmte Zeit über/ obverstandener massen / in Gedult stehen / und dieselbe darwider / mit Arresten/ Executions-Processen/ noch in andere Weise und Wege nicht bekümmern/anfechten/ noch beschwehren / sondern dieselbe bey dieser Unser Käyserl. Verordnung ruhen und unturbirt verbleiben lassen; An dem beschicht Unser gnädigster und ernster Wille und Meynung ; Mit Urkundt dieses Brieffs/ besiegelt mit Unserm auffgetruckten Käyserlichen Secret-Insiegel : Der geben/ in Unser/ und des Heil. Reichs Stadt Regenspurg / den 15. Maji, Anno 1654. Unserer Reiche des Römischen im Achtzehenden/ des Hungarischen im Neun und Zwantzigsten/ und des Böheimischen im Sieben und Zwantzigsten Jahre.

Nota : Dieses Käyserliche Indultum ist in der Chur-Pfaltz publicirt worden / sub dato Heydelberg / den 12. Junii, Anno 1654.

Chur-Pfältzische Verordnung und Befelch an dero Beampte / den 6. Decembris, Anno 1654. Wegen der Chur-Pfätzischen Unterthanen Passiv-Schulden/ und wie es damit zu halten / außgangen.

Carl Ludwig / von GOttes Gnaden / Pfaltzgraff bey Rhein / des H. Römischen Reichs Ertz-Schatzmeister und Churfürst / Hertzog in Bäyern / &c.

Unsern gnädigsten Gruß zuvor / Gestrenge / Liebe / Getreue.

10. Was Wir hiebevor/ wegen der Käyserl. Majestät/ mit Einwilligung

der Reichs-Stände / Uns / der Schulden halben / ertheilten Privilegii, sonderlich / Unserer Unterthanen Passiv-Schulden betreffend / an euch befehlend / gelangen lassen / dessen habt ihr euch noch wol zu erinneren: Nachdem dann in dem zu Regenspurg jüngst auffgerichteten Reichs-Abschied / §. Setzen demnach / ordnen und wollen ꝛc. unter andern enthalten / daß demjenigen nachgelebt werden solle / was Chur-Fürsten und Stände in ihren Territoriis in Credit-Sachen / unter ihren Unterthanen und Bürgern / als deren Zustand ihnen am besten bekandt / allbereits verordnet / oder noch verordnen werden / als haben Wir nach reiffer der Sachen / auch Lands und Unterthanen Zustands Erwegung / Uns endlich dahin entschlossen / und wollen / daß ihr in denen Fällen / da ein Auß- oder Einländischer / an ein- oder andern / Unserer Bürger / Unterthanen / oder Angehörigen / eine rechtmäßige / liquidirte Prætension und Forderung hat / ihr darinnen dieser Maaß und Bescheidenheit euch gebrauchet / daß ihr vor allen Dingen / der Creditorn so wol / als Debitorn Zustand reifflich erweget / und welche Debitores dergestalt bemittelt / daß sie notoriè solvendo, und ohn ihr sonderbahre Beschwerung / dero Glaubiger befriedigen können / ihr sie darzu auch anweiset / und haltet; hingegen aber / welche Schuldener / durch das langwürige Kriegs-Verderben / dergestalt verdorben / das sie bekändtlich keine Zahlungs-Mittel haben / solche / wie sie ohne das durch die Unmöglichkeit entschuldigt; Also ihnen / biß sie zu bessern Mitteln gelangen genugsame Zeit vergönnet und zulasset: Welche Schuldener aber zwischen diesen beyden Extremis in einem mitteln / und solchem Stand sich befinden / daß sie dero Schulden / obwol mit etwas dero Ungelegenheit / zahlen können / bey solchen und dergleichen Fällen / habt ihr zuforderst dahin zu trachten / daß ihr durch gütliche Wege / mit reiffer Erwegung / beydes des Glaubigers und Schuldners Zustand / auch anderer mit einlauffender Umbständen (sonderlich / ob der Debitor das Unterpfand seit dem Frieden-Schluß genossen / oder / ob er die auffgenommene Gelder dem Commissariat verschossen /) die Partheyen gütlich auß einander setzet / und zu billigem Vergleich und Terminen vermöget; oder / falls solches nicht zu erhalten / ex æquo & bono, nach Billigkeit der Sachen / einen Außschlag gebet / nicht aber nach der Strenge verfahret; Weniger / durch allzueylender Execution die Unterthanen vertreibet / oder zu Abtragung der Herrschafft Gefäll und Schuldigkeit untüchtig machet; Vornemlich aber dahin euer Absehen richtet / daß ihr / zu Ablegung der Capitalien / inner deren ohne das im letzten Reichs-Abschied vergönneter Zeit / und vorgeschriebener massen / keinen Debitorem, wider seinen Willen / zwinget: So dann den Pensionen / Zinß und Gülten halben / es dahin richtet / daß diejenige / so vor dem letztern Reichs-Schluß verfallen / cassirt: Hingegen mit denen künfftigen desto richtiger zugehalten werde; Welches wir jedoch nicht also ohne Unterscheid / sondern allein auff diejenige Schulden verstehen / die unter währendem Krieg / oder noch vor demselben gemacht worden: Dann welche seither dem Münsterischen Frieden-Schluß allererst contrahirt: Oder da auch der Zahlung halben seithero besagten Frieden-Schlusses (ausser / da Soldaten / einige Obligationes von unsern Unterthanen gepreßt /) neuer Vergleich zwischen den Partheyen gemacht

macht und getroffen worden / oder noch gutwillig mögten getroffen werden / lassen wir bey dem Jnhalt derselben Obligationen und Transactionen allerdings bewenden; Doch habt ihr / was unter andern Obrigkeiten im Reich gesessene Creditores anlangt / dahin zu sehen / wann dieselbige unsere Unterthanen nicht zahlen / daß gegen ihnen es gleichmässig gehalten werde; inmassen euch auch vorbehalten / in einem oder andern zweiffelhafften Fall / bey unserer Cantzeley weitern Bescheids euch zu erholen. So viel aber die Communen, es seyn gleich Städte / Flecken oder Dörffer / so uns zugehören / anlangen thut / nachdem die Käyserliche Majestät obbemelter massen uns der Schulden halben / das jüngst-publicirte Indult allergnädigst ertheilt / haben gedachte Communen sampt und sonders / wider deren Creditoren Anläuffe / sich desselben zu gebrauchen und zu bedienen: Es wäre dann Sach / daß derselben eine oder mehr / seit dem Frieden-Schluß / doch ohne Zwang / mit ihrem Creditorn sich absonderlich verglichen hätte / oder noch vergleichen mögte / dabey es dann billig sein Verbleibens. Und damit wir auch wissen mögen / wieviel ein jeglicher unserer Communen / Städt und Dörffer schuldig seye / und wem; Als solt ihr von denen euch anvertrauten Ampts-Städten / Flecken und Gemeinden eine gründliche Verzeichnüs erfordern / was / und wie viel / auch weme jede Gemeinde schuldig / mit Bezeichnung bey jedem Schuld-Posten / ob solche Schuld vor- in- oder nach dem Krieg gemacht worden / und solche zu unserer Cantzeley förderlichst einschicken. Jm übrigen ist die Meynung / daß es auff solche Schulden / welche allererst seither dem Frieden-Schluß gemacht worden / nicht zu verstehen / auch da bey einem oder anderm Fall einige Special- und sonderbahre Consideration mit einlauffen solte / daß derenthalben weitern Bescheids zu erholen unbenommen; Uns aber jedesmahlige Dispensation und Veränderung / nach Befindung der Umbständen / und Zunehmung deren Nahrung jedesmahls zu thun / vorbehalten. Darnach ihr euch zu richten. Datum Heydelberg / den 6. Decembris, Anno 1654.

Carl Ludwig.

Chur-Pfältzische Commissariat-Gelder quid, & unde ortum habeant?

11. Meminit superior *Ordinatio Sereniss. Elect. Palatini*, **der auffgenommenen Gelder / so dem Commissariat verschossen werden.** Hæc pecunia fortè an illa fuit, quæ ab Electore *Friderico V.* ad bellum Bohemicum destinata fuit: Isti colligendæ & recipiendæ certi Commissarii fuerunt præfecti; Inde *Commissariat* dictum. Ejusmodi Contractûs debita, in aliis Provinciis alia nomina sortita sunt, v. g. **die Bunds-Gelder / Liga-Gelder / Union-Gelder.** Porrò, ratione illorum Debitorum, quæ à dicto Electore Palatino contracta sunt, inter Ferdinandum Tertium & defunctum Electorem Bavariæ transactum, & duplex Lista seu ordo, **die passirliche und unpassirliche** Lista erecta fuit, ita, ut qui in prima continentur, solutionem ab Electore Bavariæ,

vigore dictæ transactionis accipiant, secus ac posteriores, qui Cæsarem, si putant, convenire debebunt.

Würtenbergisches Statutum wegen Bezahlung der Schulden.

Von GOttes Gnaden
Eberhard / Hertzog zu Würtenberg / ꝛc.

Unsern Gruß / ꝛc.

12. Liebe Getreue / Euch ist unverborgen / was so wol bey denen Münster- und Oßnabrückischen Friedens-Tractaten / als auch deme nechst vorgewesenen Reichs-Convent zu Regenspurg wegen Nachseh- und Bezahlung / der alten und neuen Zinß / sorgfältig deliberiret und verabscheidet / danebens auch Chur-Fürsten und Stände des Reichs / wie sie es in ihren Territoriis, nach deren ihnen am besten bekandten Zustand / und erlittener Kriegs-Schaden gehalten haben wollen / mit seiner gewissen Masse freygestellet worden. Nachdem nun dieses unser Hertzogthum und Landen / nicht allein mit einem grossen Schulden-Last an sich selbst beschwehret / sondern auch den Kriegs-Flammen und Trangsalen dergestalt vor andern empfunden / daß dannenhero der vor Augen stehenden Abmangel an Leuten und der Nahrung gantz betrauerlich eingetretten / und darumb jetzo nach GOttes gnädigen Verleyhung / erlangten edlen Friedens (warumb seiner Allmacht man inbrünstig zu dancken/) so wol auff seiten der Creditoren / die nunmehr inständig / mit Vorwandt ihrer Bedürfftigkeit / die Zinß-Reichung suchen / als auch der Debitoren / welche mit allerhand grossen Lamentationen/ und Vorschützung noch obhandten Ohnvermögens / auch Ohn-Einträglichkeit der Güter / bevorab des unerhörten Geld-Mangels sich entschuldigen / Uns täglich klagen / mit nicht weniger unser Betrübnüs vorkommen / dannenhero wir nach reiffer der Sachen überlegung und Berathschlagung uns / wie es so wol der Communen, als auch Privat-Personen Capitalien Verzinsung halber / künfftig zu halten / inmassen mit mehrerem hiernach folget / wolbedächtlich resolviret haben.

Und zwar erstlich / so viel die Städt / Flecken / Weyller / und Communen betrifft / ist hiemit unser zuverlässiger ernster Will und Meynung / daß diejenige Communen / die bereits der Zinsung halber / mit ihren Creditorn sich gütlich verglichen / oder / von selbsten die völlige Liefferung angefangen / dabey verbleiben / und solchem nachsetzen; diejenige aber / so nach dato sich verglichen / noch dieses lauffende Jahr / in so grossem bekandten Geld-Mangel / bey Reichung eines halben Zinß gelassen / auff das nechstfolgende 1656. Jahr von dem ersten Januarii an aber / durchgehend alle mit völliger Zinß-Reichung einhalten / und dero Creditoren begegnen / wargegen aber alle übrige alte Zinß gefallen seyn sollen. Sonderlich aber ist unser Befelch / ihr sollet daran seyn / daß denjenigen Glaubigern / so das Ihrige mitleidentlich zur Bezahlung der Schwedischen Satisfaction-Gel-

Gelder/ und in specie zur Abwendung Brandt/ als eine Brand-Schatzung/ oder auch zu Erlösung auß der Gefangenschafft/ nemlich/ als ein Loß-Geld hergeliehen/ oder was ein Bürg unschuldig und gezwungener Weiß vor einem andern/ sonsten rechtmässigen Schuldnern bezahlen müssen/ so wol die von Anno 1650. biß dato verfallen/ als für außlauffende Zinß/ völlig- und ohne Abgang vor allen Glaubigern entrichtet und bezahlet werden. Belangend/ vor das ander/ die bey den Privat-Personen und Unterthanen hafftende Capitalien/ lassen wir es gleichergestalten/ wo einer oder der ander Schuldner mit seinen Glaubigern/ der Zinß-Reichung halber/ sich verglichen/ oder von selbsten sich zur Zinß-Reichung die Zeit hero bequemet/ in allewege auch dabey bewenden. Wo aber ein solcher Vergleich nicht vorgangen/ so wollen wir ernstlich/ daß solche Privat-Zinß-Reichungen von dem 1. Januarii 1650. ihren würcklichen Anfang nehmen/ die Bezahlung aber dergestalten geschehen sollen/ daß jedes Jahr mit dem lauffenden völligen neuen Zinß/ eine Helffte eines alten Zinses/ nemlich Anno 1650. an/ biß zur gäntzlichen Abstattung des Außstandes gereichet werden solle. Und gleich wie diese unsere wolbedachte gnädige Verordnung auff die Billigkeit/ und allerseits hoffender Gebräglichkeit gerichtet; Also versehen Wir Uns gäntzlich/ daß deroselben in allem gehorsamlich nachgelebet werden solle/ wie dann ihr Beambte hierüber ernstlich zu halten wissen werdet. Datum Stuttgardt/ den 3. Februarii, 1655.

(L. S.)

CAP. II.

De objecto, seu re ipsa Constitutionis.

Quoad rem ipsam hâc Constitutione comprehensam, sciendum, ad eam spectare omnia credita, **Schuld-Sachen**/ sive ex simplici mutuo, sive ex annuis reditibus, personalibus aut realibus, oriantur, & hi sive sint redimibiles, sive non.

Quænam Credita ad hanc Constitut. spectant?

§. 1.

ET I. Capitale, sive sors principalis, non obstante præscriptione, salva Creditoribus maneat, *d. Recess.* §. **So viel nun** ꝛc. 166. Quod non tantùm de tertiis & singularibus, verùm etiam, & multò magis de heredibus & successoribus intelligendum est; Quamvis enim multi sint, qui defendant, heredem actioni personali ex mutuo præscribere non posse, propter fictam malam fidem; non desunt tamen, præsertim inter Augustanæ Confessioni addictos, qui contrarium defendant; ut proinde in judicando certa ratio haberetur, placuit Statibus, Exceptionem hanc in specie recessui inserere.

Sors principalis manet integra.

Intra triennium non exigenda.

2. II. Si reluitivum sit, illud intra tres annos à *dato* 17. *Maij*, *Anno* 1654. exigere, nulli vas esto, *d.* §. vers. **Jedoch** &c. Namque dantur Capitalia non reluitiva, veluti in Contractu emptionis redituum, ut suprà dictum, nisi aliud pactum sit: Item in aliquibus Civitatibus, in certis domibus, consistunt Capitalia, vulgò **Ewige Gelder** dici solita, ubi solutio Capitalis indistinctè fieri non potest.

Post triennii redemptio particularis locum habet.

3. III. Hoc tempore transactô, si redemptio fiat, particularis pro quantitate summæ in 2. 3. 4. 5. 6. &c. ad summum 7. terminos divisa solutio, intra septem annos subsequentes admittitor, nisi debitor sit prodigus, aut talis rerum suarum profusor, à quo pinguior fortuna sperari nequeat, vel creditor careat alimentis sui & suorum, *d.* §. vers. **Wäre es aber.**

Deficiente pecuniâ, res aliæ in solutum dantur.

4. IV. Ubi Debitorem parati nummi deficiunt, loco horum rem mobilem aut immobilem meliorem, æquâ æstimatione præviâ, Creditori in solutum offerat. *d.* §. vers. **Oder auff den Fall** &c.

Obligationes vi extortæ, sunt nullæ.

5. V. Obligationes, durante bello, vi metuve extortæ, ad normam *Instrumenti pacis art.* 4. §. *Contractus & seqq.* actione careant, *d.* §. v. **Siebendes.**

Pensiones præteritæ extinguuntur, quadrante excepto.

6. Quoad pensiones autem, maneant futuræ, & cadant omnes ante diem *d. Recessus* cessæ aut præteritæ, quadrante excepto; Quem demum solvat debitor, junctâ annuatim una veteri cum nova post annos decem: capitali citiùs solutô, intra tres vel quatuor, *dict. Recess.* §. **Die verflossene.** 167. Si impossibilitatem, & in hoc quadrante docuerit, audiatur, vers. **Jedoch hiebey.** *d.* §.

Excepta à Constitutionis dispositione.

7. Excipiuntur ab hac dispositione I. res transactione compositæ, nisi debitor se post eam solvendi mediis exutum probaverit. II. Sententiæ realiter executæ. Licèt igitur Executio in Camera, vel alio etiam judicio, ubi non aliter provisum fuit, demandata, si tamen executio nondum facta esset, hoc non obstaret. III. Capitale & pensiones exsolutæ. IV. Mutuò data pro satisfactione militari ex Instrum. Pacis ad ranziones, **Brand-Schatzungen**/ redemptionem vitæ, corporis, larium atque prædiorum. V. Creditum ad coëmenda aut instauranda bona diruta, quæ abinde fructum sui cultoribus præbuerunt, & reflorescunt. VI. Quod fidejussor aut expromissor necessitate pulsus pro alio solvit, vel in futurum aliis, quàm Imperii civibus (qui hâc Constitutione non ligantur) solvere cogitur.

Pensiones futuræ, non

8. Pensiones futuræ, sive ex mutuo, sive annuis reditibus, quin-

cun-

cunces non excedant, *d. Recess.* §. Anreichende die künfftige Zinse etc. Ubi notandum, in Camera pensiones quincunces excedentes, licèt in Instrumento Obligationis expressæ pactæ sint, vel consuetudo loci aliud obtineat, non tantùm non adjudicari, sed etiam processus non decerni, nisi pacto usurario, quod sapiunt, expressè priùs renunciatum fuerit. supra quincunces.

9. In solvendis futuris pensionibus morosi, ad exhibitionem obligationum, paratâ executione compellantur. *d.* §. Confer huc annotata supra §. *Hìc tamen pro cautela.* Circa moram solvendæ.

10. In genere, conscientiam quisque suam, modo Christianis condecenti, excutiat. Si potis est, æquâ viâ cum adversario transigat. Judex etiam, antequam telam judiciariam ordiatur, concordiam tentet. (Quia tamen in Camera Imperiali Commissiones ad concordiam practicari non solent, semper definitivè pronunciatur, uti infrà habetur.) §. Setzen demnach. 166. &c. Cassatis in totum moratoriis, huic recessui adversantibus. §. Dieser Unserer. 189. Conscientiæ ratio habenda.

CAP. III.

De Quæstionibus ex Constitutione ortis.

§. 1.

UT ergò in medelam deperditæ Germaniæ hæc nova communis Imperii Constitutio est adinventa. *Vid. Instrum. Pacis*, §. *De indaganda* &c. *art.* 8. Des hochlöblichen Käyserlichen Cammer-Gerichts und Reichs-Hoff-Raths Gutachten de Anno 1653. wie auch der Chur-Fürsten und Stände des Heiligen Reichs Bedencken vom 30. und 20. Aprilis, Anno 1654. ita huic, tanquam sanctioni pragmaticæ, inhæret Camera, excepto, quòd ante telam judiciariam concordiam inter partes tentare non possit, nec etiam in hoc supremo tribunali ita styli sit. Inferioribus Judicibus concordiæ tentamen, in causis ambiguis, expressè præcipitur. *Recess. Nov.* 1654. §. 110. Notatur tamen præjudicium Camerale, in causa Dieden contra Dieden Mandati de non transferendo, ubi *d.* 13. Febr. 1661. per sententiam Commissio in optima forma, junctâ clausulâ, *inter partes tentandæ concordiæ* decreta fuit. Finis Constitutionis.

2. Disputationes verò ex hac Constitutione oriuntur variæ. 1. Quæritur, cui qualificationis incumbat probatio; an Debitori, an verò Creditori? Quod etsi variè in causis Cameralibus disputetur; Priùs tamen hæc sequentia suadere videntur: 1. Quia, ubi ad beneficia pau- Probatio qualificationis, an Creditori incumbat, an debitori?

paupertatis fit provocatio, nemo pauper, sed quilibet solvendo esse creditur, donec probetur contrarium. 2. Quia debitor, excipiendo ex hac Constitutione, fundat se in jure singulari, certas qualitates requirente. 3. Quia absurdum esset, Creditori id injungere, cùm ipsi scrinia sui adversarii lustrare, & facultates ipsius excutere, sit impossibile. 4. Quia & de Jure Justinianæo debitores à nexu debiti non liberantur, nisi ejurent bonam copiam. *Novell.* 135. *cap.* 1. 5. Quia in aliis debitori concessis remediis, præsertim *Authenticæ hoc nisi* &c. & beneficio competentiæ (quod ultimum cum hoc maximè symbolizare videtur) egestatem suam probet, necesse est.

3. Et ex his practicatum constat, Creditores, etiam contra Civitates non infimi Ordinis, qui hâc Constitutione excipiendo frui voluerunt, ut juratô edant specificam bonorum atque redituum descriptionem, replicâsse. Sed in his omnibus arbitrium Judicis requiritur, qui pro qualitate negotii & circumstantiarum hæc omnia dijudicabit. Noviſſimum præjudicium est in *causa M. contra S.* ubi debitoribus probatio in puncto der alten Quart injuncta fuit 1. *Junij*, *Anno* 1666. ibi: Dann solle der in gedachter Urtheil enthaltener Abzug / von der Quart der alten Zinsen (die Beklagte könten dann dieserhalben ihr Unvermögen / laut jüngern Reichs-Abschiedts / wie sichs zu Recht gebührt / erweisen /) defalcirt werden. *In eadem quoque causa* posthac *d.* 2. *Aprilis*, 1669. alia, non minùs singularis sententia lata fuit, sequentis tenoris: Seynd Beklagte zu dem anerbottenen Juramento suppletorio, ratione impossibilitatis, hiemit gelassen / darauff der Bescheidt / werden und mögen dieselbe einen Eyd zu GOtt / und auff das Heilig Evangelium schwören / daß ihnen die schuldige Quart deren vor dem jüngern R. A. verfallenen Zinsen / nach reiffer überlegung gemeiner Stadt Vermögens und Einkommens / abzutragen und zu bezahlen unmöglich seye / daß sie damit gehört werden / und ferner darauff ergehen solle / was recht ist.

Res arbitrio Judicis relinquenda.

Præjudicia notabilia.

4. Quamvis autem in §. 2. adductæ rationes non adeò incongruæ sint, in Camera tamen Spirensi propterea distinctio observari non solet, quòd Recessus generaliter loquatur, secundùm vulgatum juris axioma, ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.

5. Secundò, de præscriptionis exceptione, in §. So viel die Capitalia, sublata, dubitatur: An etiam ea præscriptio sublata censeatur, quæ ante tricennale hoc bellum non tantùm cœpta, sed etiam completa,

An præscriptio sit sublata, quæ ante bellum

pleta, ut proinde præscribenti jam ante jus quæsitum fuerit? Scio equidem, inter certos Imperii Status hoc ab utraque parte anxiè excussum esse; quid judicatum sit non memini. Ego in verbis: **Keine Verjährung wegen der bey währendem Krieg unterlassener Forderung** / & in jure communi, ex quo tempore belli præscriptio saltem dormit, aut cessat, jam antè completa autem non tollitur, decisionem quærerem. cœpta & completa.

6. Tertiò dubitatur, an Constitutio de non attendenda præscriptione, ita crudè de quibusvis tempore belli intermissis exactionibus sit intelligenda; An verò tantùm, ubi copia judicis & agendi facultas defuit, ita ut ipse, qui præscriptionem declinare vult, probare illud cogatur? In qua opinione sunt aliqui ex novellis. Et non interesse, sive Creditor, bellô durante, judicialiter haud exegerit sortem aut usuras, sive extra judicium interpellatio facta non fuerit, argum. *l. 7. pr. C. de præscr. 30. vel 40. annor.* Docet Hahn. ad §. *de indaganda. Instr. Pac.* §. **So viel nun.** *num. 1. §. 102. qui num. 103. addit*: Nulla enim intermissa petitio durante bellô, **keine unterlassene Forderung / bey währendem Krieg** / obesse debet. Hoc num. 1. Ergo, nec ulli petendi modi neglecti officient. An præscriptionis exceptione gaudeant Creditores, ex quacunque causa petitionem intermiserint.

7. Quartò, si Debitor reluat, & particulari solutione intra 7. prædictos annos gaudere velit, an sit audiendus, juxta §. **So viel nun die** Capitalia? Ego, ubi Creditor reluitionem tentat, hoc beneficii debitori concessum esse arbitror, ut aliquo modo relevetur per terminos, non verò, ubi Creditore forsan invito, ipsemet hoc tentat: eo enim casu vires suas excutiat, & solvat ad præscriptum obligationis, necesse est: necessitate enim pressis, non delicatis hæc lex scripta. Si Debitor ipse reluat invito fortè Creditore, an ipsi competat beneficium particul. solutionis.

8. Quintò, quia saltem de reluitivis disponitur, quòd intra triennium à Creditore relui nequeant, quæritur, an ergò in non reluitivis, ut sunt annui reditus, valebit ex parte Creditoris dispositio *Recessus Deputatorum de Anno* 1600. §. **Ferners ist biß anhero** &c. 38. Ubi cavetur, Mandata sine clausula locum habere, **wann der Schuldner sich selbsten obligirt / da er in Zahlung der Jährlichen Gülten sich säumig erzeigen würde / alsdañ dem Glaubiger alsobald die Kauff- und Haupt-Summe / nebenst den Gülten wieder zu geben.** Et an non expectato triennio, si conventio sit executiva, Mandata sine clausula de solvendo vel dimittendo **auff Hauptstuehl und Zinsen** / cum effectu realis executionis decernentur? Ego constituentes hîc minùs dixisse, quàm sensisse, arbitror, ut proinde benignâ interpretatione verbis subveniendum sit. De debitis non reluitivis.

9. Meliùs sustinetur, eo ipso, quòd clausula ratione solutionis capitalis & obligatione adjecta est, capitale ex non reluitivo fieri reluitivum, ut proinde non minùs, ac in aliis capitalibus reluitivis, executio pro conformitate & tempore Recessûs peti possit, prout non tantùm ejusmodi Mandata, sed etiam Executiones in Camera jam sæpius decretæ fuêre.

An Constitutio pertineat ad debita, post factam pacem contracta? Affirmatur de debitis contractis ante executionem pacis Noriberg.

10. Sextò quæritur: An hæc Constitutio etiam sit extendenda ad debita, post concluſam pacem Monasteriensem primùm contracta? Quod meo judicio negandum, cùm expressè æris alieni meminerit, quod durante bello est conflatum.

11. Quamvis illa pax Westphalica Anno 1648. fuit facta, ejus tamen executio Norimbergæ demùm duobus postea annis, nimirum 1650. realiter perfecta, & intereà multæ Imperii Provinciæ, non tantùm Svecicis, sed etiam Gallicis militibus sustentandis fuerunt oneratæ: Jam quæritur, de debitis intermedio tempore contractis? Nulla autem apparet ratio diversitatis, quare illi, qui hoc tempore fortè majorem, quàm ante initam pacem, ruinam passi sunt, non æquè privilegio dicti Recessûs digni censeantur; Bellum namque non priùs finem accepisse creditur, nisi cùm hostes ex Imperio recesserint.

CAP. IV.

De modo in Camera procedendi ex hac Constitut.

§. 1.

Qui Processus ex hac Constit. in Camera soleant decerni?

QUoad modum procedendi ex hac Constitutione (nisi aliter in una vel alia Provincia fuerit provisum) notandum, Cameram, pro qualitate obligationum supplicantibus vel Mandata de solvendo, dimittendo hypothecas, immissorialia, executorialia, vel citationes super credito, maximè pensionibus & reditibus, in genere decernere.

Minùs rectè faciunt; qui saltim agût ad pensiones post Recess. nov.

2. Imò nonnunquam, ad instantiam Actorum nimis curiosorum, Mandata de solvendo tantùm ad pensiones post Recessum cessas decreta, ut in *causa Seniorn & Deputaten* des Hohen Stiffts Straßburg contra Schellenberg & Consort. quæ causâ submiss. 5. *Septembris*, 1659. Meliùs autem faciunt, qui sampt der alten Quart, auch die künfftige Zinß includunt, nec aliter, quantum ad decernendos processus, & aperiendum actori judicium, fieri posse, cùm exspectanda sit partis adversæ ex hac Constitutione exceptio, & hactenus dubium sit, num se qualificet ad hanc Constitutionem, vel etiam an eâ velit uti.

3. Quòd

3. Quòd si autem exceptum fuerit, ad pensiones ante Recessum Imperii cessas, etiam ad quadrantem reservatum (hactenus scilicet, usque dum 10. à die novæ hujus Constitutionis præfiniti anni absoluti fuerint, postmodum enim ad hujus quadrantis exsolutionem æquè ac circa alia executivè procedet Camera) executivè non procedit, sed in causis Mandatorum sub hac consueta forma pronunciat: In Sachen N. N. contra N. N. Mandati de solvendo vel dimittendo hypothecam S. C. ist D. N. N. sein der Declaration pœnæ und Arctiorn halber / beschehen Begehren noch zur Zeit abgeschlagen / sondern D. N. N. Einwendens ungehindert / glaublich Anzeyg zu thun / daß dem außgangenen / verkündeten und reproducirten Käyserlichen Mandato, mit würcklicher Bezahlung seit dem jüngsten Reichs-Abschied erschienenen noch unbezahlten Pensionen ein völlig Benügen beschehen sey / Zeit zweyer Monat pro termino & prorogatione von Ampts-wegen angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß gedachter Beklagter jetzt als dann / und dann als jetzt in die Pœn berührtem Mandato einverleibt / hiemit erklärt / fernere Process auch erkennt / daß er seinem Gegentheil die Gerichts-Kosten / an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht derentwegen auffgelauffen / ihnen den Klägern / nach rechtlicher Ermässigung / zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn solle; So dann / wollen die Partheyen wegen derer vor besagtem Reichs-Schluß erschienenen Pensionen ein ander Spruch und Forderung nicht erlassen / mögen sie es an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht / ob sie wollen / besser außführen. Quæ hodie sunt quotidiana.

Si reus beneficium Constitut. objiciat, quæ ratio pronunciandi.

4. Si non fuerit exceptum, sententiæ paritoriæ dantur ad formam communem, hoc modo: In Sachen N. N. Klägern contra N. N. Beklagten / ist Licentiat N. sein der Declaration pœnæ &c. noch zur Zeit abgeschlagen / sondern D. N. N. Einwendens ungehindert / glaubliche Anzeig zu thun / daß dem außgangenen / verkündeten und reproducirten Käyserlichen Mandat, mit würcklicher Erlegung der außständigen Zinß / alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt sey / Zeit zweyer Monat etc. ut observatum in causa Hilt contra C. Mandati de solvendo S. C. 12. *Maij*, *Anno* 1658.

Si non objiciat, qualis tunc feratur sententia?

5. In causis, per citationes inchoatis pro natura negotii pronunciatur, hâc tamen exceptione partibus manente salvâ, si in puncto executionis ad modificandam sententiam eâ uti velint, vel eâ etiam in decisione causæ & processu attentâ, si justâ ratione obmota fuerit.

In causis citationis quomodo sententiæ secund. Constitut. formentur.

Præjudicium.

6. Sic in causa *Mariæ Felicitas* von Zillhardt / Klägerin eines / wider die Gebrüdere von Neiberg Beklagte andern Theils / Citationis ad videndum fieri immissionem in bona hypothecata &c. *Anno* 1656. den 14. *Februarij* talis sententia lata: Ist allem Vorbringen nach zu Recht erkandt / daß gedachte Beklagte die verschriebene Güter der Klägerin / biß dieselbe ihro die seither dem jüngsten Reichs Abschied von dem Capital der 5000. Gülden erschienenen / und noch erscheinende Zinß / sampt allen Schaden und Kosten / jedoch davon / was darauff gelieffert / abzuziehen / zur Genügen contentirt und bezahlt / abzutretten schuldig / und darzu / wie auch die Gerichts Kosten / an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht auffgelauffen / rechtlicher Moderation vorbehältlich / zu condemniren und verdammen seyn / als wir sie darzu condemniren und verdammen; So viel aber die vor ermeltem Reichs-Schluß betagte Zinß betrifft / ist Doctor Müegen / was sich auff den 26. Januarii jüngst einkommene Duplicas in specie zu handeln gebühret / Zeit zweyer Monat pro Termino & Prorogatione von Ampts wegen angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkomen wird / daß die Sache in diesem Puncto vor beschlossen hiemit angenommen seyn sol; So dann ist obberührten Beklagten zur würcklichen Execution und Vollziehung dieser ergangener Urtheil Zeit dreyer Monat pro Termino & Prorogatione von Ampts-wegen angesetzt / &c. prout sequitur, in consuetis executorialibus, sententiæ annexis.

In causis appellationum quomodo exceptionis ex hac Constitut. habeatur ratio.

7. In causis appellationum eodem modo sententia prior confirmatur aut reformatur, prout dictant acta; quòd si tamen succumbens, etiam post sententiam, hâc exceptione se tueri velit, ipsum audiendum esse arbitror, cùm faciat non ad impugnandam sententiam, sed ad modificandam executionem, valeatque, ut beneficium competentiæ, quod in executione opponere cuivis licitum est. Ita factum & judicatum in causa *Cramer contra Lafferts* Appellationis, nunc executorialium, 13. *Decemb. Anno* 1658.

Limitatio.

8. Nisi causa, vel persona sit talis, quæ notoriè ad hanc Constitutionem se qualificare non possit. Sic in causa *Harff contra Romberg*, appellationis, nunc executorialium, Appellans post latam confirmatoriam hoc beneficio se tueri voluit, sed 19. *Maij*, 1659. per sententiam repulsam tulit.

Cui incumbat probatio qualificationis.

9. De reliquo, circa quæstionem, cui incumbat qualificationis probatio, notandum adhuc est, eam ex hac Constitutione excipienti in-

injungi. (Quia nempè est exceptio à regula, ideo meritò à Debitore probanda.) Hoc innuit non obscurè sententia in causa **Friederichs/ Dieterichs Wolffgangs / Hermans und Johan / Cämmerers zu Wormbs/ genannt von Dahlberg/ Klägern / wider Bürgermeister/ Rath / Schöffen und gantze Gemeind der Stadt Trorbach und Traben Beklagte /** in cujus fine hæc verba adjecta : **Dann ist Beklagten das angezogene** Beneficium **jüngsten Reichs-Abschieds, wofern selbige dessen fähig zu seyn vermeynen/ ob sie wollen/ wie sichs gebührt/ auszuführen hiemit unbenommen/ sondern vorbehalten/** 14. *Febr.* 1656.

Quid obtineat, si post transact. ante noviss. Rec. initam, Debitor non solvendo factus?

10. In casu, ubi post initam transactionem, se non solvendo redditum, Debitor conquerebatur, onus probandi ipsi fuit injunctum, *in causa S. Mauritij* **Stifft in Speyer** contra **Straßburg** &c. 30. Octobr. 1655. & *in causa* **Emmerich** contra **das Hospithal zu St. Georgen in Speyer/** 10. Decembr. 1657. Idque ad modum *dict. Recessus*. §. **Anreichende die künfftige Zinse.** 168. *forma pronunciandi talis est* : **In Sachen** S. Germani **und** S. Mauritii **Stifft in Speyer/ wie auch der Tilmannischen Erben /** in actis **benannt / Klägern / wider Bürgermeister und Rath der Stadt Straßburg / Beklagte /** Mandati de solvendo S. C. **ist** Lt. W. **sein der** Declaration pœnæ **halber beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen / sondern** Doctor S. **glaubliche Anzeig zu thun** &c. (prout in paritoriis usu frequentatur) **es wäre dann/ daß gedachte Beklagte erweisen könten / daß sie erst nach dem getroffenen Vergleich durch das Kriegs-Wesen ins Verderben gerathen sind/ daß solches gehöret / und darauff ergehen solle / was recht ist.**

An præter dispositionem nov. Recess. Cæsar longius moratoriũ indulgere possit.

11. Quia *Recessus novissimus* commune moratorium omnibus indulget, omnia etiam de præterito concessa, quantum huic adversantur, cassata videatur, dubitari quoque potest: An longius moratorium à Cæsarea Majestate hodie num impetrari possit? Et quidem de potestate Cæsaris disputare, hoc casu sacrilegium foret. A multis tamen in Aula Cæsaris notatum est, supplicantes pro obtinendis ulterioribus moratoriis, ad præsentem Constitutionem utplurimum remitti.

Moratoria ratione Debitor. superiori bello ortorum sublata esse videatur.

12. Imò in *dict. Recess. Imp. de An.* 1654. §. **Dieser unser** &c. 169. non tantùm præterita, sed & futura moratoria à Cæs. Maj. concedenda, sublata esse videatur ratione debitorum in bello contractorum vel auctorum. Ex eo autem, quod Imperatori denegatur, concedere inducias moratorias, præterito tricennali bello ad incitas redactis debitoribus, regulam extruunt DD. quòd aliis debitoribus, infortuniô aliô bonis

lapsis, eas concedere adhuc liberè possit. Vitriar. *Inst. jur. publ. lib. 3. tit. 2. pag.* 282.

13. Cæterùm de requisitis, ad obtinendum moratoriæ exceptionis privilegium, videri possunt J. C. **von Uffenbach**/ *in tr. de Jud. Aulic. c.* 11. §. 9. *p.* 136. & Schütz *ad Jus publ. vol. 2. exerc. 9. th.* 11. *& seqq.* qui uberiùs explicant. E re insuper videtur, paucis indicâsse, quòd varia scripta, super argum. §. de indaganda, & sæpè memoratæ Constitut. Imperii, superiorib. annis lucem viderunt, v. c. *Abrah. Rödereri* **Abtheilung des Reichs-Schlusses in Schuld-Sachen.** *Argent.* 1658. *Henr. Hahn.* Opuscul. aureum jam suprà citat. *Helmstad.* 1683. *Jo. Ott. Taboris* Consult. Academica, de Præsidiis debitorum infelicium, curâ Nob. *Dn. J. Christ. Itteri*, JCti, nuper recusum Giessæ, 1686. *Jo. Dav. Mevij* discussio levaminum inopiæ debitorum. *Francof. & Lipsi.* 1678. Quàm diversæ autem in hac materia fuerint opiniones DD. Deputatorum in Comitiis Ratisbon. ante ann. 1654. apparet ex scripto, quod quia omnium manibus non teritur, hîc annectere lubet.

Der Herren Deputirten in jetziger Reichs-Versammlung unterschiedliche Meynungen über den §. De indaganda, Instrum. Pacis.

1. Haben die Majora davor gehalten/ daß vor allen Dingen das Capital in salvo zu lassen / ausser etlichen wenigen / so die grosse Ruin vorgeschützet / und vermeynet / daß die Capitalien auff ein gewisses zu moderiren / oder auch wol deren Abstattung auff gewisse Termin zu richten / und unterdessen die Interesse cessiren sollen. Wegen der Zinsen sind die Majora dahin gangen / daß vor allen Dingen hierin ein Unterscheid zu machen unter den Immediat-Ständen und deren Unterthanen / und so viel dieses letztere betrifft / eine jede Obrigkeit in ihrem Gebieth und Land einige billigmässige Verordnung zu machen / und die Reflexion auff diesem Reichs-Schluß zu nehmen/ und alles dergestalt einzurichten/damit es der Æquität gemäß seye/ und niemand Ursachen gegeben werden möge sich des Juris talionis zu gebrauchen. Etliche andere aber haben davor gehalten/daß derentwegen eine durchgehende Regul / und unter denen Mediat-und Immediat-Ständen kein Unterscheid zu machen/ sondern allein ein Absehen auff die Benachtbarte zu stellen/damit dieselbe nicht etwan Ursach nehmen mögten / sich des Juris talionis zu gebrauchen/ und haben sich diesem nächst / so viel diesen §. insgemein betrifft / theils mit des Reichs-Hof-Raths Gutachtens/ ins sonderlich aber / so weit selbige mit einander übereinstimmen/ verglichen. Andere aber haben sich in specie wegen der verflossenen Zinsen/ und zwar theils dahin außgelassen/ daß derentwegen/so viel jedoch die Immediat-Stände beydes der Debitor und Creditor den erlittenen Schaden mit einander theilen/ und derentwegen immittels zusammen kommen solten/mit Abzug dessen/ so allbereit bezahlet worden. Theils andere sind der Meynung/ daß zu forderst

derst dieser Außstandt nicht über das alterum tantum zu richten; dann wo der Debitor, wie er in Instrumento Pacis beschrieben wird / beschaffen / alsdann die rückständige Zinß auff 4. pro Cento zu richten/und aliud pro alio anzunehmen. Theils haben wegen solcher Rückständ des Königs in Hispanien Philippi II. dabevorn in Niederland gebrauchtes Mittel/ und deßwegen außgelassenes Edict, pro remedio vorgeschlagen. Theils haben vorgeschlagen alle rückständige Pensiones biß auff ein Viertheil zu erlassen. Item die Capitalia ab Anno 1650. biß zu diesem Reichs-Tags Schluß mit drittehalben pro Cento, nach diesem Reichs-Schluß aber mit vier / oder zum höchsten fünffe vom hundert zu verzinsen. Item wegen Ablösung der Capitalien einen allgemeinen Anstand auff drey Jahr lang zu machen. Item/ daß hernacher mit den Creditoren wegen Ablegung der Capitalien auff leidentliche Frist handlen/ und wann man sich deßwegen verglichen/alsdann biß zu Abzahlung dessen / kein current-Zinß erlegt / auch obgedacht ein Viertel der alten Zinsen ehender nicht / es sey dann das Capital entrichtet / abgetragen werden solle / jedoch daß dieses Beneficium sub pœna privationis desselben über zwantzig Jahr nach Außgang berührter drey Außstand-Jahr/ nicht zu extendiren. Andere haben allein in genere dahin gezihlt/daß etliche Zinß nachzulassen/und wegen der versessenen Pensionen vier/ drey oder drittehalben vom hundert zu geben/ und ein gewisser Termin, wann die vertagte sampt den Current-Zinsen zu zahlen/ angefangen werden sollen/ zu bestimmen. Theils sind der Meynung gewesen/ die verflossene Zinß auffs halbe zu moderiren. Theils / daß die Zinß bißhero gantz / oder auff zwey Vierthel / und zwar allein denen nachzulassen/welche bekandtlich keinen Nutz auß dem Capital haben mögen/die künfftige Zinß aber auff acht oder zehen Jahr nur auff vier pro Cento zu richten. Theils / daß die verfallene Zinß auff zwantzig Jahr von Anno 1631. anzurechnen/ nachzulassen. Theils / daß die Zinß von Anno 1632. biß 54. exclusivè nachzulassen / die übrige Restanten aber / und zwar nach zehen Jahren / neben den Current, auch ein alter Zinß abzustatten / und von Anno 1654. die Current-Zinß wiederumb abzuzahlen. Theils/ daß die Reduction der Zinß ad tempus belli ab Anno 1618. biß 1648. zu richten / und was unter dem altero tanto verblieben/ drittehalb pro Cento dergestalt zu stellen / daß jedes Jahr ein neu und alter Zinß abgetragen werden solle. Item / daß die künfftige Zinß biß auff fünff pro Cento zu reduciren. Item / daß der Debitor in zehen Jahren zu Abtragung des Capitals nicht anzuhalten. Item/daß in concursu das Capital erst/ und hernacher die Zinß sub ea prioritate abzuzahlen. Theils / daß nachdem das Capital moderirt seyn würde / alsdann künfftig davon auff zehen oder zwölff Jahr die Helffte / und forderst wiederumb die völlige Zinß abzutragen. Theils / daß die verfallene Zinß wenigst biß auff den Nürnberger Schluß schwinden zu lassen/ und die Current-Zinse etliche Jahr auff die Helffte zu moderiren. Theils / daß die verflossene Zinß ab Anno 1618. zu moderiren / wegen der künfftigen ein gewisser Terminus zu setzen/ und zu statuiren / ob die particularis solutio Platz haben solle. Theils / daß alle auffgeschwollene Zinß zu cassiren / und davon auch die Fidejussoren zu befreyen. Was von den verflossenen über das Alterum tantum bezahlt / wiederumb am Capital

pital zu decurtiren/ und wegen der künfftigen Interesse eine Moderation vorzunehmen. Theils / daß wegen der auffgeschwollenen Zinsen zwischen den Creditoren und Debitoren vor allen Dingen die Güte zu tentiren/ dergestalt/ daß in der neuen Reichs-Constitution alle und jede Creditores und Debitores, welche sich des §. de indaganda mit Fug bedienen könten / ernst- und beweglich ermahnet würden / sich mit einander in der Güte zu setzen/ und beyderseits schiedlich finden zu lassen/ massen auch auff Begehren der Richter schuldig seyn solte sich dieser Schuld-Sachen anzunehmen/ und selbige nach gestalten Umbständen und Ermässigung des Debitoris Beschaffenheit zu vergleichen/ oder auch gar in Entstehung dessen zu decidiren/ was auch also verglichen oder decidirt wird / dabey sol es ungeändert verbleiben / und auff den Saumnus-Fall exequirt werden. Theils / daß es der Debitorum tam privatorum, quàm publicorum in Haupt-Classes zustellen / als nemlich:

1. Daß zuforderst aber derjenigen halben/ welche wegen der gehörigen Mittel zu schuldiger Zahlung der Schulden an Capitalien und Interesse dieser Zeit keinem wahren Mangel stehen/ noch erhebliche Exceptiones mit Grund einwenden können / allerdings bey der Disposition gemeiner Rechten und Reichs-Constitution zu lassen / und denselben gemäß auff Anruffen der Creditoren die gebührende Justitz zu ertheilen.

2. Den Ständen/ als welche tempore & occasione belli, in solchen Schaden und Verlust gesetzt / daß ihnen die vertagte Pensiones abzutragen ohnmöglich fallen wolte/ vor/ wo nicht völlige General-Remission, jedoch ersprießliche Moderation deroselben ratione temporis & rei wiederfahren zu lassen.

3. Daß gegen die / so unvermögens / auch bey diesem Remedio nicht bestehen / und so gar auff gnugsame Demonstration und Beschleunigung die künfftige fallende Zinsen / oder auch das Capital zu gewissen engen Terminen abzutragen nicht vermögen/ weder mit Executions-Proceß, Repressalien oder Arresten beschweret / sondern dieselbe bey ordentlicher Verwaltung ihrer Herrschafften und Güter dergestalt gelassen werden sollen/ daß sie alle ihre ordinari- und extraordinari-Einkünffte auff vorhergehenden Abzug deren zu Conservation ihres Staats/ und Abstattung der extraordinariorum Imperii onerum unentbehrlich erforderten Unkosten/ und ihre Creditores entweder auff Abschlag der fortlauffenden Zinß/ oder mit Consens der Creditoren zu Abtragung der Capitalien außtheilen mögen / jedoch wann die Debitores hiernechst zu Kräfften kommen würden / daß sie solchen Abgang best-möglich zu ersetzen schuldig seyn sollen.

Von obgemeltem Beneficio sind in den abgelegten Votis hinc inde nachfolgende Exceptiones beschehen: Causas pias & privilegiatas, widerkauffliche Contracten / wo die Zinß zu Geld angeschlagen / unablößliche und Grund-Zinß / wo der Debitor suâ culpâ in Schulden gerathen: Wo wider den Debitorn vorm Krieg Urtheil erhalten worden / die Schulden / so unter währendem Krieg und Zeit der Noth/ auch die nach dem Krieg gemacht worden/ sampt denen davon verschienenen Pensionen/ was allbereit verglichen/ oder auch schon bezahlet worden/ diesen so allen Moratoriis und Beneficiis renuncirt / so gleichwol von einem Ort widersprochen wor-

worden / weilen fast in allen Haupt-Obligationen dergleichen Renunciationes befindlich/ Antichreticæ Conventiones: Item/ daß die Reductio der Müntz / auff die Zeit/ da sie ersteigert worden/ zu beobachten/ das Beneficium alterius tanti wiederumb zu bestätigen/ das Beneficium competentiæ, wo es nicht mißbraucht werde / in acht zu nehmen. Daß die verglichene Obligationes dem Creditori nicht schaden / sondern prævio juramento assertorio wiederumb erneuert/ auch die Præscription à Debitoribus nicht allegirt / und exequirte Obligationes auff Kriegs-Restanten cassirt werden sollen / daß wegen der künfftigen Zinsen arctior executio zu statuiren/die unleidentliche usuræ auff die Reichs-Constitutiones zu richten/und was darwider erhaben / dem Capital abzuziehen. Daß den Debitoren abzuziehen/ was sie durch Gerichts-Zwang zahlen/und dahero mit höchster Beschwerung auffnehmen müssen/ similiter dasjenige/ so über diese außfallende Constitution bezahlt. Wann einer ein Capital umb ein Geringes an sich erhandelt/ daß solcher Vortheil dem Debitori zufallen / und daß die auff verflossene Zinse erkandte Mandata, so noch nicht exequirt seyn / wiederumb auffzuheben / und zu cassiren.

TIT. XIII.

De Causis relaxationis Juramenti ad effectum agendi.

Ordin. P. 2. T. 24.

§. 1.

Septimum factorum genus. Jurisdict. Cameræ fundans.

SEptimum factorum genus, ex quo Jurisdictio Cameræ fundatur, est, si Magistratus quempiam *ob causam Civilem* in vincula conjectum, antè vinculis, aut carcere non liberaverit, quàm Juramentum, de non vindicando carcere, solenne præstiterit: Hinc causa relaxationis ad effectum agendi nascitur.

Camera in criminalibus super nullitatibus cognoscit.

2. Dictum, ob causam civilem; In criminalibus namque Jurisdictio Cameræ aliter fundata non est, nisi quis super nullitatibus egisset, desuperque citationem, ad videndum deduci nullitates, impetrâsset; Licèt enim contraventores urphedarum in criminalibus vel amputatione digitorum, vel etiam capite, pro qualitate circumstantiarum, plecti soleant: si tamen ejusmodi urpheda ipsi non defenso, non convicto, vel aliis juris & processûs circumstantiis non ritè observatis deferretur, is contra talem delationem non minùs, atque in causa civili, ratione intervenientis nullitatis, processus impetrare posset.

Præjudicium.

3. Quod ex 20. *Octobris*, 1686. publicata & hîc juncta sententia apparet: In Sachen Jacob Müllers pauperis Klägers/ wider Herrn Friederich Grafen zu Wiedt und Consorten/ Beklagte/ Citationis ad vidend. deduci nullitates & cassari &c. Ist allem Vorbringen nach

zu recht erkandt / daß die am 22. Februarii, 1684. von gedachten Beklagten ertheilte Urtheil / und darauff erfolgte Lands-Verweisung / so viel des Klägers Eheweib und Kinder betrifft / als null und nichtig / zu cassiren und auffzuheben / auch dieselbe wiederumb zu ihrem Hauß und Nahrung in der Grafschafft Wiedt / nebenst Restitution aller ihrer erweißlich angezogenen Mobilien / zu admittiren und zuzulassen seye / als wir dieselbe / sampt berührter Lands-Verweisung / hiemit cassiren und auffheben / auch admittiren und zulassen; So viel aber in specie ermelten Kläger betrifft / ist Doctor Mathiasen sein der Cassation halber beschehen Begehren noch zur Zeit abgeschlagen / sondern Licentiat Niederer die bey seines Herrn Principalen Cantzeley in dieser Sachen verhandelte Acta vollkommlich an diß Käyserliche Cammer-Gericht verschlossen einzuschicken Zeit zweyer Monat pro Termino & Prorogatione angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß alsdann berührte Sache für beschlossen angenommen seyn / und auff ferner Anruffen darinn ergehen solle / was recht ist.

Quid causa relaxationis ad effectum agendi &c.

4. Causa relaxationis ad effectum agendi est, quando actor queritur, se ob causam civilem à Magistratu in carcerem conjectum antè liberari non potuisse, quàm solenne juramentum (geschworne Urfehde) præstitisset, de carcere neque de facto, neque jure judiciove vindicando, & propterea relaxationem sive absolutionem à juramento postulat. *Ordin. h.t.* Mynsi. *obs.* 99. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *num.* 23. *& obs.* 22. 23. 24. *&* 25.

Qualitas causæ civilis Jurisdictionem fundat.

5. Qualitas facti, in hac causa Jurisdictionem Cameræ fundans, est, quòd causa, quamobrem actor vinculis detentus, civilis, & non criminalis fuerit. *Ordin. h.t.* vers. **Daß der Kläger umb begangene Verhandlung.**

6. Et observandum, actorem ex Constitutione Imperii de relaxatione &c. agere non posse, antequam carcere liberetur, quia eâ ratione perjurium committeret, & agenti exceptio perjurii opponi posset, quæ litis finitæ est. Sed postquam dimissus est, si gravatum se senserit, rectè aget. Gail. *d. observ.* 22. *num.* 2. Ant. de Butr. *in cap. dilecti. extr. de except.* Jason. *in l. Si quis major. C. de transact. c. Si verò, de jurejur.* Interim tamen dum in carcere est, poterit instare pro Mandato de relaxando, nec gravando illicitis Urphedis &c. Si modò causa civilis sit, ob quam incarceratus est. Gail. 1. *d. obs.* 22. *num.* 8.

Quando juramenti re-

7. Si quis armatâ manu contra pacem publicam captus, sub promis-

missione jurata, de non vindicando carcere, relaxatus fuerit, relaxatione juramenti opus non est, quia juramentum ipso jure nullum est, quippe contra bonos mores, tam juris Civilis quàm Canonici: atque ideo non ex hoc facti genere, sed ex Constitutione Imperii de pace publica Jurisdictio Cameræ fundata est, *Ordin. h. t. circa finem.* vers. **Aber sonst / da einer wider des Reichs Land-Frieden und Ordnung würde verurphedet. &c.** Gail. *lib.* 1. *obs.* 22. *num.* 7. Denais. *verb. relaxatio ad effect. ag.* 267. §. 2.

laxatio non necessaria, sed ipso jure nullum sit juramentum?

8. Videtur Author minùs rectè hoc §. 7. sentire; nam si hic titulus in *Ordin. Cam.* probè inspicitur, allegatorum verborum mens nequaquam ad Authoris opinionem tendit: ex præmissis enim liquidò constat, quàm cautè Judex Cameralis in puncto absolutionis procedere, &, ubi actor facinorosus repertus fuerit, quòd illum remittere debeat ad locum, ubi urphedam præstitit, ut secundùm illam vivat, in verbis: **Aber sonst** / ut merè adversativis clarè dispositum, quòd ex hac Constitutione agere liceat, & verba: **Da einer &c.** Exemplum de pace publica producunt.

9. Hinc firma manet regula, quòd adversus pacem publicam aut Imperii Constitutiones turbatus, ac desuper elogio jurato de non experiundo in jure contra turbatorem constrictus, præstiti Juramenti relaxationem ad effectum vindicandi injurias sibi illatas, omissò quovis alio Judice, reverà in Camera impetrare possit. Gail. 1. *observ.* 25. *per tot.* Mynsi. 3. *obs. num.* 2. Stephani *P.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 150. Schvvaneman. *lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 1. *per l. fin. pr. ff. ad l. municip. l. fin. ff. qui satisd. cog. l.* 1. *C. qui milit. poss.*

10. Quæ amplianda, si (utì dictum) ex causa civili iniquè carceribus inclusus, amore libertatis, talem urphedam præstare, vi metuque coactus fuerit. Gail. 1. *observ.* 22. *n.* 1. *& 2. per l.* 2. *C. de exact. tribut. cap.* 18. *x de jurejur. vers. Si falsum, & cap.* 1. *vers. Quin verò. x. eod. in* 6. *l.* 22. *ff. quod vi met. caus. l.* 5. *pr. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* aut saltem injuriam sibi illatam, se jure non vindicaturum, datâ fide manuque stipulatâ loco juramenti, **mit Hand-gegebener Treu an Eydes statt** / promiserit, ut 11. *Junij, An.* 1674. factum in causa **Georg Schwartzen** contra **Grafen Günthern zu Schwartzenburg.**

11. Et beneficio hujus ampliationis, Camera in atrocissimos & durissimos carceres detruso, iis ita à Deputato Commissario repertis, Mandatum de mitigando carcere decernit, Gail. 1. *observ.* 26. *num.* 10.

Eadem de fuga non suspecto, & indebitè carcerato, præstitâ cautione sufficienti, etiam Mandatum de relaxando captivo concedit Gail. *d. obs. 26. n. 2. per l. 4. §. 8. ff. de fideicommiss. libert. l. 6. & l. ult. pr. C. de testam. manumiss.* Quin, si quis vi metuve coactus jurâsset, se coram Judice vel non suo, vel suspecto, vel tali, qui priùs malè jus dixit, litigaturum, imploratâ Camerâ eundem à præstito tali juramento relaxare quoque solet, uti 28. *Junij*, 1609. Conrad **Goltz** fuit relaxatus ad effectum agendi coram competente Judice.

12. Limitatur 1. modò is, qui urphedam recepit, immediatè Imperio subsit. Schvvanem. *lib. 1. cap. 17. n. 2.* 2. Implorans urphedæ copiam, si eam habere poterit, simul cum supplicatione exhibeat, & doceat, se neque carcerem vindicaturum, neque eo nomine experturum jure, vi coactum, jurâsse. Gail. 1. *obs. 22. n. 5. & seqq.* Cum ibi allegat. 3. Factæ incarcerationis causa Civilis, non criminalis fuerit. *Ord. p. 2. tit. 24. ibi:* **Daß etwan Mißhändler ꝛc.** 4. Ex informatione Magistratus intra præfixum terminum subsecutâ, vel injustam fuisse incarcerationem appareat, *Recess. Imp.* 1531. §. Item, **als ein sonder/** ibi: **Sondern sollen derselben Obrigkeit vorhin schreiben ꝛc.** vel supplicans communicatam ejus copiam probabiliter confutet, Gail. *d. obs. 22. n. 4.*

13. Et cautelam suggerit Schvvanem. *l. 2. c. 21. n. 8.* ut supplicans pro citatione ad videndum se relaxari à juramento, simul petat citationem, ad respondendum de illata injuria & totam causam deducendum; aliàs enim publicatâ sententiâ relaxatoriâ, novâ opus erit citatione ad docendum innocentiam, & compensandum perpessa damna, juxta tradita Gail. 1. *obs. 24. n. 1.*

Damnæ & impensæ coram Judice rei ordinario persequendæ.

14. Quamvis autem per ejusmodi vim, armatâ manu commissam, pax publica læsa sit; quia tamen captivus relaxatus fuit, ratione damnorum & impensarum tempore capturæ factarum, non ex hac Constitutione agere, sed potiùs viâ ordinariâ, coram Judice Rei competente, procedere debebit.

Nunciorum Apostolic. relaxationes in Camera non attenduntur.

15. Quia relaxationes juramentorum ad effectum agendi coram ordinario causæ Judice fieri debent, per tradita Dd. Nuntius autem Apostolicus in causis Civilibus Judex non est, ideo in *novissimo Imperij Recessu de Anno* 1654. §. **Als sich dann auch ꝛc.** 158. vers. **Was die Ständte ꝛc.** cautum, ne Camera absolutiones à juramentis per Nuntium Apostolicum factas ad effectum agendi attendat.

Nec quæ ab aliis Ju-

16. Nec hoc tantùm de Nuntio Apostolico, sed etiam de aliis Judi-

Judicibus Ecclesiasticis, qui causas seculares ad suum molendinum pertrahere conantur, (ut loquitur hoc loco Gailius *lib.* 1. *obs.* 25. *n.* 3.) dictum, aut subintelligendum esse arbitror. dicib. Eccles. fiunt.

17. Licèt enim Juramentum, tanquam causa spiritualis, ad Judicem Ecclesiasticum spectare videatur, veluti ex quo obligatio in foro interno potissimùm contrahatur; quia tamen Judex secularis nil aliud cognoscit, quàm utrùm Juramentum obligatorium sit nec ne, quæ cognitio mixta ac æquè secularis & civilis est; meritò Imperator & Status hanc facultatem *Assessoribus* dederunt, quæ etiam aliàs, de jure civili, secularibus Judicibus conceditur. Vide de hac quæstione singularia, quæ annotavit Schütz *ad Jus publ. Vol.* 2. *Exerc.* 8. *th.* 16. *lit. C.* Quam ob causam Camer. Imp. data facultas absolvendi à Juramento.

18. Cæterùm citatione ad videndum fieri absolutionem à Juramento præstito, non est opus, si pars adversa sponte remittat Juramentum, vel offerat, se stare juri. Nec ea opus est etiam in heredibus, quia hi contra Juramentum defuncti facientes, non fiunt perjuri. Quando Citatione opus non sit.

19. Illud quoque non omittendum, quòd Camera Imp. antequam hujusmodi citatio ad effectum agendi decernatur, priùs Magistratui vel Domino territorii, sub quo supplicans captus fuit, pro statu causæ scribat; Quia in dubio pro Magistratu militat præsumptio, quòd ex legitimis causis quis captus sit, idque ex præscripto *Ordinationis d. P.* 2. *tit.* 24. Gail. 1. *obs.* 22. *n.* 4. vid. §. 12. *h. t.* Antequam processus decernitur, priùs scribitur pro informatione.

De Processu in hoc puncto, vid. infrà *lib.* 3. *tit.* 46. add. de supplicatione legitimè formanda. *tit.* 20. *ejus d. libri.*

TIT. XIV.

De Caus. L. diffamari.

Ordin. P. 2. T. 25.

§. 1.

OCtavum *factorum* genus, ex quo Jurisdictio Cameræ fundatur, est diffamatio, qua alius alium diffamat, ex qua causa Legis diffamari nascitur. Causa l. diffam. quid?

2. *Causa l. diffamari est*, cùm Actor queritur, se à reo diffamari de suo statu, vel de crimine aliquo, vel debito, vel alio modo, videlicet ratione ejus, quod sua interest, veluti ratione bonorum sive possessionis, in qua diffamator jus sibi asserat, & plus juris prætendat, quàm actor habeat. Ordin. *part.* 2. *tit.* 25. Barthol. Blarer. *ad l. diffamari. cap.* 2. *num.* 1. & *cap.* 5. *num.* 84. & Mynsing. *observ.* 81. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *observ.* 9. *n.* 1. & 2.

Primum Constit. requisitum.

3. Cæterùm, ut actio ex Constitutione l. diffamari in Camera locum habeat, tria requiruntur. *Primò* requiritur, quòd diffamatus immediatè Imperio subjectus sit. Ordin. *h.t.* vers. **Die ansuchende Partheyen etc.** Mynsi. *d. obs.* 81. *num.* 4. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *obs.* 10. *n.* 1.

Ratio, quare diffamatus esse debet immediatè subjectus Imperio?

4. Ratio hujus requisiti: quia diffamatus (aliqui in judicio sive causa diffamationis Actor.) in causa principali reus est. Ordin. *d. t.* Gail. 1. *observ.* 11. *num.* 2. unde meritò diffamator, tanquam actor (sc. in causa principali: nam in causa diffamationis reus est) ejus forum sequi debet. Gail. *d. observ.* 9. *n.* 7. & *observ.* 10. *num.* 1. Atque sic quotidie processus in Camera decernuntur, contra quemcunque diffamatorem, etiam Imperio mediatè subjectum. Secundùm antiquam autem *Ordinationem Ratisb. Anno* 1532. promulgatam, necesse fuit, utramque partem Cameræ subjectam esse, *d. Recess. Ratisb.* vers. **Und zwischen Partheyen/** Rubr. **Cammer-Gericht betreffend. §. Nachdem auch** &c. 2. auth. præjud. verb. *l. diffamari.* v. *lex diffamari etiam* &c.

Diffamans sequitur forum diffamati in causa princip.

5. Licèt enim aliàs, regulariter loquendo, Actor teneatur sequi forum rei; quia tamen diffamatione probatâ, vel à diffamante ultrò confessâ, diffamatus in causa principali reus est, meritò illum diffamans coram judice suo ordinario convenire debet.

Duplex judicium ex caus. l. diffam.

6. Ex causa namque legis diffamari duplex judicium oritur, unum diffamationis, & alterum ipsius causæ principalis: In primo nihil aliud quæritur, quàm utrùm diffamatio præcesserit, & quidem, si diffamatus illud non legitimè probaverit, diffamans à citatione absolvitur, & citatio cassatur: Si verò probaverit, vel diffamans ipse confessus fuerit, tunc certus diffamanti injungitur terminus, ut prætensionem contra diffamatum jactatam, vel in Camera, si causa immediatè illuc spectet, & Privilegium Austregarum, vel aliud locum non habeat; vel coram Judice ordinario proponat.

Camera, utut non Judex in causa princ. terminum tamen statuit actioni proponendæ.

7. Hocque in judicio legis diffamari singulare est, quòd licèt Camera, Privilegio quodam obstante, in causa principali Judex esse non possit, nihilominùs ad actionem coram Judice competente proponendam, certum terminum statuere queat, quod à Statibus propterea potissimùm introductum est, ne alioquin diffamatus semper incertus esse debeat, quando diffamans actionem contra ipsum, nullius fortè momenti, proponere velit.

Diffamatione non

8. Si itaque vera diffamatio non præcessisset, citatio ex hac lege decerni non posset, prout non ita pridem in causa Com. de Isenburg con-

contra **Isenburg** / similis citatio propterea tertiâ vice denegata fuit, quòd diffamatus Comes non nisi literas exhibere posset, in quibus prætensus diffamans prætensionem contra ipsum habitam illi notificaverat; ad diffamationem enim requiritur, ut hoc non ipsi prætenso Reo, sed coram aliis propaletur. probatâ, citatio negatur.

9. Consideratâ juris ratione, nisi lex ita scripta esset, durum videtur, quòd diffamatus diffamatorem ad Judicem suum trahat, per *l. 2. & 5. C. de jurisdict. omn. judic. l. ult. C. ubi in rem Act. l. un. C. ubi de heredit.* nam, etsi diffamatus in judicio causæ principalis fiat reus, tamen in judicio diffamationis manet Actor. Gail. 1. *obs.* 12. *n.* 2. quia is ad illud provocavit, secund. *l.* 1. *de in jus voc. l.* 13. *&* 29. *de judic. l. 2. fin. commun. divid.* Et diffamator citatus etiam invitus comparere tenetur: invitus autem Actor nemo constituitur. *l. un. C. nem. invit. agere. l.* 156. *de R. J. l. 4. pr. C. de usur. pupill.* Nec evincit aliquid continentia diffamationis & causæ principalis, cùm hæc utplurimum per remissionem ad alium Judicem dividatur. Interim lex ita scripta est, & pragmaticæ hujus sanctionis ratio defendi poterit, favore pacis publicæ, in cujus gratiam à regulis Juris communis recedere licet. *Dd. in l.* 23. *de LL. l. 2. d. Constit. Princ.* Idque tantò magis, quòd ex opinione Dd. remedium l. diffamari non est actio, sed officii Judicis imploratio. Bl. *in d. l. un. C. ut nemo invit.* Angel. *ad rubr. Inst. de Action. num.* 4. *&* 5. quos cum pluribus allegat Gail. 1. *obs.* 9. *n.* 7. Durum, quòd diffamatus ad suum Judicem trahit diffamatorem: Sed lex ita est scripta. Ratio sanctionis.

10. Contra quemcunque verò diffamatorem etiam mediatè Imperio subjectum Jurisdictio Cameræ ex Constitutione leg. diffamari fundata est. Gail. *d. observ.* 10. *num.* 2. *lib.* 1. Licèt diffamator Judicio Austregarum subjectus sit: Intellige, in tribus diffamationis speciebus, ut in causa fractæ pacis, læsæ existimationis, & similium injuriarum, ex quibus pax publica, in alienam necem, violari potest. Denais. *de Jure Cam. tit.* 171. §. 2. Alioqui non. Gail. 1. *observ.* 10. *num.* 5. *&* 6. At ubi diffamatus habet Austregas, tum Camera saltem diffamationis Judicium decidit, causam verò principalem ad Judicem competentem, cum præfixo termino agendi, sub pœna perpetui silentii remittit. Ordin. *h. t.* §. 1. ibi: **Wo aber der** Diffamirt. per *l.* 18. *de accusat. l.* 6. *Cod. de remiss. pignor.* Ex Constit. fundatur Jurisd. contra quoscunque.

11. *Secundò* requiritur, (vid. §. 3 *h.*) diffamationis qualitas; Constitutio enim hæc Jurisdictionem Cameræ fundat, non in quibusvis diffamationibus, sed tantùm in gravioribus & atrocioribus injuriis, Secundum requisitum.

quæ

quæ pacem publicam turbare, & scandalo esse queant, & quæ versutè dolo malo, aliove modo, in alterius præjudicium & gravamen fiunt atque tendunt. Ordin. *h.t.* vers. **In Friedbrüchiger Schmach** &c. Mynsing. *d.obs.* 81. *cent.* 5. *num.* 2. Gail. *d.obs.* 9. *n.* 1. & *obs.* 10. *n.* 1. & 5. *lib.* 1.

In supplicat. qualitas diffamationis enarranda est.

12. Itaque in supplica pro citat. ex l. diffam. etiam narrandum, diffamationem hanc dolo malo fieri, quia *Ordinatio Cameræ* dolum requirit. Omnia namque requisita Constitutionis alicujus in supplica pro processibus in specie narranda sunt. Ita, ut si unum ex illis deficiat, citatio super l. diffamari tunc denegetur. Ita decretum in causa **Diedel der Landschafft Limburg** contra **Grafen zu Sain.** Gylman. *præjudic. Cam. voc. lex diffamari. p.* 175.

Requisitum tertium.

13. *Tertiò*, requiritur diffamationis documentum, & probabilis quædam notitia: Debet enim Judici & Assessoribus Cameræ priùs constare probabiliter de diffamatione, quàm processus decernant: idque vel Scripto, vel alio probabili documento; cùm aliàs regulariter, quoad fundandam Jurisdictionem Cameræ & obtinendos processus, narratis supplicationis nudis fides habeatur. *l. cùm quædam puella. ff. de Jurisdict.* Ordin. *h.t.* vers. **Durch schrifftliche oder andere glaubliche** &c.

An supplicantium pro citat. ex l. diffam. nudis narratis fides habeatur?

14. In *Recessu Imper. noviss. de Anno* 1654. §. **Alle** Supplicanten. 79. dispositum quidem est, ne Supplicantis narratis, nisi quadantenus ea edoceat, credatur: Verùm iste Recessus non, nisi de Mandatis S. C. intelligi debet: in reliquis autem processibus adhuc antiquus stylus observandus, & nudis narratis fides habenda videtur: Licèt enim quidam fuerint, qui putabant, in citatione super l. diffamari, veluti in qua jam olim, antequam processus obtinerentur, aliqualis, ut modò dictum est, diffamationis probatio requirebatur, majorem hodiè & plenariam probationem necessariam esse: quia tamen in dicto Recessu desuper in specie nil cautum reperitur, meritò antiquus stylus observari debet.

Diffamatio aliquatenus probanda est.

15. Sanè, quoad obtinendam citationem ex l. diffamari tam ex dicta Ordinat. *Part.* 2. *tit.* 25. quàm præsertim etiam ex dict. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **Cammer-Richter** &c. 77. certum est, diffamationem probabili documento esse aliquatenus probandam, & diffamantem in specie designandum, antequam supplicanti citatio decernatur; Cavendum etiam Assessoribus, ne indistinctè ex hoc remedio processus decernant, & Supplicantes illo abutantur; sed servando jus commune atque Constitutionum, regiâ viâ procedant. *d. Recess. d. loc.*

16. Olim

16. Olim nudis copiis, quoad impetrandam citationem, in Camera credebatur, *Ordin. Cameræ* non obstante, teste Mynsing. *cent. 5. observ. 81. num. 6.* Hodiè an procedat, dubitabunt plurimi, *Recessu novissimo* verbis energeticis probationem **durch schrifftliche oder ander glaubliche Urkundt und Anzeig** injungente; Verùm, cùm eadem hæc verba in *Ordin. Cameræ tit. 25.* sint expressa, hîc nihil novi sancitum, sed ipsa verba Ordinationis repetita esse invenio. Stat ergò penes judicem, an nudis copiis fidem adhibere, an ulteriorem probationem efflagitare velit, quamvis posterius Ordinationis & novæ hujus Constitutionis verbis magis affine sit.

An nudis copiis probari possit diffamatio?

17. Quandoquidem in causis S. Q. juxta *Recess. Imper. de Anno* 1654. in arbitrio sit Actoris, an in extrahendis processibus, statim probationes adjungere, an verò in termino probationis subsequenti producere velit, hinc concludi posse videtur, etiam sine copia, nedum originali obligatione, processus extrahi & decerni posse; quanquam id vix practicare liceat, hodie enim pleraque extrajudicialiter videre ac proferri volunt Domini, hoc Decreto: **Noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern wofern** Supplicant **das oder das beybringen wird/ sol ergehen/ was recht ist.**

Probationē in extrahendis processibus adjungi, consultum est.

18. Observandum verò est, Jurisdictionem Cameræ in hoc causarum genere fundatam esse, vel in utraque causa, in puncto diffamationis nimirum & principali, vel in causa diffamationis tantùm, vel neque in causa diffamationis, neque in causa principali. Ord. *h. t.*

Jurisdict. Cam. diversimodè fundatur.

19. In utraque causa fundata est, si diffamatus Jurisdictioni Cameræ in prima Instantia subjectus est, & alium Judicem non habet, quàm Cameram, (ut quia Judex inferior suspectus, aut diffamans aliàs ipse esset Judex, tunc enim processus decernuntur, licèt diffamatus sit Subditus. Ita processus decreti in causa **der Stadt** B. contra H Z. B. Item in causa E. contra M. 9. Octobr. 1592. Gylman. *præjud. Camer. dict. voc. pag. 176.*) vel si causa suâ naturâ ad Cameram pertinet. Ordin. *h. t.* vers. **Sol alsdann dem** &c. Blarer. *in repetit. l. diffam. c. 4. n. 29.* Gail. *l. 1. obs. 12. n. 1.* Quamvis enim diffamatus non esset immediatus, si tamen ob continentiam causæ, vel quia essent plures diffamati, vel bona sub diversis judicibus sita, vel si quis diffametur, de possessione feudi, quod ab Imperio recognoscit, vel aliâ ratione, Jurisdictio Cameræ fundata esset, nihilominùs in utroque puncto, Camera, prout quilibet alius Judex ordinarius, experiri possit.

Quando in utraque causa fundetur.

An hæc Constitutio locum habeat contra extraneum aut exemtum ab Imperio?

20. Sed quæritur: An l. diffamari Constitut. locum habeat, contra eum etiam, qui aut omninò Imperio subjectus non est, aut exemtus: & sic contra quemcunque? Quod affirm. ut inde saltem provocetur ad agendum. Sic processus decreti in causa Cölln contra Harf, qui fuit subditus Brabantiæ; Idem factum contra Reg. Daniæ, & in causa A. contra R.H. tanquam D.B. welcher angeschlagen/ daß er Schutz-Herr über Aach seye / Domini unanimi consensu, quamvis exemtus sit, processus decernendos putârunt, 10. Mart. 1592.

Quando in causa diffamationis tantùm fundetur.

21. In causa verò diffamationis tantùm Jurisdictio Cameræ fundata est, si diffamatus immediatè quidem Imperio subjectus sit, sed primæ Instantiæ Privilegium habeat, & propterea non in Camera, sed coram Judicibus Ordinationis vel aliis conveniendus sit. Hoc enim casu Jurisdictio Cameræ fundata est tantùm, quoad causam seu punctum diffamationis & jactationis, ut loquuntur, itemque, quoad constituendum terminum agendi coram Judice Ordinario: vel ad imponendum perpetuum silentium. Ordin. *h. tit.* vers. Wo aber der Diffamirte &c. Blarer. *d. l. cap.* 4. *num.* 30. Gail. *obs.* 12. *num.* 1.

Silentium non, nisi post binam citationem imponitur.

22. Non tamen aliter fieri potest silentii impositio, nisi diffamans bis citatus, eique binis vicibus terminus ad agendum, sub comminatione perpetui silentii, injunctus fuerit, quod propterea statutum est, ne alioquin, neglecto ad agendum termino, qui etiam justis de causis in Camera prorogari potest, quis totâ causâ cadere debeat.

Quando in neutra causa fund.

23. In neutra autem causa, intellige, neque diffamationis, neque principali, Jurisdictio Cameræ fundata est, si diffamatus immediatè Imperio subjectus non sit, neque causa sua natura ad Cameram pertineat, quo casu Judex Cameræ causam ad ordinarium remittit, vers. Wo aber der Diffamat &c. Blarer. *d. cap.* 4. *num.* 31. *ad l. diffam.* Gail. *d. observ.* 12. *n.* 2.

Practica juris communis à Cameræli diversa est.

24. Alia, ab hac diversa, est practica, & dispositio juris communis super eadem hac lege diffamari, de qua videndus Maranta *in spec. p.* 4. *distinct.* 21. *per tot.* Ex qua quidem jurisdictio Cameræ, in prima Instantia, saltem contra eos, qui beneficio Austregarum non gaudent, fundata est, contra alios verò non. Et habet locum in omnibus indistinctè diffamationibus causarum civilium, sive judicialibus sive extrajudicialibus, ita, ut citationes super hac lege, fundatâ ritè jurisdictione, decerni queant. Ita ad dispositionem juris communis decreta fuit, in causa Held contra Stade/ 3. *Julij, Anno* 1640. *& alijs causis quàm plurimis.*

25. Qui

25. Qui verò jure communi vult uti, debet in petitione Libelli seu supplicæ expressè petere, ut citatio super hac lege, non tantùm vigore Constitutionis Cameralis, sed etiam de jure communi decernatur. Hoc enim si non adsit, processus aliter non obtinentur, quàm jurisdictione Cameræ, ob gravitatem causarum suprà memoratarum, fundatâ. Modus petendi processus ex jure communi.

26. Notandæ autem sunt differentiæ remedii legis diffamari, ex *Constitutione Imperij*, atque *ex jure communi*. Et *primò* quidem differunt, quòd Constitutio Imperii locum saltem habet in Fried-brüchigen/ Schmach / und dergleichen Sachen: hæc autem in omnibus causis indistinctè, sive civilibus sive criminaiibus. Licèt, quoad criminalia, in Camera secus sit, cùm criminales causæ ad illam non spectent. Differentia 1. Const. de diffamat. & juris civilis in l. diffamari.

27. Nisi quis, *ut jam sæpiùs dictum*, super nullitate pro processibus supplicare vellet, vel diffamatus esset persona Cameralis: quo posteriori casu disputatur adhuc, & inter gravamina continetur, inter Collegium Camerale & Civitatem Spirensem, quatenus Camera procedere possit? Civitas enim, in causis criminalibus, personas Camerales concernentibus, non nisi primam cognitionem Collegio concedit, & ulteriorem processum, unà cum sententia & executione, sibi attribuere vult; Camerâ contrà non, nisi nudam executionem ipsi concedente, ita, ut hæc controversia à Statibus adhuc decidenda sit. Vid. supra *tit.* 4. §. 85. *& seqq. h. lib.* 1. Criminales causæ non, nisi ratione nullitatis ad Cam. spectant.

28. Differunt *secundò*, quòd Constitutio l. diffamari, ex Ordinatione deprompta, fundat immediatè (i. e. sive habeat Privilegium primæ Instantiæ diffamator, sive non,) Jurisdictionem Cameræ, quantum ad impositionem silentii & processum citationis: illa verò, quæ ex Jure communi fluit, non nisi in casu, ubi reus aliàs primæ Instantiæ forum in Camera sortitur, nec Austregarum Judicium habet. Differentia II. Juris Cam. & Civilis, quoad l. diffamari.

29. Sed hæc secunda distinctio fundamentum vix habet; Sicuti enim, secundùm opinionem authoris, si ex Jure communi agatur, causa principalis, nisi ex sua natura causa ad Cameram spectet, ad Judicem ordinarium remittitur; ita hoc ipsum etiam fieri solet, si in Constitutione Imperii Impetrans sese fundâsset; neque ullus author demonstrari poterit, qui distinctionis superioris meminerit: Aliud esset, si unà cum citatione, ex hac lege Mandatum S. C. *verbi gratiâ* de non offendendo, vel aliud simile decretum fuisset. Quæ reprobatur.

30. *Tertia differentia* est: Citatio ex l. diffamari, juxta Ord. requirit aliqualem diffamationis probationem, eine schrifftliche glaub- Differentia III.

würdige Urkundt factæ diffamationis. (*Vid. præter authorem, hujus laudatiss. Collegij considerationes ad Deputat. Imp. Francof. Anno* 1643. *transmissas.*) Ex jure communi verò non item, quia de jure communi, quoad impetrandam citationem, talia non requiruntur, cùm ibi probationes ante litem contestatam non exigantur, si teste Rosacorb. *in pract. forens. cap.* 24. *num.* 4. ex hoc fundamento ad narrata Supplicantis ciatio sine exactione probationum, aliquoties decreta fuit, ut præjudicia allegat.

Quæ hodiè sublata.

31. Cùm autem hodie in genere, ad impetrandos processus, aliqualis probatio desideretur, *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Alle Supplicanten. 79. & hæc per dictum Recessum eatenus mutata esse non dubito videatur. Sed loquitur ille Recessus (ut suprà dictum §. 13.) de Mandatis tantummodo, non de citationibus. Ut proinde regula ex jure communi allegata, ad hunc locum propterea non quadret, quòd vigore Constitutionum Imperii in Causa L. diffamari, seu processus ex dicta Constitutione, seu ex jure communi petantur, aliud statutum sit.

Quæstio singularis cum subjecto præjudicio.

32. Quæritur etiam, an Citatio ex L. diffamari in Camera decernatur, si diffamatio sit de aliquo Principatu, Comitatu & feudo Imperii, cujus cognitio ad solum spectat Cæsarem? Ego casum illum *in Causa* Pfaltz-Simmern *contra* Chur-Pfaltz nuper Anno 1652. oblatum, sed Citationem 31. *Januarij* denegatam scio.

Sed præjudicium malè esse allegatum, ostenditur.

33. Sed malè allegatur hoc præjudicium, quoniam processus non ex hoc capite, sed propterea potiùs denegati fuêre, quòd diffamatio non de jure diffamantis, sed tertii facta fuerit; Licèt enim Camera in causa principali judex esse non possit, nihilominùs tamen poterit cognoscere in causa diffamationis, & causam principalem, cum præfixione termini, ut in aliis casibus, ad Aulam Imperialem remittere. Principatus namque, Comitatus, & similia feuda Imperii magna, de Camerali jurisdictione aliter exempta non sunt, quàm si de eorum plenaria & finali ab-vel adjudicatione agatur, quod in judicio diffamationis fieri non solet.

An de Principatibus Imperii controversiæ simpliciter exemtæ sint Jurisdictioni Cameræ.

34. Assertioni huic, de Principatibus non simpliciter exemtis, plurimi assentiunt quidem, limitanda tamen eatenus videtur, quòd in causis, Cæsari & Statibus Imperii reservatis, ut casu successionis Electorum & aliis, de quibus disponitur in *Aureâ Bullâ Caroli IV.* ubi saltem de defensione juris sui agitur, deficiente verâ diffamatione, Processus in Camera ex hac Constitut. peti non possint. Ideo processus de-

denegati *M. Majo Anno* 1592. in Causa Chur-Pfaltz contra Pfaltzgraff Reichardten / die Administration belangend.

35. An locum quoque habeat Citatio hæc, si diffamatio per modum contradictionis objiciatur in judicio, dubium est? Rosacorb. *in pract. forens. cap.* 24. *num. fin.* distinguit: Aut hæc exceptio talis est, quæ actionem poterit parere, aut talis, quæ, ut fundamentum intentionis esset probanda, & utroque casu locum citationi adserit; aut nuda saltem, quæ nec dicitur intentionis fundamentum, nec ad agendum efficax est, & negativam tuetur. An Citatio locum habeat, diffamatione in judicio objectâ.

36. Generaliter itaque notandum est, ad hoc, ut Citatio super hac lege decerni possit, non tantùm supra allegata *tria requisita*, *scil.* immedietatem ex parte rei, vel continentiam causæ; *Secundò* aliqualem diffamationis probationem, & *Tertiò*, ut causa sit gravis, nisi ex jure communi agatur, hocque in supplica disertè exprimatur; Duo alia adhuc requisita esse, *Primò*, ut diffamatio sit facta de jure diffamati, non tertii; *Secundò*, ut non per modum nudæ Exceptionis, quæ jure actionis proponi non possit, facta fuerit. Quot requisita adesse debeant.

37. Sic *Anno* 1657. *in causa R. contra Abbatem* zu *F.* Citationis super L. diffamari, wegen der auff einem unter dem Kloster gelegener Bürgerschafft von der C. B. Landschafft prætendirter Land-Steuer processûs, iterata licèt sæpiùs instantia, propterea denegati fuêre, quòd in perceptione ejusmodi steurarum, Abbas nil juris habuerit, sed illam Statibus provincialibus Bavaricis mittere teneatur.

38. An etiam locum habeat contra possessorem? Et communiùs concluſum est, quòd non, teste coreferente *in Causa* Wilhelm von Orspack contra Johann von Waldbotten apud Meichsn. *tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 5. *in fin.* ex Boërio & aliis, *quos citatos ibidem vide*. Licèt alii sufficere arbitrentur, si impetrans jus in re habeat, etsi non possideret. An Citatio locum habeat adversus possessorem.

39. Porrò, similitudinem quandam cum Citatione ex hac lege habet *Citatio ex L. si contendat*, *ff. de fidejuss.* vigore cujus licitum est alicui, citare alterum, ad audiendum proponi Exceptiones suas, contra Instrumentum Obligationis, v. g. vel alium contractum ipsi competentes, cum hac tamen differentia, quòd in hac lege citato binâ vice contumaci non injungebatur perpetuum silentium, ut in lege diffamari, sed impetranti concedatur, Exceptiones suas proponere, easque optimo, quo poterit, modo, ac si citatus ipse præsens esset, probare, ita, ut nihilominùs deinde judex, prout in aliis casibus contumaciæ, Similis huic Citationi est Citatio ex L. si contendat, &c.

officium suum impertiri, & pro qualitate probationum, Exceptiones vel admittere vel rejicere possit, differentiam utriusque remedii uberiùs explicat Carpzov. *in processu tit.* 20. *art.* 4.

Quando in Camera decerni possit?

40. Hoc tamen aliter locum non habet, nisi jurisdictio ratione citati fundata sit, & causa non in alio judicio fortè jam pendeat; Sic ante aliquot menses *in Causa Abbatis Kempensis*, *contra Creditores*, prætendentis obligationes esse usurarias 6. 7. loco quincuncium continentes, processus ex hac lege ideo denegati fuêre, quòd plerique Creditores in Camera contra Abbatem jam antea processus obtinuerint, & dicto pacto usurario renunciaverint, adeoque posterior processus ex hac lege à præfato Abbate, remorandæ potiùs causæ, quàm promovendæ gratiâ excogitatus fuerit.

41. Ex hac L. si contendat, notabilia præjudicia extant in Causa *Ridder contra Bicken*, item in causa *Buwinghausen contra* von dem Busch/ uti apparet ex subjectis sententiis.

In Sachen Assessoris Johañ Heinrich Daniels Ridder zu Grèneskein/Klägers/wider Philipp Casparn Freyherrn von Bicken/Beklagten und Cons. Citationis ex L. si contendat, & respectivè ad assistendum, vel vidend. se condemnari secundùm tenorem contractûs, Ist das von D. Limbach den 28. Aprilis und 28. Junij jüngsthin beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern dessen Substituto, D. Deckherrn/wie auch Mit-Beklagter Mariæ Elisabethæ, Wittiben von Eltz substituirten Anwaldten L. Zincken, was sich auff die von L. Niederer den 17. Augusti Anno 1681. und 2. Maji, letzthin übergebene Verordnung/ cession und übriges in der Haupt-Sach gethanes Anbringen in specie zu handeln gebührt/ auch beeden substituirten Anwäldten/ zu Einbringung gehöriger auff sie principaliter gerichteter Gewäldter Zeit 2. Monat pro termino & prorogatione von Ampts wegen angesetzet/ mit dem Anhang/ wo sie solchem also nicht nachkommen werden/ daß bedeutete narrata für bekandt an- und via defensionis benommen seyn solle. *Publ.* 7. *Julij* 1682.

In Sachen Barbara Hedwig von Buwinghausen und Walmerode/ gebohrnen von Bülou/ Klägerin/ wider Clamorem von dem Busch/ Beklagten/ Citationis ex L. si contendat &c. Ist D. Müegen sein am 15. Octobris vorigen Jahrs/ und vorhero öffters/ wegen eydlicher edirung aller und jeder zur gemeinen Erbschafft gehöriger Documenten und Brieffschafften/ beschehenes Begehren (jedoch einem und an-

anderm Theile an seinem Rechte unpræjudicirlich) hiemit zugelassen/ und D. Seiblin/ zu deren Producirung / wie auch auff vorhero vorbrachten special-Gewalt/zu Eydlicher Expurgirung/ daß seine Principalin deren keine mehr beyhanden habe / auch weder von Jhr / noch den Jhrigen einige anders wohin verbracht worden seyen / zeit 3. Monat pro termino & prorogatione von Ampts-wegen angesetzet / mit dem Anhang / wo Er solchem also nicht nachkommen wird / daß alsdann auff Gegentheils ferner Anruffen ergehen solle / was recht ist. *Public.* 31. *Octobris* 1687.

Annectuntur aliæ sententiæ, hunc tit. de L. diffamari illustrantes.

Ad §. 6. verba: Et Citatio cassatur.

In Sachen Paul Dockhorn/ Klägers/ wider Bernhard Friederich Mosern zu Filseck/ Beklagten/ Citationis ex L. diffamari, & ad videndum se condemnari ad restitutionem ablatorum, & refusionem damnorum, unà cum salvo conductu, ist erkandt/ daß die außgangen-verkündt und reproducirte Citation ex L. diffamari zu cassiren und auffzuheben / auch gemeldter Beklagter zu absolviren und entledigen/ gedachter Kläger in die Gerichts-Kosten/an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht derentwegen auffgelauffen / ihme dem Beklagten / nach Rechtlicher Ermässigung / zu entrichten und zu bezahlen völlig ertheilend; jedoch / woferne berührter Kläger in andern zu diesem diffamations-Proceß nicht gehörigen Puncten/ restitutionis ablatorum, & refusionis damnorum, ermeldten Beklagten Spruch und Forderung zu erlassen nicht gemeynet; ist ihme solches / gehöriger Orten vorzubringen / und der Gebühr Rechtens außzuführen / hierdurch unbenommen / sondern vorbehalten. *Publ.* 31. *Octobris* 1684.

Ad ejusd. §. verba: *Vel aliud locum non habeat.*

In Sachen Statthalter und Räthe des Stiffts Münster/Klägern/wider die gemeine Erbmänner besagten Stiffts/ Beklagte/Citationis ex L. diffamari per Edictum, jetzo der gemeinen Erbmänner des Stiffts Münster / Klägern eines / wider gedachten Statthalter und Räthe des Fürstlichen Stiffts Münster/nunmehr Herrn Maximilian Henrichen / Churfürsten zu Cölln / als Bischoffen zu Münster / wie auch das Dohm Capitul und gemeine Ritterschafft besagten Stiffts/ Beklagten andern theils/ causæ principalis, seynd die durch D. Seiblin am 13. Junii 1681. und 16. Febr. 1682. vorgebrachte Originalia und Urkundten / ausser denen sub Num. 50. 52. 56. 58. 62. 82. 129. 152.

156.

156. 158. 162. 163. 164. 166. 168. 169. 170. 172. 174. 175. 176. 177. 179. 184. Num. Camerali 266. Jngleichen denen sub Num. 97. 115. & 133. angehefften Sigillen respectivè von Ampts-wegen pro recognitis, wie auch die Sache für beschlossen hiemit angenommen / darauff allem vorbringen nach zu recht erkandt/daß die Familien oder Geschlechter der klagender in actis benanter Erbmänner rechten / alten / Adelich und Ritter-bürtigen Standes zu erklären / und darfür / gleich andern des Stiffts Münster Ritter-mässigen von Adel/zu halten seyn/ dahero Beklagten sambt und sonders nicht geziemet/ noch gebühret/ bemeldte Erbmännische Familien/ und die/so darauß ehrlich herstammen/durch unternommene Veränderung der Tituln/ Außschliessung der Ritterbürtigen Stifftern und Collegien / nicht Zulassung der jenigen Erbmännern/ so keine membra des Raths der Stadt Münster seynd/ auff den Land-Tägen besagten Stiffts Münster / gleich andern Ritter-mässigen Personen zu erscheinen/ und sonsten in andern dem Adel zustehenden Rechten und Prærogativen/ von andern Ritter-bürtigen/geklagter massen/zu unterscheiden/abzusondern/und geringern Standes zu halten/ sondern daran zu viel und unrecht gethan/ und derowegen sich dessen allen hinfüro zu enthalten / und deßhalben ihnen Klägern genugsame Caution zu leisten schuldig / und darzu zu condemniren und verdammen seyn; Als Wir hiemit erklären / halten / schuldig erkennen / condemniren und verdammen/ die Gerichts-Kosten/ derentwegen auffgeloffen / auß bewegenden Ursachen / gegen einander compensiren / und vergleichen. Dann ist zu Leistung aufferlegter Caution obgedachter Beklagten Zeit 4. Monat pro Termino & prorogatione von Ampts-wegen angesetzt / mit dem Anhang / wo sie solchem also nicht nachkommen werden/ daß sie jetzt als dann/ und dann als jetzt in die Straffe 10. Marck Löthiges Golds / halb dem Käyserl. Fisco, und zum andern halben Theile ihnen Klägern / ohnnachläßig zu bezahlen/ hiemit erklärt seyn/ auch der Real-Execution halber/ auff derselben fernere Anruffen / ergehen solle/ was recht ist. *Publ.* 30. *Octobr.* 1685.

Ad §. 10. ut præjudicio firmetur, contra quemcunque diffamatorem, jurisdictionem esse fundatam.

Jn Sachen Herrn Friederich Wilhelmen / Marggrafen zu Brandenburg / und Churfürsten / Klägers / wider Herrn Georg Wilhelmen / Ernst August / und Rudolff August / alle Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg / Beklagte / Citationis ex L. diffamari.

Jst

Ist D. Plönnies sich Namens Herrn Rudolff August / Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg / zu legitimiren / Zeit 6. Wochen pro Termino & prorogatione von Ampts-wegen angesetzt / mit dem Anhang / wo Er solchem also nicht nachkommen wird / daß auff ferner Anruffen ergehen solle / was recht ist. *Publ.* 30. *Octobr.* 1685.

In Sachen Herrn Friederich Wilhelmen / Marggrafen zu Brandenburg / und Churfürsten / Klägern / wider Herrn Georg Wilhelmen / Ernst August / und Rudolff August / alle Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg / Beklagte / Citationis ex L. diffamari, die Aempter Westerburg und Westerhausen betreffend. Ist auß fürbrachten Ursachen gedachter Herren Beklagten Zeit 6. Monat Ihren angemaßten Spruch und Forderung gehörigen Orts / wie recht / einzuführen / hiemit angesetzt / mit dem Anhang / wo Sie deme also nicht nachkommen werden / daß Ihnen alsdann ein ewig Stillschweigen hiemit aufferlegt seyn solle / die in dieser Sache auffgangene Gerichts-Kosten auß bewegenden Ursachen gegen einander compensirend und vergleichend. *Publ.* 26. *Martij* 1686.

42. Qui verò plura de hac materia desiderat, ille consulat Blareri & Contardi *tract. super L. diffamari.* Mundium à Rodach. *de diffamationib.* Otto Meland. *Comment. ad Noæ* Meurers *proc. P.* 1. *th.* 70. *pag.* 179. *& p.* 2. *p.* 457. Schüz *ad jus publ. vol.* 2. *ex.* 7. *th.* 8. *usque ad fin.* Uffenbach. *tr. de Judic. Aulic. c.* 10. *pag.* 99. Formulas supplicationum dedit *Carpzov. in proc. tit.* 20. *per tot.*

Authores, de L. diffamari tractantes.

TIT. XV.

De Causis denegatæ vel protractæ justitiæ.

Ordin. Part. 2. T. 26.

§. 1.

NOnum factorum genus, ex quo jurisdictio Cameræ fundatur, est justitiæ denegatio vel protractio, ex quo causa denegatæ vel protractæ justitiæ exoritur.

2. Causæ denegatæ vel protractæ justitiæ sunt, cùm actor ab inferiore & competente Judice sibi justitiam denegari aut protrahi queritur. *Ordin. d. part.* 2. *Tit.* 1. §. Es sol auch etc. *& tit.* 26.

3. Aliud autem est, justitiam denegare, einem das Recht verweigern / oder versagen: aliud, justitiam protrahere sive differre, einem das Recht verziehen; hoc etenim fit per negligentiam Judicis, vel in

Justitiam denegare & protrahere diversa.

cognoscendo, vel in exequendo: illud, litigatorem judicii limen adeuntem, vel litis processum prosequentem, apertè repellendo. Est itaque non exigua inter protractam & denegatam justitiam differentia. Gail. 1. *observ.* 28. *n.* 7. Mynsing. 2. *observ.* 24. Obrecht. *disp.* 2. *de judic. c.* 6. *n.* 376. *& seqq.* quicquid in contrarium afferat Mindan. *Lib.* 2. *cap.* 53. *n.* 27.

Causæ non uno modo ad Cam. devolvuntur.

4. Et alio modo causa denegatæ justitiæ ad Cameram devolvitur, alio modo causa justitiæ protractæ.

Quomodo utraque devolvatur.

5. Nam si justitia denegatur, causa rectà ad Cameram devolvitur, & Citatio in Camera contra adversarium, ad prosequendum causam principalem decernitur. Sed si justitia protrahatur, causa non rectà, sed per viam promotorialium, quasi per ambages, ad Cameram devolvitur. *Ordin. part.* 2. *T.* 26. §. Und nach dem. Mynsing. *Observ.* 82. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *obs.* 28. *n.* 7.

Requisitum I. in utraque causa.

6. Ut causæ denegatæ vel protractæ justitiæ ad Cameram Imperialem devolvantur, duo requiruntur. *Primum* requisitum est, ut justitiam denegans vel protrahens, immediatè Cameræ subjectus sit, ita, ut actor inter judicem justitiam denegantem vel protrahentem, & Cameræ Imperialis, Judicem, alium non habeat, *d. T.* 1. §. Es sol auch. *Et T. d.* 26. *in princ.* Mynsing. *Obs.* 82. *n.* 3. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *n.* 26. *& obs.* 28. *n.* 3.

Exceptio de mediatis.

7. Dicitur, *immediatè subjectum requiri.* Excipe, nisi adsit continentia causæ, vel ratione bonorum, vel personarum, ut suprà dictum: tunc enim etiam mediatus statim in Camera conveniretur, neque opus haberet, super protracta justitia supplicare.

Requisitum II.

8. *Alterum* requisitum est, ut expressè & manifestò justitia denegata vel protracta sit. *Ordin. h. tit. in princ. V.* Das Recht kündlich versagt etc.

Probari debet denegatio vel protr. justitiæ.

9. Et hoc requisitum notorium sit, vel documento sive instrumento requisitionis publico probetur, oportet. Mynsing. *Obs.* 24. *cent.* 2. Gail. *Obs.* 28. *num.* 3. *lib.* 1. Ita decretum in causa Cronenberg contra Wobersnau / 14. *Junij Anno* 1660. Wofern Supplicant protractam justitiam Instrumento docirt wird / sol darauff ergehen / was recht ist. Sed quæritur, quot interpellationes requirantur? Aym. *Public. ad Consuetud. Arvern. tit.* 30. *art.* 14. *n.* 2. duas de jure communi requiri, asserit. Ast verius est, quòd unica sufficiat, *per L.* 87. §. 1. *de legat.* 2. *gloss. in L.* 32. *de usur.*

10. Quo-

10. Quoties Judex inferior pro Juſtitiæ adminiſtratione ſemel requiſitus, ultra menſem jus dicere diſtulerit, toties juſtitiam denegâſſe intelligitur, in tantum, ut cauſa ex hac Conſtitut. ipſo jure ad Cameram devolvatur. *Ordin. Part. 2. tit. 1. §. Es ſolle auch.* Denaiſ. *de jur. Cam. tit. 163. §. 2.* Gail. *1. obſ. 28. n. 1.* Mynſing. *5. obſ. 82. n. 1. per Nov. 17. c. 3. Auth. ſtatuimus. §. fin. C. de Epiſc. & Cler.* Quod ampliandum, ſive ſit Judex ordinarius. *Per L. 3. C. d. Offic. præf. Orient. L. 14. in fin. d. Offic. Præf.* ſive Parium Curiæ. *2. F. 22. in fin. ibidemque Afflict. num. 97. ſeqq.* ſive Auſtregarum. Denaiſ. *titul. 156. §. ultimus.*

Quid, ſi Judex requiſitus, ultra menſem jus dicere differat.

11. Quod in hoc etiam obtinet, ſi cœpta lis intra annum non finiatur. *Ordin. P. 2. t. 4. §.* **Dieſelbe neun.** *Ibi:* **In Jahr und Tag.** *Et tit. 9. §.* **Ferners wo ein.** *in fin.* Mynſ. *2. obſerv. 74.* vel aliud quodcunque Ordinationis requiſitum ab utraque parte non accuratè obſervetur. Gail. *1. obſerv. 1. num. 35. 36.* Mynſing. *1. obſ. 95. per L. 7. §. 2. ex quib. cauſ. in poſſ. L. 8. § 17. de tranſact. L. 129. de Verb. obligat.*

Quid ſi lis cœpta intra annum non finiatur.

12. Et quamvis *Ordinatio h. tit. circa finem, Verſ.* **Obgleich kein weiter Urkundt etc.** ſtatuat, documento requiſitionis opus non eſſe, ſi promotoriales ad Electores, Principes, & Status Imperii emanaverint, quia litigatores miſerabiles, quibus juſtitia denegata vel protracta eſt, ejusmodi documenta ſive inſtrumenta requiſitionis habere non poſſint, eò, quòd Notarii, vim aliquam Principum in promotorialium inſinuatione metuentes, operam ipſis denegent: attamen, ſi poſtea promotoriales judicialiter, in conſtituto termino, reproducantur, documentum requiſitionis vel executionis promotorialium ſimul proferendum. Niſi enim proferatur, proceſſus denegantur. *Receſſ. Imperij Anno 1566. Auguſtæ.* **§. Nachdem denen Partheyen.** 114. Mynſing. *Obſ. 56. cent. 5.*

Quid, ſi promotoriales ad principem emanaverint.

13. Notandum *ad §. præced.* Promotoriales facilè, & ſine prævio documento protractæ juſtitiæ decerni; circa earundem reproductionem autem requiri, ut vel inſinuatio promotorialium, vel facta deſuper ſollicitatio de adminiſtranda juſtitia, documento aliquo probetur. Præterea non ſtatim poſt inſinuatas promotoriales, ſed elapſo quodam tempore, pro qualitate circumſtantiarum, & diſcretione judicis, Mandatum ſuper protracta juſtitia decerni ſolet.

Promotoriales facilè decernuntur.

Difficilius Mandatum ſuper protr. juſtitia.

14. Solet autem in hunc modum fieri reproductio, utì factum *Ann. 1677. in Cauſa Z. cont.* die **H. H. zu B. Krafft** Original **gemeinen Gewalts** reproducire **außgangen-und verkündte Käyſerliche** Promotoria-

Modus reproductionis promotorialium.

toriales copialiter, sambt auffgeschriebener relation Nuncii &c. bitte des Gewalts etc. recognition, vel ex officio, und wil hierauff des Effects gewärtig seyn: bey dessen auffzüglichen Verbleiben / behalte behörende Nothdurfft per expressum bevor.

Si quis ejuret spem consequendæ justitiæ, an audiendus?

15. Sed quid, si quis juratò affirmare velit, quòd non speret, se apud Judicem inferiorem justitiam consecuturum, (*quòd scil. Judex prior, vel ob inimicitiam, vel etiam nimiam amicitiam, vel proprium interesse, justitiam benè administraturus non sit*) an is audiendus, & ad processum admittendus fuerit? Mynsing. *Obs.* 58. *cent.* 3. affirmat, (vid. Felin. *in c.* 2. *n.* 13. *X. ut lite non contest.* Gylm. *rer. judicat. lib.* 1. *decis.* 31. *n.* 3.) & ita aliquando in Camera conclusum esse testatur; nisi tamen is, qui jurare velit, anteà perjurium commiserit, *c.* 24. *qu.* 7. *caus.* 2. sed Gailius negat *d. Obs.* 28. *num.* 3.

Vocatur id juramentum perhorrescentiæ.

16. Hoc juramentum *ex Jure Canonico. c. Statutum. §. cùm verò & c. de rescriptis in* 6. mutuato nomine, perhorrescentiæ juramentum vocatur; Nec planè in Camera extra usum est, probabili maximè suspicione accedente. Sic, ad oblationem talis juramenti, citatio adversus mediatum decreta in causa Jacques Budiers contra Dieterich Dobben / & Impetrans, partis adversæ contradictione non obstante, ad ejus præstationem judicialiter admissus, 7. *Julij*, 1657.

Cujus usus etiam in Camera.

17. In allegato præjudicio oblatio facta fuit, propter judicem priorem, Civitatem Hamburgensem, contra quam d. Budier varias suspicionis causas attulit, quare justitiam apud eos consequi non posset: fuit tamen hoc ipsum aliquot post annos uxori ejus, in causa propria, ob hanc rationem denegatum, quòd alias causas, quàm quæ à Marito jam anteà memoratæ erant, afferre non posset.

18. Benè monetur in §. 16. quòd probabilis aliqua suspicio adesse debeat, ob præsumtionem, quam aliàs Judex inferior pro se habet. Hinc, cùm non ita pridem, in causa T. contra B. post denegatos appellationis processus, ex eo, quòd à possessorio summariissimo provocatum fuit, appellans multifariam exposuerit, quòd Justitiam apud Judicem à quo consequi nequeat, & se ad juramentum perhorrescentiæ obtulerit, tamen ex defectu sufficientis suspicionis non fuit admissus, sed ita decretum: Abgeschlagen; doch solle der Unter-Richter schleunige und unpartheyische Justitz administriren. De quo si appellans documentum sumsisset, & decenter exhibuisset, dubio procul D. Judicem à quo ad officium juris tantò meliùs movisset.

19. Ita-

19. Itaque per ſententias etiam Judex inferior excitari ſolet, ne juſtitiam protrahat, *utì* 13. *Decembr.* 1675. factum. In Sachen G. de la B. cont. F. de R. appell. his verbis: **Unterdeſſen ſolle beſagte K. Regier. erwehntem** Appellanten **in der Haupt-Sache den Weg Rechtens eröffnen / und förderliche Juſtitz wiederfahren laſſen.** *Item* **den** 12. *Maij.* 1676. In Sachen A. von S. contra E. W. app. in verbis: **Als wir dieſelbe hiemit** remittiren / **und weiſen / der Richter auch ohne Verzögerung darinn verfahren und ſprechen ſolle / was Rechtens iſt.** Vid. plura apud Schüz. *ad Jus publ. vol.* 2. *exercit.* 8. *th.* 10. & modum ſupplicandi in Otton. Melandr. *Comment. ad* Noæ Meurers *Proceſſ. P.* 1. *pag.* 183. Roſacorb. *in obſerv. pract. c.* 29.

20. Contingit etiam inter ipſas partes, quòd cauſa ex capite protractæ vel denegatæ juſtitiæ ad Cameram devolvatur: Videlicet, ubi Auſtregis gaudentes, deſuper requiſiti, intra fatale ſe non declaraverunt. Sic factum *in cauſa* S. contra B. T. & non ita pridem, *in cauſa* W. contra L. quæ ita intitulantur: *Citationes ſuper protract. vel denegat. juſtit.*

21. Duobus illis requiſitis quidam *tertium* addunt, hoc videlicet, ut judicium coram inferiore Judice nondum ſit cœptum: quia, ſi cœptum fuerit judicium, & poſtea in proceſſu juſtitia denegetur vel protrahatur, (exemplum vide apud Gylman. *prædicia Cameralia tit. Juſtitia denegata. Verſ. Si aliquis ſupplicat. p. m.* 173.) cauſa non per viam ſimplicis querelæ, vel ex capite denegatæ aut protractæ juſtitiæ, ſed per viam appellationis ad Cameram deferenda ſit. Mynſing *Obſ.* 82. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *Obſ.* 28. *num.* 2. Requiſitum III. quorundam, ne judicium coram inferiori jam ſit cœptum.

22. Verùm hæc doctrina, de delatione ad Cameram per viam appellationis, propterea univerſalis eſſe non poteſt, quia appellatio nunquam locum habet, niſi à judice priore jam ſententia lata ſit; poteſt autem judicium eſſe cœptum, & tamen ſententia nondum lata. Præterea ex capite protractæ juſtitiæ in Camera agi non ſolet, niſi Judex jam in cauſa aliquo modo proceſſerit, quin & poteſt dari caſus, ubi Judex, causâ penitùs inſtitutâ, ſeſe expreſsè declaret, ſe juſtitiam ampliùs non adminiſtraturum; quo facto dubium non eſt, ex capite denegatæ juſtitiæ, licèt Judicium cœptum jam fuerit, in Camera agi poſſe. In Cam. ex cap. deneg. juſtit. agi poteſt, quamvis judicio jam cœpto.

23. Sic ad oblationem juramenti perhorreſcentiæ appellatio per ſaltum, medio ſcil. judice omiſſo, in Camera fuit recepta, *in Cauſa* Appellationis per ſal-

sum receptę exemplum.

Gerckens *& Consort. contra* Seels Erben/ & juramentum Appellanti per sententiam dictatum 5. *Junij Anno* 1648.

Ex cap. suspicionis, quâ laborat Judex infer. fundatur Jurisd. contra mediatos.

24. Sic in Causis Mandatorum de solvendo residuo, partes, cùm apud Magistratum, qui in eodem luto wegen der Reduction des leichten Geldes / sæpiùs hærebat, justitiam sperare non poterant, sæpè in Camera sunt admissi, & Mandata contra Mediatos decreta, jurisdictione ex hoc capite suspicionis fundatâ. Ita factum *in Causa* Abel contra Schaden / Freyberg contra Scherische Vormünder / *& causis alijs quamplurimis.*

Quæst. An Promot. effectum devolutivum caus. princ. habeant.

25. Cæterùm quæstio illa : An Promotoriales cum effectu devolutivo causæ principalis decernendæ ? In Camerâ, in utramque partem disputata est. *Negativam opinionem,* nempè quòd Cameræ non liceat, processum causæ, coram judice alio cœptæ, & multò minus definitivè concluſæ, cognitionem suscipere, eamque decidere, & in locum prioris judicis succedere, rationes quædam suadere videbantur.

Opinio negativa. Ejusque rationes.

I. Quia inferiora Judicia diversas consuetudines, diversum stylum, & diversum processum observarent, quæ difficulter in superiori Judicio continuari possent, & super quibus non statim, & præcisè sententia enunciari posset, & secundùm superioris Judicii stylum, si vitia justificanda, & corrigenda sint, sæpius futurum, ut labor & opera supervacanea impendatur, & de novo quasi processus causæ instituendus sit.

II. Quia Judici inferiori concedendum non sit, onus, laborem, & odium à se in alium transferre : Quia is præcisè, & quasi ex contractu teneretur, telam judicii coram se cœptam contexêre, quemadmodum etiam partes litigantes ex illo quasi Contractu tenerentur, litem coram inferiore cœptam continuare, quibus ob culpam tertii, Judicis scilicet, ad Instantiam unius solùm, beneficium primæ instantiæ auferendum non sit.

III. Quia non rarò impedimenta inciderent, atque graves causæ essent, quamobrem inferior Judex litis negotium protrahere cogeretur.

IV. Quia tempus promotorialium consuetum nimis angustum sit, ita, ut intra illius spacium ad judicem superiorem adire vix daretur, & eâ ratione & occasione, facilè omnes & quævis causæ, pro unius partis arbitrio, ad Cameram pertrahi possent. His rationibus quidam adducti, judicârunt, promotoriales quidem liceras de-

decernendas eſſe, ita tamen, ut illæ devolutionem non operarentur, ſed alio modo litigatoribus, vel per viam appellationis, vel per Mandata ſuccurrendum eſſet.

26. Sed communior opinio fuit, promotoriales devolutionem cauſæ principalis operari, ſive lis coram judice inferiori cœpta ſit, ſive pendeat, ſive non pendeat, ſive litis conteſtatio intervenerit, ſive non intervenerit, ſive definitivè concluſum fuerit, ſive non; ita, ut niſi intra temporis ſpacium, literis promotorialibus definitum, litigatoribus juſtitia adminiſtretur, cauſa principalis ſtatim in eo caſu, in quo hæret, & reperitur, ad Cameram devoluta, ibidem expedienda ſit. Opinio communior, cum ſubjectis rationibus.

I. Qui tam lex ordinationis, quàm literæ promotoriales, non ſolùm de jure accipiendo, verùm etiam de jure & juſtitia adminiſtranda imperent, quæ verba in latiore ſignificatione accipienda, & non diſtinguendum ſit, ubi lex non diſtinguat.

II. Quia devolutio cauſæ fiat in odium juſtitiam denegantis, vel juſtitiæ adminiſtrationem protrahentis, id quod non minùs lite jam cœptâ, quàm initio fieri poſſit.

III. Quia partium litigantium non interſit, quòd rectè ad ſuperiorem, & omni exceptione majorem pertrahantur; & aliàs metuendum ipſis ſit, ne cauſa per appellationem, & ita per novam & ſeparatam proceſsûs viam, eò devolvenda, & ibidem proſequenda ſit.

IV. Quia litigatoribus potiùs obſit, & litis proceſſui impedimento ſit, quàm litis expeditionem promoveat, ſi ratione denegatæ vel protractæ juſtitiæ appellandum, vel Mandata impetranda ſint.

V. Quia in ſimili caſu, in proceſſibus ſcilicet cauſarum coram Judicibus ordinationis, expreſsè ſtatuatur, de cauſis propter ſuperveniente in proceſſu protractionem juſtitiæ devolvendi.

27. Vide *Ordin. Part. 2. T. 8. Verſ.* Wo ſich dann. 11. & *Concluſ. Cam. dub. 9.* in quo Deputati Imperii Spiræ *Anno* 1595. ſecundam, & communiorem Cameræ opinionem approbârunt, alii quidem ſimpliciter, alii verò *hanc appendicem*, & declarationem addendam eſſe cenſuerunt, quòd ſupplicans in cauſis pendentibus narrare & docere debeat, daß ihme / auff beſchehenes fleiſſiges Anhalten / nicht wölle nach geſtalt und Gelegenheit der Ends unter Gerichts-Perſonen/Ordnung und Gewonheit / zu ſeinem Rechten verholffen werden: Alii, hâc appendice non opus eſſe, cenſuerunt, quia *Ordinationis part. 2. T. 26.* ex juſtis cauſis ſancitum eſſet, quòd proximo inferiori judici promotoria- Deciſio quæſtionis.

libus

libus semel insinuatis, actor non teneatur amplius de justitia denegata aut protracta docere. Cùm igitur Domini Camerales in opinione sua secunda in ordinationis dispositione acquiescerent, illam sine omni appendice approbandam esse judicârunt. Et actor, si in narratis supplicationis pro citatione, contra veritatem factum proposuisset, id per acta edita statim deprehendi,& causam primo quoque tempore remitti posse, actore in expensas omnes condemnatô.

Pragmatica sanctio.

28. Vide *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. **Ob auch** *promotoriales cum effectu* &c. Ubi pragmatica sanctio est, termino in promotorialibus insinuatis constituto, sine administratione justitiæ lapso, causam, quocunque statu sit, ad Cameram ipsô jure devolvi, ita tamen,ut litigatores sine calumnia,& secundùm Ordinationis præscriptum procedant.

Cœpto judicio inferiori, si justitia protrahatur.

29. Præter superius tradita, pro uberiori informatione, de protracta Justitia, sciendum: Si cui, cœpto apud Judicem inferiorem judicio, justitia protrahitur, tum Camera desuper implorata, eidem pro maturanda sententia promotoriales, compulsoriales, vel Mandatum, pro facienda ejus executione, ex hac Constitut. impertitur. *Ord. h.t.* 26. Denais. *de jur. Camer. tit.* 171. §. 4. per tradita Baldi *in L. fin.* §. 4. *C. de tempor. appel.* Panormit. *in c.* 5. *X. de judic.*

Quod limitatur trifariam.

30. Quod limitatur, modò (1.) supplicans sit civis Romanus, & justitiam protrahens immediatus Imperii Status. *Ord. d. tit.* 26. *pr. ibi.* **Das nächste Ober-Gericht.** Mynsi. *dict. obs.* 82. *num.* 3. Schvvanem. *L.* 1. *c.* 19. *n.* 1. (2.) Supplicans exponat, quamdiu causa coram inferiori Judice sit agitata, vel sententia in rem judicatam prolapsa. Schvvanem. *d. cap.* 29. *n.* 2. (3.) Exhibeat documentum requisitionis, vel quovis alio modo doceat, quòd sæpius administrationem justitiæ rogaverit quidem, sed Judex eam semper protraxerit. *Ordin. dict. tit.* 26. §. *ult. in fin. Recess.* 1566. §. **Nachdem denen Partheyen.** Denais. *dict. tit.* 171. §. 4. & 5.

Quid si non paritum fuerit promotorialibus?

31. Si verò Judex inferior sententiam intra terminum promotorialibus præfixum non publicaverit, tum exhibitô requisitionis instrumentô, causa eo quo reperitur statu, in Camera definienda recipitur. *Rec. Dep. Imp.* 1600. §. **Ob auch** *Promotoriales.* Denais. *dict. tit.* 171. §. *ult.* Schvvanem. *dict. c.* 19. *n. fin. & Libr.* 2. *cap.* 23. *n.* 2. Sin promanatis compulsorialibus aut Mandato paritionem non docuerit, tum effluxô terminô agit implorans ad pœnam illis insertam. Frideric. Mindan. *Libr.* 2. *cap.* 53. *n.* 21.

Quid item, si non pareatur compulsorialibus?

32. Sed

32. Sed & beneficium appellandi habet is, cui pendente judiciô juſtitia protrahitur, per tradita Felin. *in cap.* 11. *X. de conſtit.* & Panormit. *in c.* 47. *X. de appellat.* Gail. *obſ.* 28. *n.* 3. *L.* 1. Mynſ. *d. obſ.* 82. *n.* 4. *&* 2. *obſ.* 24. Subditus tamen non habet jus impetrandi compulſoriales vel mandatum, ad publicandam ſententiam, uti arbitratur Frider. Mindan. *dict. cap.* 53. *num.* 22. quia ipſi tam promotorialibus, quàm appellatione ſatis eſt cautum, & non facilè Mandata ſubditis contra Magiſtratum ſunt decernenda, ex ipſa Mindani opinione, *dict. L.* 2. *c.* 13. *Receſſ. Imper.* 1594. §. So ſol auch. Denaiſ. *de jur. Camer. tit.* 182. §. 5.

Appellare poteſt, cui pendente judicio juſtitia protrahitur.

Mandata ſubditis contra Dominos non facilè decernenda.

33. Cùm ſemper præſumtio militet pro ipſo, quòd neutiquam injuriarum causâ, ſed, juſtâ motus ratione, faciat ea, quæ facit. *L.* 2. *ibi: Quem ſi Judex (quod non arbitramur) minùs audire noluerit. L.* 13. §. 4. *&* 6. *de injur.* Alciat. 3. *præſumt.* 9. Secus eſt in publicata ſententia, quia præſumitur in dolo eſſe, ſi latam ſententiam executioni mandare protraheret. *Dd. in L.* 2. *d. re judicat.*

Pro Magiſtratu militat præſumtio.

Non tamen, ſi ſententiam ſuam exequi nolit.

34. Quid: Juſtitiam Dominus ſi deneget ſubditis, an propterea poteſt privari feudo? Item, an incurrat indignationem ſuperioris, & teneatur ad intereſſe? Vid. Aym. Publicius *ad Conſuetud. Arvern. tit.* 30. *art.* 10. *n.* 11.

An ob denegat. juſtitiam feudo privetur Dominus?

35. Item, ſi Dominus, ad inſtantiam Vaſalli, nolit ei pares ordinare, qui pronuncient; An ex capite denegatæ juſtitiæ cauſa ad Cameram pertinet? Deciſum, quòd ſic, quia Pares Curiæ ſunt prima inſtantia, & loco der Austräge. Ita Domini putârunt *in cauſa* Wolffskeel *contra* den Grafen zu Falckenſtein / 10. *Novemb. Ann.* 1589. proceſſus purè decernendos, ſi inſtrumentum proteſtationis fuiſſet juſtum; *ideò decretum*: Auff vorbrachtes inſtrumentum abgeſchlagen. Auth. *præjudic. Cam. tit. Juſtitia denegata.*

Quid, ſi Dominus partes Curiæ ordinare recuſet?

TIT. XVI.

De jurisdictione Cameræ in cauſis violati privilegii Cæſarei.

§. 1.

Decimum factorum genus, ex quo jurisdictio Cameræ fundatur, eſt violatio privilegii Cæſaris, unde cauſa violati privilegi Cæſarei naſcitur.

2. Cauſa violati privilegii Cæſarei eſt, cùm Actor queritur, ſe contra privilegium Cæſaris violatum eſſe, & reum in pœnam privilegio conſtitutam condemnari petit. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 1. *num.* 7.

Cauſa violati privilegii Cæſarei quid?

3. Fundandæ autem jurisdictionis in hoc cauſarum genere ratio eſt,

Fundandæ jurisdictionis ratio.

est, quia Imperator, qui privilegium actori concessit, meritò de violatione ejus cognoscit, & judicat; Camera Imperialis verò Imperatoriam Majestatem in administranda justitia, seu, ut Gailius loquitur, quoad contentiosam jurisdictionem repræsentat, *d. obs. 1. n. 7.*

Princeps, quando de suo privilegio cognoscat?

4. Sed notandum, id, quod Gail. *obs. ead. num. 13.* monet, *Principem nimirum de suo privilegio cognoscere*, locum habere, quando de substantia privilegii disputatur, vel quoties privilegium Jus Principis tangit. Si verò Jus alterius concernat, tunc etiam Judicis ordinarii cognitionem locum habere, secundùm Bald. *in prælud. feudor. n. 18. & in c. 1. de Lege Conrad.*

Necessitas insinuationis privilegiorum.

5. Ut verò ad pœnam privilegii agi possit, legitima insinuatio requiritur, cùm ipsi Cameræ, tum parti facta; Insinuationis mentio fieri debet, cùm processus petuntur. Quòd si insinuatio Cameræ facta non sit, ipsum originale cum supplicatione exhibendum est, & narrandum, privilegium ad notitiam partis pervenisse. Et huc pertinet, quòd privilegia non insinuata Judici neque parti, nihil prosint, *text. in l. Si quis per divinam C. de aquæ ductu. Lib. 11.* Gail. *d. Obs. n. 11.* Frider. Mindan. *L. 1. c. 20. n. 1. §. 11.* Obrecht. *Disp. de judic. 2. c. 6. n. 430.* Schvvanem. *obs. 25. n. 17.* Schüz. *ad jus publ. vol. 2. ex. 8.* Uffenbach. *de conf. aul. c. 10. pag. 103. 104.* ubi modum supplicandi pro citatione, ad vid. se incid. in pœn. privil. præsertim protectorii, tradit. Notabilis ex hoc capite, non ita pridem in Camera est introducta causa, **Zöllner und** Cons. contra **Bamberg und dessen Ober-Einnahm.** citat. ad vidend. &c. cujus decisio indies urgetur.

Debentque pro insinuatis acceptari.

6. Dicitur §. *præced. Legitimam requiri insinuationem.* Verùm enim verò non sufficit, tantummodò insinuari privilegium, sed debet etiam à Camerali judicio per sententiam pro insinuato acceptatum esse, aliàs ejusmodi privilegia non attenduntur. Sic non tantùm *Domus Austriaca*, sed multa alia quoque privilegia, pro insinuatis, ideo acceptata non fuère, quòd maximum præjudicium tertii continerent; Sic etiam privilegia Baronum de M. factâ licèt gravissimâ instantiâ, propterea acceptata non fuère, quòd varia in se Capitula continerent, justitiæ summè contraria. *Vid. supr. tit. 4. §. 41. 42.* Formulam, quomodo insinuata privilegia acceptentur, exhibet sententia hîc annexa: **In Sachen begehrter** insinuation Privilegii **wegen des Fürstlichen Hauses Brandenburg Culm- und Onolzbach die Zoll-Gerechtigkeit betreffend am** 26. Junii **nächsthin / ist dasselbe jedoch vorbehaltlich des**

H. Röm.

H. Röm. Reichs Ober- und Gerechtigkeit / auch jedermännigliches Interesse und Einrede dagegen jederzeit vorzubringen so viel recht / hiemit angenommen / auch solcher gestalt darüber nothdürfftige Urkundt erkennt / und ist Doct. Schaffer sein der restitution Orig. halber beschehenes Begehren / jedoch daß eine vidimirte Copey apud acta behalten werde / hiemit zugelassen. *Public. 7. Julij* 1685. Ita quoque & iisdem penè formalibus factum seculo superiori, *d. 26. Januar. Ann.* 1589. in insinuatione privilegiorum Marchionis Georgii Friderici zu Brandenburg. Præjudic. Cam. *voc. privilegium pag.* 277.

7. Requisita autem hujus actionis, seu citationis ad vidend. se incidisse in pœnam privilegiorum, juxta Gylm. *præjud. Cam. verbo privilegium*, in genere sunt 1. privilegium ante citationem esse insinuatum ei, qui illud temerare fuit ausus. 2. Ut & idem de pœna privilegio inserta sit certior factus & admonitus (gewarnet.) 3. Quòd dolosè ex proposito certaque scientia quid contrà factum sit; & 4. Quòd post omnes admonitiones unrechtlicher Weiß infregerit tale privilegium. Requisita actionis ad pœnam privilegii.

8. Unde elucet, quòd pœna privilegiorum irrogari non possit, nisi ex dolosa intentione violantis; quam nisi impetrans probet, reus absolvitur. Viderint ergo supplicantes, antequam processus impetrent, quo pacto dolus probandus sit? Cùm non tantùm justa & gravis, sed etiam fatua credulitas à dolo excuset; Multi etiam hujus generis processus ex defectu dictæ probationis excidunt in vanum, in tantum, ut vix condemnationis præjudicium inveniri queat, teste Merckelbach. apud Caspar. Klock. *tom. 1. cons. 37. num. 398.* & Gylm. *tom. 1. p. 2. vot. 7. fol.* 247. in causa Bürgermeister und Rath der Stadt Oppenheim / contra Schultheiß / Schöffen und Rath zu Franckfurt & Consort. Pœna non irrogatur, nisi dolosa violatio probetur.

9. Sic *in Causa Fiscalis* & Borcks Erbgenahmen / *contra* Noppeney & Consortes impetratum fuit *Mandatum cassatorium & inhibitorium S. C. cum citatione ad videndum se incidisse in pœnam violatæ jurisdictionis Imperij*, ex eo, quòd reus extra Imperium appellaverat ad Curiam Brabantinam; Reus factum non negabat, sed offerens, se à dicta appellatione destituturum, producebat instrumentum paritionis; & quia dolum abfuisse exinde aliquadantenus elucebat, fuit per sententiam absolutus 23. *Martij Anno* 1659.

10. Privilegia mediatorum in Camera insinuari non solent, nec Camera insinuationes recipit, teste Gail. *lib. 1 obs. 1. num. 10.* Sic Jobst Phil. von Bircken hoc quidem tentavit, sed sine successu, ut constat Privilegia mediatorum non insinuantur Cam.

ex sententia 18. *Aprilis Anno* 1627. *lata.* Ratio est, quia reputantur pro privatis. Præjudic. Camer. *voc. privilegium pag.* 272. Hi ergò originalia exhibeant, si processus ad videndum &c. impetrare, ut maximè autem, si declarationem pœnæ obtinere velint, necesse est, vide Schvvanem. *obs. Camer. Imp.* 25. *num.* 29.

Debent producere originale in quibusque causis.

11. Benè tamen advertendum, quòd licèt mediatus necessariò originale privilegii producere debeat; in arbitrio tamen immediati consistit, an vel hoc facere, vel quod tutius est, (sæpè enim originalia amittuntur) privilegium Cameræ insinuare, & ut pro insinuato acceptetur, petere; tunc enim amisso licèt privilegii originali, nihilominùs tamen desuper pronunciabitur.

An privilegia in membrana conscripta esse debeant?

12. Qu. An privilegia debeant esse conscripta in membrana? Visum fuit, ex hoc capite, processus ad vid. se incid. in pœnam violati privil. denegatos fuisse *in causa* St. zu St. B. in B. contra Friesen & Conf. 24. *Maij* 1591. Sed hoc non placet. Auth. præjud. Cam. *voc. privilegium pag.* 273. Quia Constitutio *Maxim. I.* loquatur tantùm de Instrumentis Notariorum; Et nemo Imperatori modum præscribere possit, conficiendi privilegia in membrana, vel in charta. *Idem* causam denegationis fuisse putat, quòd exemplum papyraceum privilegii transsumti parti fuerit insinuatum, non ipsum privilegii exemplar.

De privilegiorum exemplatione seu vidimatione.

13. De exemplatione privilegii ex eodem Authore *præjudic. dict. loc. p.* 274. notandum: Cùm aliquando cuidam fuisset injunctum, ut *vidimus* alicujus privilegii in forma probante produceret, ille curavit illud exemplari, & per tres Notarios subscribi, & sic produxit. Sententia desuper lata 13. *Jun.* 1589. hoc modo: In Sachen etc. ist D. L. W. deren jüngst vorbrachten vidimus unverhindert die im Appellations-Libell angezogene privilegia nochmal in glaubwürdiger Form vorzubringen / Zeit 4. Monat pro omni termino V. A. W. angesetzet etc. Cujus sententiæ intellectus fuit, ut privilegium exemplaretur auctoritate Judicis ordinarii, qui in hac causa est *Camera*, cujus auctoritate prædicta exemplatio fieret.

Explicatis factorum generibus, in quibus Jurisdictio Cameræ fundata est, sequitur nunc, quomodo ratione rerum fundetur.

****

TIT. XVII.

De jurisdictione Cameræ in feudis & bonis Imperii litigiosis, an fundata sit, si de bonis sub diversa jurisdictione sitis litigetur.

§. 1.

RErum ratione jurisdictio Cameralis fundatur, quatenus eam fundant aut { Bona de quibus lis est, / Actus quidam judiciales.

2. Ratione bonorum fundatur, in bonis & feudis immediatè ab Imperio concessis, quibus aliquis dignitatem vel nobilitatem in Imperio adeptus est, etiamsi is, cum quo de ejusmodi bonis & feudis jure judicioque experiundum est, quò ad personam suam, immediatè Imperio subjectus non sit. Gail. *lib.* 1. *obs.* 10. *num.* 12. & *obs.* 30. *num.* 20. *& in tract. de arrest. c.* 6. *num.* 9. Michaël *Diss. de jurisdict. th.* 30. *lit. A.* Frid. Mindan. *de extrah. process. c.* 19. *n.* 18. *& seqq.* Jurisdict. Cam. fundatur in feudis Imperii.

3. Rectè dictum præcedenti §. Quòd feuda, de quibus Camera judicet, ab Imperio dependere debeant. Nam de Valvasinis, quæ Principes & alii immediati Status Imperii sibi invicem, vel mediatis etiam conferunt, non Curia Domini, nec Austregarum Judices, nec Camera, sed pares Curiæ cognoscunt. 2. *F.* 16. 20. 39. §. 1. *&* 55. *in fin.* Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 54. & 2. *obs.* 156. *n.* 1. Mynsi. 1. *obs.* 99. *&* 4. *obs.* 89. *&* 5. *obs.* 75. Obrecht. *d. cap.* 6. *n.* 416. *Sic* 7. *Julij* 1668. *in causa A.* von *L. & Cons. cont. W. Mandati*, accidit, in qua cassatoria & absolutoria sententia publicata, & causa ad judicium feudale, cum expensis, remissa. De Feudis, quæ non ab Imperio recognoscuntur, judicant Pares Curiæ.

4. Excipitur I. Nisi lis non contra Dominum, sed convasallum dirigatur; tunc enim ad Curiam Domini decisio pertinet. 2. *F.* 15. §. *illud tamen. &* 2. *F.* 46. *in fin. & tit.* 55. §. *præterea si inter duos. ibidemque gl. & Dd.* Exceptio I.

5. Excip. II. Nisi contentio inter Dominum & assertum Vasallum, qui præter controversum feudum nullum aliud à Domino habet, oriatur; nam tunc ad ordinarium rei judicem recurrendum. Post Bald. commun. Dd. *in* 2. *F.* 27. §. *si duo, & tit.* 34. *ad* §. *si autem.* Innoc. Imol. & Dec. *in c.* 5. *x. de judic.* II.

6. Excip. III. Nisi Dominus Vasallo, aut Vasallus Domino, rem controversam esse feudalem, negat: hujus enim quæstionis cognitio est Judicis rei ordinarii. Mynsing. 5. *obs.* 75. *n.* 3. *seqq.* Gail. 2. *obs.* 156. *n.* 2. *&* 3. III.

IV. 7. Excip. IV. Nisi nulli Pares extent, aut extantes ex rationabili causa suspecti sint, vel in testimonium controversi feudi produci debeant, aut de inveterata consuetudine judicandi facultatem non habeant; nam tunc, exclusis iis, causa vel ad Curiam Domini, vel rei judicem ordinarium, prout longævo usu id erit receptum, devolvitur. Per trad. Bald. *ad* 2. *F.* 46. Felin. *in c.* 5. *x. de judic. & gl. in* 2. *F.* 55. Quos allegat Mynf. 6. *observ.* 19. Frider. Mindan. *de extrah. proceſſ. L.* 3. *c.* 3. *n.* 12. *&* 13.

A Paribus Curiæ aliisque judicibus &c. appellatur ad Cameram.

8. Datur autem à quibuslibet modò dictis Judicibus in causis feudalibus, appellatio ad Cameram. Quod probat sententia reformatoria *d.* 13. *Decembris* 1677. in Camerali judicio publicata, in causa W. O. von D. contra M. O. Wittibe von I. verbis sequentibus: Daß Richtere voriger instanz mit der am 11. *Junij* 1665. vorgangener Belehnung samt Anweisung etc. nichtiglich und widerrechtlich gehandelt / überflüssig und wohl davon appelliret / dahero etc. und sie / die Appellanten vor die rechtmäßige Lehens-Folgere in dem Gut B. zu erklären etc. Sic etiam in præsens, ex capite appellationis, famosa causa agitur, *B. contra H.* in qua à Paribus Curiæ ad Cameram appellatum: cujus exitus indies speratur.

Statum Imperii quænam arguant?

9. Ut quis Status Imperii appellari possit, tria requiruntur. 1. Ut sit descriptus in matricula (authentica, quæ non solùm nomen, sed etiam quotam solvendam, den Anschlag / contineat. Qualis est matricula *anni* 1521. illa enim præ cæteris omnibus valet. Vid. Speidel. *voc. matricul. Receſſ. Imp.* 1582. §. 64. *ibi*: Es ist unverborgen / daß die Matricul 1521. vor des Reichs gerechte und gewisse Matricul zu halten.) 2. Ut citetur ad Comitia, ibique habeat sessionem & votum. 3. Ut sit immediatus, & habeat bona in Imperio sita. Vid. Gail. 1. *obs.* 21. Wehner. *pract. observ. voc.* Stand des Reichs.

Mediatus ratione bonorum immediat. pro immediato habetur.

10. Prætereà benè advertendum: Qui Imperio, quoad personam immediatè non subjectus, illum non, nisi ratione bonorum, quatenus illa ad Imperium contribuere, vel alia officia præstare debent, pro immediato haberi. Secus est in personalibus, & iis, quæ inhærent, v. g. si nobilis quidam mediatus, civis, vel etiam rusticus, Comitatum vel Baronatum emeret, is contributiones & alia onera ferre obligatus quidem esset, & in omnibus, quæ ad bona spectant, pro immediato haberetur, ita ut etiam ex Constitutione pignorationis agere posse videatur, veluti quæ præcisè res & bona concernit; neutiquam tamen ad Comitia vel alios ejusmodi conventus vocaretur.

11. Nota

11. Nota tamen, per hoc immediatum, ratione personæ à Constitutione hac non excludi; magnum enim dubium est, & ab ipsis Statibus nondum resolutum, an, quoad Constitutionem pignorationis, quis ratione personæ vel rerum immediatus habendus sit.

12. Est autem Jurisdictio Cameræ Imperialis, in controversiis de feudis Imperii fundata, nisi feudum, de quo lis est, sit Principatus, vel Ducatus, vel Comitatus &c. Imperii, & alterutri litigatori jure atque judicio auferendum sit, **so einem Theil endlich und gäntzlich abgesprochen werden sollen** / ut *Ordinationis* verba habent *part. 2. T. 7.* In hujusmodi enim feudis Imperator sibi soli jurisdictionem reservavit. *Ord. d. T. 7.* Gail. *l. 1. Obs. 1. n. 31.* Causæ enim magnæ majores Judices requirunt. Minorum autem feudorum appellatione intelliguntur, Baronatus, Dominia, feuda de Camera &c. quoad posteriora præjudicium extat in *causa* G. contra G. **Wittib** / 5. *Julij* 1672. **Ist ferner zu recht erkandt / daß ermeldtes Cammer-Lehen dem Kläger / als ältesten Sohn / laut Lehen-Rechts / zu** adjudiciren **und einzuraumen.** Add. Obrecht. *Disp. de judic. th. 2. c. 6. num. 417.*

Lis de feudis Imperii ad Cameram spectat, nisi fuerint feuda majora.

13. Dicta *Ordinationis* verba, **gäntzlich und endlich** / sensum hunc habent; id est, totum feudum, & per definitivam, ut quidam latinè reddunt, vide Ludolph. Schrader. *tract. feud. P. 10. sect. 2. n. 68.* & *Ordin. Cam.* à Justino Goblero latinè editum. Confer quoque Rosenthal *de feud. cap. 12. concl. 3.* Illa autem verba non levem inter Dd. pariunt difficultatem, an Cameræ jurisdictio super ejusmodi majoribus feudis, non saltem in possessorio, vel etiam in parte quadam feudi fundata sit? Ita, ut Neoterici affirmativæ inhæreant sententiæ; plurimis tamen contrarium tenentibus: Vix tamen datur præjudicium, quòd Camera, quicquid tandem possit, ejusmodi negotiis sese immiscuerit, & tutius eligendum esse videtur, ne in alienam messem & jurisdictionem *Cæsari* reservatam, falcem immittere dici possit.

Sensus verborum gäntzlich und endlich.

An Camera, saltim in possessorio de feudis majoribus judicet? Ambiguum est.

14. Affirmativa Neotericorum, *de qua §. sup.* ex textu *Ordinationis*, si de possessione saltem controvertitur, verissima videtur. Michaël *de jurisd. d disp. th. 28. lit. B.* Stephani *de jurisd. P. 1. L. 2. c. 1. m. 2. n. 211.* Nam de horum majorum feudorum petitorio solus Imperator, aut, absente eô, Romanorum Rex ex reservato judicat, *dict. Ordin. tit. 7.* Denaisi. *de jur. Cam. tit. 14 1. 1. F. 18. & 2. F. 34. ac utrobique DD.* Zasius *de feud. pag. 11. n. 6.* Sic quoad partem quandam feudi notabile præjudicium

dicium est in sententia 30. *Octobr.* 1676. *in causa quondam C. de I. cont. C. de I.* Citat. ad vid. divid. secund. tabb. testam. &c.

Ratione feudorum minorum Austregæ cessant.

15. Notetur quoque, quòd respectu inferiorum etiam feudorum, cessant Austregæ; Etenim Vasallus volens Principem vel Comitem Imperii, vel Baronem, in causa feudali, in jus vocare, pares curiæ, non Judices ordinationis adire debet: Ubi verò Vasallus Dominum non vult recognoscere, nec se ejus fidelem profiteri, Cameræ tribunal adeundum est.

16. Contingit enim nonnunquam, ut de bonis, feudalitate affectis, lis exoriatur. Tunc Camera etiam cognoscit, & plerumque Agnatos, Dominumque feudi, pro pleniori causæ discussione citare solet, uti factum *d.* 17. *Febr.* 1669. *in causa M.* von *K. contra* von *K.* Witt. simpl. querel. *&* 31. *Octobr.* 1684. *in causa M. cont. M.* simpl. quer. Item, *d.* 11. *Martij* 1687. *in causa* von *H. contra* von *R.* Mandati.

17. Accidit quoque, ut in petitionem hereditatis feuda (intell. irregularia & promiscua) veniant; In his autem Domino directo jus suum, quod in illa habet, cujuscunque fuerint conditionis, non præripitur, sed reservatur: uti factum 13. *Decemb.* 1686. *in causa S. contra B.* Citationis.

Clerici, ob feuda Imperii, actione reali in Camera conveniuntur.

28. Sic Clerici, ob dominium vel territorium, & rem quamcunque, quam ab Imperatore & Imperio, tanquam feudum recognoscunt, actionibus possessoriis aut realibus conventi, rectè in Camera forum sortiuntur, Gail. *lib.* 1. *obs.* 37. *n.* 4. *&* 5. & de pign. *obs.* 7. *num.* 3. Hoc modo Capitulum majoris Ecclesiæ Moguntinæ, prætendit immedietatem ratione B. & Camera, in decernendis processibus, ita observat.

Exemplum de Capitulo Moguntino.

19. Videatur, inter alia, novissimè causa Grandfort contra Capitulum Moguntinum, *Mandati de exequendo testam.* ubi adversùs hoc exceptum, nihilominùs Exceptionibus & reiteratis interventionibus Electoris Moguntini, utpote ordinarium & mediatam jurisdictionem prætendentis, non obstantibus, paritio per tres paritorias, successivè latas, injuncta fuit. Et processus in causa Mees contra Nebel *appellationis.* Vid. etiam Græv. ad Gail. *conclus.* 30. *in pr.*

Si res in diversis territoriis dissitæ, Camera est adeunda.

20. Sic ratione rei Jurisdictio Cameræ fundata esse videtur, in rebus & bonis controversis, sub diversis territoriis ita dissitis, ut dubitari queat, quænam potissimùm ex eorum majore parte jurisdictio fundetur, & in arbitrio actoris positum fuerit, actionem intentare, vel in loco domicilii Rei in jus vocandi, vel ubi res sitæ sunt, & actori

me-

metuendum, ne causæ processûs in puncto dilatoriarum protrahatur, quo casu statim Imperii tribunal adeundum, & pro processibus supplicandum esse, Domini Camerales censuerunt. Nam si Judices ordinarii adeundi forent, litis processûm non solùm in puncto dilatoriarum, verùm etiam per appellationem, & in puncto executionis, per juris subsidiales produci existimârunt.

21. Vid. *Conclus. Cam. dub.* 8. in quo Status Imperii Deputati sententiam Cameralium confirmârunt Spiræ *Anno* 1595. sed postea Ordines Deputati *Anno* 1600. ibidem, dubium hoc ampliùs deliberandum esse censuerunt. Vide *Recess. Imp. Deput. eod. Anno publicatum.* §. Es haben uns auch unsere Käyserl. etc. Dubium tamen illud adhuc est.

22. An autem continentia causæ, ratione rei sitæ, ita simpliciter fundet jurisdictionem Cameræ, an verò locus, ubi major pars bonorum est, sit forum competens, dubium est? Thom. Michaelis *in Causa* Haller *contra* Haller apud Klock. *tom. 2. consil. 99. num.* 12. consulendo respondit, actionem esse instituendam, ubi major pars bonorum sita est, *per l. si fideicommissum* 50. *in pr. ff. de judicijs l. 2. C. ubi Senat. vel Clariss. l. unic. C. ubi de hered.* allegans, Cameram in causa Reinckswinckel contra Saer / (cassando Citationem, ex simili continentiæ rerum, sub diversis Jurisdictionibus sitarum, fundamento impetratum) 7. *Septembris Anno* 1603. ita servâsse, contra Schvvaneman. *observ. pract. Cam. Imp. obs.* 15. *adserit*, Cameram statim adiri posse. Ego prius juri, hoc praxi convenientius esse credo. Continentia causæ, ratione rei sitæ, quomodo fundet Jurisdictionem?

23. Sic enim *in causa* Pröbsting contra Pröbsting *Citatio ad videndum se immitti & confirmari in possessione hereditatis*, ex continentia rerum, sub diversis jurisdictionibus sitarum, in Camera fuit decreta; & cùm reus 13. *Martij Anno* 1634. inter alia hanc exceptionem opponeret, eâ non obstante, Jurisdictio Cameræ 24. *Martij Anno* 1637. per sententiam confirmata fuit. Sic multæ quæstiones, per quas controvertitur, ubi major pars bonorum sita sit, præscinduntur, causæ expeditio acceleratur, nec actor vincens in executione in plures diversos executores distrahitur.

24. Quid, si certò constaret, ubi major pars bonorum sita esset? Tunc ibi, & non in Camera actio proponi deberet, saltem de jure communi, & strictè loquendo. *In praxi* enim hodiè contrarium potiùs observatur, & ad quantitatem bonorum non ita strictè attenditur, prout meo tempore multa præjudicia facta memini. Sed vix hisce præjudiciis,

si partes postmodum se opponant, ac Status interveniant, fidendum. Vid. Klock. 2. *Consil.* 69. *num.* 13. & Gylman. *lib.* 2. *Decis. pag.* 473. *num.* 33.

25. In feudis, quæ à diversis Dominis recognoscuntur, continentia hæc multò minùs obtinet; quia quotquot eorum sint, singuli tamen Domini inter suos Vasallos jurisdictionem habent limitatam, quam Vasallus sequi tenetur.

CAPUT SINGULARE
De
CONTINENTIIS CAUSARUM.

QUoniam isthoc Opere non nisi sparsim & ferè nihil de continentijs causarum actum, materia tamen hæc usu frequentissima est: & licèt Frid. Mindanus illam integro tractatu complexus sit, non supervacaneum fore credebatur, si principaliora, explicatis factorum generibus, singulari capite hìc insererentur; quæ in octo regulas distribui possunt,

Regula prima.

quarum prima ratione personarum *hæc est:*

1. *Plures Rei, diversis Jurisdictionibus subjecti*, & unâ actione conveniendi, ne causæ dividatur continentia, primâ statim instantiâ omnes simul in Camera possunt conveniri, per *L.* 6. §. 1. *in fin. ff. de edend. L.* 8. §. 1. & *L.* 9. *ff. de liber. caus. L.* 1. *ff. de quib. reb. ad eund. Judic. L.* 5. *c. arbit. tut.* & ibi Bart. aliique DD. Mynsing. *resp.* 88. *n.* 4. *& 1. obs.* 4. *& obs.* 97. Gail. 1. *obs.* 32. *n.* 3. Frider. Mindan. *de extrah. proces. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 1. 3. *&* 7. inprimis verò *Recess. Imp. Dep.* 1600. §. Bey unsern Käyserl. & seq. Denais. *de jur. Cam. t.* 97. §. 2. *& seqq.*

2. *Ampl.* 1. Licèt concurrant Rei Clerici & Laici, vel alii privilegiati. Mind. *dict. c.* 4. *n.* 22. *Limit.* Modò actio concernat negotium seculare, non Ecclesiasticum. Gail. 1. *obs.* 37. *n.* 3. *& seqq.*

3. *Ampl.* 2. Licèt reorum alii essent immediati, alii mediati, Mind. *d. c.* 4. *n.* 5. aut etiam immediati, cum suis officialibus, ministris vel subditis mixti, Mind. *d. c.* 4. *n.* 6. *&* 24. *& lib.* 1. *c.* 18. *n.* 8. *Limit.* Modò subditi, vel alii mediati concurrentes, suum speciale, certum & proprium Interesse in ista causa habeant, & non tantùm operam in solam Domini utilitatem contulerint. *Dict. Recess. Dep.* 1600. §. Gleichermassen. Denais. *de jur. Cam. t.* 97. §. 3.

4. *Ampl.* 3. Licèt omnibus reis, vel etiam tam Actoribus quàm Reis jus Austregarum competat, Mindan. *d. c.* 4. *n.* 8. *Limit.* Modò

de

de certo Austregarum Tribunali partes conveniri nequierint. *d. Dep.* 1600. §. Bey unserm Käyserl. Denais. *d. tit.* 97. §. 2.

5. *Ampl.* 4. Licèt omnes essent Rei mediati, & singuli in uno Principatu, Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu habitarent, Mindan. *d. c.* 4. *n.* 4. *Limit.* Modò diversis Jurisdictionibus immediatis subsint, putà, quòd Principatus, Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus ille, pro tempore in plures partes sit divisus, & à diversis Dominis immediatis separatim possessus. Mind. *d. c.* 4. *n.* 4. Hinc partibus illis in unum possessorem recidentibus, continentia isthæc non ampliùs ad Cameram, sed dictum possessorem pertinet, secus ac si unus Dominus plures diversos & separatos Principatus aut Comitatus possideret. Mindan. *d. c.* 4. *n.* 26.

6. Et virtute *hujus regulæ*, si debitor Creditori bona sua in aliqua Imperii provincia sita, hypothecavit, ac præterea fidejussorem in alia habitantem, constituit, aut nomina sibi alibi extantia, obligavit, tum creditor adversus debitorem Cameræ Jurisdictionem sufficienter fundatam habet. Mind. *d. c.* 4. *n.* 25. *per L.* 1. *ff. de quib. reb. ad eund. Jud.* Item si defuncti Creditores vel alii similes, qui jus quoddam contra defunctum prætendunt, fuerint incerti, & variis Jurisdictionibus immediatis subjecti, tum poterunt ad instantiam heredis etiam mediati, à Camera per publica programmata, quæ Cridas vocant, citari ad proponendum & deducendum eorum creditum, vel videndum perpetuum ipsi imponi silentium, Gail. 1. *obs.* 57. *n.* 7. Mindan. *d. c.* 4. *n.* 16. *per trad. Gloss.* & *DD. in L.* 9. *pr. ff. de liberal. caus.*

7. *Except.* 1. Nisi omnes rei unico Imperii statui subessent, tum enim non ad Cameram, sed omnium proximè superiorem continentia causæ pertinet, Frid. Mind. *d. c.* 4. *n.* 1.

8. *Except.* 2. Nisi concurrant exteri, Helvetici putà, Galli, Itali, aut Stadenses & similes; tum enim causæ connexitas resecanda, & quisque coram competente Judice conveniendus, per ea quæ tradunt *DD. in L. ult. ff. de Jurisd.*

9. Etsi autem *Saxoniæ*, *Brandenburgiæ*, *Austriæ*, *Brabantiæ*, *Burgundiæ* & *Lotharingiæ* Subditi, vigore singularis contractûs, transactionis, & privilegii, nec in prima nec in secunda Instantia, extra territorium suum ad Cameram vocari possint. Mynsing. 5. *obs.* 58. Nihil tamen obstat, quò minùs proposita regula in illis adhuc valeat, utpote, qui citra omnem controversiam, licèt non Cameræ, tamen Imperii Jurisdictione ligantur. Mindan. *d. Lib.* 5. *c.* 3. *n.* 7.

Regula secunda.

10. II. Reg. ratione rerum. Rebus controversis extra domicilii locum, in diversis ditionibus sitis, resecandis fustrationum ambagibus, actio, velut ex causæ continentia, reverà in Camera proponi potest. *Ordin. p. 2. t. 21.* §. Wo auch zwischen. *Per L. 38. vers. Si autem ff. de Judic. L. 1. L. fin. & tot. tit. C. ubi in rem act. & tit. seq. C. ubi de hered. agat. L. 10. C. de judic. c. 2. x. de caus. possess. & propriet. DD. in L. 24. 26. & fin. ff. de R.V.* Denais. *de Jure Cam. t. 97.* §. 1. Gail. 1. *obs. 32. n. 5.* Schvvanem. *de Proc. Cam. lib. 1. c. 6. n. 7.* Frider. Mindan. *d. lib. 3. c. 3. n. 4.*

11. *Ampl.* Licèt aliqua rerum controversarum pars esset feudalis, per alleg. Gail. 1. *obs. 117. n. 2. & seqq. & 2. de P.P. c. 17. n. 16.* Frid. Mind. *d. c. 3. n. 9.* emphyteutica, Gail. *d. obs. 117. n. 7.* Frid. Mind. *d. c. 3. n. 18.* aut præbendaria, Gail. *d. obs. 117. n. 8.* Frid. Mind. *d. c. 3. n. 22.* (quod tantùm de fructibus feudi, emphyteuseos, aut præbendæ, quos Vasallus, Emphyteuta, aut Clericus Debitor, Creditori suo loco hypothecæ obligavit, est intelligendum) vel etiam in mediato aut immediato *Saxoniæ, Brandenburgiæ, Austriæ, Brabantiæ, Burgundiæ*, vel *Lotharingiæ* territorio sita, Frid. Mind. *d. c. 3. n. 7.*

12. Et beneficio hujus regulæ actio de negotiis, in diversis Imperii provinciis gestis, non attentâ personæ medietatis vel immedietatis differentiâ, etiam in Camera institui poterit, per tradit. Frid. Mind. *d. c. 3. n. 11.*

13. *Excip.* Nisi rerum controversarum pars aliqua extra Imperii fines, sub Rege *Hispaniæ, Daniæ, Poloniæ, aut Angliæ* sita esset, tum enim dissolvitur causæ continentia, & remittitur actor ad cujusque rei competentem Judicem, Frid. Mindan. *d. c. 3. n. 8.* plures ampliationes & exceptiones hujus regulæ patent ex iis, quæ ad præcedentem regulam tradidi.

Regula tertia.

14. III. Reg. ratione cepti litigii; Lis semel in Camera cepta, ut causæ conservetur connexitas, in alia plura aut diversa judicia transferri non debet. *L. 30. ff. de Judic. L. 10. C. eod. L. fin. C. de in jus voc. ibid. Gloss. & Dd.* Gail. 1. *obs. 32. n. 6.* Frid. Mind. *d. l. 3. c. 5. n. 1.*

15. *Ampl.* Licèt litigantium quis postea exemptionis privilegium obtinuisset. *L. 7. ff. de judic.* Harprecht. *de process. judic. decad. 2. th. 10. n. 10.* miles putà aut Clericus factus fuisset. *L. fin.* §. 1. *C. de in jus vocand.* aut Ecclesiasticus in hereditatem secularis successit. *L. 19. pr. & L. 34. ff. de judic.* Gail. 1. *obs. 37. n. 8. & seqq.* intelligitur autem lis

cepta,

cepta, quamprimùm decreti processus reo fuerint oblati; & ab eodem recepti, *L. ult. § fin. C. de in jus voc. Auth. litigiosa C. de litig. & ibi DD.*

16. *Excip.* 1. Nisi actore in primo termino non comparente & decreto proclamate, Reus ab Instantia sit absolutus, aut emanente Reo, Actor, proclamate facto, actionem, in Camera sponte remisit; tum enim uterque alterum, non obstante cepto litigio, cui ambo ita renunciâsse videntur, in quovis alio competenti loco convenire potest, per tradit. Mindan. *d. c. 5. n. 58.* Maranth. *p. 2. n. 43.*

17. *Replic.* Nisi ante absolutionem aut remissionem contumacia debito modo fuerit purgata, *Ord. p. 3. t. 41. & 46. pr.* Denais. *de Jur. Cam. 106. §. 11. & 2.* aut actor ad bannum, vel immissionem ex primo Decreto agere, vel causam principalem prosequi, *Ord. p. 3. t. 43. pr.* Denais. *de jur. Cam. tit. 101. §. 2.* aut reus in contumaciam procedere cepit. *Ord. p. 3. tit. 42. §.* Wo aber der. Denais. *de jur. Cam. tit. 100. §. 1. & 3.*

18. *Excip.* 2. Nisi reus actori plura remedia, putà facultatem ubivis locorum arrestandi, omnia sua bona, mandata executorialia in Camera impetrandi, occupandi hypothecata pignora vi & authoritate propria, & similia, in obligationis instrumento permiserit, nam tum non obstante mandato executoriali in Camera impetrato, alibi etiam arrestum petere creditor poterit, donec ad sufficientem solutionem pervenerit, siquidem ista remedia non alternatim, sed conjunctim in ejus arbitrium sunt collata. Coler. *de proceff. Execut. p. 1. c. 81. n. 40. & seqq.* Frider. Mindan. *d. c. 5. num. 62. & seqq. & lib. 2. cap. 81. in fin.*

19. *Excip.* 3. Nisi actor animadverterit, actionem in Camera ceptam, ex prodigalitate rei, inanem futuram, & reus mutato judicio, litis pendentiæ exceptionem non opposuerit, Maranth. *p. 2. n. 43.* Frid. Mind. *d. c. 5. n. 65.*

20. IV. Reg. ratione Judicii non dividendi: Quoties Camera de causa principali competenter judicat, toties, ne causæ distrahatur connexitas, nihil prohibet, quò minùs apud eam quoque incidentis quæstionis, super qua alioquin cognoscere non posset, disceptatio terminetur, *L. 3. C. de judic. l. 1. 2. 3. & 4. C. de ord. judic.* Gail. 1. *obs. 31. n. 11.* Frider. Mindan. *d. lib. 3. c. 5. n. 32.* Regula quarta.

21. *Ampl.* 1. Licèt incidens illa quæstio quadantenus sit spiritualis, matrimonii scil. Mynsf *resp. 6. per tot.* Gail. 1. *obs. 112. n. 12.* Tessaur. *decis. 117. n. 4.* Michaël. *Disp. de Juris d. th. 42.* usurarum, Mynsf. 2. *obs. 61.*

*n.*3. Rec.1500.p.58.R.1530. R.1532. R.1548. ubique *tit.* **Von wucherlichen** *Contracten.* Denaif. *de Jur.Cam.t.*98.§.1. *& seqq.* Mich.*d.diſp. th.*40.*lit.A.* juramentorum, *Ord.p.*2.*t.*24.*L.fin. pr.ff. ad municip. L.fin. ff.de re militar. L.*6.§.*fin. ff.de jure patron.* Gail.1.*obſ.*25. decimarum, Gail. 1.*obſ.*38.*n.*2.*& ſeq.* Michaël. 8.*diſp. th.*41.*lit.D.* Juris Patronatus, Mynſing.5.*obſ.*93.*n.*7. Teſſaur.*deciſ.*82.*n.*1.*& ſeqq.* & ſimilium cauſarum aliarum, per D. quos allegat Vant.*de nullit.ex defect.Jurisd. ord. n.*54.§.*quamvis ſi eſſet.*

22. *Limit.* Modò de earum facto ſaltem vel poſſeſſorio, Gail. 1.*obſ.*37.*n.*5. (quovis tamen, tam adipiſcendæ, quàm retinendæ & recuperandæ. Theſſaur.*d.deciſ.*82.*n.*4.*& addit.ibid.* §.*Cæterum.* Nam contraria præjudicia, à Mynſing. 1.*obſ.ult.* allegata, ante Conſtitutionem pacis religionis contigiſſe teſtantur Michaël *d.diſp. th.*41.*lit.A.* adeò ut parum ad præſentem uſum conferant, cùm dicta Conſtitutione Jurisdictio Eccleſiaſtica hodie plenè ſit ſuſpenſa, R. 1555. §. **Damit auch obberührte.** Denaif. *L.*2.6.§.12. **Schönborn** *L.*4.*Polit.c.*6. §.*Jurisdictio Eccleſiaſtica*) non jure quoque aut petitorio, *c.*3.*x.de ord.cognit. c.*5.*x.qui fil.ſint legit.* neque inter ſolos Clericos, ſed Laicos, aut à Clerico contra Laicum agatur, per alleg. Michaël. *d.th.*41. *lit.E.* ſiquidem plus facti quàm juris ſapit, *L.*1.§.3.*L.*12.§.1.*L.*29. *ff.de A.R.D. L.*19.*ff.ex quib.cauſ.maj.* quæ autem facti ſunt, parum ſpiritualitatis habent, per alleg. Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. ad n.*54.§.*quamvis.*

23. *Ampl.* 2. Licèt incidens illa quæſtio non ſit de ſubſtantia cauſæ principalis, ſed ejus tantùm acceſſorio; Hinc uno eodemque judicio cognoſcit Camera de fundo ejusque fructibus, de ſorte & uſura, Mynſ. 1.*obſerv.*57.*num.*6. de domo & illius pertinentiis, de caſtro & adhærente jurisdictione, Frid. Mind. *d.c.*5.*n.*37. deque jure venandi, lignandi, paſcendi, ſervitutis realis, & omnibus ejusdem accidentibus, utpotè quæ omnia quodammodò ſunt individua, per *L.*72.*ff.de V.obl.* & tradit Frid. Mind. *d.lib.*3.*c.*12.*n.*8.16. item de contractu, ejusque conditionibus appoſitis, Frid. Mind. *d.c.*12.*n.*23. item de cauſa debitoris & fidejuſſoris, quamvis alio tempore mutuum ſit datum, alio fidejuſſio interceſſerit; aut debitum partim ex hereditatis, partim ex mutui titulo deſcendat, Frid. Mind. *d.l.*3.*c.*3.*n.*26.. item de puncto competentiæ & expenſarum, licèt ſe incompetentem pronunciet, Gail. 1.*obſerv.*34.*num.*4. item deſertâ etiam appellatione, de

damnis

damnis & pœna temeritatis, Gail. *d. observ.* 34. *n.* 5. item decreto, arresto, vel sequestro, super bonis hæreditatis, in variis Imperii provinciis sitis, & à cohærede aliquo fraudulenter aut captiosè possessis, etiam de ipsa hæreditatis causa, quamvis omnes hæredes sub una jurisdictione mediatè habitarent, Gail. *de arrest. c.* 11. *n.* 33. *& cap.* 1. *num. pen.* item in causa appellationis de omnibus Appellati bonis, hinc inde sub Imperio dispersis, etsi in prima Instantia propter angustiam Jurisdictionis Judicis à quo, de certis tantùm actum fuisset, Frid. Mindan. *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 27. item in actione tutelæ, negotiorum gestorum, societatis, hæreditatis, familiæ Erciscundæ, communi dividundo, & similibus, de omnibus rebus sub illis comprehensis; licèt variæ illæ & diversæ fuerint, per tradit. Jason. *in L.* 10. *num.* 3. & Sichard. *num.* 6. *C. de judic.* item de Sententiæ Cameralis Executione, ejusque validitate & invaliditate, si forsan tertius interveniens ob defectum jurisdictionis eam nullam diceret, vel læsus restitui adversus eandem peteret, etiamsi is esset mediatus, per *l. un.* §. 2. *ff. de offic. præfecti Prætor.* item in puncto Appellationis ob interlocutoria, etiam de causa principali, si velit, *cap.* 59. *x. de appellat. & cap.* 1. *x. in* 6. *eod.* licèt pronunciet benè judicatum, malè appellatum, dummodo Judex à quo appellationi detulerit, Gail. 1. *obs.* 131. *n.* 4. Mynsi. 4. *obs.* 46. item in puncto Appellationis ad definitiva, etiam de executione & expensis omnium Instantiarum, Gail. 1. *obs.* 113. *n.* 14. etiamsi prior sententia fuerit confirmata, modò appellatio non sit deserta, Mynsi. 5. *obs.* 94. nec invalida, nulla, aut frustratoria pronunciata, tum enim executio ad Judicem priorem, tacitè remittitur, Mynsi. 4. *obs.* 94. item in relaxatione juramenti ad effectum agendi, etiam de causa principali. Gail. 1. *obs.* 24. *in fin.* item in omnibus causis, etiam de salariis Procuratorum, Advocatorum & Commissariorum, Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 37. Obrecht. *Disp. de judic.* 2. *c.* 6. *n.* 435. & Schvvan. *d. obs.* 25. *n.* 41. item de eorundem, ut & exterorum Advocatorum, Notariorum ac similium scriptis injuriosis, vel aliis delictis in Judicio Camerali commissis, Roland. à Valle *vol.* 2. *consil.* 12. *n.* 3. item de injuriis à litigantibus sibi invicem illatis, per tradit. Frid. Mindan. *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 5. ut & de falsa testium depositione, *L.* 16. *ff. de testib. L.* 14. *C. Eod.* Licèt illi aliàs Cameræ jurisdictioni non immediatè essent subjecti, per tradit. Maranth. *p.* 6. *tit. de incident. criminal. contra adverf. falf. quid producentem, n.* 2. etiamsi Clerici fuerint, Cyn. & Bald. *in L.* 14. *C. de testib.* qui tam à judice Cameræ ratione delicti civilis & scandali,

quàm

quàm ab Ecclesiastico vel ordinario ratione delicti spiritualis & subjectionis puniri possunt. Gail. 2. *de P. P. c.* 11. *n.* 25. *& seqq.*

24. *Excip.* 1. Nisi sit quæstio merè spiritualis, *c.* 2. *&* 3. *x. de judic.* hæreseos videlicet, *c.* 3. *&* 12. *x. de hæret. c.* 17. *x. eod. in* 6. Farinac. *in pract. crimin. lib.* 1. *t.* 1. *quæst.* 8. *n.* 127. (ubi replic. Nisi sit hæresis anabaptismatis, de illa enim criminalium causarum Judices, non Ecclesiastici cognoscunt, R. 1551. §. **Und damit solches**/ p. 390. Denaisi. *de Jur. Cam. t.* 23. §. *ult.*) Simoniæ. Gloss. *in c.* 8. *x. de for. competent.* Farinac. *d. q. n.* 128. Sacrilegii. Specul. *p.* 1. *lib.* 2. *t. de compet. jud. adit.* §. 1. *num.* 1. Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. ord. n.* 54. Excommunicationis. Gloss. *in c.* 18. *q.* 1. *Caus.* 2. *& c.* 17. *q.* 3. *Caus.* 24. Adulterii quoad thori separationem. *c.* 8. *x. de Procurat.* Mynsi. *Resp.* 43. *n.* 34. Rapinæ. *c.* 1. *x. de raptor.* Matrimonii, si de ejus jure aut viribus quæratur. *c.* 10. *q.* 6. *Caus.* 35. Denaisi. *t.* 187. Gail. 1. *obs.* 102. *n. fin.* Electionis, Postulationis, Provisionis, Canonicatus, Patronatus, Decimarum, aut alterius rei Ecclesiasticæ, ratione petitorii judicii consideratæ, Farinac. *d. t. q.* 8. *n.* 20. *& seqq.* Vant. *d. n.* 54. de talibus enim Cameræ, ut judicio seculari, nulla competit jurisdictio. Michaël. *disp. de jurisd. t.* 39. *per ord. p.* 2. *t.* 1.

25. *Excip.* 2. Nisi à causa principali planè sit separata, ut si uno instrumento diversæ contineantur summæ, in diversum solutionis tempus conceptæ, nam tunc divisio fieri debet, per *L.* 72. *ff. de Evict. L.* 21. *ff. de recept. arbit. L.* 34. §. 3. *C. de donat.*

26. *Excip.* 3. Nisi divisio utriusque litigantis consensu fuerit facta, vel saltem non excipiente reo, per tradit. Maranth. *p.* 2. *n.* 48. Gail. 1. *obs.* 32. *n.* 12. quòd si verò is exceptionem non dividendæ connexitatis opponere velit, tum id ad similitudinem declinatoriarum, ante litis ingressum facere debet, Gail. *d. obs.* 32. *n.* 13. Mynsi. 1. *obs.* 97. Frider. Mindan. *d. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 9.

Regula quinta.

27. V. Reg. ratione reconventionis. Reo ab actore in Camera convento, si ille hunc sibi etiam obnoxium dixerit, ipsum, ne causæ dividatur connexitas, ibidem de eo reconvenire potest, *L.* 11. §. 1. *ff. de quib. reb. ad eund. Jud. L.* 14. *& seqq. auth. de sent. & interl. omni. judic. N.* 96. *c.* 2. *c.* 1. *q.* 8. *caus.* 3. *vers. cujus in agend. c.* 1. *&* 2. *x. de mut. petit. c.* 1. *x. de Rescript. in* 6. *in fin.* Specul. *p.* 1. *lib.* 2. *tit. de reconvent.* §. 1. *pr.* Maranth. *p.* 4. *dist.* 6. *n.* 13. *& seqq.* Mynsing. *resp.* 43. *n.* 50. *&* 4. *obs.* 90. Gail. 1. *obs.* 35. *n.* 12. idque per modum actionis;

nam

nam si instar exceptionis fit, tum non reconventio, sed recompensatio appellatur. Accurs. *ad d.L.*14. *C.de sent. & interl. omn. Judic.* Gothofr. *ad l.*3. *C.de Compens.* Umm. *Disp. de Proces.* 10. *th.*1. *num.*4.

28. *Ampl.* 1. Licèt Actor sit Clericus, Bart. *in d. Auth. n.*19. Specul. *de reconvent.* §.2. *n.*7. Maranth. *d. dist.*6. *n.*53. Gail. 1. *obs.*37. *n.*6. Mynsi. 2. *obs.*67. *n.*7. *cas.* 1. Frider. Mindan. *dict. lib.*3. *c.*6. *num.*9. & Umm. *d. disp.*10. *th.*2. *num.*8. vel mediatos aut privilegiatos Austregarum Judices habeat, *arg. L.*14. *ff. de jurisd. L.*1. *&* 22. *ff. de Judic. L.*13. §.4 *ff. ad SC. Trebell.* ibidemque Glos. Bart. & Dd. Frider. Mindan. *d. c.*6. *num.*12. Umm. *d. disp.*10. *th.*4. *num.*13. utpote quem ipse tam personali quàm reali actione reconvenire potest, per alleg. Ejusd. *d. th.*4. *num.*14. imò etiam pluribus uno libello cumulatis, per *L.*37. §.1. *verb. plures. ff. de procurat. L.*22. *ff. de judic. verb. actiones. L.*25. §.5. *ff. fam. Ercisc.* Dd. in *c.*1. *x. de mut. petit.* Frider. Mindan. *d. lib.*3. *c.*7. *n.*18.

29. *Ampl.* 2. Licèt Actor contra reum saltem officium Judicis imploraverit, Bart. *in L.*28. *ff. de Judic. & in Auth. & consequenter. C. de sent. & interloc omn. judic.* Abb. *in c.*1. *col. pen. vers. quartò quæro. x. de mut. petit. Limit.* Modò illud in formam judicialis actionis, & non actus extrajudicialis imploraverit, aliàs enim reconventio locum non habet. Specul. *d. t. de Reconven.* §.2. *num.*11. Maranth. *d. dist.*6. *n.*36. *&* 37. Frider. Mindan. *d. lib.*3. *cap.*6. *num. fin.* Umm. *d. disput.*10. *th.*4. *num.*15.

30. *Ampl.* 3. Licèt causa conventionis sit ordinaria, reconventionis verò extraordinaria, summaria, præjudicialis, aut executiva vel econtra. Frid. Mindan. *d. lib.*3. *c.*7. *num.*7. 8. *&* 9. quod tamen ad prorogandum saltem Cameræ Jurisdictionem, non etiam ad deducendum utramque causam simultaneo processu, vel una sententia definiendum proficit, per tradit. Maranth. *d. dist.*6. *num.*37. *& seqq.* iste enim effectus non sequitur, nisi utraque sit vel ordinaria vel extraordinaria, per alleg. Umm. *d. disp.*10. *th.*5. *num.*18. quicquid de consensu & remissione partium contrà disputet Frid. Mindan. *d. num.*7. 8. *&* 9.

31. *Ampl.* 4. Licèt Judicii petitorii sit causa conventionis, & reconventionis possessorii, aut vice versâ: quod tamen subtili aliqua & accurata distinctione indiget.

32. Nam *primò* actorem, interdicto adipiscendæ agentem de possessorio, reus respectu rei quidem diversæ, omni & possessorio & petitorio, sed super eadem re, solo retinendæ possessorio, quia tum ambæ

causæ propter possessorii similitudinem concurrere possunt. Per tradit. Abbat. *in c.* 19. *x. de præscript.* non etiam petitorio, multò minùs ullo adipiscendæ vel recuperandæ remedio, (quæ enim actor adipisci cupit, ea non possidet, quæ verò non possidet, ea nullo modo ab alio peti, adquiri vel recuperari possunt, *per L. fin. ff. de R.V.*) reconvenire potest; quod idem quoque contra adipiscendæ agentem de petitorio obtinet, præterquam quòd iste super ead. re, non saltem possessorio, verò etiam petitorio Retinendæ sc. reconveniri queat, propter concurrentiam utriusque petitorii, quæ se invicem patiuntur. Per tradit. Maranth. *p.* 4. *dist.* 6. *num.* 49.

33. Deinde actorem interdicto Retinendæ agentem de possessorio, reus respectu rei quidem diversæ, itidem omni & possessorio & petitorio, sed super eadem re nullo planè petitorio; quia de petitorio separatim agi nequit, nisi possessorium priùs sit discussum, *per L.* 13. *C. de R. C.* Licèt omni possessorio, etiam retinendæ, siquidem, rem controversam vel neuter, vel uterque possidere potest, per *L.* 3. *pr. & §. §. seqq. ff. utì possidet.* at de petitorio Retinendæ agentem, tam super eadem quàm diversa re, omni & petitorio & possessorio, quia tum vel utraque causa esset petitoria & privilegiata, Abb. *in c. ult. x. de ord. cognit.* vel moto possessorio posset recursus haberi ad petitorium, Spec. *lib.* 2. *p.* 1. *de petit. & possess.* §. 1. *n.* 28. reconvenire potest.

34. *Tandem* actorem interdicto recuperandæ sive de possessorio sive de petitorio agentem, reus nec super diversa nec eadem re, omninò ullo vel possessorio vel petitorio, idque propter privilegium spolii & spoliatoris odium, per *c. ult. x. de ord. cognit.* reconvenire potest, per LL. rationes & Dd. allegatos à Menoch. *adipisc. remed.* 4. *Retin. remed.* 3. *Recup. remed.* 1. *& pass. lib.* Speculat. *p.* 1. *lib.* 1. *t. de reconvent.* §. 2. *de petit. & possess.* §. 1. Maranth. *p.* 4. *dist.* 6. *n.* 41. *& seqq.*

35. *Excip.* à reconventionis regula 1. Nisi reus sit bannitus aut excommunicatus, talis enim ut non agere, sic nec reconvenire quempiam potest, per *L.* 5. *pr. ff. de publ. Jud. & L.* 19. *C. de his qui accus. non poss. c.* 5. *in fin. x. de except.* Gail. 2. *de P. P. c.* 12. *n.* 1. *&* 30. Frid. Mind. *d. l.* 3. *c.* 6. *n.* 7. Harprecht. *de proces. decad.* 2. *th.* 3. *lit. C.* Umm. *d. Disp.* 10. *th.* 2. *n.* 5.

36. *Excip.* 2. Nisi sit causa depositi, cui aliquid reconventionis nomine opponi, sanè iniquum videtur, *p.* §. 30. *in fin. Inst. de Act. L.* 14. *ff. depos. L.* 11. *C. Eod. Nov.* 88. *c.* 1.

37. Re-

37. *Replic.* Nisi actor reo itidem actione depositi teneretur; tum enim reconventio propter concurrens depositi privilegium jure admittitur, *Dd. in d. L.* 11. *C. depos. ad vers. Sed etsi ex utraque parte &c.* Umm. *d. Disp.* 10. *th.* 4. *n.* 14. *except.* 1.

38. *Excip.* 3. Nisi sit causa appellationis vel nullitatis, quia in eam plura, quàm in prima instantia fuerunt agitata, negotia, inducere non licet, per *L.* 2. §. 3. *vers. Ei qq. ff. de Judic. & L.* 1. *ff. Eum qui appell. in provinc. defend.* Guid. Pap. *de appell. q.* 85. Bart. *in Auth. Et consequenter n.* 15. & alios à Schvvan. *de proc. Cam. lib.* 1. *c.* 68. *n.* 2. *& seqq.* alleg.

39. *Replic.* Nisi ante litem contestatam ab interlocutoria, Maranth. *p.* 4. *dist.* 6. *n.* 25. aut gravamine extrajudiciali, Specul. *p.* 1. *lib.* 2. *t. de reconvent.* §. 2. *n.* 6. *in fin.* vel etiam definitiva con-& reconventionis, Frid. Mind. *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 34. esset appellatum; tum enim reconventio apud Judicem appellationis etiam admittitur, quia universa causa principalis ad eum qq. devolvitur, *per trad.* Maranth. Specul. & Frid. Mindan. *d. loc.*

40. *Excip.* 4. Nisi sit causa fractæ pacis, vel turbatæ religionis, per tradit. Gail. 1. *de P. P. c.* 12. *n.* 4. *& seqq.* nam criminaliter conventus, actorem nec civiliter, Maranth. *d. dist.* 6. *n.* 166. *p. L. ult. C. de ord. judic. & L.* 2. §. 5. *vers. Sed etsi agant. ff. de judic.* Schvvan. *d. lib.* 1. *c.* 67. *n.* 2. *except.* 8. nec criminaliter reconvenire potest, *L.* 5. *ff. pr. de publ. Jud. & L.* 19. *C. de his, qui accus. non poss.* Bart. *in d. Auth. Et consequenter.* Præterquam si de majori aut pari crimine eum reconvenire velit, *L.* 1. *& ibi Gloss. ad Dd. C. de his qui accus. non poss.* Auct. Tract. *vol.* 1. *fol.* 169. *n.* 47. *&* 48. aut suam suorumve injuriarum persequatur, *l.* 16. *&* 19. *C. de his qui accus. non poss.* Maranth. *d. dist.* 6. *n.* 56. *in fin.* Gail. 1. *de P. P. c.* 12. *n.* 1. *&* 2.

41. *Replic.* Nisi actor contra reconventionis Libellum nihil opponat, Gail. *d. c.* 12. *n.* 19. *& seqq.* Schvvan. *d. lib.* 1. *c.* 67. *num.* 6. aut non criminaliter ad bannum, sed ad ablatorum bonorum, vel turbatæ religionis restitutionem, civiliter tantùm agat; tum enim admittitur reconventio, quia de crimine civiliter agens, civiliter de alio qq. crimine conveniri potest. Maranth. *d. dist.* 6. *n.* 68. Wurmbs. *pract. forens. decis.* 11. non etiam criminaliter, Abb. *in c.* 1. *col.* 11. *circa fin. x. de mut. petit.* & Bartol. *in d. Auth. & consequenter*; nisi coram competente Judice, Maranth. *d. dist.* 6. *n.* 67. Frid. Mindan. *d. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 4. *vers. ex quibus illud*: cùm in criminalibus non habeat locum prorogatio, Bald.

in l.7.col.7.in fin. C.ubi de crim.agi oport. & Camera de nullo alio, quàm turbatæ religionis & fractæ pacis crimine cognoscat, *Ord.p.2.t.10.§.ult. in fin.& tit.28.§.penult.* Denaisi.*de Jur.Cam.tit.2 5 3.§.16.* & passim alibi.

42. *Excip.5.* Nisi sit causa attentatorum, quia eorum privilegium in eo consistit, ut faciat supersederi in causa etiam principali, per tradit. Lancellot. *de Attent. p.3. c. 30. n. 128. & mult. seqq.*

43. *Replic.* Nisi pro revocatione attentatorum implorans, contra reum etiam attentâsset, tum enim, propter concurrens attentatorum privilegium, tam super iisdem, quàm aliis attentatis, reconventio admittitur, Lancellot. *d.p.3. c.24. q.14. n.7. & seqq.*

44. *Excip.6.* Nisi sit causa spolii, siquidem spoliatus ante omnia est restituendus, in tantum, ut eo nondum restituto, reus planè de nullo debeat audiri, nec ei quicquam respondere teneatur actor, donec tam de spolio, quàm ejus fructibus, & litis expensis, sit restitutus usque ad obulum, & ultimum quadrantem. Roland. à Valle *vol.1. cons.53.n.25. & vol.2. cons.8.n.10.11.20.32.43. & alijs.* Specul. *p.1. lib.2. t.de citat. §.1. n.11. & t. de petit. & poss. §.1. n.14.* Gail. *2. obs. 76. n.12. & 13.* Maranth. *d. dist.6. n.43.* Tessaur. *decis. 15. n.2.* Gylm. rer. judic. *lib.1. decis. 10. n.21.*

45. *Replic.1.* Nisi reus itidem ab actore sit spoliatus, tum enim reconventio admittitur, propter spolium pariter privilegiatum. Abb. *in c. ult. x. de ord.cogn.* Maranth. *d. dist.6. num.41. Limit.* Modò spolium illud alterius sit rei, nam si super eadem re spolium utrinque admissum esset, tum primò posterius spolium restituendum, & illo demum restituto, tandem super priori qq. erit agendum. Kling. *ad d.c.2. num.2. vers. nunc dicemus x. de ord. cogn.* Umm. *Disput.10. th.5. num.16.*

46. *Replic.2.* Nisi actor contra factam reconventionem non excipiat, *c.1. x. de restit. spoliat. ibidemque Gloss. & Dd.*

47. *Replic.3.* Nisi reus super spolio conventus, nec ipse spoliavit, nec spolium mandavit; is enim actorem non quidem super eadem, sed alia tantùm re, quàm in qua spolium est admissum, rectè convenit, Abb. *in d.c.2. x. de ord. cogn.* Maranth. *d. dist.6. n.44. & 47.*

48. *Replic.4.* Nisi duobus super possessorio Recuperandæ litigantibus, tertius quidam singulare in spolio interesse habeat, is enim pro eo, modò non sit spoliator, petitorio intervenire potest, cui in possessorio agentes, ante restitutionem respondere tenentur, Abb. *in d.c.5. col. fin. x. de rest. spoliat.* Maranth. *d. dist. 6. n.48.*

49. Re-

49. *Replic.* 5. Nisi spoliator, reconventione non admissâ, irreparabile damnum sentiret; tum enim spoliatus spoliatori ante restitutionem qq. respondere, ejusque reconventionem tolerare tenetur, ex opin. Umm. *d. disp.* 10. *th.* 5. *n.* 16. *in fin. per c.* 13. *x. de restit. spoliati.*

50. VI. Reg. ratione interventionis. Lite inter duas partes in Camera motâ, in qua tertius quisquam specificum & formatum Interesse habet, is pro eo ibidem, ex causæ connexitate, sua sponte intervenire potest, per *l.* 29. *pr. ff. de inoff. test. l.* 63. *ff. de re judic. l.* 34. *ff. solut. matrim. l.* 4. §. 2. *& l.* 5. *& l.* 14. *ff. de appell. l.* 19. *C. de liberal. caus. auth. fin. C. de litigios. N.* 102. *c.* 1. *& c.* 15. *x. de off. deleg. c.* 37. *x. de sent. & re judic. c.* 38. *x. de test. c.* 4. *x. de Elect. n.* 6. & ubivis Leg. & Canonist. Dd. Gail. 1. *obs.* 70. *n.* 1. Frid. Mindan. *d. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 1. Regula sexta.

51. *Ampl.* 1. Licèt tertius ille sit mediatus, Clericus, aut privilegiatum Judicem habeat, *per l.* 14. *ff. de jurisd. l.* 17. *& 22. ff. de judic.* & ea quæ trad. Dd. ibid.

52. *Ampl.* 2. Licèt interesse illud intervenientem non principaliter, sed ex consequenti tantùm, putà tutorem vel curatorem pro pupillo, pro Domino procuratorem, patrem pro filio, filium pro patre, pro uxore maritum, item fratres, affines & similes conjunctas personas pro se invicem, tangat, Frid. Mind. *d. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 14. Umm. *Disp. de proces. th.* 1. *n.* 4. qui etiam sine mandato intervenire possunt, dum saltem de rato caveant. *per l.* 35. *ff. de procurat. l.* 12. *&* 21. *C. eod. l.* 3. §. 3. *ff. judic.* solvi. *Limit.* Modò agant de præjudicio suis non inferendo sed avertendo. *Gloss. in l.* 23. §. 2. *ff. de appell.* Frid. Mind. *d. c.* 8. *n.* 18. *& seqq.* Umm. *d. th.* 1. *n.* 4. *in fin.*

53. *Ampl.* 3. Licèt interesse illud sit pecuniarium, vel aliud quodcunque, Frid. Mind. *d. c.* 8. *n.* 5. Umm. *d. th.* 1. *n.* 5. sive civile, *l.* 29. *ff. de inoff. test. l.* 34. *ff. solut. matrim.* sive feudale, 2. *feud.* 46. & alleg. Umm. *d. disp.* 11. *th.* 2. *n.* 8. sive Ecclesiasticum, *c.* 15. *x. de offic. delegat. c.* 37. *x. de sent. & re judic. c.* 38. *x. de testib. & c.* 4. *de elect. n.* 6. sive matrimoniale, *c.* 13. *&* 15. *x. de sponsal.* sive criminale, Frider. Mindan. *d. c.* 8. *n.* 21. Umm. *d. th.* 2. *n.* 8. *in fin.* sive solius intervenientis sit proprium, sive cum aliqua litigantium parte commune, utì patet exemplis pro Frid. Mindan. *d. c.* 8. *à n.* 7. *ad* 12. usque deductis. Ummius *d. th.* 1. *n.* 5. sive rea sive actrice, quamvis non minùs illa ac interveniens, præter Cameram, alium habeat Judicem ordinarium, per tradit. Gail. 1. *obs.* 11. *n.* 20. Frider. Mindan. *d. c.* 8. *n.* 39.

54. *Ampl.* 4. Licèt intereſſe illud concernat cauſam extrajudicialiter deductam, Gail. 1. *obſ.* 70. *n.* 14. Frider. Mindan. *d. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 2. aut etiam judicialiter, proceſſu tàm ſummario & executivo, quàm ſolenni & ordinario, Frider. Mindan. *d. c.* 9. *n.* 3. non ſecus in judicio poſſeſſorio ac petitorio, per alleg. Gail. 1. *obſ.* 70. *n.* 22. Umm. *d. diſp.* 11. *th.* 2. *n.* 9. etiam quod ſuper ſpolii reſtitutione aut revocatione attentatorum inſtituitur. Gail. 1. *obſ.* 72. *num.* 6. & 7. Vant. *tit. quis poſſit dicere de nullit. num.* 20. Frider. Mindan. *d. c.* 9. 13. Ummius *d. num.* 9. *in fin.*

55. *Excip.* 1. Niſi tertius interveniens ſui intereſſe titulum nec allegare, Roland. à Valle *vol.* 2. *conſ.* 5. *n.* 2. & *ſeqq.* Jaſon. *in l. fin. C. de Edict. D. Adrian.* nec in continenti, hoc eſt, intra terminum à Judice ad id præfixum, Innoc. *in c.* 38. *x. de teſtib.* Weſenb. *conſil.* 100. *n. ult.* Hartman. 5. *obſ.* 10. *num.* 2. *in fin.* ſemiplenè ſaltem, aut ſummariè, id probare poſſit, tum enim non admittitur, ſed à limine Judicii ſtatim repellitur, Gail. *lib.* 1. *obſ.* 69 *n.* 2. & *obſ.* 70. *n.* 23. Frid. Mindan. *d. l.* 3. *c.* 8. *n.* 3. & *ſeqq.* & *c.* 9. *n.* 35. Umm. *d. diſp.* 11. *th.* 1. *n.* 5. & 6. & plures ab ipſo allegati. Maximè ſi contra ipſum fuerit exceptum, Gail. *d. obſ.* 69. *n.* 3. Mynſ. 2. *obſ.* 1. *in fin.* Umm. *d. th.* 1. *num.* 6.

56. *Replic.* Niſi ad probandum tantùm conventi rei innocentiam, tertius interveniat, nam illius causâ, non obſtante, quòd reus etiam cum juramento omnibus exceptionibus & defenſionibus ulterioribus renunciâſſet, quivis extraneus admittitur, per trad. Felin. *in c.* 25. *n.* 4. *x. de teſtib.* Frid. Mind. *d. c.* 8. *n.* 25. & 26.

57. *Excip.* 2. Niſi prætenſum intereſſe ſit planè fictum, vel ſaltem, à lite principali omninò ſeparatum, tum enim ceſſat interventio, & novus requiritur proceſſus, Gail. *d. obſ.* 69. *n.* 2. & *obſ.* 70. *n.* 24. *per l.* 63. *verſ. Scientibus, ff. de re judic. & l. penult. ff. de her. petit.*

58. *Excip.* 3. Niſi poſt latam ſententiam interveniens, ſuum intereſſe deducat exemptione rei litigioſæ; ſiquidem tunc nulla attenditur interventio, ſed executio fit directò contra eum, licèt is non fuerit condemnatus, Gail. 1. *obſ.* 118. *n.* 2. *per L. fin. Auth. & tot. tit. C. de litigioſ.*

59. *Excep.* 4. Niſi lis mota potiùs contra intervenientem quàm conventum eſſet directa, & ille primâ inſtantiâ in Camera conveniri non poſſet, tum enim ibidem is non admittitur, ſed remittitur cauſa ad Judicem ordinarium, ſi interveniens illud ante litis conteſtationem petierit, per tradit. Mynſ. 5. *obſ.* 14. *in fin.* & 6. *obſ.* 33. *n.* 2. Frid. Mindan. *d. c.* 8. *n.* 37. 43. & 44. Hinc etiam Principes, Comites & alii Imperii

Sta-

Status, subditis suis primâ instantiâ in Camera conventis, ratione competentiæ interveniunt, petuntque causas ad sese remitti. *per L. 19. C. de liberal. Cauſ. Ord. p. 2. t. 5. §. ult.* Frid. Mindan. *d. c. 8. num. 11.*

60. *Replic.* Nisi tertius interveniens, omissâ incompetentiæ exceptione, tacitè in Cameræ jurisdictionem consentiret, aut conventi Magistratus remissionem non urgeret; nam factâ tali prorogatione, Camera intervenientem admittit, & de mediati controversia cognoscit, per *L. 14. ff. de Jurisd. L. 52. pr. ff. de Judic. L. 13. §. 4. ff. ad Senatus c. Trebell.* & ea quæ tradit Maranth. *p. 4. dist. 12. n. 10. & seqq.* Gloss. & Dd. *in L. 1. & 2. ff. de judic. ad verb. consentientes.*

61. VII. Regula ratione adsistentiæ litis. Ex pluribus rei controversæ consortibus, unico tantùm in Camera convento, reliqui quoque, ad conventi instantiam, pro adsistentia litis, citari solent, qui etiam inviti ibidem, propter causæ continentiam, comparere tenentur, nec ullo privilegio forum declinare possunt, *per L. 47. pr. ff. de re judic. L. 7. C. quomodo & quando Jud. Sent. profer. tot. tit. C. res inter alios acta. Dd. in l. 39. ff. de adopt. L. 14. in fin. ff. de appell. L. 19. C. de testib. & in L. 49 ff. de Judic.* Regula septima.

62. *Ampl.* 1. Sive res controversa reo convento cum alio sit communis, sive ei soli vendita, *l. 53. §. ult. l. 55. §. ult. l. 56. & passim tot. tit. ff. de evict. & C. Eod. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* & ibi Dd. permutata, *l. 29. C. de evict. l. 1. C. de rerum permut.* Ant. Fab. *6. conject. 9.* in solutum data, *l. 4. & ibid. Gloss. ac Dd. C. de Evict.* legata, *l. 71. §. 1. ff. de Legat. 1. & l. 29. §. 3 ff. de Legat. 3.* Umm. *Disp. de proces. 11. th. 7. n. 25.* donata, *l. 2. C. de Evict. ibique* Accurs. Cyn. & Sichard. aut in feudum, Emphyteusin, dotem, usumfructum, sequestrum, depositum, conductum, commodatum, aut precarium concessa, vel ex quovis alio contractu aut quasi in ejus possessionem vel custodiam translata, *Dd. in l. 29. §. ult. ff. de Evict. l. 21. C. Eod. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. & c. ult. x. de Empt.* Umm. *d. disp. 11. th. 7. n. 27. & th. 9. n. 39.* cum ibi allegat. Caball. *de Evict. §. 4. & alijs.* Sive mobilis illa sit, sive immobilis, *l. 2. C. ubi in rem act. & c. 5. x. ut lit. non contest. non proced. & utrobique Dd.* Sive etiam incorporalis, ut jura subjectionis & similia. Maranth. *p. 6. t. de nomin. Auth. n. 6.* Ummius *d. th. 9. n. 38. & alij ibid. allegati.* De hisce enim & similibus rebus, sive pro toto, sive pro parte, *l. 1. l. 39. §. 1. l. 45. & pass. ff. de Evict.* Umm. *d. th. 7. n. 28.* actione vel reali vel mixta, tam super directo, quàm, pro re nata,

etiam

etiam utili saltem Dominio conventus, ad effugiendum judicium contra illum ceptum, suum semper indicare consortem, autorem laudare vel nominare Dominum, aut, eo mortuo, omnes ejusdem vocare heredes potest, per tradit. Maranth. *p. 6. t. t. de Laudat. & nominat. Autor.* Mynsing. *2. obs. 58. & 5. obs. 14. & 6. obs. 33.* Frider. Mindan. *d. lib. 3. c. 14. n. 30. & passim.* Umm. *d. disp. 11. th. 5. & seqq.*

63. *Ampl. 2.* Licèt conventi rei consors, autor vel Dominus esset excommunicatus, aut bannitus, Gail. *2. de P. P. c. 12. n. 16. & 22.* Frid. Mind. *d. lib. 3. c. 8. n. 40.* minor, furiosus, prodigus, Ecclesia, Fiscus, Clericus, aut alio inferiori vel privilegiato foro donatus, *l. 49. ff. de judic. l. 1. C. ubi in rem act.* Fachin. *2. controvers. 38. §. illud etiam.* Maranth. *d. t. de laud. Autor. n. 10.* Cujac. *ad l. 3. C. de jur fisc.* Mynsing. *lib. 1. obs. 21. n. 7.* Gail. *1. obs. 37. n. 7.* Tessaur. *decis. 113. n. 3. & 4.*

64. Et beneficio hujus regulæ, ad actoris instantiam, ejus etiam Consortes vel alii quoque de suo in lite mota interesse & jure hinc inde extrajudicialiter jactitantes, ad adsistendum, vel jus suum deducendum citari solent. Gail. *1. obs. 70. n. 27.* Frid. Mind. *d. l. 3. c. 8. n. 42.*

65. *Excip.* Nisi reus conventus ipse forum declinare potuisset, neque tamen id fecisset, tum enim declinandi potestas ejus consorti, autori vel Domino adhuc conceditur, dummodo & ei aliàs quoque competat, isque ante litem contestatam forum declinet, citra hoc verò, causa ad alium judicem non remittitur, juxta ea quæ tradit Caball. *de Evict. §. 3. n. 13.* & Umm. *d. disp. 11. th. 8. n. 32. & plures ibid. alleg.*

Regula octava.

66. VIII. Reg. ratione cumulationis actionum. Ex pluribus concurrentibus actionibus, unâ aliquâ Actori contra Reum in Camera competente, reliquæ quoque ibid. cum illa uno libello cumulari & proponi, ex causæ continentia, possunt, etiamsi per se ad Cameræ cognitionem non spectarent, *per l. 10. C. de Judic. l. 30 ff. eod. l. 11. pr. ff. de jurisd. c. 3. x. de Rescr. in 6. ubi vis Gloss. & Dd.* Maranth. *Disp. 7. n. 30.* Gail. *1. obs. 32. n. 11. & 1. de P. P. c. 10. n. 1.* Frid. Mind. *d. lib. 3. c. 10. n. 1. & seqq.*

67. *Ampl. 1.* Sive per modum *simplicis querelæ*, sive *mandat.* sive *appellat.* competens illa actio ad Cameræ cognitionem pertineat; Nam in simpl. querel. actio injuriarum, & Legis Aquil. uno libello cumulari potest, Gail. *1. obs. 73. n. 9.* Mynsi. *1. obs. 25. per l. 34. ff. de oblig. & act. Dd. in l. 8. C. de injur.* item contra reum fractæ pacis, pœna banni, & juris communis, Gail. *1. de P. P. c. 6. n. 7.* Frid. Mind. *d. lib. 3.*

c.11.n.58. per l.32. & l.60. ff. de obl. & act. l.130. ff. de R. J. l. unic. C. quand. Civil. act. crim. præjud. l.2. ff. de delict. privat. l.1. & l.5. §.1. ff. arbor. furt. cæsar. item possessorium & petitorium, *per l.25. §.3. ff. famil. erciſc. l.10. ff. de act. Empt. & vend. & utrobique Dd. l.10. C. de Judic. c.1.2. & 6. x. de cauſ. poſſ. & propriet. c.1. §. Sed Judex. x. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Menoch. *retinend. poſſeſſ. remed. 3. n.511. & mult. ſeqq.* Gail. *1. obſ.32. n.11. & obſ.63. n.3.* Frideric. Mindan. *d. lib.3. c.5. n.38. & ſeqq. & c.11. n.18.* In mandatis ad ſolvendum vel dimittendum bona hypothecata, actio perſonalis & hypothecaria, Mynſ. *1. obſ.58.* Frid. Mind. *d. lib.3. c.11. n.21.* item actio ad ſortem, & actio ad uſuras, tàm extantes, quàm uſque ad ſortis reluitionem futuras, cum omnibus expenſis. Mynſ. *1. obſ.57. per L.1. C. de judic. & plures ibid. allegat.* In appellatione nullitas prioris ſententiæ, & cauſa principalis, *Ord. p.3. t.34. pr.* Denaiſ. *de Jur. Cam. t.*199. §.1. Gail. *1. obſ.127. n.1.* Mynſ. *4. obſ.37.* Frid. Mindan. *d. l.3. c.11. n.24.* Vant. *tit. coram quo judic. poſſ. ac deb. nullit. prop. n.4. & ſeqq.* item cauſa appellationis & reſtitutionis in integrum. Mynſ. *2. obſ.25.* Frid. Mind. *d. c.11. n.23. per c.8. x. de reſt. in int.* item punctus appellationis & attentatorum. *Ord. p.3. t.31.* **§. Und dieweil bißher.** Denaiſ. *de Jur. Cam. t.43. §.2.* Gail. *1. obſ.146. n.2. & ſeq.* Frid. Mind. *d. c.11. n.37.*

68. *Ampl.* 2. Licèt actiones illæ concurrentes, ſint aliquo modo diſſimiles, & ſe ad invicem vix compatiantur. Gail. *1. obſerv.63. n.3.* per Innocent. & Panorm. *in c.8. x. de in int. reſt.* Hinc enim in S. Q. uno libello cumulantur variæ actiones ex diverſis hereditatibus, *L.9. & L.25. §.3.4. & 5. ff. fam. Erciſc. ibique Dd.* Societatibus, *L.52. §.14. ff. pro Socio, ibique Gloſſ.* vel aliis contractibus, inter litigantes communes. *L.10. ff. de Act. Empt. L.14 pr. & §.2. ff. de Except. rei jud. L.5. ff. de fidejuſſ. & mand. Dd. in L.3. C. de Edend.* Frid. Mindan. *d. lib.3. c.11. n.10.* In mandatis ex cauſa turbatæ religionis, fractæ pacis, pignorationis, arreſti, vel qua alia Cameræ Jurisdictionem fundante, decernuntur mandata de relax. capt. reſtituendo rem pignori ablatam, non ampliùs turbando & ſimilia, quæ ſeparatim, deficiente ſcil. Jurisdictione, obtineri non poſſent. Gail. *l.1. de P.P. c.5. n.17. & c.6. n.1. & lib. de pign. c.13. n.1. & ſeq.* Frider. Mindan. *d. c.11. n.56. & ſeqq.* In appellatione ad conſtituendum ſummam legalem, conjunguntur ſummæ ex variis cauſis collectæ, quæ ſejunctæ, propter Jurisdictionis defectum, ex minoritate ſummæ natum, non reciperentur, Mynſ. *1. obſ.83. n.4.* Gail. *1. obſ.123.*

obs. 123. *num.* 3. Denaiſ. *de Jur. Cam. t.* 29. §. 8. *per L.* 11. *pr. ff. de Jurid. L.* 4. §. 3. *ff. de dol. mal. & met. except.* §. 34. *Inſt. de act.* item in deductione cauſæ principalis utrinque admittuntur etiam variæ probationis cauſæ, quarum nulla fuit mentio facta in priori Inſtantia. *per L.* 3. §. *fin. ff. de appell. L.* 6. §. 1. *& L.* 37. *in fin. C. eod. L.* 4. *C. de temp. appellat.* Frid. Mindan. *d. c.* 11. *n.* 39. *&* 53. & paſſim aliis.

69. *Excip.* 1. Niſi concurrentes illæ actiones ſint contrariæ, tales enim cumulari nequeunt, quia ex contrariorum natura, una poſita, altera tollitur, *per L.* 124. *ff. de V. S.* & *L.* 15. *ff. de except. rei judic.* Frid. Mindan. *d. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 4. *& ſeqq.* non ſecus ac illarum, quæ in electione aut optione ſunt poſitæ, altera alteram conſumit, *per L.* 26. *ff. de noxal. act. L.* 9. §. 1. *ff. de tribut. & ibid.* Goth.

70. *Excip.* 2. Niſi ad duplicem ſolutionem aut pœnam tendant, cùm idem bis exigi bona fides non patiatur, *L.* 59. *ff. de R. J. L.* 26. *ff. de pecul. l.* 5. *ff. de re jud. l.* 34. *ff. de Obl. & act. l.* 22. §. 6. *in fin. ff. rem rat. haber.* Frid. Mind. *d. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 13. *& ſeq.*

71. *Excip.* 3. Niſi nullo planè modo, nec perſona nec re cohæreant, talis enim cumulatio, ut ridicula & omninò inepta, ſimpliciter rejicienda', per tradita Frider. Mindan. *d. c.* 10. *num.* 16. *& ſeqq.* Gail. *de Arreſt. c.* 5. *num.* 17. *cum ibi allegat.*

72. *Excip.* 4. Niſi una concurrentium actionum ſit præjudicialis, talis namque omninò nullam patitur cumulationem, utpotè quæ intentata, ſtatim præ reliquis eſt decidenda, easque tam diu ceſſare facit, per ea quæ docet Maranth. *p.* 4. *diſt.* 20. *n.* 1. *& ſeqq. per tot.* Frider. Mindan. *d. c.* 10. *num.* 23.

73. Adverſus has exceptiones *Replic.* Niſi alternativè in uno libello altera poſt alteram, diſtinctè & ſeparatim deducatur, tum enim omnium concurrentium actionum cumulatio tolerari poterit, maximè quatenus in una plus eſt, quàm in altera, per alleg. Gail. 1. *de P. P. c.* 6. *n.* 7. *in fin.* quæ tamen non tam uno libello, quàm unâ chartâ cumulatæ videntur, per tradit. Frid. Mind. *d. c.* 10. *n.* 20. *& ſeqq.* quippe cùm ſingulæ ſpeciales articulos, probationes & ſententias requirant, per Dd. à Gail. 1. *obſ.* 63. *n.* 4. allegatos, & pro rei qualitate, vel uno eodemque, vel diverſo tempore, diverſaque ſententia definiri poſſint, Gail. *d. obſ.* 63. *n.* 6. *cum ibi alleg.*

****

TIT. XVIII.

De Jurisdictione Cameræ in Commissionibus ad perpetuam rei memoriam, declaratione pœnæ compulsorialium, executionibus, indationibus atque confirmationibus tutorum & curatorum.

§. 1.

ACtus judiciales, in quibus Jurisdictio Cameræ ob singulares rationes fundata est, sunt

2. *Primò, Commissiones ad perpetuam* rei memoriam; intellige, si is, adversus quem ejusmodi commissio impetranda est, immediatè Imperio subjectus sit. Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *n.* 16. *& obs.* 93. *n.* 2. & sufficit, reum immediatè Imperio subjectum esse, etsi actor non sit, sed civis, vel rusticus, alterius Status jurisdictioni subditus. Gailius *lib.* 1. *obs.* 1. *n.* 16. Nec hîc Austregarum judicium attenditur. Schvvanem. *obs.* 25. *n.* 20. *& seqq.* Obrecht. *Diss.* 2. *de judic. c.* 6. *n.* 392. id quod contra mediatos quoque extendit Gylm. *rer. judic. lib.* 1. *dec.* 44. *n.* 5. Vid. omninò Rosacorb. *in obs. pract. c.* 25. *per tot.* ubi singularia de hac materia tradit, & Otto Meland. in Noæ Meurers *proces. qui p.* 1. *th.* 50. *pag.* 124. Supplicationem pro examine ad perpetuam rei memoriam exhibet.

Commiss. ad perpet. memor. adversus immediatos impetrantur.

An quoque adversus mediatos?

3. *Secundò, Executiones sententiarum*, nimirum I. Laudi contra Principes, vel alias personas immediatè Imperio subjectas prolati. Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *num.* 50. Si laudum fuerit homologatum vel expressè, vel tacitè, per lapsum 10. dierum. *L. cùm antea* 5. *C. de recept. arbitr.* ubi latissimè Bart. & DD. comm.

Ad Cameram pertinent executiones 1. Laudi.

Scil. homologati.

4. Homologare enim idem est, ac adsentire & confirmare: cùm ergo sententia arbitri à partibus vel expressè vel tacitè acceptatur seu probatur, dicitur homologata; homologatio verò habet effectum, ut laudum vim transactionis per omnia obtineat. Decius *consil.* 198. *col.* 3. Ante homologationem autem non oritur actio vel exceptio arbitri. *L.* 1. *C. eod.* Sed post homologationem, in factum actio est, non secus ac ex qualibet sententia judicis ordinarii. *Gl. in L.* 1. *C. eod.*

Quid sit homologatum & homologare?

5. Stat igitur sententia, quòd executio Laudi homologati, contra immediatos, à Camera unicè petenda. Schvvan. *obs.* 25. *n.* 48. *& seqq. Gl. & Dd. in l.* 6. *C. de reb. cred. c.* 9. *x. de arbitr. & ibi* Panormit. *n.* 1. *& in c.* 26. *n.* 8. *x. de offic. deleg.* Ad sistendam tamen talem executionem,

nem, quandoque in Camera, *pro citat.* ad videnda. se restitui adversus laudum, supplicari solet, uti factum *in causa S. cont. S.* in qua adhuc nuperrimè sententia publicata.

2. Sententiæ Judic. ordinationis.

6. II. Sententiæ, quam Judices ordinationis, quasi Commissarii Cæsaris, pronunciârunt. *Ord. part. 2. T. 8.* **Und so das Urtheil etc.** 8. Siquidem ab illis ad Aulam Cæsaream vel Cameram appellatum non fuerit, eæque in rem judicatam non transierint. Idem sentiendum etiam de sententiis parium Curiæ. Obrecht. *dict. c. 6. n. 431. l. 15. pr. & §. 1. ibidemque Bart. n. 7. D. de re judic.*

3. Sent. per appell. ad Cam. delatæ.

7. III. Sententiæ per appellationem ad Cameram delatæ, appellatione desertâ, sed judice inferiore neque secundùm Jus commune, neque Camerale potestatem exequendi habente. *Ordin. part. 2. tit. 30.* **§. Und so also in einem etc.** 4. *circa finem vers.* **Wo nicht.** (Quod vel de judicibus ordinationis, vel de Expensis in Camera factis intelligendum est, utroque enim casu executio à priori Judice fieri non potest. Sunt etiam nonnulli Judices, v. g. Delegati, Pedanei, qui executionem facere non possunt.)

Quomodo hoc intelligendum?

Si Camera desertam causam pronunciet, Judex à quo exequitur.

8. Si Camera causam desertam pronunciat, executio causæ principalis & expensarum, in prima instantia factarum, pertinet ad judicem à quo, quia hoc casu prior sententia statim transit in rem judicatam, perinde est, ac si appellatum non fuisset, ac proinde non dantur in Camera Executoriales ad partes.

Hic, si nolit exequi, quomodo cogendus?

9. Sed si Judex inferior, cui ex observantia clientum solet primâ vice documentum sententiæ desertoriæ præsentari, eo viso, exequi nolit, Mandatum executoriale contra ipsum decernitur; potest enim, quam primùm resciverit, sententiam super desertione latam, sententiam suam exequi, vid. Gylm. *præjud. Camer. verb. appellat. desertio,* vel si non vult, per Mandata cogendus est; Quoad Expensas tamen, in Camerali instantia factas, & pœnam frivolæ appellationis, executio ad Cameram spectat. Ex his principiis idem dicendum foret, causâ non devolutâ declaratâ: tunc enim etiam expensæ in Camera taxantur, *prout stylus quotidianus docet.*

Pœnę compulsoriarium declaratio.

10. Actuum judicialium, in quibus jurisdictio Cameræ fundatur, *tertius* est, *declaratio pœnæ compulsorialium*, *Ordin. part. 2. tit. 31.* **§. Damit auch etc.** 9. Quæ duplicis sunt generis, ulteriores & arctiores. *Priores* tunc decerni solent, quando Acta quidem, sed manca à judice extradita fuêre, teneturque ille suis sumptibus exhibere; *Arctiores* verò

locum

locum habent, quando Acta omninò edi non volunt, danturque, vel in pœnam banni, vel, quod hodie magis obtinet, in majorem pœnam pecuniariam, & communiter pœna simplicium, quæ processibus primò inserta fuit, duplicari solet.

11. Rectiùs tamen statuuntur compulsoriales, uti reverà quoque sunt, triplicis generis; videlicet simplices, ulteriores & arctiores, quibus omnibus pœnæ insunt, *teste praxi*; quando simplicibus non est paritum, tunc petuntur de stylo, arctiores, vel saltem ulteriores, cum citatione ad vidend. se incidisse in pœn. vel simplicibus, vel ulterioribus, vel adhuc ulterioribus insertam: *prout uberiùs infrà.* Compulsoriales triplicis generis sunt.

12. *Quartus*: *Datio & confirmatio tutorum* & curatorum, intellige, si tàm tutores seu curatores, quàm pupilli, immediatè Imperio Cameræ subjecti fuerint. Gail. *lib.* 1. *observ.* 1. *num.* 42. Non attentis Austregarum judicibus. Obrecht. *Disp.* 2. *de judic. c.* 6. *n.* 394. Datio tutorum ad Cameram spectat.

13. Hoc casu ita proceditur; solent pupilli, vel etiam puberes (qui, nisi velint, de stylo Camerali, qui Jus commune in hoc sequitur, curatorem accipere non tenentur) vel frequentius ipsorum matres, propinqui, vel alii amici, in Camera extrajudicialiter supplicare, ut hi vel illi proximi agnati, tam à parte patris quàm matris, vel soli, vel unà cum matre tutores ordinentur, quo facto, si dicti tutores suas constitutiones procuratorias, **Ihre Gewáldt**/ importaverint, tunc solet desuper ejusmodi decretum interponi, & in audientia, cum aliis sententiis publicari: **Seynd die benambste auff ihre selbst beschehene Einwilligung** (*si quidem consenserint,*) **zu Vormündern hiemit verordnet / doch / daß sie zuvor gewöhnliche Gelübd und Eyd thun / und ablegen sollen.** Quomodo petantur & constituantur Tutores.

14. Si mater constituitur, hæc clausula addi solet, **doch / daß sie zuvor** *privilegio SCti Vellejani, & secundis nuptijs renunci***ire / und darauff gewöhnliche Gelübd etc.** quo decreto ita prælecto, solent Procuratores constituti, stantes in suis locis, respondere: **bin im Namen etc. N. N. Gelübd und Eyd abzulegen** (*vel etiam privilepio SCti Vellejani, & secundis nuptijs* **zu** *renunci***iren) erbietig.** Et solet ex post facto, ad virgam judicialem digitos mittere, & Juramentum curatorium, ipsi antea prælectum, præstare in animum principalis. Quo pacto mater constituatur tutrix.

15. Sed quid, si inter Dominos, immediatè Imperio subjectos, Jurisdictio litigiosa sit, & uterque sibi jus, tutores atque curatores ordinandi, competere prætendat. Etsi fuerint, qui neutram partem, pendente Quæstio de jure dandi tutoris.

quasi lite, & nondum decisâ, in possessione sua, quò minùs eâ interim uteretur, turbandam esse censerent.

Opinio communior.

16. Attamen communior opinio fuit, illo casu, Cameram tutores & curatores ordinandi confirmandique jus habere, intellige etiam in pupillis mediatis. Schvvanem. *obs.* 25. *n.* 43.

I. Quia causa favorabilis esset, utpote quæ miserabiles personas concerneret, quæ indefensæ non relinquendæ, neque in discrimen majus adducendæ.

II. Quia neutri parti principali in possessionis Causa præjudicaretur. *Conclus. Cam. dub.* 7.

Decisio.

17. Hoc Collegii Cameralis consultum & decisionem, ut juri atque æquitati consentaneam, Deputati Status Imperii approbârunt, *Spiræ Anno* 1595. Et hoc casu Cameræ potestatem tutores atque curatores constituendi, habitâ ratione personarum, concedendam esse statuerunt. Vide *Recess. Deputat. Imp. Spiræ An.* 1600. §. **Wann zwischen zweyen unmittelbaren etc.** 29. Ubi sanctio pragmatica est: ut si inter Magistratus immediatos, de jurisdictione, & jure tutoris dandi lis sit, potestas tutorem dandi, personarum ratione habitâ, penes Cameram sit.

Sanctio pragmatica.

In reductione à Laudo, contra immediat. Camera habet jurisd.

18. *Quintò*, fundatur Jurisdictio Cameræ Imperialis, quoties in *compromissis reductio à Laudo* locum habet, & is, contra quem petitur, immediatè Imperio subest: tunc enim, non attento foro privilegiato, reductionis causa ad Cameram pertinet, Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 49. Obrecht. *d. cap.* 6. *n.* 402. Schvvanem. *obs.* 25. *n.* 46. *& seqq.* Quod alioqui, extra hunc casum, valde controversum, apud quem nempe Judicem reductio petenda: prout Joh. à Sande *decis. Fris. l.* 1. *tit.* 14. *defin.* 2. ulteriùs deducit.

Item in causis usurariis.

19. *Sextò*, *si prohibitis usuris* pressi non levantur à Magistratu ordinario, reverà ad Cameram, tanquam inviolatum Divinæ æquitatis asylum, confugere possunt. *Recess. Imp. de An.* 1570. §. **Auß was billigen Ursachen.** Reform. Polit. *de An.* 1530. 1532. 1548. 1577. *ac seqq.* t. t. ubique **von wucherlichen** Contracten. & tot tit. **von Juden und ihrem Wucher.** Denais. *tit.* 98.

Item in causa restitutionis proscriptorum.

20. *Septimò*, *Proscripti in Camera*, placatâ parte victrice & Fiscali, nullibi quàm in Camera, cum consensu Imperatoris, restitui possunt. *Ordin. p.* 2. *tit.* 18. *& p.* 3. *tit.* 46. §. **Wo auch jemand.** Denais. *tit.* 51. Gail. 2. *de P. P. c.* 18. Mynf. 5. *obs.* 11.

Item in causis exe-

21. *Octavò*, *pacifragorum* & *contumacium*, in Camera *bannitorum*

rum executio, ut & realis immissio in eorundem bona, fit ad postulationem victoris, non nisi mandante Camerâ, per Magistratus ordinarios, aut, pro re nata, Circulorum Duces, & illorum adjunctos, quam si qui detrectabunt, Camera eos ad Cæsaream Majestatem deferre solet. *Ordin. P. 3. tit. 48. & 49.* Denaisius. *tit. 50. & tit. 163. §. 9.* Gail. 2. *de P. P. c. 17.* cutionis bannitorum.

22. *Nonò*, omnes lites, de *refundendis* sumtibus, in *conservationem pacis publicæ*, & dilatam visitationem, revisionemve à quocunque factis, missis aliis judiciis, in sola Camera sunt sopiendæ. *Ord. P. 2. tit. 16.* Declar. Pac. Publ. *An. 1548. tit.* Daß umb die Kösten und Schäden. *Recess. 1559.* §. Solte aber der Beschriebene. Et §. Da aber hinfüro. Denaisius. *tit. 163. §. 8. & 23.* Denique in causis refusionis sumtuum ad conservat. pacis factorum.

23. Mindanus *de process. lib. 1. cap. 12. n. 3.* arbitratur, quæri etiam, in Camera posse confirmationem legitimationis liberorum (notatus propterea à *Klock. vol. 1. cons. 11. n. 28.*) Alii etiam sunt in eo errore, Cameram *famæ restituere*, *veniam* ætatis concedere, *renovare* privilegia Cæsarea; verùm malè: cùm enim hæc & alia sint de reservatis Cæsaris, Camera iis se non intromittit. Günther. *in tabula jurisdict. Camer. num. 29.* Tennag. *class. 2. c. 30.* (Veluti, quæ non, nisi ad justitiam administrandam constituta est.) Vid. *Lib. 3. tit. 1. §. 4. infra.* Add. Uffenbach. *de Consil. Aulic. cap. 11. de jurisdict. Aulic. circ. caus. grat.* & Stamler. *de reservat. Imperat.* Camera non confirmat legitimationes liberorum.

Vidimus huc usque, quomodo causæ per viam simplicis querelæ ad Cameram Imperialem devolvantur: investigandum porrò, quomodo per viam provocationis.

TIT. XIX.

Per viam provocationis, quomodo causæ ad Cameram deferantur.

§. 1.

PRovocatio ad Cameram est, quando causa, propter gravamen, sive læsionem, per decretum sive factum Magistratus, aut sententiam Judicis inferioris illatam, eò defertur, ut decretum vel sententia impugnetur. Provocatio ad Cameram quid?

2. In causis superioribus (*vid. tit. 4. §. 4. hujus lib.*) simplex querela, hîc multiplex ad Cameram defertur. Tot enim querelæ hîc esse censentur, quot gravamina, aut nullitatis capita proponuntur: & appellans non solùm de lite inter partes exorta, verùm etiam de Judicis aut In causis provocat. querela multiplex ad Cam. defertur.

aut Magistratus inferioris tum iniquitate, tum nullitate querelam instituit : quanquam sint, qui illas simplices sive simplicis querelæ, has verò ad illas, quasi relatas considerari & dici existiment.

Appellationis &c. genus est provocatio.

3. Provocationem *genus*, appellationem verò, petitionem restitutionis in integrum, quærelam nullitatis, &c. *species* provocationis esse, testatur celebris practicus Rob. Maranta *in suo speculo part. 6. de Appellationibus in princ. num. 1.* Appellatio, *inquit*, est provocatio ad majorem Judicem, ratione gravaminis illati vel inferendi. In hac finitione, *ut Maranta addit*, terminus ille, *provocatio*, ponitur loco generis, quia plus continet provocatio quàm appellatio.

Quid Appellatio judicialis.

Quid extrajudicialis.

4. Comprehenduntur autem sub voce appellationis, duæ ejusd. species, judicialis & extrajudicialis : *Prior* est, quæ fit à sententia, præviâ causæ cognitione ritè latâ ; *Posterior* verò, seu extrajudicialis, quæ à decretis, non auditâ alterâ parte, à Magistratu latis, vel etiam, ut in §. 1. benè distinguitur, super facto quodam Magistratus, vel superioris interponitur.

Exemplum facti extrajud. appellationem gignentis.

5. Exempli causâ : Habeat urbs vel pagus quidam, viam vel Jus pascui, lignandi, vel aliud quoddam cum Principe vel superiore commune ; Hoc Jus Princeps sibi soli attribuere volens, non auditis subditis, viam ejusmodi communem, pratum & sylvam eatenus intercludi curet, ut usus, dictis subditis cum Principe communis, eo ipso præriperetur : hoc casu, licèt tantummodo factum interceserit, nihilominus tamen ab eo extrajudicialiter appellari posset, nisi Princeps vel superior, tantummodo ut pars, seu ratione utilitatis propriæ, & nullo modo, ut Judex vel Magistratus, gravâsset, tunc enim causa & gravamen coram Austregis proponendum esset, & appellatio locum non haberet.

Provocatio est ad majorem.

6. *Provocatio ad majorem Judicem est* (§. 3. h.) cum hac tamen discrepantia, quòd de jure civili non, nisi gradatim, de jure verò Camerali interdum per saltum, seu omisso intermedio Judice, ad Cameram appellari possit.

Provocatio in genere quid ?

7. Provocatio namque *in genere*, est omnis actus, per quem Judicis officium, seu auxilium imploratur, ut dicit Bartol. in *l. si minoris, col. 2. vers. Tertio modo legitur ff. de admin. tutor.* & idem testantur omnes practici atque Theorici, qui appellationem ita definiunt, ut provocationem esse dicant : vide Hartmannum Hartmanni *pract. forens. lib. 2. de Appellation. T. 15. obs. 29.* provocatio, *inquit*, sive reclamatio, non est propriè appellatio ; Sed omnis modus, per quem quis invocat auxi-

auxilium ſuperioris judicis, provocatio dici poteſt: quanquam ſint, qui appellationem extrajudicialem tantùm provocationem eſſe dicant. Confer Rebuffum *in l. liberti. ff. de verb. ſignif.*

8. Quod §. 1. *dictum*, Judicem inferiorem provocationi cauſam dare, ex eo notandum: Provocationem non eſſe, niſi à Judice vel Magiſtratu, id eſt, perſona publica; à privata enim regulariter, & de jure appellari nequit. Per *l. ſcire oportet in princip. ff. de Excuſ. tutor.* & Barba. *in additionib. ad* Bartol. *in l. arbitrio. ff. qui ſatisdare cogantur*, & Jaſon. *ib. col.* 2. unde non valet pactum nec conſuetudo, quòd ad parem vel minorem appelletur, quia eſt contra ſubſtantiam appellationis, *Gloſſ. ſingular. in c. 2. in verb. officiali, de conſuetud. in* 6. quæ probatur à Dd. *in rubr. de Appellation. in Decretal.*

A privato non appellatur, nec ad parem, minoremve.

9. Quia verò multùm intereſt, ſcire, an ſententia ſit ſimplex interlocutoria, vel mixta, ideo ad ea, quæ in ſeqq. tractantur, pro majori diſtinctione notandum: Judicem gravamen inferre, vel per *definitivam*, vel per *interlocutoriam*, eamque vel *ſimplicem*, vel *mixtam*; ſi per *definitivam*, fit hoc, quando ipſam rei ſummam, ſive id, quod principaliter eſt controverſum, decidit: de quo, quòd appellari poſſit, neque de jure canonico, neque civili ullum eſt dubium.

Utroque jure licet appellare à gravamine per definitiv. illato.

10. Eſt enim immota regula: Quæcunque definitiva ſententia alicui gravamen infert, ab illa gravatus licitè cæteris paribus, ad Cameram confugere poteſt. *Ordin. P. 2. tit. 28. pr.* Denaiſ. *tit.* 24. §. 1. non obſtante conſuetudine vel ſtatutô loci, ne appelletur ad Cameram: quia illis non attentis, appellationes recipiuntur. Gail. 1. *obſ.* 135. *n.* 12. 13. Stephani *de Jurisdict. P.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 182. non obſtante etiam trium conformium ſententiarum exceptione, contra *l. un. C. ne lic. in una cauſ. ter provoc.* Mynſ. 1. *obſ.* 15. niſi pacto vel privilegio cautum ſit, non licere ad Cameram provocare: qualia vires ſuas obtinent. Mynſ. 1. *obſ.* 14. *& alleg. Rec. Dep. Imp.* 1600. §. **Wir wollen auch.** Denaiſ. *tit.* 30. §. 2. 4. *&* 5.

A quacunque definitiva licita eſt ad Cameram appellatio.

11. Sed limitatur illa regula, modò Judex à quo ſit immediatus Imperii Status. *Ord. P. 2. tit. 29 pr.* Denaiſ. *tit.* 32. §. 3. & appellationes gradatim, non omiſsô Judice intermediô, ad Cameram fiant. *L.* 21. *pr. de appellat. Nov.* 17. *c.* 3. *in fin.* Gail. 1. *obſ.* 119. *n.* 2. qui tamen præteriri poteſt, ſi juſtitiam notoriè denegâſſet. Mynſ. 1. *obſ.* 67. *Autr. Bull. tit.* 11. *circ. fin.* vel ex juſtis cauſis eſſet ſuſpectus. Denaiſ. *tit.* 32. §. 3. Maranth. *P.* 6. *tit. de appellat. n.* 375. vel aliunde inhabilis. Gail. *d. obſ.* 119. *n.* 2.

Modò fiat gradatim.

Intermedius Judex quando præteriri poſſit.

vel causam suâ sponte ad Cameram remitteret. Treutler. *vol. 2. Disp. ult. th. 6. lit. B. f.* vel appellatus executionem non devolutionis non opponeret, (quam alioqui Judex ex officio attendere debet) sed Cameræ jurisdictionem expressè vel tacitè prorogaret. Mynf. *d. obs. 67. circ. fin.* vel consuetudo mediatum excluderet. *c. 3. §. ab Archidiaconis. Vers. nisi aliud. x. de appell. in 6.* Nam istis tantùm Casibus Camera, omissô mediô judice, appellationes recipere solet. Stephani *P. 1. lib. 2. c. 3. n. 189. & seqq.* Secus ac jure Canon. quô, omissô quovis mediô Judice, semper ad Papam appellare licet. *c. 6. q. 6. & c. 45. q. 7. caus. 2. c. 7. x. de appellat. Venator. in analys. jur. Pontif. ad d. tit. de appellat. quæst. quæ forma. § justificantur autem &c.*

Non ab illato, per interlocut. simpl.

12. Si per *interlocutoriam simplicem*; tunc gravamen in terminis articuli illius, super quo est latum, subsistit, nec suum effectum ad summam rei, h. e. ad causam principalem extendit: & ut plurimum litis præparationem vel ordinem judiciarium respicit, quare de jure nostro civili, *quod Camera in appellationis materia sequitur*, abinde non appellatur.

Secus est, si per interlocut. mixtam illatum.

13. Si per *interlocutoriam mixtam*, hoc est, quæ vim definitivæ, vel gravamen irreparabile in se habet; illa, etsi in media lite interloquendo pronuncietur, attamen summæ rei, seu controversiæ principali tale præjudicium facit, quod causæ merita ingreditur, & ad absolutionem aut condemnationem momentum adfert, vel tale gravamen, quod semel, si fuerit illatum, reparari nequit, & ab utroque appellatur. *Ordin. P. 2. tit. 28. §. ult.* Denais. *tit. 26 §. 1. l. 2. & ibi* Gothofr. *de appellat. recip. l. 2. C. d. Episc. aud. lib. 7. C. quor. appellat. non recip.* Gail. *1. obs. 129. n. 1.* Mynsing. *4. obs. 43. n. 1.* in omni etiam judicio possessorio. Gail. *1. obs. 7. n. 7.* Wesemb. *parat. Dig. de appellat. n. 8.* non tantùm quoad effectum devolutionis, sed etiam retardandæ executionis, Gail. *1. obs. 147. num. 8. 9. & 10.* Bender. *de revis. conclus. 35. n. 9. & seqq.*

Varii modi, quibus Judex gravare dicitur.

14. Dictum §. 2. tot esse querelas, quot gravamina. Ubi sciendum, judicem dici gravare I. quando privat aliquem juris beneficiô, *text. in in L. 7. § 2. vers. permittitur de minor.* Indultum enim à jure beneficium nemini auferendum est, quomodocunque competat, etiamsi per consuetudinem vel ordinationem. *D D. ad l. Indultum de Reg. Juris in 6.*

II. Si præposterè procedat, *L. liber. 8. C. d. petit. hered. l. 4. pr. d. excus. tutor. ibique D D.* Bald. *in l. 1 C. de appellat. in 3. not. ab.*

III. Si denegat dilationem sine causa, & à jure vel ordinatione permissam,

miſſam, *c. 1. & per totum de dilationibus.* Innoc. *in c. ſignificaverunt, de teſt.*

IV. Si ſententiam vel decretum præcipiat impoſſibile: impoſſibilium enim nulla eſt obligatio. *l. 185. ff. de reg. jur.* vel id, quod parti difficile aut periculoſum eſt. *Textus eſt in c. Accepimus, ubi Panormitan. & alij, de fide inſtrum. c. ex parte eod.*

V. Si per ſententiam ſive decretum injungat aliquid, contra jus vel rationem. *c. 1. de ſent. & re judicata.* Rebuff. *de appellat. art. ex gloſſ. 2.*

VI. Si incompetens ſententiam dicit, aut aliquid decernit contra aliquem. Bald. *in l. conſtit. eod. col. ult. & DD. in l. 1. C. Si à non competente Judice.*

VII. Si per Sordes ſententiam ferat. *l. 15. §. 1. de judic.* intellige, ſi munera accipiat. *Et multis alijs modis judex gravamen partibus infert, quos practica & uſus fori docebit.*

15. Sed quæritur, an in caſibus his modò recenſitis appellatio locum habeat? Videtur quòd non, eò quòd ſeparentur ab illis, in quibus damnum irreparabile inferri dicitur. Quia tamen, factâ dictorum caſuum penitiori inſpectione, facilè patet, nullum ex iis eſſe, in quo non cauſa principalis tacitè perimatur; Sanè dubitari non oportet, non minus in his, quàm ſecuturis caſibus appellari poſſe. An caſibus enumeratis appellat. locum habeat.

16. Multifariam autem gravamen judex litigantibus inferre cenſetur *per interlocutoriam, in definitiva irreparabile: Primò*, ſi per ſententiam aut decretum incarceratio aut tortura mandatur, gravamen eſt irreparabile in definitivâ, & propterea provocatio locum habere debet, *l. 2. ff. de appellat. recipiend. gloſſ. in verb. ipſo jure Clem. 1. de hæretic. & Dd. in cap. ſuper. x. de Appell.* Speculator, & poſt eum Joan. Andr. *in addition. ad eundem, in Rubric. de Appellationib. §. in quibus verſic. Sed nunquid poteſt ab interlocut. in 2. part.* In genere autem, quæ interlocutoriæ vim definitivæ habeant, pluribus exponit Maranth. *P. 6. tit. de ſent. & quotupl. n. 42. ſeqq.* & Felin. *in rubr. x. de ſent. & re judic.* Decretum incarcerationis, aut torturæ gravamen habet, per definitivam non reparabile.

17. Sed memineris, in Germania, & alibi, in cauſis criminalibus appellationem non admitti. Vid. Gail. 1. *obſ. 1. n. 28.* niſi ex cauſa nullitatis, & quidem notoriæ; ſic quotidiè in cauſis criminalibus ſupplicatur in Camera pro *citatione ad videndum deduci nullitates.* In Germania in cauſ. criminal. non appellatur.

18. Frequentius tamen ſupplicari ſolet, in cauſis criminalibus, pro *Mandato caſſatorio, inhibitorio, junctâ citatione ad videndum deduci* Quomodo in Cauſa nullitatis

supplicati soleat, in criminalibus.

duci nullitates, ac desuper Judici pro literis informatorialibus, unb Bericht / scribi, ex quibus si processus benè institutus appareat, ac Impetrans, factâ ipsi communicatione, ritè ampliùs replicare non possit, petita Mandata & citatio denegantur. Quòd si verò nullitates quasdam contra Constitutionem Carol. commissas esse, appareat, citatio ad videndum deduci &c. vel pro qualitate circumstantiarum, præsertim, si foret periculum vitæ, Mandatum inhibitorium decernitur. Sic etiam, si nullitatis suspicio gravis adsit, Judici, quando illi pro literis informatorialibus, ut suprà dictum, scribitur, subinde inhiberi solet, ne ante illarum transmissionem executivè procedat.

Ratio procedendi in ejusmodi Causis.

19. Porrò decreto ita processù, seu citationis simplicis, seu etiam Mandati inhibitorii, solet ille ad formam aliorum processuum reproduci, à judice priore Exceptiones desuper proponi, & factâ utrinque conclusione, vel Processus in Camera sub- & obreptitiè impetrati, vel judicium priùs cassari, & judici injungi, ut ritè secundùm jura & Constitutiones Imperii procedat.

Præceptum de procedendo secundùm Constit. Carolinas.

20. Sic non ita pridem, *in causa Judæorum*, ob crimen veneficii detentorum, *contra L. H.* ejusmodi Processus obtinentium, Principi injunctum fuit, ut secundùm *Constitutiones Carol. V.* criminales procedat: quod pro majori securitate, ut in modò dicto casu, subinde etiam fieri solet, licèt processus in Camera impetrati cassentur.

Mandatum de administranda captivis justitia.

21. Nonnunquam etiam in Camera, maximè si captivi nimis longo tempore detineantur, pro Mandato de *administranda justitia* supplicatur, quod etiam facilè decernitur: quia tamen Execut. non suspendit, parum prodest, ut subinde exacerbando judicem, magis noceat.

Interlocutor. ad factum compellens, gravamen infert irreparabile.

22. *Secundò*, (vid. §. 14. h.) per interlocutoriam gravamen irreparabile in definitiva infertur, quando est talis interlocutoria, quæ ad factum compellit; videlicet, ut quis procedere teneatur, vel aliud facere; quia factum infectum fieri nequit, *l. in bello* 12. §. *Fact.* 2. *ff. de captivis*. Ideo gravamen illud irreparabile censetur. *Dd. in l. quod jussit. ff. de re judicata.*

Item ea, quæ tangit factum principale.

23. *Tertiò*, quando interlocutoria tangit factum principale, vel substantiam negotii. *l. intra utile ff. de minor.* Veluti, si pronuncietur quis minor vel major, prodigus vel alio modo inhabilis; quia ex hoc totus annullatur actus. *Dd. ad l. is qui ff. de verbor. obl.* Gail. 1. *obs.* 130. *n.* 6.

Si actorum Copia denegetur.

24. *Quartò*, si Judex per sententiam actorum copiam deneget. *l.* 1. *C.* ut lite pendente.

25. Quin-

25. *Quintò*, ſi Judex juſtæ excuſationi tutoris locum non relinquat. *l.* 1. §. *Si quis tutor. ff.* quando appellari. Excuſatio tutoris ſi non admittatur.

26. *Sextò*, ſi inſtrumentum procuratorium non admittat. *l.* 1. *de procurat. ubi Dd.* Si Inſtrumentum procur. non admittat Judex.

27. *Septimò*, ſententia ſuper legitimatione perſonæ dicitur continere gravamen irreparabile: teſte Bald. *in Marg. verb. ſententia. quæſt.* 8. ideo, ſi judex pronunciat, fidejuſſores idoneos, gravamen dicitur irreparabile, & appellari poteſt. *l. arbitrio & ſeq. ff. Qui ſatis dare cogantur*, vel, ſolvendam eſſe pecuniam minori, ſine curatoribns. *l ait præt.* § *permittitur. ff. de min.* Guido Papa, *in deciſ. Delphin. quæſt.* 52. Si ſuper legitimatione perſonæ pronunciet.

28. *Octavò*, quando interlocutoria meretur Executionem, e. g. ſi partes cogantur facere compromiſſum. Barbat. *conſ.* 85. *illud in medium col. pen.* 3. *vol.* Vel quando generatur præjudicium circa Executionem. *l. arbitrio ff. qui ſatis dare cogant.* Salicet. *in l. ante ſententiæ.* 7. *C. quorum appellat. non recip.* Quando interloc. meretur Executionem.

29. *Nonò*, ſi Judex pronunciet, teſtes admittendos vel non, dicitur gravamen irreparabile: vel alias probationes recipiendas eſſe vel non eſſe. Cornelius *conſ.* 35. *circa primum. in princ. volum.* 1. Si dicat teſtes admittendos, vel non.

30. Sed quid fiet, hoc caſu, in cauſa principali, diſcuſſione ſcil. præviâ (ratione teſtium admiſſionis) jam deciſâ, eritne illa remittenda ad Judicem priorem vel non? Videtur quòd ſic, cùm Judex deſuper non pronunciaverit; quia tamen jam ſemel partem gravavit, non dubitarem, quin, concurrentibus præſertim aliis circumſtantiis, totum negotium à ſuperiori Judice expediri poſſit.

31. *Decimò*, licèt à ſententia in momentanea poſſeſſione de jure appellari non poſſit, quia in petitorio poteſt reparari, ſecundùm *l unic. C. ſi de momentan. poſſeſſione fuerit appellatum.* Mynſing. *obſ.* 13. *cent.* 6. Gail. *obſ.* 7. *lib.* 1. *& obſ.* 147. Si tamen per illam ſententiam præjudicium generetur, cui alio modo remedium inveniri nequeat, quàm per appellationem, tunc appellari poteſt ab iſta ſententia: ſi nimirum gravamen afferat irreparabile, per *l.* 2. *ff. de appel. recipiend.* & Bart. *ad eandem col.* 2. Si per ſententiam, in momentaneo, gravamen irreparabile inferatur.

32. Ubi nota: Regulam modò dictam, de prohibita appellatione in momentaneo poſſeſſorio, propterea in praxi hodiè locum non habere, quòd proceſſus non ita celeriter, ut olim, expediantur, ac proinde ſatis damni inferatur, ſi quis, donec cauſa in poſſeſſorio ordinario vel petitorio decideretur, interim poſſeſſione ſuâ carere deberet. Non ſolet tamen facilè Appellatio in momentaneo hodiè locum habet, & quare.

facilè inhibitio decerni, maximè, si vel appellatus sit in possessione, vel uterque se in possessione esse contendat.

Si Judex se pronunciet Competentem.

33. *Undecimò*, quando alia non expectatur sententia; veluti si quis pronunciet se Judicem competentem vel incompetentem, *c. significantibus de officio delegati. l. ait Prætor §. permittitur. ff. de minorib.* Gloss. *in Authent. habita in fin. C. Ne filius pro patre*, Panormit. *in c. super eo in 2. not. de appellationib.* Salicet. *in l. penult. C. quorum appellat. non recipiant.* Confer Ferrariensem, *de forma appellationis ab interlocutor. gloss. ibidem ad verb.* (A Judice incompetente) Author. rer. Jud. Cam. *lib. 2. decis. 42. in dub. appell. num. 97.* Tilemannus de Benign. *Const. Cam. Imp. paral. tit. 28. Reg. 2.*

Ab interlocutoria post definitivam lata, appellatur.

34. Et ideo si post sententiam definitivam interlocutoria pronuncietur, poterit ab ea appellari, tum quòd gravamen in definitiva non reparetur, quia jam est lata; tum etiam, quod uno tempore prohibitum, alio videtur concessum. *l. si ita quis. ff. de Vulgari.* Gylm. *præjudic. Camer. verb. sententia interlocutoria §. omnis sententia.*

Post definitivam judex ultra non procedit, nisi in causa executionis.

35. Judex enim, ferendo sententiam definitivam, officio suo functus est, ac proinde in causa ampliùs procedere non potest: Aliud tamen esset, si in puncto Executionis ulterius quid pronunciaret; tunc enim non minùs, atque à prima sententia, appellari posset: hinc in Camera tot sunt Rubricæ, *primæ, secundæ, tertiæ*, &c. *Appellationis.*

Si gravamen sit non plenè reparabile.

36. *Duodecimò*, gravamen irreparabile etiam esse intelligitur, si ita perfectè & plenè reparari nequeat in definitiva, quin præjudicium faciat. *l. 1. §. quæsitum ff. de appellation.* ubi permittitur appellatio à Relatione mendaci, &c.

Si difficulter reparabile.

37. *Decimò tertiò*, si gravamen quidem sit reparabile, sed magnâ cum difficultate. Bartol. *in l. 1. §. quæsitum, ff. de appellat. & in l. 1. C. de appell. recipiend.* Felin. *in c. accepimus. colum. 2. de fide instrum.*

Si probandi via præcludatur.

38. *Decimò quartò*, per interlocutoriam gravamen irreparabile infertur, quando parti impedimento est, ne ulteriùs litigando procedere valeat; ut si parti via probandi præcludatur. Imbertus de Bovenco *pag. 191.* vide summum illum JC. Rebuff. *in tract. de sent. ex art. 10. gl. 1.* Et quando gravamen possit reparari, vel non, vide Bart. *ad l. 2. ff. de appell. rec.* & Bald. *ad l. 2. C. de Episc. Aud.*

Si articulus aliquis principalis definiatur.

39. *Decimò quintò*, quando articulus aliquis substantialis definitur, dicitur habere vim definitivæ. Gail. *1. obs. 130. n. 6.* Til. de Ben. *O. Cam. Imp. par. cent. 2. t. 28. reg. 1.*

40. De-

40. *Decimò ſextò*, quando Exceptio peremptoria rejicitur vel admittitur. Scacc. *de app. q.* 17. *lim.* 47. *mem.* 1. *n.* 94. Si Exceptio peremptoria rejiciatur, &c.

41. *Decimò ſeptimò*, omnis interlocutoria, per quam finitur Judicis officium, dicitur habere vim definitivæ, Gilhauſ. *in arb. jud. c. p.* 1. *c.* 8. *n.* 16. Til. de Ben. *d. l.* ſub qua regula comprehenduntur, ſententiæ *non devolutionis*, *deſertionis*, *incompetentiæ*, & per quas quis ab *obſervatione* Judicii *abſolvitur*. Si per interlocutoriam finitur officium Judicis.

42. Ab obſervatione Judicii, *dicit* §. *præcedens*, ut ſententiæ illæ, ſcil. *non devolutionis*, *deſertionis*, *incompetentiæ* diſtinguantur à ſententiis definitivis, in quibus cauſa principalis deciditur; contra priores namque, (exceptâ ſententiâ non devolutionis) reſtitutio in integrum peti poteſt, adeoque Judicium nondum abſolutè finitum eſt: Sic etiam in cauſis Criminalibus, ſi quis indicia per torturam purgavit, abſolvitur quidem, ſed tantùm ab obſervatione Judicii, (diſſent. Carpzov. *Pr. Crim. P.* 3. *qu.* 125. *n.* 4. *ſeqq.* Gomez. *tom.* 3. *var. reſolut. c.* 13. *n.* 28.) non plenariè; ſi enim ex poſt facto nova & graviora indicia reperirentur, nil obſtat, quin rurſus captivari, ad torturam cum ipſo denuò procedi, aliaque juri conformia remedia contra eum intentari poſſint. De abſolutione ab obſervatione Judicii. In cauſis criminalibus.

43. *Dictum ſupra* §. 2. tot eſſe querelas, quot nullitatis capita. Nullitas verò, *ut vulgò definiunt*, eſt defectus vel vitium rei, ex jure non obſervato promanans. Sebaſt. Vantius *in tract. de Nullitat. cap.* 1. Nullitas quid?

44. Et nota, ſententiam nullam etiam iniquam appellari, & nullitatem ſub iniquitate comprehendi; unde vulgare illud Practicorum axioma: *Nulla major eſt iniquitas & injuſtitia, quàm nullitas.* Vid. Joan. Fer. Mont. *l.* 3. *c.* 3. §. *Niſi fortè in confeſſo.* &c. Sententia nulla, iniqua etiam eſt.

45. Nullitas enim dupliciter in Camera deduci ſolet, vel *cumulativè* cum Appellatione, ut ſi quis dicat, dico ſententiam eſſe nullam, vel ſi qua ſit, appello. Vel *ſeorſum & ſimpliciter*, idque per citationem ad videndum deduci nullitates. Quia tamen poſterius remedium, *vigore Receſsûs noviſſimi* non niſi in nullitatibus inſanabilibus locum habet; ſatius erit appellare, maximè ſi fatalia nondum elapſa fuerint. Nullitas in Camera dupliciter deducitur.

46. Sunt autem nullitates inſanabiles, prout illæ in *pleno Senatu Anno* 1657. definitæ fuerunt, triplicis generis. 1. *Vel ratione Judicis*, ſi ipſius Jurisdictio omninò fundata non eſſet, v. g. judex Laicus in cauſa merè ſpirituali vel etiam ſeculari, quæ tamen poſſeſſionem vel Actionem realem non concerneret, Clericum citâſſet. 2. *Ratione Actoris vel Rei*, ſi v. g. eſſent pupilli, minorennes, prodigi, mente capti, & tales Quæ ſint nullitates inſanabiles?

per-

personæ, quæ in judicio stare non possint. 3. *Ratione processûs*, si quis non auditus, sine præviis sufficientibus probationibus, vel sine defensione concessa, condemnatus fuisset. *Vid. infr. tit. 33. §. 12.*

An opponi possint privilegio de non appellando?

47. Quinimò dictæ nullitates tantarum virium sunt, ut etiam contra privilegium de non appellando proponi possint, nisi eidem, ut in Sax. Priv. factum, in specie insertum fuisset, ut appellatio de nullitatibus locum non haberet. Vid. *infr. tit. 33. §. fin. lib. 1.*

An privilegium de non appellando nullitatis quæstionem tollat? Sententia negativa.

48. Occasione superiùs dictorum *quæritur* : An privilegia de non appellando, simpliciter vel in certis causis concessa, eousque se extendant, ut illorum vigore, nullitatis quoque querela, vel simpliciter, vel quantum ad illas causas prohibita censeri debeat? Communem regulam faciunt Dd. quòd quibuscunque appellationis remedium denegatur, propter privilegium Cæsar. illis nullitatis deductio non æquè censeatur ademta. Gail. 1. *obs.* 135. *n.* 3. Scipio *tit.* 2. *decis. Cam.* 111. *n.* 20. Mynsi. 4. *obs.* 63. 64. *&* 5. *obs.* 91.

Ejusdem rationes.

49. Rationes hujus assertionis sunt : 1. Quòd diversa sint & separata remedia, *nullitas & appellatio* ; ut proinde eorum uno sublato, non continuò alterum quoque tollatur, quin potius supersit. *arg. l.* 21. *de S. P. U.* 2. Regula generalis, desumta ex *l.* 12. *de judic.* & expresè proposita *in l.* 32. *in fin. C. de appellat.* quòd, quicquid non est prohibitum, stare & permissum esse credendum sit : ex qua regula eò firmior consequentia ducitur, quia apud Dd. in confesso est, privilegia ista de non appellando esse odiosa, utpote detrahentia naturali facultati, ideoque meritò restringenda. 3. Quòd videatur hoc certô jure constitutum in *c.* 9. *x. de sent. & re jud.* ubi Zanger. Unde rectè videntur Dd. à clausula, *appellatione remotâ*, arguere ad privilegium, appellationem inhibens ; illô nempe nullitatis quæstionem non tolli, quia nulla injustitia major nullitate; adeò ut Judex, nulliter pronuncians, spoliare etiam dicatur. Vid. Gail. 2. *obs.* 76. *n.* 3. *&* 5.

1.
2.
3.

Affirmativa Knichenii.

50. His tamen omnibus animosè rejectis, contrarium statuit Knichen. *in comm. de Saxon. jur. de non provoc. ad verbum* privilegium. *c.* 1. *per tot.* putatque ab Electorum & Ducum Saxoniæ sententiis omninò non provocari, nec nullitatis velamento posse.

Ratio affirmat.

51. Rationes has affert. 1. Quòd in cap. 1. Clem. de sent. & re judic. dicatur, eum, qui in aliqua causa tres contra se sententias reportaverit, ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicujus ex eis, nullatenus debere admitti. nimir. ut calumniis litigantium occurratur. 2. Quia, nisi

1.
2.

niſi ita ſtatueremus, *inquit*, privilegium redderetur inutile & eluſorium: facilè enim eſſe, ut nullitatis pallio appellationem occultemus: ita fieri, ut privilegium non rebus, ſed verbis tantùm ſit latum. 3. Quia non ſit concedendum unâ viâ, quod alterâ prohibetur. *L.* 16. *de ſponſal. L.* 32. *de pact.* cùm manifeſtum ſit, hâc ratione non attentâ, perveniri eodem nullitatis querelâ, quò aliàs per appellationem ventum eſſet. Text. in *L.* 46. *de fidejuſſor.* 4. Quòd Gail. 1. *obſ.* 127. *n.*6. dicat, eſſe in arbitrio & optione gravati, utrùm nullitatem coram eodem Judice deducere velit, an verò coram Judice appellationis. 5. Denique propter verba privilegii Saxonici, **daß von keinem Bey- oder End-Urtheil/ Erkantniſſen/** Decreten / **Abſchieden** / appellirt / ſupplicirt / **noch** reducirt **werden ſolle noch mag / auff keinerley Weiſe.** Vid. Knichen. *dict. loc. num.* 46. 47. ubi contendit, verba hæc includere omnia, quæ excogitari poſſint. *n.* 49.

3. 4. 5.

52. Sed his non obſtantibus, verior eſt ſententia prior, nimirum, non obſtante privilegiô de non appellando, ſuper nullitatis ſententia apud ſuperiorem, e. g. in Camera Imp. ſubditos conqueri poſſe, ex rationibus ante allatis; quam ipſam ſententiam in Camera obſervari, affirmat Scipio *Lib.* 2. *deciſ. Cam. III. num.* 20. & teſtatur Carpzov. *in Jurispr. for. P.* 1. *Conſt.* 20. *defin.* 24. in ipſa Saxonia hoc ita receptum, refertque præjudicium *Scabinor. Lipſienſium*, quo reſponſum eſt, eum contra privilegium de non appellando peccâſſe non videri, qui per viam S. Quer. & ex capite nullitatis, cauſam à *Ducum Vinarienſium* dicaſterio ad Cameram Imperialem deduxerat.

Verior ſententia negativa.

53. Facilis autem eſt ad rationes *Knichenij* reſponſio. 1. ad *Clem.* 1. *de ſent. & re judic.* dicendum cum Mynſing. 6. *obſervat.* 4. contra tres conformes ſententias admitti etiam querelam nullitatis, ſi nullitas ex iisdem actis probari poſſit in continenti. *num.* 4. *ibid.* imò, etiamſi mille ſententias dediſſet, qui Judex incompetens erat, ſemper admitti exceptionem nullitatis, & hanc impedire executionem, tametſi altiorem exigeret indaginem. *in fin. ibid.*

Reſponſio ad rationes Knichen.

54. Reliqua, quæ objicit *Knich.* non ſunt magni momenti: in genere enim ſufficit reſponſio *Carpzovij loco citat.* non reddi eluſorium de non appellando privilegium, etiamſi dici queat, quamvis appellare volentem nullitatem prætendere poſſe, quia ſententia, quæ vigore privilegii de non appellando, in rem judicatam tranſiit, ſtatim executioni mandatur, quam nullitatis exceptio, vel proceſſus non impedit,

pedit, nisi evidens & notoria foret. *L. ult. C. si ex fals. instrum.* Vid. Umm. *de proces. Disp. 23. th. 7. num. 35.* & Wurmser. *tit. 24. observ. 34.* Zanger. *de except. P. 3. cap. 26. n. 67.* & sic privilegium de non appellando operatur hoc, quòd executio in continenti, non attentô nullitatis processu, fieri possit. Gail. 1. *observ. 135. num. 7. in fin.*

TIT. XX.

In provocatione quæ consideranda, & de Jurisdictionis Cameralis in provocationibus fundandæ, ratione duplici.

§. 1.

Quæ in provocationibus explicanda.

IN provocationibus explicanda sunt, tum Jurisdictionis fundandæ ratio, tum ejusdem species. (*Vid. de posterior. tit. seq. 21.*)

Requisita fundandæ Jurisdict. Cam. omni provocationi communia.

2. Ad Jurisdictionem Cameræ Imperialis in provocationibus fundandam, duo potissimum requiruntur. Quæ duo fundandæ Jurisdictionis Cameralis requisita vulgò specialiter in causis appellationum tantùm traduntur; sed omnium provocationum communia & propterea generaliter tradenda sunt, secundùm methodi legem, omnibus artibus atque facultatibus, ordine legitimo tradendis, communem. *Vid. infr. §. 52. h. t.*

Primum, ut provocatio fiat gradatim.

3. *Primum requisitum* est, quod *Gail.* in formalibus appellationis numerat, *lib. 1. observ. 119.* ut provocatio fiat *gradatim*, ita ut, si inter Judicem à quo provocatur, & Cameræ Judicem, medius, & Judice Cameræ proximior sit, is non prætereatur. *Ordin. part. 2. Tit. 29. in princip.* ubi appellationibus ad Cameram interdicitur, quæ gradatim non fiunt; omnia enim & singula Imperii membra Judiciis suis ordinariis relinquenda, præterquam in causis suâ naturâ ad Cameram pertinentibus. *Ordinat. p. 2. t. 2.*

Si ad Cæsarem appellatum, in Camera recipitur appellatio.

4. Si ex instrumento appellationis deprehendatur, non appellatum esse in specie ad Cameram, sed ad CÆSAREM, an die Römische Käyserliche Majest. quæritur, an appellatio in Camera recipiatur? Et concludendum est, quòd sic; quia Camera nihil aliud est, quàm tribunal ipsius *Cæsaris*, & quod Camera cognoscit, ipse *Cæsar* cognoscit, cùm ipsius nomine omnes Processus, tam simplicis querelæ, quàm appellationis, exeant.

Appellatio ad duo suprema judicia, alterna-

5. An alternativæ appellationes, vel *ad Cameram* Imperialem, vel *ad Judicium* Aulicum, quæ multis in usu sunt, tolerari debeant? quæritur: omninò affirmandum. Appellatur enim indistinctè ad quod-

vis

vis judicium immediatè ſuperius; Sed præter illa duo aliud ſummum in Imperio non exiſtit, ergo utriusque nominatio prohibita non eſt. Habet autem pars appellans electionem, in quonam judicio appellationem ſuam introducere maluerit. Et eo ipſo, dum in alterutro pro proceſſibus ſupplicat, electionem facere & declarare cenſetur, ad quod judicium appellatio ſua directa ſit. — *uivè facta, an permiſſa.*

6. Juxta illud *primum* requiſitum, in cauſis etiam nullitatum, gradatim provocandum eſt. *Ord. p. 2. tit. 28.* §. Item nachdem auch dem alten etc. 4. Mynſ. *obſ. 63. cent. 4.* — *In cauſis quoque nullitatum gradatim provocandum.*

7. Sic in reductione ad arbitrium boni viri, Jurisdictio Cameræ fundata eſt, quatenus is, contra quem Reductio petitur, immediatè Imperio ſubjectus eſt, id eſt: quatenus in provocando gradus obſervati fuerint. Gail. *lib. 1. obſerv. 1. num. 49. & obſerv. 149.* — *Ita & in reductione ad arbitr. boni viri.*

8. Quorum omnium ratio eſt, ne Jurisdictiones Judicum mediatorum cum immediatis confundantur, & ne Jurisdictionibus commixtis, diſcors rerum oriatur concentus. *l. nemo 4. C. de Jurisd. omn. Jud.* — *Illorum ratio.*

9. Intellige autem, gradatim provocandum eſſe. I. Niſi proximus & intermedius, ut vocatur, Judex, Juſtitiam notoriè denegaverit. *Ordin. p. 2. T. 29. in princip.* Quo tamen caſu lis non per viam appellationis (quia nulla adeſt ſententia, à qua appelletur) ſed per viam ſimplicis querelæ, & ex capite denegatæ juſtitiæ ad Cameram devolvitur. Mynſ. *obſ. 55. & 57. cent. 3.* Blar. *ad l. diffamari c. 10. n. 34.* Aur. Bull. *tit. 11. circ. fin.* Mynſ. *1. obſ. 67.* — *Regula gradatim provocandum, ceſſa 1. ſit juſtitia denegata.*

10. Idem eſt, ſi judex intermedius alterutri parti, inanibus ſubterfugiis litem malitiosè protrahenti, nimis indulgeat; quo caſu, ex capite protractæ juſtitiæ, præmiſſis conſuetis promotorialibus, cauſa in Camera recipitur. — *Idem eſt, ſi juſtitia protrahatur.*

11. II. Niſi judex intermedius, ſive proximior, cauſæ conjunctus & affinis fuerit. *Ordin. d. p. 2. T. 29. in princip.* ibi: Und der Sachen verwandt. Si v. g. haberet caſum illi, qui coram ipſo propoſitus eſt, per omnia ſimilem, aut colluderet cum una vel altera parte, vel certum eſſet, ipſum amicitiâ vel affinitate conjunctum fore. — *Fallit 2. ſi judex cauſæ partivè conjunctus.*

12. III. Niſi intermedius judex eſſe non poſſit, quia forſan ſuſpicionis vitio laboraret, aliamve ob cauſam inhabilis eſſet. *Ordin. ibid.* Und nicht Richter ſeyn könte etc. Mynſ. *obſ. 67. cent. 1.* ubi duas adhuc exceptiones ponit, & aliquot præjudicia Gail. *l. 1. obſ. 119. num. 2.* Denaiſ. *tit. 32. §. 3.* Maranth. *P. 6. tit. de appellation. n. 375.* — *3. Si intermedius, ob ſuſpicionem, Judex eſſe nequeat*

4. Si medius nollet Judex esse.

13. IV. Nisi medius Judex esse nollet, & causam sponte ad superiorem remitteret. *Ordin. ibidem*: Oder wolte. Mynsing. *d. obs.* 67. *cent.* 1. & Gail. *d. obs.* 119. *l.* 1. quæ omnia ordinatio ita habet: Es sol keine Appellation an dem Käyserlichen Cammer-Gericht angenommen werden / die nicht gradatim geschehen / und die einen nähern Richter hätte; es wäre dann / daß der nächste Unter-Richter dem Appellanten kündtlich das Recht versagt / oder der Sachen verwandt / oder sonst auß rechtmässigen Ursachen nicht Richter seyn könte oder wolte. Vid. Treutler. *vol.* 2. *Disp. ult. th.* 6. *lit. B. in fin.*

5. Si consuetudo sit appellandi præteritô intermediô.

14. V. Nisi alicubi consuetudo appellandi sit, mediô Judice omissô, sive præteritô. Mynsi. & Gail. *ibid. c.* 3. §. *ab Archidiaconis. vers. nisi aliud. x. de appellat. in* 6. Sic in *Westphalia* & *Episcopatu Leodiensi*, ubi Officiales non tantùm in causis spiritualibus, sed etiam secularibus judicandi potestatem habent, in arbitrio partium est, utrùm ab illorum sententia ad Officialem *Colonienſem* & Metropolitanum, tanquam Judicem intermedium, vel immediatè ad Cameram appellare velint: Ab Officiali tamen *Trevirenſi*, quia ipsius Jurisdictio circa secularia adhuc controversa est, non ad Cameram, sed Judicium Aulicum *Trevirense* appellari solet.

Digressio ad narrationem de Judicibus immediatis Leodiensibus & Lossibus.

15. Ut autem cognoscatur, quomodo Jurisdictiones & Judicia in Episcopatu Leodiensi sint constituta, & subordinata, sequentia huc inserta legere, operæ pretium fuerit.

De Judicibus immediatis Leodiensibus & Lossensibus, alijsque inferioribus.

In Civitate *Leodiensi* sunt tria distincta superiora Judicia, nempè 1. *Officialis*, 2. *Consilium ordinarium*, (ita dictum, ad distinctionem Consilii privati ipsius Principis, quod nullam habet Jurisdictionem) 3. *Deputati Statuum.*

Solebat ante hac etiam à Consulibus & juratis ipsius Civitatis appellari immediatè ad Cameram: sed mutatâ ab Anno 1649. formâ Magistratûs civici, dempta est ei ordinaria jurisdictio.

In Comitatu verò *Lossensi* unicum est superius tribunal, scilicet *Aula Curingiana.*

De Officiali Leodiensi.

Hic exercet Jurisdictionem, non solùm per totam ditionem Leodien-

dienſem : ſed etiam per Comitatum Loſſenſem in prima inſtantia, quoad cauſas perſonales, ita ut in illis concurrat cum omnibus inferioribus locorum Judicibus, nullam in merè realibus jurisdictionem, minùs executionem habens.

Rei tamen vindicatio, licèt realis ſit, coram ipſo quoque practicatur, ſub terminis perſonalibus in factum directis, nimirum, ut poſſeſſor fundi amoveat ab eo manus & pedes; fiunt & coram eo proclamationes ſeu auctiones publicæ domuum venialium, in ipſa civitate ſitarum.

Vindicat ſibi, privativè, jurisdictionem in cauſis viduarum, pupillorum, Clericorum primæ tonſuræ, licèt in matrimonio conſtitutorum; in controverſiis validitatis, & invaliditatis teſtamentorum, atque aliis.

Plerumque committit cauſas in prima inſtantia Advocatus ſuæ Curiæ, à quibus tunc ferè appellatur ad *ipſum*, utì committentem, dein, ſed rariùs, ad Officialem *Metropoliticum Colonienſem*; frequentiùs autem ad *Nuncium Apoſtolicum*, & ab hoc ad *Papam*: qui tales appellationes, per Reſcriptum, committunt uni vel pluribus in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, Leodii reſidentibus, totiesque reiterantur appellationes hæ Apoſtolicæ, donec quis obtinuerit tres conformes, idque paſſim & indifferenter in cauſis civilibus, quarum maximus coram Officiali eſt cumulus, quamobrem, utpote ob violalatam Imperii jurisdictionem, diverſa emanant à Camera Imperiali mandata caſſatoria, quibus ſe ſemper D. Fiſcalis pro intereſſe Imperii adjungit.

De his *appellationibus Apoſtolicis* dicere licet, quòd ſint provocationes de opinione ad opinionem, nimirum de unico priore ad unicum ſubſequentem Commiſſarium Apoſtolicum, ſeu illius confidentem aſſumptum, non verò ad melius aliquod formatum judicium. Executionem Officialis habet perſonalem tantùm (per capturam) & mobiliarem, per illorum & pecorum bannitionem ſeu ablationem.

Realiter etiam ſeu ſuper bonis immobilibus Executoriales Officialis executioni mandari poſſunt, per viam diminimentorum, ut vocant, quæ ſunt certæ aliquot denunciationes, de quindena in quindenam, authoritate Scabinorum, ſub quibus condemnatus ſeu convictus bona ſita habet, emiſſæ, ad videndum eum deduci ex bonis, donec ſatisfaciat dictis Executorialibus, quas vocant *le quart mandement*, una verò via executionis non impedit aliam.

De Consilio ordinario.

Hoc consilium constitutum ex *novem consiliarijs* præsentatis respectivè à Principe & Statibus, intendit conservationi privilegiorum Imperialium; quævis enim contraventio alicujus privilegii coram hoc consilio immediatè vindicatur, per mandatum, ut vocant, contraventorium, quod tendit ad condemnationem pœnarum in privilegiis contentarum.

Ad hoc Consilium appellatur à Curia feudali Leodiensi, (ad quam causarum feudalium cognitio & executio spectat) & à Scabinis Civitatis Leodiensis, idque tam in causis personalibus, (in quibus hi sicut & inferiores Scabini oppidorum & pagorum totius ditionis Leodiensis cum Officiali concurrunt, ita ut præventioni locus sit) quàm in realibus, super quibus privativè judicant, veluti in causis hypothecariis luitionum, & quæ ab illis dependent in maxima quantitate; item coram illis fiunt legis operæ, id est reales actiones seu approbationes quorumcunque contractuum, venditionum quidem, alienationum, & oppugnorationum necessariò, ad acquirendum jus reale: aliorum verò, quæ ad dandum vel faciendum tendunt, tunc demùm, si iis insit expressus partium consensus & constitutio ad approbandum vel realisandum coram competente justitia, quâ approbatione factâ, oritur facultas ibidem agendi realiter ad effectum immissionis in bona partis non satisfacientis contractui vel obligationi initæ.

Ad Scabinos Leodienses, qui quatuordecim sunt numero Jurisconsulti, appellatur etiam à nonnullis Scabinis oppidorum Comitatus Lossensis, nempe Hasselensis, Masekensis, Blisiensis, ratione scilicet bonorum in ipsis istis oppidis sitorum; quoad alia verò extra illa sita, non ad Scabinos Leodienses, sed Uliermalienses provocatio competit; est enim reciproca regula, nihil Scabinis ditionis Leodiensis competere jurisdictionis in bonis Lossensibus, neque Scabinis Comitatus Lossensis in bonis Leodiensibus.

Quibus verò in oppidis Lossensibus obtinet quædam jurisdictio uti præfertur Leodiensis, ubi distinguuntur Scabini in intraneos & extraneos, hoc est, respectu bonorum Leodiensis naturæ in ipso oppido & Lossensis qualitatis extra illud.

Quoties coram Scabinis Leodiensibus agitur realiter in prima instantia contra incolam patriæ, ex capite continentiæ vel generalitatis bo-

bonorum sub diversis Scabinis sitorum, proceditur coram iisdem usque ad *saisiniam*, hoc est, possessionem seu immissionem juris inclusivè, vigore cujus tunc coram Scabinis inferioribus loci situs proceditur ad possessionem realem & introductionem, quæ fit post præmissa tria parva præcepta, id est jussus de migrando ex domo vel fundo, & immediatè post magnum ut vocant præceptum.

Universaliter notandum, quòd immissio vel executio immobiliaris, non nisi per Judicem glebæ seu situs ordinariè fieri possit ac debeat: sed hoc manente in defectu, superior adhiberi potest.

De Deputatis Statuum.

Hi sunt Revisores viginti duumvirum, quia ex iisdem actis judicare nullamque novam deductionem nec probationem admittere debent, sunt tamen veri Judices ordinarii, in gradu appellationis aliis similes, prætendunt à suis sententiis appellationem prohibitam esse, vigore cujusdam privilegii Ferdinandi I. Imperatoris: sed hujus insinuatio petita in Camera Imperiali Anno 1608. expressè fuit denegata.

Institutio viginti duumvirum ortum habet à diversis bellis, quæ ab aliquot seculis proveniebant ex querelis, defectus injustitiæ, unde plures paces patriæ compositæ sunt, ad hoc in substantia collimantes, ut quilibet viâ juris conveniatur & exequatur, *que chascun soit traité selon loix*. Harum pacum conservatores sunt viginti duæ personæ præsentatæ respectivè à Principe & Statibus, Judices annales extraordinarii, coram quibus per mandata, ut vocant, duumviralia, coërcentur omnes violentiæ, viæ facti, nullitates & injustitiæ, nullo ab ipsorum jurisdictione exempto, nisi solâ personâ principis. Duo autem graves coram illo vigent abusus, primò quòd limites suæ jurisdictionis sæpè excedant, cognoscendo de meritis causæ principalis ad ipsos minimè spectantis. 2. Quòd sententiæ eorum frequenter tendant ad vindictam & ruinam succumbentium, etiam ob levissimam rem, eò quòd condemnatus teneatur ad reparationem violentiæ, quam vocant *foule*, & ex ea ortorum damnorum, interesse & expensarum, quorum cumulo facilè obruitur, vel juri suo, quoad negotium principale, cedere cogitur.

De Aulâ Curingianâ.

Hæc consistit ex locum tenente, & paribus Curiæ, seu Nobilibus vasallis Comitatus Lossensis, qui singulis ferè tribus septimanis, vel

quin-

quindenis, aliquando in oppido Hasselensi conveniunt, talesque congregationes vocantur *placitalia*, vernaculâ linguâ *Genackſen*, & similiter habentur à Scabinis totius Comitatûs, à quibus primò appellatur ad Scabinos altæ justitiæ in *Uliermal*, qui sunt regulariter JCti, & ab his ad dictam aulam, in causis quidem personalibus concurrenter, si Leodiensis scilicet Officialis non fuit præventus; in realibus verò privativè: item in feudalibus à Curia inferiori provocatur immediatè ad aulam, sicut & à nonnullis Scabinis altam justitiam habentibus.

Judicandi modus in aula periculosus est in eo, quòd nobiles assideant pro forma, decreta autem & interlocutoria ferantur ab unico ordinario JCto, definitivæ quoque frequenter ab eodem, vel ab alio unico assumpto, cui causas confidunt, hi autem ab alterutra parte facilè præoccupari possunt.

Idem contingit coram Scabinis Uliermalienſibus, quòd scilicet aliquis vel aliqui eorum, antequam causa ad eos per appellationem adducta sit, super ea per alterutram partem ferè præconsulantur, ut in judicio appellationis de conformi sententia eò magis secura sit.

Generatim verò multæ inconvenientiæ & expensæ inutiles inde pullulant, quòd in omnibus præfatis Judiciis, tam Leodiensibus, quàm Lossensibus citationes tam in formando quàm prosequendo processu non petantur, nec decernantur à judice, sed sub illius authoritate per procuratores emittantur & futiliter insinuentur, in ditione quidem Leodiensi per traditionem schedulæ, in Comitatu autem Lossensi per denunciationem Nuncii oralem.

Similiter & processus appellationis citra ullam visionem, nedum cognitionem sententiæ à qua, actusque aut formalium appellationis interpositæ, à Secretariis judiciorum relaxantur ad petitionem partis cujuscunque; contra quam per Statuta Grobeckana, aliaque cautum est.

4. Si provocatus Jurisdictionem proroget.

16. VI. Gradatim appellandum est, (ut è diverticulo in viam redeamus.) Nisi provocatus tacitè jurisdictionem Cameræ proroget, nec, provocationem gradatim factam non esse, excipiat. *Mynſ. ibid.* (i. e. si exceptionem non devolutionis non opposuerit. Sed huic assertioni non fidendum, quia Judex, *ut infra*, exceptionem illam ex officio attendere, causamque propterea remittere debet,) Quòd enim appellatio gradatim fieri debeat, in favorem appellati introductum est, ne is teneatur statim coram omnium supremo litigare, cui beneficio sine dubio, expressè vel tacitè non excipiendo, renunciari potest.

17. Si

17. Si tamen intermedius hoc casu pro interesse opponeret, urgendo causam non esse devolutam, res aliter succederet; quia appellare per saltum, vergit in præjudicium inferiorum ordinariorum. Quòd non procedit, intermediò se opponente.

18. VII. Fallit prædicta adsertio, quòd gradatim appellandum sit, si Judex intermedius esset incertus. Gylman. *Præjud. Camer. v. appellare qui & à quibus*, &c. Tillem. de Ben. *obser.* 8. *pent.* 5. 7. Si intermedius incertus.

19. VIII. Fallit, si mediatus & immediatus habent inter se Jurisdictionem concurrentem. 8. Si Judices habent Jurisdictionem concurrentem.

20. IX. Si Commissarius, cui causa delegata est, aliquem subdelegaverit, & à subdelegati sententia provocaretur; hoc enim casu non ad subdelegantem, sed ad primum delegantem provocatio esset interponenda. *l.* 1 §. 1. *& l. fin. ff. quis & à quo appelletur. l. præcipimus* 32. §. 3. *C. de appellat.* 9. In subdelegatis fallit.

21. X. Fallit de Jure Canonico in summo Pontifice; ad hunc enim, tanquam ad caput supremum, omissis Judicibus intermediis, appellare isto jure permissum est. Vid. Berlich. 1. *conclus. pract.* 50. *num* 68. *& seqq.* Mynsi. 2. *observ.* 4. & Gail. 1. *obs.* 119. *num.* 1. *c.* 6. *q.* 6. *& c.* 45. *q.* 7. *caus.* 2. *c.* 7. *x. de appellation.* Venat. *in analys. jur. Pont. tit. de appellat. quæst. quæ forma.* §. *justificantur autem.* 10. In Pont. Max.

22. *Cæterùm quæritur*: Si per saltum ad superiorem sit appellatum, intermediô præteritô, an hoc casu causa reddatur deserta, & sententia executioni sit mandanda? Videtur quòd sic, quia non appellare legitimè, vel planè non appellare, effectibus conveniunt; sed contrarium verius est, scil. appellationem, quantum ad privandum Judicem à quo, potestate ulteriùs progrediendi in causa vel exequendi, valere; quantum verò Judicem superiorem attinet, eam quidem non recipi, sed tamen ad intermedium remitti, ut ibidem introducatur, per *l. Imperatores* 21. *ff. de appellat.* An appellatione per saltum factâ causa reddatur deserta, quod negatur.

23. Sic *in causa* Sachsen-Coburg *contra* Würtzburg *appellationis, à nullitate sententiæ*, sententia non devolutoria hoc modo lata: Præjudicium.

Ist erkandt / daß solche Sache durch vorgenommene Appellation an diß Käyserliche Cammer-Gericht nicht erwachsen / sondern wollen gemeldte Appellanten dieselbe vollführen / daß sie solches an dem Unter-Gericht zu Wetringen/als nächstem Ober-Gericht/thun mögen/compensatis expensis. 19. *Novembris Anno* 1619. Vid. Wehn. *tom.* 6. *Gylmanni cap.* 8. 9 4. Besold. *de appellat. c.* 4. *num.* 13. Klezel. *c.* 4. *n.* 17.

24. Excipit tamen Græveus *ad Gail. lib.* 1. *conclus.* 119. *consid.* 1. *n.* 5. Exceptio.

casum notabilem, si appellans in specie intendisset, Judicem intermedium deditâ operâ prætergredi, eumque in Judicem appellationis recognoscere nollet.

Si ex errore alius appelletur pro alio.

25. Quid si ex errore appelletur alius pro alio, qui quidem non superior, sed cum alio, qui appellari debuisset, esset æqualis? Et hoc casu errorem non nocere, modò ille, qui appellatus est, non sit minor illo, à quo appellatur, *text. est in l.* 1. §. 3. *ff. de appellat.*

Qu. singularis, de Judice inferiori post latam sententiam electo in Episcopum.

26. Quid, si quis pronunciâsset ut ordinarius inferior, pendente autem appellatione eligeretur in Episcopum, vel alium superiorem, an ad eum, tanquam ad immediatè superiorem, esset appellandum? Et videtur dicendum, quòd non, *primò*, quia hoc esset appellare de uno ad eundem, quod de jure vetitum esse, constat ex Scacc. *de appellat. quæst.* 2. *art.* 1. *t.* 3. *& seqq. Secundò*, quia essentiale appellationis est, ut fiat de minori ad majorem; *tertiò*, quia nunquam potest esse judex in causâ appellationis, qui fuit antè judex in causa principali; & *quartò*, quia talis non præsumitur propriam sententiam in melius reformare velle.

Quæ affirmatur.

27. Sed contrarium verius est, quia, quà Episcopus aut superior est, nec pro una persona reputatur, nec etiam, quà talis, in *prima* instantia judicavit. *Secundò*, quia ex beneficio non deducta deducam, & non probata probabo, causa de novo instrui, & sententiæ reformatio æquè ac aliàs sperari potest, & *tertiò*, quia injustitiæ præsumptionem adversus superiorem hoc casu capessere, legibus contrarium est, maximè ubi Judicium Episcopi aut superioris, à Judicio ordinarii inferioris, diversos habet Assessores & Consiliarios, quibus causæ relatio & decisio committi, vel etiam ad impartiales, transmitti posset.

Qu. si secundùm intermedii informationem pronunciatum.

28. Quid, si ordinarius inferior, imperitiæ ergò, vel ex consuetudine, qualem in Ducatu Juliacensi in causis gravioribus exerceri, quidam anonymus author *præjud. Cam. (apud Marillian. decis.) obs.* 2. adserit, superiorem Judicem immediatum consulerit, & juxta informationem illius pronunciârit, an nihilominus hic intermedius esset appellandus?

Affirmatur.

29. Affirmandum hoc est, quia hic superior, non ut Judex, sed ut magis peritus consuluit, quod inferior præcisè sequi non tenebatur; quòd si tamen consuluisset ut Judex, aliter dicendum est, vid. Hartm. Hartm. *lib.* 2. *tit.* 19. *observ.* 5.

II. Requisitum certæ

30. *Alterum* in provocationibus Jurisdictionis Cameralis fundandæ *requisitum* (*vid.* §. 3. *h.t.*) est, in certa pecuniæ summa, (vulgò ap-

appellationis materiam sive materiale vocant. Gail. *lib.* 1. *observ.* 119.) seu æstimatione rei de qua litigatur. summa appellabilis.

31. Hæc summa olim fuit florenorum quinquaginta. *Ordin. part.* 21. *T.* 28. §. **Und sonderlich setzen.** 3. Mynsing. *observ.* 15. *cent.* 6. & Gail. *lib.* 1. *observ.* 123. & floreni singuli hîc *bacos* sive ursatos, ut vocant, *quindecim*, seu crucigeros 60. valent. Mynsing. *obs.* 83. *cent.* 5. *num.* 1. Quæ olim 50. flor.

32. Excipiuntur *primò*, causæ injuriarum, quibus ad revocationem, vel ad pœnam pecuniariam, (quæ non sit infra quinquaginta florenos æstimata) agitur: quòd enim ab actionibus criminalibus non appelletur, jam suprà dictum est: **In Sachen** injuriarum, **da auff Wiederruff geklagt / oder auch andere / so auff Geld / aber nicht unter fünffzig Gulden** æstimirt **werden.** *Ordin. part.* 2. *Tit.* 28. §. **Und sonderlich setzen.** De quibus Mynsing. *obs.* 98. *cent.* 2. Denais. *appell. summa. num.* 15. Gail. *observ.* 123. *num.* 6. Excip. actiones injuriarum ad revocationem.

33. Quòd in causis injuriarum certa pecunia æstimatarum, ab actore, summa appellabilis augmentum posteriorum Imperii Constitutionum æquare debeat, apparet ex *Senatusconsulto Camer. Imper. de anno* 1603. Hinc cùm 14 Januarii, 1687. **In Sachen Beer Piquarts / Judens zu Trier** / contra **Frantz Erpeln / Bürger und Schiffmann in Cobolentz** / *in puncto injur.* pro appellat. processibus supplicaretur, denegati fuerunt ex eo, quoniam purè facta condemnatio in 200. thaleros, quæ summa, nec summam appellabilem novissimo Recessu auctam, nec quæ Privilegio Trevirensi statuta, exæquaret. In causis injuriarum summa appellabilis aucta requiritur.

34. Cæteroqui, si dubium oriatur in actionibus injuriar. ad recantationem, vel criminaliter ad pœnam ex arbitrio judicis infligendam (§. 10. *l. de injur.*) institutis, utrùm sit appellabile gravamen, nec ne, defertur appellanti juramentum hujusmodi, se malle carere tantâ summâ, quàm ab appellatione desistere. *Ordin. P.* 2. *tit.* 28. §. **Und sonderlich setzen.** Ibi: **Solle dem** Appellanten **auffgeleget werden.** Quale juramentum heredi quoque, appellationem prosequenti deferri posse, juxta Gloss. in *L.* 5. §. *ult. ne quis eum, qui in jus voc.* ait Gail. 1. *observ.* 123. *num.* 7. Juramentum quod præstatur in dubio, an summa constit. Imperii vel privil. sit conformis.

35. Excipiuntur *secundò* causæ, in quibus de jurisdictione, juribus & servitutibus lis est. **Die Obrigkeit / Gerechtigkeit / persönliche und Feld-Dienstbarkeit belangend.** *Ordin. ibid.* Denais. *ibid.* 2. Lites de Juribus & servitutibus.

36. *Tertiò*, causæ, in quibus litigatur de pensionibus & reditibus perpetuis, & de rebus, quarum æstimatio pro cujuslibet affectione incerta 3. Causæ redituũ perpetuorum.

certa est, Ewige unablößliche Gült/Zinse und Nutzunge/auch andere dergleichen/ so nicht gewisse Achtung hätten. *Ordin. ibid.* Gail. 1. *observ.* 123. *n.* 6. Denaisius *ibid.* Hæc tamen jura limitationem & certam æstimationem acceperunt, ex publica lege Imperii. Gail. *d. obs.* 123. *n.* 6. Atque hæc æstimatio de jure novissimi Recessûs, An. 1654. ad 16. thaleros Imperiales reducta est. Vid. §. 36. *h. t.*

Summa appellabilis 1570. aucta ad 150. flor.

37. Postea in Comitiis Imperii, *Spiræ Anno* 1570. constitutum est, ut summa, ad Cameram appellabilis, esset centum & quinquaginta florenorum, vel in pensionibus annuis, reluitioni non subjectis, florenorum sex, libello petitorum; Sin reditus Jurisdictioni adhæreant, ipsave proprietas, vel quasi, ex causa commissi petita, tanti esset, quanta supra dicta summa, his casibus ordinatio rata maneret. *Recess. Imperij Spiræ, Anno* 1570. §. Was aber unablößliche. 67. Mynsing. *observ.* 15. *cent.* 6. Gail. *lib.* 1. *observ.* 123. Denaisius. *tit. appellabilis summa.* §. 2. Quia tum eorum æstimatio, cum sorte vel causa principali cumulata, consuetæ summæ 150. flor. conveniret. Stephani *P.* 1. *L.* 2. *c.* 3. *n.* 196.

Año 1600. aucta ad 300. flor.

38. Tandem per Deputatos Imperii, *Spiræ Anno* 1600. iterum Constitutio promulgata est, quâ sancitur, ut summa, sive æstimatio, ad Cameram appellabilis, in posterum florenorum ter centenorum sit: sed Constitutio Imperii prior *Anno* 1570. facta, de summa appellabili sex florenorum in reditibus annuis, rata maneat, ita tamen, ut secundùm summam, ter scilicet centenorum florenorum, posteriore Constitutione auctam, proportionis ratione habitâ, augeatur. *Recess. Deputat. Imper. Spiræ Anno* 1600. §. Wiewol nun. 15.

Año 1654. aucta ad 600. flor.

39. Novissimo verò *Recessu, de Anno* 1654. de multitudine causarum appellationis ad Cameram indies decurrentium, querela denuò mota, & pro evitando hoc, summa appellationis rursum adaucta, ita *ut quadringenti thaleri Imperiales in Capitali*, hodie faciant summam appellabilem, & 16. in reditibus annuis, (intell. in perpetuis; nam secus est in reditibus reluitivis. Vid. *Blum. tit.* 46. *n.* 48. 49.) §. Vierdtens sol die Summa. 106.

Casus 1. ubi illius summæ non habetur ratio.

40. In hac novissima Constitutione excipiuntur *primò* Statuum privilegia de non appellando, majorem summam appellabilem requirentia. Hæc enim strictè servanda, & per Extractus tabula inscripta in Senatu suspendenda esset jubet *d. Recess. Imperij de Anno* 1654. §. Drittens sollen etc. 105. Vid. *infra*, § 58. & 69. *h. t.*

41. Se-

41. *Secundò*, si Appellantis tota substantia summam bis mille florenorum non excedat, idque doceatur attestato Judicis, aut ordinarii Magistratûs, vel etiam Juramento appellantis, quando perjurii suspicio non subest; Huic enim appellare indultum, si ad trecentos florenos in capitali se gravatum docuerit, *d. Recess.* §. Auff daß auch etc. 108. Sic ad oblatum & præstitum Juramentum, processûs hoc modo decreti, in causa K. cont. K. appellat. *d.* 26. *Augusti.* 1655. Casus secundus.

42. Sic etiam 13. *Martij* 1657. pronunciatum: In Sachen ... Appell. Ist D. Gamsen/ zu Einbringung gnugsamen Nachrichts von seiner Principalin Obrigkeit/ darunter dieselbe gesessen und begütert/ daß ihr Vermögen sich über 2000. Gulden nicht erstrecke/ oder aber eine verbesserte special-Vollmacht von ermeldter Obrigkeit/ oder einer andern persona publica, in ihrer Gegenwart außgefertiget und unterschrieben/ Zeit 3. Monat pro termino & prorogatione von Amptswegen angesetzt. *Similiter* 7. *Julij* 1671. In Appellations-Sachen *P. I. contra G. S.* in verb. ist auff den/ durch *D. S.* abgestatteten Eyd/ daß sein Princip. in dieser Sache nicht allein über 3000. Gulden in Capit. beschwert/ sondern auch dessen gantze Substantz nicht 2000. Gulden werth seye/ L. W. sein/ der non devolution halben/ beschehen Begehren abgeschlagen.

43. Hujus autem loci est quæstio non inelegans: An interesse vel pensiones, ad faciendam summam appellabilem, cum forte adhuc imputari possint? Equidem vagum illud atque incertum interesse, cujus in sententia, unà cum damnis atque expensis, ut plurimùm fit mentio, hîc non intelligitur, sed interesse juxta Constitutiones Imperii certum, jam dum cessum atque per sententiam expresè adjudicatum: Quòd non computari possint, hoc unicum suadere videtur, quòd in modò dicto *Imper. Recess.* 1654. §. Vierdtens. 106. Cui addatur §. Auff daß auch. 108. sub fin. ibi: So viel das Capital anlangt/ expresè fiat mentio Capitalis. Qu. An pensiones seu census cessi cum sorte cumulari possint ad fund. Jurisdict.

44. Contrà, ex eodem fundamento Dominus Judex Cameræ, *in causa* Meyers *contra* Vossische Erben/ ad supplicam pro processibus appellationis plenariis, 6. *Julij* 1657. exhibitam, per Decret. 3. *Augusti. eod. Anno*, quoad summam appellabilem etiam in pensionibus adjudicatis & cessis, planè acquievit, & rationes adductas pro relevantibus reputavit. Affirmatur.

45. Rationes illæ sunt: I. *In Ordin. Camer. P.* 2. *tit.* 28. §. 4. *Recess.* Affirmativæ rationes.

Imper. de anno 1570. §. **Als wir denn.** 66. & *in Recess. Deput. Imperij de Anno* 1600. §. **Wiewol num.** 14. Etiam fit mentio solùm **des Haupt-Gelds / Hauptstuls** / & tamen teste Mynsing. 5. *observ.* 83. & Gailio 1. *observ.* 123. *num.* 3. census sive pensiones cessæ cum sorte cumulari, pro facienda summa appellabili, potuerunt. Si ergò ordinatio eo casu non obstitit, nec de præsenti verbum *capitale* obstare videtur, cùm **Hauptstul** & *Capital* sint synonima.

II. Hæc vocula *Capital* non videtur excludere pensiones cessas & adjudicatas, sed saltem videtur opponi vago illi, adhuc illiquido interesse, damno & expensis, quod accessoriè quasi in adjudicationem venit.

III. Si quæstio ratione pensionum solùm fuerit in judicium deducta, neque jus commune, neque stylus Cameræ hactenus obstitit, quò minùs appellatio fuerit recepta, si judicatum summam appellationis accedat; si ergò hoc valet in pensionibus seorsim petitis, quidni etiam valeret, si conjunctim cum sorte petantur.

IV. In summa revisibili pensiones & interesse expressis verbis excluduntur §. **Zu Abkürtzung.** 121. Quòd si ergò quid aliud, à jure communi & hactenus usitato stylo, de quo Gailius & Mynsing. *d. locis* testantur, diversum Status ordinare voluissent, ejus expressiorem mentionem procul dubio fecissent.

V. In adjudicato interesse seu pensionibus quandoque majus poterit esse gravamen, ac in *Capitali* ipso; qualia judicum inferiorum arbitrio indiscriminatim relinquere, æquè hujus summi Imperialis judicii jurisdictioni præjudiciale, atque etiam litigantibus damnosum esse videtur.

Præjudicij in eadem quæstione.

46. Sic *in causa* **Lübb.** contra **Posten** *appellationis, Anno* 1659. ratione pensionum, tale decretum extrajudicialiter latum: **Wofern** Supplicant **besser beweisen wird / daß das abgesprochene** alterum tantum **sich so hoch / als** summa appellabilis in privilegio Brunsvicensi **erfordert / belauffe / sol darauff ergehen was recht ist.** Videatur etiam Wehner. *tom.* 6. *Gylmanni in proëm.*

Si summa appellabilis non sit, supplicationis via superest.

47. Summa provocationis sive litis æstimatio, si huic Imperii Constitutioni non respondeat, subditis gravamina sua per viam supplicationis ad ordinarium Magistratum intra tempus legitimum deferre licito. *d. Recess. Imper. Anno* 1600. **Es sol aber den Unterthanen etc.**

48. Et Magistratus Judex inferior illam admittito, atque per modum

dum *Revisionis ex ijsdem actis*, (nisi partes aliquid novi deducere haberent, in quo binis scriptis audiendi essent) litem decidendi, aut pro causarum qualitate, & alterutra vel utraque parte postulante, si graves subsint causæ, ad universitatem aliquam, vel ad unum atque alterum Jurisperitum, ad revidendum transmittendi, potestatem habeto. *Recess. & §. eod.*

Quâ efficitur, ut acta vel revideantur, vel transmittantur.

49. Si summa non sit appellabilis, parti succumbenti ad principem supplicare & revisorium tentare licet, vel etiam poterit *transmissionem actorum* ad consilium sapientum rogare; Hoc enim, tam ex *Recessu Deputat. Imper. de Anno* 1600. §. Es sol aber den Unterthanen. 18. quàm ex *novissimo Recess. de Anno* 1654. §. Doch mit diesem Zusatz. 107. ipsi solatii ergò indultum; nisi Statuum privilegia, statuta & ordinationes Judiciales aliud inferant.

Tansmissio Actorum peti potest, nisi privilegia, statuta, &c. obstent.

50. Nec dubitandum est, si in causa non appellabili hoc supplicandi beneficium, vel transmissio Actorum ad consilium sapientum, denegatur, Mandata sine Clausula *de non impediendo uti jure Constitutionum Imperij*, concedenda revisione, & sub similibus, desuper in Camera impetrari posse. Præjudicia *in causa* Meyer contra Hailbron; Scholl contra Hailbron. Cùm mandari sine clausula possit, quod Constitutionibus Imperii & ipsa lege jamdum præceptum est, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 23. vers.* Es wäre dann Sache etc. Gylman. *rer. Jud. Cam. lib. 1. decis. 38. num. 4.*

Si denegetur, mandat Camera S. C. transmissionem.

51. Sic, ante hunc novissimum Recessum, de concedenda revisione, mandata sæpiùs impetrata leguntur; ita etiam *in causa* Rasen contra Dedekören citat. ad videnda. deduci nullit. *Anno* 1655. 6. *Julij*, sententia non devolutoria fuit lata, sed cum hoc additamento: Jedoch/ so viel die geklagte abgeschlagene revision belanget/ist der Bescheid/wofern ermeldter Kläger dadurch beschwert zu seyn vermeynt/und selbige förmlich suchen wird/daß alsdann darauff ergehen sol/ was recht ist.

Ita factum ante novissimum Recessum.

52. Quid si summa appellabilis, sed neglecta fuerit, an hoc casu revisionis aut supplicationis remedium succumbenti æquè ac aliàs indulgebitur? Quod negandum; Nam etsi revisio nemini sit deneganda, ut sunt verba *Recessus de Anno* 1600. §. Dieweil aber hiebey. Attamen tam *Recessus Deputatorum*, quàm *Ratisbonensis novissimus*, in causis non appellabilibus, limitativè hoc succumbentibus indulgent, cui standum; Maximè, cùm jus etiam commune, negligentibus ordinaria remedia, recursum ad extraordinaria non largiatur.

Appellatione neglectâ, revisionem quærere non licet.

53. Quid,

Privilegium de non app. leuterationem non excludit.

53. Quid, si Principes Imperii privilegio de planè non appellando gaudent, Leuterationem tamen vel Oberleuterationem suis Landtsassiis concedere nolunt? Et hoc per mandata de concedenda leuteratione S.C. ex eadem concludendi ratione, de qua antè in puncto revisionis mentionatum, in Camera mandatum esse, docet novissimè præjudicium, *in causa* Hohenlohe-Neuenstein / *contra* Sachsen-Weimar.

Quonam tempore revisio petenda?

54. Quæritur autem, quo tempore ejusmodi supplicatio seu revisio proponenda sit? Sanè res hæc non levem patitur difficultatem, ita, ut inter Assessores *Anno* 1658. desuper non parum disputatum fuerit, pluribus asserentibus, eam ad instar supplicationis Cæsari exhibendæ regulari, adeoque tempus biennii concedi debere. Quod etiam vult Bender. *de revis. concl.* 4. Quia tamen dictæ supplicationis remedium in locum Appellationis introductum, majoribus decisum fuit, ut non minùs, ac in Appellationibus, tempus decendii observaretur: Assentientes vid. Mynsing. 6. *observ.* 15. & Schvvaneman. *Diff. Jur. Civ. & Cam. diff.* 8. *num.* 7. Add. *Recess. Deput. Imp.* 1600. §. Es solle aber. 16. Blum. *tit.* 46. *n.* 22.

A sententia revisoria non appellatur.

55. Fuerunt etiam, qui à denegata ejusmodi revisione, vel sententia in Judicio Revisorio lata, ad Cameram appellari voluerunt, sed inutili fructu. Si enim primò appellari non potest; multò minùs à Judicio Revisorio locum habebit; contra denegationem verò Revisionis, quia hæc est in novissimo Recessu præscripta, Mandatum de concedenda Revisione vel transmittendis actis petere licet. Vid. §. 46. *h.t.*

Contra denegationem transmissionis mandata decernuntur.

56. Porrò eadem æstimationis summa observanda, si de nullitate seorsim principaliter agatur, (*vid. infra h. libr. tit.* 33. §. *penult.*) aut, si restitutio in integrum adversus rem judicatam postuletur. *d. Recess. Imperij Spiræ Anno* 1570. §. Ebener massen. Denais. *tit. appellationis summa.* §. 2. Et hinc liquet, in provocationibus ad Cameram hoc *alterum* Jurisdictionis fundandæ *requisitum* non minùs, quàm primum illud generale & propterea generaliter tradendum esse. *Add. supr.* §. 2. *h. tit.*

Summa appellab. 600. flor. etiam in causa nullitatis attendenda.

Si de summa appellabili contendant partes, quid Judicibus agendum.

57. Si inter partes litigantes contendatur, an summa appellabilis sit nec ne, & de qualitate sortis Judici inferiori vel Cameræ non constet, Judex inferior appellationi non deferre, nec Camera eam recipere tenetur, nisi appellans juratò asserat, æquiore se animo tantâ pecuniâ carituram, quàm destituram de lite. *Ordin. part.* 2. *T.* 28. §. Und sonderlich setzen. 3. Vers. So dann der Richter. Quod Juramentum etiam in heredem provocantis transit, Mynsi. *obs.* 4. *cent.* 4.

58. Præ-

58. Præterea in hoc *altero*, Jurisdictionis Cameralis per provocationis viam fundandæ, *requisito*, notari convenit I. ad cognoscendum summam, ut ita dicam, provocabilem, attendendum esse, quantum in libello petitum sit, non quantum debeatur, nec quantum adjudicatum fuerit. Gail. *observ.* 123. *num.* 3. *& seqq. lib.* 1. Summa appellabilis quomodo cognoscenda? Gailii sententia, reprobata.

59. Imò in ineunda summa appellabili, non quid actor in prima instantia petiverit, sed in quo succumbens se gravatum in Camera conqueritur, attendendum. Hoc enim Juri communi, (contrarium tamen habet *l.* 19. §. 1. *de Jurisdiction.* Magenhorst. *P.* 2. *Ord. Cam. p.* 270.) ordinationi Cameræ, & Recessibus Imperii, maximè Senatusconsulto Imperialis hujus Judicii *de Anno* 1603. cum Denaisi. *in jure Cam. verb. appellationis summa*, Græveo *lib.* 1. *conclus.* 123. *consid.* 1. & Friderico Brandis in relat. pro Adsessoratu apud Klock. 4. *num.* 14. magis conforme esse videtur, cum quo convenit *l. in offerendis*, 37. *C.* de appellationibus & ratio naturalis, &c. vid. Ruland. *de Commiss. & Commiss. P.* 4. *lib.* 8. *c.* 13. *n.* 14. *fol.* 525. qui distinguit, an actor sit, qui appellaverit, an reus? In actore enim summam petitionis, in reo summam adjudicatam considerari. Add. Schvvanm. *Proc. Cam. L.* 2. *c.* 1. §. 5. Condemnationis habetur ratio non petitionis in prima instantia factæ. Distinctio Rulandi.

60. *Notandum* II. Plures atque diversas summas, & census sive pensiones cessas, cum sorte pro Jurisdictione fundanda, cumulari posse. Mynsi. *observ.* 83. *cent.* 5. Gail. *d. obs.* 123. Marilian. *observ.* 14. Hinc si ab uno vel pluribus creditoribus plures summæ petantur, quarum quælibet per se non contineat summam appellabilem, tum omnes pro fundanda jurisdictione cumulari possunt. *per L.* 11. *de jurisdict. L. fin.* §. *ult. C. de appellation.* Vid. *supr.* §. 39. *seqq. h. t.* Plures summæ possunt conjungi.

61. *Notandum* III. Etiam post litem contestatam, exceptionem deficientis summæ opponi posse. Quare? Quia nullitas Jurisdictionis perpetuò opponi potest, etiam post tres sententias conformes, & reddit sententiam ipso jure nullam, *l.* 1. §. *hæc autem. ff. quod quisque Jur. l.* 1. *C. de pedan. Judicib. text. in C. at si Clerici. extr. de Judic.* Mynsing. *obs.* 89. *cent.* 5. Gail. *obs.* 123. *n.* 2. *lib.* 1. Post lit. Contest. Exceptio deficientis summæ opponi potest.

62. Denique, quemadmodum summa illa provocationis, Constitutionibus Imperii definita, quoad Jurisdictionem Cameræ fundandam attendenda est; ita etiam summa privilegii, quod de non appellando Magistratus sive Judex inferior & Cameræ immediatè subjectus impetravit, attendenda fuerit; provocatio siquidem in Camera non auditur, nisi summa litis privilegio sit conformis. Gail. *lib.* 1. Privilegia Statuum, de non appellando, strictè observari debent.

obs. 123. Nam in Recessu Imperii *de Anno* 1654. §. Drittens sollen. Et §. Schließlich. Statuum privilegia strictè observari præcipitur. § 37 *h.t.*

Privilegiorum insinuatio est necessaria.

63. Ad hoc autem, ut privilegia in Camera attendantur, requiritur legitima insinuatio, quæ communiter fit judicialiter per procuratorem, speciali Mandato instructum, idque cum exhibitione originalis; quia copiis in hoc, licèt cum authentica decies collatis, nunquam creditur; *nisi in lectoria ex originalibus præsentibus vidimata fuissent*; Factâ ita insinuatione, eam Camera per sententiam judicialiter acceptat, & documentum factæ insinuationis è Cancellaria confert.

Ut & insinuationis acceptatio.

64. Et hæc acceptatio insinuationis adeò necessaria est, ut antequam fiat, privilegium in judicando non observetur; Solent enim privilegia non ita de plano pro insinuatis acceptari, sed priùs examinari, & si quid Statibus Imperii vel Constitutionibus ejus, vel etiam Juri privato contrarium iis contineri reperiatur, acceptatio vel documentum factæ insinuationis denegari; Quemadmodum non ita pridem, in privilegio quodam, Baronibus de M. concesso, in quo plurima contra expressa Jura continebantur, v. g. quòd testamentum, ubi nullus testis adesset, pro valido declarari possit, &c. observatum fuit.

Privilegia Austriaca cur non acceptata.

65. Sic etiam ratione privilegiorum Domui Austriacæ concessorum, (uti jam monuimus supra *tit.* 4. §. 41. *& tit.* 16.) res propterea ad Status delata fuit, quòd multa, ipsorum Juribus contraria, in illis comprehendi viderentur, ita ut, resolutione à Statibus nondum habitâ, ipsorum publicatio hactenus intermissa, & Cancellariæ Directori injunctum fuerit, ut factâ licèt instantiâ Documentum insinuationis non extruderet.

Modus insinuandi privilegii singularis & utilis.

66. Quid si verò Cæsar, sub suo sigillo majori, literas ad Cameram expediri, & copiam privilegii includi faciat, eæque literæ in vim originalis producantur? Hocne sufficiens erit? Ita sanè, & constat, sic practicatum esse, Cameramque hanc insinuationem pro legitima habuisse, in insinuatione privilegii Oldenburgensis, *de non appellando*, &c. quod *D. St.* 4. *Decembris Anno* 1638. talibus literis inclusum, Judicialiter produxit, & pro insinuato 12. ejusdem acceptatum est. Quod notatu haud indignum; quia eo modo periculosa & operosa originalium transmissio facili negotio evitari poterit.

Privilegia continentia majorem summam

67. Porrò, privilegia illa majoris summæ, Ordinibus quibusdam Imperii concessa, (de quibus §. 58. h.) inviolata manent. *Ordin. d. T.* 28. §. Und sonderlich. 3. *Recess. Deputat. Imper. Spiræ Anno* 1600. §. Es

sol

sol aber den Unterthanen diese vorgemeldte Erhöhung. 21. Denaiſ. *tit. ſumma appell. §. ult.*

inviolata manent.

68. Non tantùm manent inviolata, ſed quia ſumma appellationis nunc ad 400. Imperiales aſcendit, etiam Imperii Electoribus & Statibus, pro extenſione ſuorum privilegiorum ſupplicantibus, à Cæſarea Majeſtate benigna reſolutio promiſſa eſt. *Receſſ. Imper. de Anno* 1654. §. Und ſtehet dieſem nechſt. 109.

Privilegia de non appellando extendit Cæſar.

69. Quod quia à paucis hactenus factum, in Appellationibus ſumma *Receſſus noviſſimi*, ſi major eſſet, quàm ſumma privilegii, attendenda fuit: ſibi enim imputent, quòd Imperatori pro conſequenda majori ſumma non ſupplicaverint. Ergo in privilegiis de non appellando, quorumcunque Imperii Statuum, quæ minorem ſummam quadringentis thaleris continent, per dictum *Receſſum noviſſimum*, ſumma appellabilis ad 400. Imperiales aucta fuiſſe intelligitur. Blum. *tit.* 46. *num.* 41. nec nocet iſta adauctio privilegiis: ſiquidem, ſi ſummam appellabilem majorem reddit, non poteſt dici nocere privilegio.

Si non extenſa, ſumma noviſſ. Rec. attenditur.

70. Sic Elector *Moguntinus*, *Colonienſis*, & *Palatinus* privilegia ſua de non appellando illimitata, licèt jam antea in Aurea Bulla deſuper cautum fuerit, propterea renovari curârunt, quòd ob intermiſſum exercitium in deſuetudinem abierint; Colonienſis tamen tranſactione cum provincialibus ſuis deſuper factâ, eo non, niſi in poſſeſſorio, uti ſolet: Habet etiam ſimile privilegium *Trevirenſis*, qui tamen inſinuari nondum curavit, neque etiam eô uti ſolet.

Electorum privilegia partim renovata, partim non.

71. Præterea ad uſum talium privilegiorum, *de non appellando*, requiritur, ut loco appellationis in Camera inſtituendæ, aliud judicium reviſorium ſeu Leuterationis (ut in Saxonia) inſtituatur, ita ut antequam hoc fiat, Camera & partes ad ipſius obſervationem obligatæ non ſint.

De Judiciis Electorum reviſoriis ſeu leuterationis.

72. Quamobrem contra ejusmodi privilegia Ordinum, appellationes ad Cameram non recipiuntur, & proceſſus adversùs ea penitus nulli decernuntur; decreti ſubrepentium precibus, quantò primùm abolentur. *Memor. viſit. Anno* 1595. *Receſſ. Deputat. Imperij Anno* 1600. *Spiræ*. §. Wir wollen auch hiemit. 21. Denaiſ. *v. appellationis privilegia* §. 2. & 4.

Contra ejuſmodi privilegia non recipiuntur appellat.

73. Et de Indice, Ordinum Imperii privilegium de non appellando habentium, conficiendo, atque in Curia Camerali affigendo, decretum Viſitatorum extat *Memor. viſitat.* §. In Verfaſſung der Beſcheid.

scheid. Cisner. *fol.*62. *Recess. Imper. de Anno* 1570. *Spiræ.* §. Wir setzen: Ubi sancitum quoque est, ut omnes Imperii Principes & Status, privilegium de non appellando habentes, Cameræ Imperiali illud insinuarent. Add. *Recess. Imperij de Anno* 1654. §. Drittens sollen hinfüro. 105. Sufficienter hactenus expositum est, de *duobus requisitis*, ad fundandam jurisdict. Cameral. in appellationibus, quòd scil. 1. gradatim facta. 2. Quòd summa appellabilis vel Constitutioni Imperii vel privilegio conformis esse debeat. Addi autem potest *tertium*, quòd, pro convenientia, appellans cautionem de restituendis expensis præstare, constituram pecuniam deponere, de calumnia jurare, vel alio modo privilegio loci satisfacere, vel saltim ad ea omnia præstanda, & ad satisfaciendum, in supplica pro impetrandis processibus se offerre debeat. Guil. 1. *observ.* 124. *per tot.* Mynsing. 1. *observ.* 6. Stephani *P.*1. *Lib.*2. *cap.*3. *num.*207. Et denique *quartum*, quòd causa appellationis sit merè civilis, non criminalis, nec merè spiritualis, nec matrimonialis. *De quibus infra pluribus agetur.*

21. Si hæc Appellans non in forma prædicta præstiterit, Hamburgenses impunè exequi poterunt. vid. d. Wehn. *cap.* 7. *fol.* 142. 143. 144. ibidemque impressum Privil. sub pœna 60. Marcarum auri puri: (quod etiam exhibet Limn. *Jur. Publ. tom.* 3. *libr.* 7. *cap.* 23. *num.* 14.) Hoc Privilegium postmodum extensum, ad 700. **Goldgülden Rheinisch/ item, auff Kauffhandel/ Mascopey/ Factorien/ Wechseley/ Rechnungen / sub dato Wien / den** 31. *Mart. An.* 1634. *insinuat. Cam.* 13. *Octob. An.* 1635. *recept.* 9. *Decemb. eod.*

22. **Kempten** / non appellatur, **von Freveln/ Schmach-Sachen/ Leumbden / flüssenden Wunden** / & in causis non excedentibus 299. flor. in reliquis sicut supra. vid. *fol.* 122.

23. *Lubecæ* non appellatur contra proprium chirographum vel confessionem, **für dem Stadt-Buch/ oder dem Mäckler-Buch geschehen**: Summa appellabilis 200. flor. valoris Lübecensis, **Schuld-Geldt oder Werth**: Anno 1544. Quæ postmodum aucta ad 500. **Goldgülden**/ *d.* 23. *Maij, An.* 1588. per Imperat. *Rudolph. II.* In reliquis eadem observanda, quæ Hamburgi in usu sunt, de quo supra; *vigore dicti Privilegij*, quod insertum **dem Lübeckischen Stadt-Rechten** / *fol.* 69. *seqq.* vid. Wehn. *cap.* 7. *fol.* 145. & 146.

24. *Landavienses* nullibi vel arrestari vel conveniri possunt, nisi coram Schulteto Civitatis 1349. 1415. 1565. vid. Wehn. *c.* 7. *fol.* 144. & *seqq.*

25. *Memminga* summam habet appellabilem 600. flor. **Rheinisch Müntze Schuld-Geld oder Werth.** In cæteris, priusquam appelletur, Juramentum malitiæ & cautio, **mit Verhafftung des Leibs** / præstanda, 1521. vid. Wehn. *cap.* 7. *fol.* 147. & ibidem impressum Privilegium. Habet quoque singulares Austregas Gail. 1. *obs.* 1. *n.* 20. Bocer. *class.* 2. *diss.* 2. *th.* 88.

26. *Monasterium Westphaliæ* summam appellandi habet 200. fl. auri: Appellans intra decendium præstat Juramentum: à Senatu pro-

vocatur ad Episcopum, qui ad Cameram statim remittit. 1563. Remissio illa fit ex *transactione* inter Episcopum & Civitatem inita, 30. Julii, Anno 1563. vid. Privilegia varia, & *d. transactionem* apud Wehn. *cap. 7. fol.* 150. *& seqq.* vid. suprà *c. 2. hoc tit.* §. 13.

27. *Mülhusa* Thuringorum à suis civibus & subditis non, nisi discussâ coram tribus Ordinibus Senatorum causâ, in Camera conveniri potest: id quod hactenus eo loci observatum, & *præjudicijs Cameræ* confirmatum est.

28. *Norimberga*, in causis Civitatis privilegiatos primæ Instantiæ Judices habet, **Winsheim & Weissenburg am Nordgau** / exceptis tamen casibus Cameræ præservatis, ad quam etiam communiter appellatur. 1540.

29. *Privilegium* deinde habet contra Judæos, ne cum Norimberg. Subditis contrahant, ipsosque desuper Rotvveilæ vel alibi conveniant. 1573. non appellatur, **vom Straff- und Fünffer-Gericht** / nec in causis ædificiorum, Mercatorum, **der Kauffhändler / so kauffen und verkauffen**/ Societatum, & in aliis 600. flor. non excedentibus.

30. *Pars appellans* intra decendium personaliter coram Senatu comparere, Juramentum appellationis & cautionem præstare tenetur, & appellationem intra tempus præfinitum introducere. 1495. 1508. 1564. Quod Privilegium *ampliatum*, statutâ summâ appellabili sexcentorum thalerorum Imp. & *pro insinuato acceptatum* 30. *Jan. An.* 1661. item alia duo 7. *Julij, Anno* 1663.

31. **Oppenheim** / vid. Wehn. *cap. 7. fol.* 164. & quomodo cesserit Electoribus Palatinis, Knipschild. *de Civit. Imp. lib. 4. cap. 1. num.* 113.

32. **Regenspurg.** In causis Civitatis privilegiatos Judices habet, Consulem & Senatum, Civitatum **Augspurg / Nürnberg und Ulm/ sampt und sonderlich**/ vel pro actoris arbitrio, 5. aut 7. ex Senatu Ratisbonensi; ab his ad Camer. appellatur: Cives præterea nullibi, nisi coram Senatu, conveniendi in prima Instantia, nec cuiquam super denegata justitia supplicanti creditur, nisi priùs Magistratui scribatur, & desuper audiatur.

33. Causæ injuriarum communium Civium expediendæ sunt **vor den Fünffen** / coram quibus summariè **und mündlich** / non in scriptis, agitur, citra appellandi licentiam: Ecclesiastici etiam non minùs, quàm reliqui cives, subjiciuntur legibus Civitatis, & in causis, conservationem & protectionem ejus, & politiæ Constitutionem concernentibus. Summa quoque appellabilis 500. flor. 1566.

34. *Reut-*

34. *Reutlinga*, privilegiatos habet Judices, Consules & Senatum Civitatum, **Ulm / Eßlingen und Schwäbischen Eemünd** / exceptis casibus, Imperatoris personam vel Cameram concernentibus: Cives & Subditi nullibi conveniuntur, quàm coram Judicio Civitatis, præterquam in casu protractæ Justitiæ. 1516. vid. Wehn. *cap.* 7. *fol.* 107.

35. **Rotenburg an der Tauber** / summam habet appellationis 200. flor. In cæteris, ad Cameram vel Imperatorem appellantes, præstant Juramentum & cautionem coram Senatu, ejusve Deputatis, 1570.

36. **Straßburg**/ *Argentoratum*, Judices primæ Instantiæ habet, **Basel**/ **Wormbs und Ulm** / nec invita à quoquam trahi ad Cameram potest, nisi in causis immediatè Jurisdictionem ejus fundantibus. 1435. 1521, 1566. summa appellationis 600. flor. **Rheinisch** in auro, à qua summa, ut & à minore, appellatur ad tredecim viros, qui in eadem civitate primum honoris & dignitatis locum tenent: à majore verò appellatur ad Cameram Imp. cum cautione & juramento, vel etiam prædictos Tredecim viros, tanquam Principis delegatos, **die delegirte Käyserliche Cammer-Richter** / à quibus porrò appellari nequit, si coram iisdem non fuerit exceptum. vid. **Straßburger Policey-Ordnung**/ rubr. *Privilegium Appellat.* vers. **Und darumb** ꝛc. sed pronunciatum in causa 1560. Privilegium etiam habet Argentina adversus Judæos, ne cum civibus, aut quacunque ratione subditis, sive in urbe, sive extra eam habitantibus, contrahant, ipsosque desuper vel Rotvveilæ vel alibi conveniant.

37. **Speyer**/ summa appellationis 200. **fl. Rheinisch**/ in reliquis Juramentum, & cautio præstanda coram Senatu, aliàs appellatio non est recipienda 1575. & 1582. quod acceptatum 8. *Jan. Anno* 1583. Habent Spirenses quoque alia Privilegia, ut **von der Nachsteuer**/ quod *insinuatum Anno* 1579. Item, quòd in alio judicio non conveniantur nec arrestentur, ac de muris, de aqua, & non collectandis bonis civium alibi sitis, in uno Privilegio *Caroli V. de An.* 1551. *insinuatum An.* 1571.

38. **Schweinfurth**/ Consul & Senatus primam Instantiam habet coram suo **Reichs-Vogt** / qui sibi aliquot Senatores sive Scabinos Norimbergenses & Rotenburgenses adjungit: Cives verò coram Civitatis Judicio conveniendi. Summa appellabilis 200. flor. in causis deinde injuriarum verbalium non appellatur, 1570. & 77.

39. **Ulm** / privilegiata contra Judæos, ut cum civibus nec contrahere, nec ullibi desuper eos convenire possint. 1541. & 61.

40. **Uberlingen** / simile habet privilegium, exceptis Nundinis, & utensilibus quotidianis, præsenti pecunia emendis 1566.

41. **Weissenburg im Nordgau** / vid. Knipschild. *de civib Imp. lib.3.c.57.n.16.* Et hæc Civitas habet Judicem Austregarum, Civitatem Norimbergensem, vigore Privilegii *de An.* 1613. 16.*Octob.* vid. quoque Limn. *de Jure Publ. tom.* 5. *c.*57.

42. **Windsheim**/ nec Senatus, nec Subditi, exceptis **Ehehafften**/ citari possunt Rotvvilam, nec ad alia forensia Judicia. *Anno* 1567. *concessum.* Appellatione interdictum est, in causis injuriarum, inter subditos Cives. *An.* 1550. Item in causis non excedentibus summam 14.flor. Si appelletur, præstatur Juramentum, & cautio, **sampt Verhafftung des Leibs** / aliàs appellatio non recipitur. In Privilegio *de An.* 1499. extat fidejussoria vel pignoratitia, vel in ejus defectum juratoria. Vid. de his, & aliis Civitatibus, à quibus ad Cameram appellatur, d. Wehn. *cap.* 7. *per tot.* item de aliis Judiciis Westphalicis, Franconicis, Svevicis &c. eundem *cap.* 8. *p t.*

43. *Susatum*, **Soest** / olim fuisse Civitatem Imperii, constat ex matricula apud Limn. *de Jure publico l.* 4. *cap.* 7. & testatur Reinking. *de reg. Seculari class.*4. *cap.*21. *in fin.* Knipschild. *in tract. suo de Civit. Imp.noviss.lib.*4.*cap.*1. *num.*129. contribuit juxta matriculam 720.flor. & in sustentationem Cameræ 120. flor.

44. Verùm, utut ejus apud Wehner. *in suo aliàs perfectissimo tractatu*, mentio nulla fiat, licèt etiam per *Clivenses* hodiè exempta videatur; tamen ne Imperio quicquam præjudicaret, Appellationes ad Cameram in hunc usque diem servavit,teste Victore *de caus.exempt. Imper. concluf.* 36. (qui in hanc rem cit. Gylm. sive Wehn. sed erroneè, cùm ipse hujus Civitatis mentionem non faciat.) Sic Processus pleni decreti in causa **F.** contra **H.** 28.*August.*1651. **Stucke** contra **Huffelman** / & in causis quamplurimis aliis &c.

45. De **Nieder-Wesel** etiam variè disputatur, vid. Knipschild. *lib.*4. *cap.*1. *num.*112. Verùm constat, quòd Appellationes abinde ad Ducem Clivensem interponantur.

46. **Wormbs** / quomodo ad Cameram appelletur, vid. Knipschild. *lib.*3. *c.*62.*num.*15. Licèt enim Episcopus causam apud se retinere velit, id tamen, contra voluntatem Appellantis, & in præjudicium Civitatis, non potest.

TIT. XXI.

TIT. XXI.

Provocatio ad Cameram quotuplex, appellatio quid sit, de nullitatis per Appellationem devolutione, & quatenus nullitates in Camera attendantur.

§. 1.

PRovocatio ad Cameram est vel { Solennis, Simplex. De simplici *vid. infr. tit. 33. lib. 1.* — Provocatio duplex.

2. Provocatio solennis est, quando certis quibusdam solennibus adhibitis, causa ad superiorem defertur, quæ speciali nomine appellatio dicitur: quanquam promiscuè sæpiùs hæ voces usurpentur. — Quid solennis?

3. Per Appellationem etiam nullitas ad Cameram incidenter deferri dicitur, quando simul cum querela iniquitatis defertur, & appellans alternativè; primùm, ut nulliter, aut si nullitas nulla appareat, injustè judicatum esse, postulat. *Ordin. part. 3. T. 34. in princ.* Quod declarat formula pronunciandi, e. g. ex sententia *d. 7. Julij*, 1684. lata in Sachen Andreas von der Strassen und Conf. Appellanten / eines / wider Mariam Jacobinam Adami Appellatin / andern Theils / in verbis: Darauff in der Haupt-Sachen / allem Vor- und Anbringen nach / zu Recht erkannt / daß durch Richtern voriger Instantz resp. nichtiglich und übel geurtheilt / überflüssig und wol davon appellirt &c. quod in tantum procedit, etiamsi appellans sententiam non expressè nullam dixerit. *Ordin. Part. 3. tit. 34.* §. Und solle also. Denais. *tit. 199. §. 3. l. 41. famil. herciſc.* Bart. *in l. 1. n. 9. & 11. C. quand. prov. non est nec.* Vant. *tit. coram quo nullit. prop. poss. n. 5. & 7.* — Nullitas incidenter per appellat. defertur.

4. Ubi notandum: Nullitatem ad Cameram aut incidenter, aut principaliter deferri; Incidenter, ut Mynsing. *obs. 91. cent. 5. num. 8. & 9.* tradit, quando disjunctim appellatur, dico, sententiam nullam, & si quæ est, appello; Quantum verò referat, nullitatem incidenter aut principaliter proponi, *vide DD.* per Mynsing. *ibidem allegatos*: Notabunt igitur fori Tyrones, distinctionem inter appellationem, quæ incidenter ad superiorem defertur, & eam, quæ principaliter defertur, *de qua infra, tit. 33.* — Quomodo deferatur incidenter.

5. Observa præterea, nullitatem in causa appellat. incidenter venire, licèt de ea nihil dicatur, & judicem ex officio eam attendere debere. Mynsing. *obs. 9. n. 7. cent. 5.* Gail. *lib. 1. obs. 127. num. 2. & obs. 77.* — Nullitatem Judex app. ex officio attendit.

n. 6. per text. in l. quædam mulier. ff. fam. herciscundæ. Bartol. *in l. 1. num. 9. & 11. C. quando provocare non est necesse.*

Quod verum in appel. à definitiva.

6. Sciendum tamen, quod dictum est, per causam appellationis nullitatem quoque ad Judicem appellationis devolvi, illud locum habere in appellatione à sententia definitiva, non autem ab interlocutoria, quia per appellationem ab interlocutoria tantùm gravamen in appellatione expressum devolvitur, non autem nullitas, per *c. ut debitus* &c. & *c. Romana de appellat.* Gail. *d. obs. 127. n. 4.*

Quæstiones duæ.

7. Duplex autem hîc quæstio occurrit: *Prima* est, quomodo appellatio nullitatem devolvat, cùm appellatio & nullitas sint contraria? Ut est in *l. 1. C. de furtis, & l. contra Majores. C. de inofficios. testam. Altera*, num libellus hic subsistere possit: Dico, sententiam esse nullam, & si qua est, appello? &c.

Appellatio & nullitas contraria non sunt.

8. Ad *primam* quæstionem Logicus responderet, appellationem & nullitatem perperam contraria dici, & appellationem potiùs subjectum, nullitatem verò, & quodvis gravamen appellationis adjunctum esse. Vide de hac quæstione Bart. ad *l. si expressum. ff. de appellat.* & cùm practici (ut hoc addam) cumprimis verò ἄλογοι, appellationem & nullitatem contraria appellant, hoc innuere velle videntur, appellationem à nullitate supervacaneam esse, per *l. ex consensu. ff. de appellat. & l. 1. C. quando provocare non est necesse.*

Dico, sententiam nullam, si qua sit, appello, an valeat Libellus.

9. De altera quæstione vide practicam Pet. de Ferrar. *in forma libelli appellat. à definit. sententia.* In Comment. *ad verba*, & *in quantum sit aliqua.* & *num. 3.* & Joannem Ferrarium Montanum *de appellationibus, lib. 3. cap. 3. circa finem.* Quòd si aliàs sententia, *ait Ferrarius*, sit nulla, ejusque causæ apud Tribunal reddi queant, per appellationem, quasi aliqua sit, recipi videtur, & à modo, ut nulla, impugnari non solet; quod ne obsit, cautelosi appellatores addunt, sententiam dico esse nullam, & si quæ est, appello. Vide Interpretes ad *l. licet. ff. de re judic. & l. cùm minor. §. falsus. ff. rem ratam hab.* Nam qui appellat à sententia, eo ipso concedit, esse sententiam, nec ei postmodum sententiam nullam dicere licet; cùm eo ipso contra priorem confessionem veniret, quâ per appellationem asseruit, esse sententiam.

Adhuc de nullitate incidenter instituta.

10. Dicitur autem incidenter institui, quando disjunctim, ut dictum est, appellatur, dico, sententiam nullam, & si qua est, appello, Gloss. in *l. 1. C. quando provocare non est necesse.* Mynsing. *observ. 91. cent. 5. num. 9.* & sic observatur, addit Mynsing. *ibidem.* Quod nota.

Nam

Nam etsi pronuncietur, malè judicatum, tamen de nullitate ampliùs agi non potest, nisi eadem nullitas in hac instantia peracta, vel sententia contineret expressum Juris errorem. *d. l. si expressim. ff. de appellat.* Idem *d. obs. 91. n. 9.*

11. Cæterùm, appellationem querelæ nullitatis conjungere, ex eo utile est, quòd, nullitate principaliter institutâ, inhibitio non facilè decernatur, aut executio retardetur, etiamsi supplicans nullitatem allegaret notoriam: cùm enim hoc casu sit præsumtio pro sententia, supplicantis narratis non creditur, in tantum, ut vix meminerim, unà cum citatione super nullitate, inhibitionem obtentam esse, unâ saltem causâ exceptâ, scil. ℌ. contra ℌ. in qua 11. *Febr. An.* 1659. ob nullitates contra *Constitutiones Imperij* apertè commissas, inhibitio cum citatione, ad videndum deduci principaliter nullitates, simul decreta fuit, secus verò, si fiat hoc incidenter, quia tunc mensuratur juxta regulas appellationum. Imò, *testis est experientia, quòd in querela nullitatis principaliter instituta, in causis civilibus, inhibitio nonnunquam decernatur. Probatur hoc sententia d. 26. Martij* 1686. *publicata:* In Sachen K. contr. S. Fr. Citationis ad vid. deduci nullitates principaliter, cum temporali inhibit. & compulsor. ist/ allem Vorbringen nach/ zu Recht erkandt/ daß Beklagte von angestellter Klage zu absolviren und entledigen/ die angehängte Temporalis Inhibitio zu cassiren/ und auffzuheben. Vides, hìc temporalem inhibitionem decretam fuisse. Cur appell. querelæ nullitatis conjungenda?

12. Quod modò dictum, *de inhibitione non facilè decernenda*, intelligendum de causis Civilibus: Secus enim est in criminalibus, ubi, ob periculum vitæ, inhibitio saltem tamdiu decernitur, donec de causa major informatio, vel ex literis informatorialibus, vel etiam pro qualitate circumstantiarum, ex ipso processu habita fuerit.

13. Quamvis verò lex *Ordin. Cameræ part. 3. T. 34. in princip.* nullitates inferiorum judiciorum in Judicio Imperiali attendere vetet; (*Immò hoc non videtur dicere alleg. locus Ordinationis, sed potiùs contrarium, quòd sc. ut plurimum sint attendendæ.* vid. Gail. 1. *obs. 42. n. 1.* Mynsi. *cent. 1. obs. 27. 4. obs. 62.* Klock. *relat. 1. n. 30. & seqq.*) attamen lex illa exceptiones quasdam habet. Nullitates inferior. judicior. in Cam. non attenduntur regulariter.

14. *Prima* Exceptio est, nisi nullitas parti litiganti, vel causæ principali damnum irreparabile inferat, *Ordin. ibid.* Mynsi. *obs. 27. cent. 1.* & *obs. 93. cent. 5.* Except. 1.

15. *Secunda est*, nisi acta prioris Instantiæ ita confusè conscripta Except. 2.

fue-

fuerint, ut ſtatus cauſæ inde cognoſci non poſſit, quo caſu in Camera plerunque vel ex officio proceſſus annullari, injungique partibus litigantibus ſolet, ut legitimo ordine in cauſa principali procedant, ſalvis tamen manentibus actis probatoriis (ſiquidem in illis debitè proceſſum, & omnia, ad depoſitionem teſtium neceſſaria, ritè obſervata fuerint.) Mynſ. *d. obſ.* 93. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 42. *num.* 7. *& ſeqq.* ubi appendicem illam ſententiæ, ut partes de novo procedant, in Camera omitti dicit.

Except. 3.

16. *Tertia* exceptio eſt, niſi in actis nullitas tam manifeſta deprehendatur, quæ in alia Inſtantia juſtificari non poſſit; veluti, ſi ex actis appareat, Judicem laicum in matrimoniali, aliave ſpirituali cauſa, vel alio modo incompetentem, ſententiam dixiſſe, Mynſ. *d. obſ.* 93. *cent.* 5. Ubi obſerva, Cameram forum eſſe competens contra clericum, actione reali conventum, & quando perſona Eccleſiaſtica ſpoliatur ſua præbenda, aut rebus ad præbendam pertinentibus. Utì memorabile eſt præjudicium in cauſa eines Hochwürdigen Dom-Capituls zu H. contra von B. in qua 4. Novembr. 1687. plenarii Appellationis proceſſus ſunt decreti.

Quando Cam. ſit forum competens contra Clericũ?

Querela nullitatis proponi poteſt tam in judicio infer. quàm in Cam.

17. Quòd ſi quis ſolam nullitatis querelam inſtituere in animo habeat, in optione gravati eſt, hanc vel coram inferiori Judice, vel in Camera deducere. *l.* 4. *C. de accuſat. ibique gl. ad verb. eundem.* Felin. *in c.* 40. *x. de ſent. excommunic.* Gail. 1. *obſ.* 127. *num.* 6. Dummodo nullitatis Judex ſit ordinarius, non delegatus; tum enim delegans tantùm ſuper nullitate cognoſcet. Quia ſententiâ delegati, ſive benè ſive malè pronunciatâ, ejus Jurisdictio finita dicitur. *l.* 4. *C. quom. & quand. Jud. ſent. profer. c.* 9. *&* 26. *x. de offic. deleg.* Panormit. *ibid. n.* 6.

In Camera admittitur, deſertâ appellatione.

18. Interim tamen gravatus, deſertâ etiam appellationis causâ, ad hanc adhuc confugere poteſt. Mynſ. 2. *obſ.* 77. *n.* 5. Gail. 1. *obſ.* 135. *num.* 6. *cum ibi alleg.* Dummodo æſtimatio appellationis cum ordinaria ſumma appellabili conveniat, non minùs ac reſtitutionis quantitas. *Receſſ. Imp.* 1570. §. Ebenermaſſen. Denaiſ. *tit.* 29. §. 3. Vid. pluribus Vantius *de nullit. tit.* 6. *& ſeqq.*

TIT. XXII.

In Appellationibus, quæ conſideranda.

1. IN appellationibus videndum, quomodo vel { inſtituantur, tollantur.

2. In

2. In appellatione instituenda considerandа sunt
   appellationis { tum fundamenta,
                 { tum formalia.
3. Appellationis fundamenta potissimùm posita esse
   videntur { Et in facultate appellandi,
            { Et in actis prioris instantiæ eorumque editione.
4. Ut appellandi facultas cognoscatur, dispi-
   ciendum, { Tum à quibus Judicibus ad Cameram appelletur,
            { Tum quinam litigatores appellent.

TIT. XXIII.

A quibus Judicibus ad Cameram appelletur, & quatenus à Magistratu extrajudicialiter gravamen inferente ad Cameram appellari possit, ubi de appellationis insinuatione.

§. 1.

NOn solùm ab ordinariis Judiciis, rectà sub Camera constitutis: sed etiam à Judicibus ordinatione delegatis, (de quibus suprà in *t.* 4.) ad Cameram, salvis tamen Privilegiis, appellatur, Ordin. *P.* 2. *T.* 23. *in princ.* Denais. *tit. Appellationis interpositio.* §. 1. Idem in specie de delegatis inter Principes obtineto. Ordin. *Part.* 2. *Tit.* 2. *in princ.* Denais. *ibid.* §. 2. Et in causis spolii simplicis coram iisdem ventilatis. Ordin. *Part.* 2. *tit.* 8. §. Wür de aber in erster Instanz. 10.

Appellatur ad Cameram, tàm à Judiciis ordinariis, quàm à Judicibus ordinationis.

2. A Judicibus autem ordinationis Appellans, in Camera nihil novi deducit, nisi juramentum præstitum fuerit, quòd in prima instantia illud ignoraverit, aut deducere non potuerit, & novum tamen argumentum ad Causam pertinere existimet. Ordin. Cam. *Part.* 2. *Tit* 6. *in princ.* Denais. *de Jure Camer. tit.* 37. §. 1. (quod vigore *Recessus noviſſimi*, in omnibus appellationibus hodiè observatur.) Idemque multò magis in causis spoliorum obtineto. Ordin. *dict. tit.* 8. §. Wo aber der Beklagte/ 9. Denais. *ibid.* §. 2.

Appellantes ab Austregis, nova deducere non possunt, nisi jurent.

Idem hodiè in omnibus appellat. obtinet.

3. A Commissariis Imperatoris, ad Instantiam partium datis & delegatis, ad Cameram appellari posse, negat Gail. *lib.* 1 *observ.* 121. addit tamen *ibid.* appellationem ad Cameram aliquando locum habuisse, & parùm interesse, utrùm ab ejusmodi Commissariis ad Imperatorem

A Commissariis Imp. ad Camer. appellatur.

ipsum, vel ad Cameram appelletur, quia Imperator causam & acta prioris instantiæ ad Cameram transmittere consueverit.

Commissarii Cæsar. duplicis generis sunt.

4. Nota, differentiam esse inter Commissarium Cæsar. vigore Austregarum, & inter eum, qui ex Jurisdictione ordinaria Cæsaris ab eo datus; veluti, si ad Instantiam partium, per meram delegationem, quis datus sit. De primorum sententia indubitatum est, ad Cameram posse appellari, vigore Ord. *p.2.t.6.* De his verò, cùm nil in ordinatione sit expressum, dispositioni Juris communis relinquitur: jure autem communi dispositum est, quòd à delegato ad delegantem appellandum sit, ideoque videtur ad Cæsarem, non ad Cameram appellari posse.

An à Commiss. Cæsar. qui merè delegatus est, ad Cam. appelletur.

5. Author *præjudiciorum Cameralium*, seu Gylman. Symphor. *tom. 3. tit. appellare quibus & à quib. p. 32.* affirmat, appellari à Commissariis Cæsareis, **von Hofe auß** datis, ad Cameram, & contra eosdem inhibitionem decerni posse, quando delegatus Mandati Cæsarei seu Commissionis fines excederet, quod præjudiciis firmat, æquè ac Gail. *d.lib.1. obs.121. num.3.* ubi addit rationem, quòd Camera cum Cæsare concurrentem habeat Jurisdictionem, ideoque indifferens sit, ad quod horum Dicasteriorum appellatio fiat.

Communior sententia est, posse appellari ad Cameram.

6. Ob eandem rationem, quia Camera cum Cæsare concurrentem habet Jurisdictionem, & quod *Camera* cognoscit, ipse *Imperator* cognoscere intelligitur, alii Camerales, Doctoresque magis inclinant in sententiam affirmativam, sc. appellari ad Cameram posse, Tilem. de Benign. *obs. supplic.88. & obs. Cam. Imp.18.* Gylman. *præjud. Cam. dict. verbo appellare, quibus.* Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib.2. class.12. c.15.* Marta *in ff. noviss. tom.1. verb. appellatio. cap.19.* extat etiam in hanc rem apud d.Gylm. *tom.2.p.2.vot.19.* integra relatio, ubi *ab excessu* ab his appellatum, & responsum Facultatis Juridicæ Marpurgensis, in ardua causa *Abbatis Fuldensis*, cum quo convenit Ordinatio Consilii aulici, sub *Mathia tit. 2.* §. **Dieweil aber auch** ꝛc. in verbis: **Und stehet in diesem Fall / vermög unser Cammer-Gerichts-Ordnung / den Partheyen die** Appellation **von Urtheilen der** Commissarien **an uns / oder unser Käyserlich Cammer-Gericht bevor.** Sic appellatum non ita pridem, à Commissariis Cæsareis ad Cameram, **von sämptlichen Herren Grafen und Reichs-Marschallen zu Pappenheim/** in causa contra **Freyherrn Kressern von Farrenbach/** in qua plenarii processus decreti, qui 16. *Januarij*, 1682. reproducti sunt. Et procedit hoc non tantùm, quando Commissarii ad unicam causam

(uti

(uti in modò dicta evenit) sunt delegati; Verùm etiam, si ad plures nominati fuerint: quomodo contigit nuper in cauſ. **Reinhardt Bauers** contra Saram, **Abrahams zum Drachen Eheweib in Franckfurt/** reproducta 25. *Junij*, 1686. quæ ex hoc capite, ut creditur, ab appellata fruſtrà *non devolutionis* arguitur.

7. A Magiſtratu etiam extrajudicialiter gravante ad Cameram appellare licet. Ab extrajudiciali gravam. appellare licet.

8. Extrajudiciales appellationes ſunt, quando quis appellat ab actu, extra judicium facto. *c. bonæ de appellat.* ſive, quando quis extra Judicium, Magiſtratus decreto, Mandato, vel interdicto, aut mulcta impoſita gravatus, provocat. *Receſſ. Imper. Anno* 1594. **§. Wann aber.** 101. verſ. **Aber nachdem die ꝛc.** Quid appel. extrajudicialis.

9. Sed in hujusmodi extrajudicialibus appellationibus obſervandum fuerit, utrùm Magiſtratus vi poteſtatis ſeu jurisdictionis, ſeu tanquam Judex, vel per ſe, vel ad alicujus partis inſtantiam, proprio vel alieno ſubdito per Decretum aliquod extrajudiciale, ſive interdictum, ſive per impoſitionem mulctæ, an verò tanquam adverſarius, & pars, gravamen intulerit. Quid in ea obſervandum.

10. Si Magiſtratus, tanquam Judex, aliquem gravet, appellatio in Camera locum habebit, ſed proceſſus non decernuntur, niſi gravamen priùs veriſimiliter probetur, & à Magiſtratu, tanquam Judice, illatum eſſe demonſtretur, (*quod hodie in omnibus proceſſibus obſervatur.*) *Receſſ. Imper. Anno* 1594. *Ratisb.* **§. Wann aber von gemeiner** Interlocutori. 101. verſ. **Aber nachdem die** Extrajudicial. *Confer.* Mynſ. *obſerv.* 43. *cent.* 4. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 120. Clez. *de appell. cap.* 3. *n.* 77. *& ſeqq.* Si Magiſtrat. ut Judex graver. appellat. locum habet.

11. At ſi quis à Magiſtratu, tanquam Adverſario, gravetur, & ex narratis interpoſitæ appellationis extrajudicialis, in proceſſu apparuerit, Magiſtratum tanquam partem & adverſarium, non tanquam Judicem proceſſiſſe, Appellationi in Camera locus non relinquitur: quia hoc caſu potiùs ſimplex querela, quàm appellatio locum habet, & Princeps gravans alterum, coram Judice ſuo ordinario, Judicibus videlicet ordinationis, conveniendus fuerit, *d. Receſſ. Imper. Anno* 94. *d.* **§. Wann aber ꝛc.** Denaiſ. *Appellatio extrajudicial.* Gail. *d. obſ.* 120. *num.* 4. *lib.* 1. Non verò, ſi tanquam pars.

12. Porrò, quoad appellationes extrajudiciales, diſtinguendum hoc modo: Immediatus Imperii aut gravat vi & poteſtate Jurisdictionis, ut Judex, aut tanquam pars, **als ein Widerſacher / nicht Richterlicher Weiſe/** aut mixtim ſcil. ſimul ut pars & Judex. Priori & poſteriori Diſtinctio inter diverſas rationes gravandi extrajudicial.

modo, missis Austregis, appellationes ad Cameram admittuntur, sive per se, & motu proprio, sive ad instantiam partis, gravamen intulerit, disponente ita dicto *Recessu Imperij de Anno* 1594. §. **Wann aber** ꝛc. 101. & adstipulantibus præjudiciis in hanc rem quotidianis. Medio verò casu, iterum distinguendum; aut superior ita gravans gaudet Privilegio Austregarum, aut non; Si prius, quia hæc appellatio nuda censetur provocatio ad causam, ideò coram Austregis ordinaria via tractanda erit, requisitione, ut decet, præmissâ: sin posterius, quia ita gravans alium non habet Judicem, Camera causam recipit; ut de Civitatibus Imperii Austregis non gaudentibus, res in aprico est.

Si dubium sit, qualiter superior gravaverit?

13. Quid, si dignosci nequeat, an superior ut Judex, aut ut nuda pars, aut mixtim gravaverit, quod ferè plerumque accidit, quia Jus in facto positum, quod ad subtilem hanc distinctionem commensurari quandoque vix poterit? Hoc casu in dubio processus decernendos esse, Camerales volunt.

Quando Judex extrajudicial. gravet?

14. Quando autem judex extrajudicialiter gravare dicatur, de eo videndi Gylm. *præjud. Cam. verb. Appellatio extrajudicialis.* Idem Symph. *tom. 1. p. 2. tit. 17. vot. 7. n. 17. & tom. 2 p. 2. vot. 48. num. 7. & in decis. Cam. part. 2. decis. fin. num. 12. & seqq.* Mindan. *lib. 1. cap. 20. de proceff.* Vota Cam. Klock. *relat. 82. n. 13.* Mynsing. *cent. 4. obs. 43.* Gail. *1. obs. 120.* Tilem. de Benign. *obs. Cam. Imp. part. 2. obs. 44.*

A Judicio Rotwil. ad Camer. appellatur.

15. De Appellatione à Judicibus Rotvvilensibus ad Cameram, constitutum est in *Recess. Imper. Anno* 1570. *Spiræ.* **Und nachdem uns fürkommen.** Capitul. *Moderni invictiss. Imperat.* §. **Auch sollen und wollen wir** ꝛc. 18. Reformat. Judicii Rotvvilensis *p. 3. tit. 17. per tot.* Gail. *lib. 1. obs. 48. num. 4.* Frequens autem est hujus modi appellatio: talisque interposita est non ita pridem in causa **von Venningen** contr. **Bodmannische** Tutores; in qua licèt inhibitio non simul emanaverit, tamen Judices Rothvvilenses, tradente Blumio *in proc. tit. 45. th. 15.* receptâ in Cam. appellatione, ulteriùs progredi, ex ipsa *Ordinatione Rothwilensi*, prohibentur. Si secus fecerint, desuper solennissimè protestandum, quin etiam pro majori cautela, pro decernenda expressa inhibitione in Camera supplicandum fuerit. Ex quibus apparet, dictum Blum. *tit. 54. th. 23.* incautè tradidisse, quòd inhibitiones contr. Rothvvilanos semper decernantur, quia illi Judices procedant per viam facti irreparabilem, **der Acht / Aberacht und Anleitung**: nec illi opitulatur ratio, quòd Camera sit in possessione vel quasi inhibendi; cùm isthoc argumentum videatur esse à baculo ad angulum.

16. Et

16. Et à sententiis Ecclesiasticorum Principum, qui propter regalia sive bona feudalia, quæ ab Imperio cognoscunt, immediatè Imperio subjecti sunt, ad Cameram appellari, non ad Pontificem Romanum, testatur Gail. *lib.* 1. *obs.* 30. *n.* 2. Confer Frid. Mind. *lib.* 1. *c.* 11. Item ab Ecclesiast. Principib.

17. Sic Officiales, qui nomine Ecclesiasticorum judicia exercent, quoad Civilia, subsunt Imperio, & ab illis ad Cameram est appellandum, Tilem. de Benign. *obs. Cam. Imp. pent.* 1. *obs.* 38. *num.* 4. *& p.* 5. *obs.* 5. Auth. præjud. Cam. *verb. appellare quibus* &c. *Recessus Imp. novissimus de Anno* 1654. §. Als sich dann ꝛc. 158. Atque Camera his æquè, ac aliis inhibet. Gylman. Symph. *tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *de rel. vot.* 5. *fol.* (*mihi*) 230. Ab Officialibus, Principum nomine judicantibus.

18. Aliud verò obtinet in causis mixtis, v. g. *matrimonialibus, decimarum* &c. ibi enim in arbitrio partis est, an à sententia ab Officiali lata, ad Cameram, vel ad Nuntium Apostolicum appellare quis velit; Sic non ita pridem in causa M. contra R. *prætensæ defloration is & alimentationis prolis*, Mandatum cassat. in Camera contra appellationem ab Officiali ad Nuntium Apostolicum impetratum, ex post facto iterum cassatum fuit. In his tamen cautè procedendum, ita, ut si incidat mera facti (non juris) quæstio, ad Cameram omninò appellandum sit. Pulcherrimum est præjudicium in *sententia* 13. *Decemb.* 1677. *lata*, quod hîc jungi meretur: *In causa Scabinorum supremæ Justitiæ Civitatis & Patriæ Leodiensis, impetrantium, contra Abbatem S. Laurentij, conservatorem Privilegiorum Cleri secundarij L. & Conf. impetratos reos, Mandat. cassat. & inhibit. S. C. unà cum citatione ad videnda se incidiss. in pœnam viol. jurisdict. Imp.* &c. *ut & ulterioris* &c. Doct. S. suam, ratione declarationis pœnæ factam petitionem adhuc denegamus, sed L. N. allatis per illum, ob speciales hujus causæ circumstantias, non attentis, ad docendum, prædictis emanatis & reproductis Cæsareis mandatis, per omnia, & in specie, præfatos impetrantes in cognitione super incidente quæstione, in actione reali per I. M. ratione modi solvendi introducta ulteriùs non turbari, realiter paritum esse, tempus trium mensium, pro termino & prorogatione ex officio præfigimus, sub tali comminatione, nisi ita egerit, quòd tunc ipsius principales in pœnas dictis mandatis insertas, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc declarati, arctiores Processus decreti, iidemque in expensas desuper factas, salvô nostrô judiciali moderamine, impetrantibus refundendas, condemnati esse debeant; per hoc tamen Ecclesiasticæ jurisdictioni, in aliis ad illam fun- In mixtis causis, quam electionem habeat Appellans.

dandam qualificatis casibus, uti & in personalibus, inter Ecclesiasticas personas principaliter institutis actionibus, neutiquam præjudicantes; Decano insuper & Capitulo S. Johannis, uti & J. M. ubi una vel altera pars se per futuram Scabinorum super modo solvendi sententiam gravatam esse crediderit, jus, ad superiorem competentem appellandi, reservantes.

Ab Electoribus non appellatur.

19. Ab Electorum Imperii sententiis, non appellatur ad Cameram, neque alium superiorem, secundùm *Auream Bullam T.* von der Churfürsten Freyheiten: Elector tamen Palatinus huic Privilegio renunciavit. vid. suprà *tit. 20. cap. 1. de Privilegijs Elector.* Electores Rheni, Privilegio *Aureæ Bullæ* jam dudum tacitè renunciârunt, quia semper detulerunt appellationibus ad Cameram; & eo ipso, quia impetrârunt Privilegia super certis summis, ait Auth. *præjud. Cam. voc. Privilegium. p. 274.*

A Judice feudorum ad Camer. appellatur.

20. Item à judice feudorum generali, & à paribus Curiæ ad Cameram appellatur. Mynsing. *observ. 90. cent. 5.* Gail. *observ. 1. lib. 1. num. 56.* Sic à Paribus Curiæ appellatum superioribus annis, in causa Bayemer contra Hervorden / quæ 7. *Julij*, 1682. deserta declarata, ex eo, quòd Juramentum appellationis coram Paribus Curiæ, qui Privilegium non habeant, citra debitum, fuerit præstitum, cùm in Camerali judicio id fieri debuisset. Attamen restitutio postmodum concessa fuit, factâ remonstratione, Principalem extra culpam fuisse. Et hujus causæ decisio indies expectatur.

Appellatio coram Notario & testib. fieri potest.

21. Neque verò solùm coram judice inferiore, verùm etiam, *illo absente*, coram Notario fide digno atque approbato, & testibus appellare licet. Ordin. *Part. 2. tit. 29. §.* Item so sol einem jeden. 4. Mynsi. *obs. 14. cent. 2. & obs. 44. cent. 4.* Denais. *Appell. coram Notario. §. 1.*

Quæ vocatur in Scriptis.

22. Et hæc appellatio vocatur *appellatio in Scriptis*, ad distinctionem ejus, quæ fit *vivâ voce*, nec solùm valet in casu absentiæ judicis, ut innuit §. 21. sed arbitrii res est, an vivâ voce, an in Scriptis appellem, in definitivis, & earum vim habentibus: in interlocutoriis appellabilibus verò, illa, quæ vocatur in Scriptis, cum insertione gravaminum, omninò necessaria est, nisi doceatur, consuetudine introductum esse, (*vid. infra tit. 26. §. 17.*) ut ab interlocutoria vivâ voce appelletur. vid. *Constit. Maximiliani I.* von Notarien *de Anno 1512. Tit.* Von Appellationen *in pr.* & quæ ratione allegatæ consuetudinis refert Tilem. de Benign. *obs. pract. observ. 79. & observ. Camer. Imper. pent. 3. obs. 35.*

23. Ra-

23. Ratio differentiæ est, quòd per appellationem à definitiva totum negotium & causa principalis; ab interlocutoria verò, non, nisi certum quoddam gravamen ad judicium appellatorium devolvatur. Ut proinde judici de dicto gravamine certiùs constet, meritò statutum fuit, ut illud in scriptis proponeretur. Quare ab interlocut. vim defin. habentib. in Scriptis appelletur, & gravamina inserantur.

24. Est etiam aliud genus appellationis in scriptis, quod fit per nudam exhibitionem schedulæ appellationis, ad manus judicis coram Tribunali, licèt ex intervallo, de quo vid. Tileman. de Benign. *obs. supplic. cent. 2. obs.* 44. Nec hoc requirit Instrumentum, nec aliam insinuationem, cùm ad protocollum fiat, & sit actus judicialis. Aliud genus in Scriptis appellationis.

25. Sed coram Notario & testibus si appellatum fuerit, judex inferior, postquam appellatio legitimo modo illi insinuata fuerit, Appellanti Apostolos decernito, & tempus appellationem prosequendi præstituito, non secus, atque si coram ipso appellatum fuisset. Ordin. *d. Tit.* 29. d. §. Item so sol einem jeden ꝛc. 4. Confer Wesembec. *consil.* 1. *num.* 30. & Dan. Moller. *ad Constit. Sax. P.* 1. *c.* 21. *ubi hanc Ordinationis legem attingunt.* Quid fiat à Judice, post insinuatam appellationem.

26. Tempus præstitui debet, nisi in Privilegio tempus certum expressum esset, quod in aliquibus continetur. Prætereà, si Judex, ad prosequendam appellationem, tam parvum temporis spacium concessisset, ut Appellans in illo appellationem suam prosequi non posset, Camera aliud, & majus determinare poterit: Quinimò, cùm in novissimo Recessu Imperii omnibus appellantibus ad prosequendam appellationem certum tempus, 4. scil. mensium, indistinctè præfixum sit, eo ipso determinatione Judicis à quo tantopere opus non est. Temp. proseq. appell. præfigit.

27. Appellanti verò liberum fuerit, Apostolos petere, vel non petere. *Ordin. Cam. P.* 2. *tit.* 30. *in princ.* nam hodie actorum editio Apostolorum vicem supplet. Noë Meurer. *P.* 3. *n.* 80. Apostolor. petitio arbitraria est.

28. Sunt autem Apostoli, literæ dimissoriæ, ut nominantur, quas Judex, à quo appellatur, tradit Appellanti ad Instantiam ejus, ad Judicem, ad quem appellatur, deferendas, quibus significat, quomodo à sententia sua appellatum sit, & quibus Judex, ad quem appellatur, de negotio causæ edocetur atque informatur. *l. un. de Libellis dimissorijs. l. judicibus. C. de Appellat.* & dicuntur libelli dimissorii, sive literæ dimissoriæ, quia per illas causa, ad Judicem, ad quem appellatur, dimittitur. Apostoli quid?

29. Et sunt vel *Conventionales*, vel *Testimoniales*. Conventionales sunt, si pars adversa appellationem admittat, sive in judicio, Judice re- Quid sint Conventionales?

refutante seu renuente, vel tacente & permittente, sive extra judicium. *c. oblatæ extr. de appellat.* Et hi dantur vel ab ipso Appellato, vel à Notario. Petr. Termin. *in proceff. cap. de Appellat.*

Quid testimoniales.

30. Testimoniales sunt, qui testificantur de appellatione facta coram Judice, vel coram publicis honestis atque fide dignis personis, id quod fit, aut cùm judex Apostolos dare recusat, aut cùm judex reperiri non potest. *d. c. oblatæ x. de appellat. c. pastoralis de offic. ord.* Suntque vel *reverentiales* vel *refutatorij.*

Quid Reverentiales.

31. Reverentiales sunt, in quibus Judex, à quo appellatur, appellationi defert, in honorem & reverentiam judicis superioris, ad quem appellatum est. *l. eos. §. super his. C. de appellat.* quos vulgò etiam dimissorios appellant, quia judex appellationi deferendo, litigatores ex sua jurisdictione dimittit, ad eum, ad quem appellatum est. *l. unic. ff. de libellis dimissor.*

Effectus illorum juris.

32. Nec carent effectu Juris hi dimissoriales: defert enim per hos appellationi, manum sibimetipsi ligat, & sententiam exequi non potest, etsi non devolubilis, aut ab ea appellari prohibitum esset, cùm deferendo appellationi, Jurisdictione in totum semetipsum privaverit. Ita in terminis Honded. *lib. 2. consult. 22. num. 48.* Gomes. *3. var. resol. 13. num. 32.* Scacc. *de Appellat. quæst. 17. limitat. 4. num. 57.* Chart. *in decis. Rotæ Genuensis decis. 111. num. 6.* Marant. *in spec. p. 6. vers. appellatio num. 209.* Quod tamen eatenus intelligendum est, nisi processus appellatorii denegati, vel postquam decreti, causa non devoluta pronunciata fuisset.

Quid Refutatorii.

33. Apostoli refutatorii sunt, quibus appellatio à Judice inferiori refutatur & recusatur, ob certas causas & rationes, quamobrem appellationi locus relinqui nequeat. *l. fin. §. in refut. C. de appellat.* vid. Speculatorem *Part. 2. T. de Apostolis, & Lexicon* Simonis Schardii, quondam Cameræ Adsessoris, *de vocabulo Apostoli, & processum judiciarium Terminei. c. 53.*

In quem finem appell. interposita coram Notario, Judici à quo insinuatur.

34. Ulteriùs liberum relinquitur appellanti, appellationem coram Notario factam, judici à quo, insinuare vel non insinuare. Sed ut contra Judicem inferiorem attentantem agere possit, appellationem insinuare necesse habet. Ordin. *P. 2. d. T. 29. d. §.* Item so sol einem jeden ꝛc. 4. vide Mynsing. *obs. 44. circa finem, cent. 4.* Hartm. Eppin. *tit. 19. de appellat. obs. 7. & 8.*

Ignorans appellatum

35. Nisi enim appellatio judici inferiori insinuetur, quamvis ille

ad

ad Instantiam Partis, ad executionem sententiæ, aliâve ratione in jure processerit, antequam Judicium Camerale inhibeat, attentâsse non censetur, neque Appellans in Camera super attentatis acturus auditur, sed in appellationis articulo procedere cogitur. Ord. *d. T.* 29 *d* §. Item/ so sol einem jeden ꝛc. 4. Mynsing. *observ.* 12. *&* 85. *cent.* 2. *& obs.* 44. *cent.* 4. Denais. *T. Appellatio coram Notario.* §. 2. Adde Lancellot. *part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 3. *num.* 4. *& seqq.* Costam. *tract. de facti scientia & ignor. cent.* 2. *distinct.* 48. *num.* 4. & quæ traduntur *relat.* 79. *num.* 27. apud Klock. ratio est, quia Judex, quà talis, appellationem ignorare creditur, ignorans autem non attentat, uti eam ponderat in hisce terminis Camill. Borellus *vol.* 2. *decis.* 36. *num.* 134. esse, non attentat.

36. Quid si Appellans, aut alius nomine ejus, Judici notificaret appellatum esse? Hoc non sufficere arbitror, quia plenæ & certæ notitiæ probatio requiritur, adversus eum, quem attentata delicti arguunt, quod cujusvis relatio non adimplet, ut notum est. Deinde, ad faciendam insinuationem, solennitas legalis requiritur, quæ cùm sit de forma, omitti nequit. Quibus adde, quòd non sufficiat, scire appellatum esse, sed etiam necesse sit, scire, appellationem esse intra decendium, & quidem cum solennitate legali. Judex à quo non attentat, nisi appellation. certam notitiam habeat.

37. Hîc notanda quæstio *de attentatis*, quomodo scil. revocari debeant? Cujus rei non levis est disceptatio inter Dominos Assessores; Quidam putant, attentata commissa, vel intra decendium, vel post insinuatam Judici appellationem, semper revocari per Mandata attentatorum revocatoria, licèt inhibitio decreta nondum fuerit. Attentata quomodo revocentur.

38. Alii contrà per Mandata aliter revocari non posse, nisi vel intra decendium, vel post insinuatam inhibitionem attentatum fuerit, cui sententiæ non parum patrocinatur *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. 59. ubi statuitur, Mandata attentatorum revocatoria extrajudicialiter tum demum decernenda esse, quando post inhibitionem insinuatam facta; Cæterùm, non nisi judicialiter, id est, per sententiam definitivam, aut Mandatum ita decretum esse revocanda. De attentatis monita ulteriora.

39. De attentatis adhuc sciendum: Quòd Judex, si appellatio ipsi & parti non sit insinuata, vel, ut vulgò loquuntur & barbarè, intimata, non facit attentata. Lancellot. *de attentatis cap.* 12. *num.* 8. *&* 9. Insinuatio enim sive intimatio appellationis, licèt non requiratur quoad effectum devolutivum, attamen necessaria est quoad attentatorum effectum. Lancellot. *Ampliat.* 15. *n.* 21. Nihil enim imputandum Judici

aut partibus innovantibus, pendente appellatione, si appellatio non fuerit intimata, addit Lancellotus *ibidem.* Vide tractat. tractatu *fol.* 355. *num. tom.* 3.

40. Deinde, ratione attentatorum, inter Judicem & partem appellantem hanc differentiam esse, quòd contra priorem, si attentata, vel intra decendium, vel post insinuatam inhibitionem fiant, Mandatum attentatorum revocatorium decernatur; Appellans verò, si attentet, seu contra sententiam priorem quid faciat, eo ipso cadat causa, & ea pronuncietur deserta, Mynsing. 2. *obs.* 50.

TIT. XXIV.

Quinam ad Cameram appellare possint.

§. 1.

Qui appellare possint?

AD Cameram appellare possunt, quotquot per sententiam Judicis aut Magistratus inferioris, gravantur. Ordin. *part.* 1. *tit.* 28. §. Und dieweil ꝛc. 1.

Subditi non sunt terrendi, ne appellent.

2. Et subditos ab appellando nemo carcere, jurejurando, minis abstineto; contrà si fiat, gesta irrita sunto, appellationis prosecutio salva maneto. Ord. *ibid.* Denais. *appellat. Renunciatio.*

Secus facta vindicat Camera.

3. Solent autem hoc casu, prout in omnibus aliis, ubi quis ab instituendo vel prosequendo processu impeditur, contra Magistratus decerni *Mandata de non impediendo prosequi litem S. C.* cujusmodi mandatorum plurima extant præjudicia: ut in causa *I. W. M. & Cons.* contr. *F. C.* Grafen zu *H.* & nuperrimè in Sachen Brachtischer Erben contr. Chur-Cöllnische Regierung zu Arensberg. Sic in causa Pentz contr. M. in ipsa sententia victo injunctum erat, ne appellaret: hoc tamen non attento, appellatum & appellatio recepta fuit.

Si quis ejuraverit appellationē.

4. Quòd si tamen juramento, *se non appellaturum*, quis pollicitus fuerit, & nihilominùs appellet? Hoc casu appellationem quidem valere, sed Appellantem perjurum esse, inquit Tilem. de Benign. *Obs. Cam. Imp. pent.* 3. *obs.* 15. relaxationem ergò, si coacta sit pollicitatio, priùs impetret, necesse est, idem Tilem. *Pract. obs.* 87. *in fin.*

Statuto, vel consuetud. impediri non potest appellatio.

5. Et neque statuto, neque consuetudine appellatio ad Cameram impediri potest, de quo tamen Dd. variant in *l. omnes populi. ff. de justit. & jur.* & Decius *Consil.* 553. *num.* 2. concludit, valere statutum. Et talia statuta extant in quibusdam locis Germaniæ; Sed Camera ejusmodi

modi statuta non attendit. Mynsing. *observ.* 14. *cent.* 1. Gail. *lib.* 1. *obs.* 135. *n.* 12. Secus in privilegiis, *ut suprà dictum.*

6. Ratio autem, quare statuta appellationem prohibentia non attendantur, ea est, quòd appellatio sit species defensionis naturalis; Hinc, licèt pacto eadem tolli aut illi renunciari possit, per *l. fin. C. de pact.* Statutô tamen municipali idem fieri nequit. Kletzel. *de appellat. c.* 1. *n.* 9. excepto, quòd certis modis & qualitatibus coërceri & restringi concedatur. Idem, *dict. loc. n.* 13. Summus tamen Princeps illam tollere potest, & hinc originem trahunt Privilegia de non appellando, vel penitus, vel juxta certam summam. Cur ita.

7. Porrò quæritur: An Pars gravata, quæ in judicio à quo, remedium revisionis, Leuterationis vel Supplicationis usurpare intendit, à Judice antea ita constringi possit, ut cavere debeat, quòd Leuteratione loco appellationis ad Cameram uti, ac proinde eo ipso appellationi renunciare velit, quomodo nuper 28. *Junij*, 1687. in Episcopatu Hildesiensi factum, *his talibus formalibus*: In Sachen/ Frantz Quensen Leuteranten/ an einem / entgegen und wider die Sustermannische Erben/ Leuteraten/ am andern Theil/ wird besagter Leuterant gnugsam caviren / daß er die Leuteration, an statt der Appellation ad Cameram sich gebrauchen / und derowegen des Appellirens ans Käyserliche Cammer-Gericht verzeihen und begeben wolle / solle Leuteratio verstattet / und ferners ergehen/ was recht ist. Sed cùm hoc antedictis adversetur, meritò non attendi debere, sed benè à tali decreto appellatum, putandum est. An quis cogi possit, ut renunciet appellat. ad Cam.

8. Denique ad Cameram appellare possunt, quotquot justam appellandi causam habent, *argum.* §. Darzu dieweil ꝛc. 2. *Ordin. d. T.* 28. Appellare possunt omnes justam causam habentes.

TIT. XXV.

De Actorum editione, & quomodo Judex inferior acta prioris instantiæ edere teneatur.

Ordin. P. 2. T. 31.

§. 1.

ALterum appellationis fundamentum in actorum editione positum est: quanquam Acta, non solùm in appellationum, verùm etiam aliis provocationum, & quibusdam simplicis querelæ causis, denegatæ videl. justitiæ & aliis, Judici superiori edenda sint. Sic ubi Citatio super Editio Actorum appellation. alterum fundamentum.

protracta seu denegata justitia rogatur, simul etiam compulsoriales rogantur, & quandoque etiam inhibitio. Idem præterea in variis causarum generibus contingit, præprimis quoque, quando subditi cum Domino non benè conveniunt. Sic 11. Mart. 1687. factum, In Sachen sämptlicher Dorffschafften des Gerichts Schlitz / wider weyl. Vollbrechten von Schlitz / genannt von Görtz / jetzo dessen Erben / in Actis benannt / und Conf. *Mandati pœn. de relax. captiv. & non molestando ob debitum alienum C. C.* dum ita pronunciatum: Ist D. Müegen sein der Declaration pœnæ und arctioren halben beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen / sondern / dieser Sachen absonderlichen Beschaffenheit nach / L. Albrechten und D. Marquarten alle beym Unter-Gerichte in dieser Sachen verhandelte Acta, zu welchem Ende in eventum compulsoriales, von Ampts-wegen hiemit erkandt werden / einzubringen / &c. Zeit dreyer Monaten angesetzt / sub solita commination, &c. Vel ex singulari motu *Domini Judicis*, uti factum 3. *April.* 1685. in causa der Buchhändler zu Hamburg contra die Stadt Hamburg / *Mandati de exequ. C. C.*

Acta inferior. Judicii, superiori ex variis causis edi solent.

2. Quamobrem, ut causæ appellationum expediantur, Appellans, post interpositam appellationem, per Procuratorem prioris Instantiæ monitus, sive Apostolos reverentiales, sive refutatorios, sive nullos omninò obtinuerit, intra tringinta dierum spacium, ab interposita appellatione, *Acta prioris instantiæ*, instanter, & oblatâ cautione solvendæ mercedis, à Judice inferiore vel scriba petito, & Judex, justo pretio, sine mora postulanti edito. Ordin. *part. 2. tit. 31. in princ. & p. 3.* §. Derowegen dann. 3. *Recess. Imp. Ann.* 1570. §. In den Appellation-Sachen. 74. Denais. *Act. editio.* §. 1.

In causis appell. Acta intra 30. diem requirenda sunt.

3. Quod, uti modò dictum, de requisitione Actorum intra trigesimum facienda, jamdum antè in Ordinatione fuerat provisum, illud per *noviss. Imp. Recess. de An.* 1654. §. Ob er auch. 55. vers. Nichts destoweniger. repetitum, & certâ pœnâ desertionis paratissimæ munitum est.

Hoc olim jam constitutum, in recess. noviss. repetitum.

4. Sic ex hoc capite, non requisitorum intra trigesimum Actorum, indies causæ in Camera pronunciantur desertæ, idque vel ad postulatum partis appellatæ, vel etiam ex officio, parte licèt tacente, & litem in principali contestante; uti de hoc ultimo casu præjudicia exstant indubitata in causa Baumhoffer *& Consort.* contra de Bruin / 27. *Maij*, *Anno* 1658. & in causa *C. M.* contra *P. eod. dat.* & in causa Hohen-Zollern contra Grutzentz / 11. *Febr.* 1659.

Causa fit deserta, nisi Acta requirantur.

5. Sed

5. Sed quid, si Judex intra trigesimum sponte edat Acta, annon hoc casu requisitio cessabit, cùm Judex ipse eam anticipaverit? Quid etiam, si requisitio sit neglecta, Judex tamen Acta edat, licèt post tricesimum? Priori casu desertionem cessare arbitror, posteriori verò non, quia requisitio illa instar formalis & appellationis quoddam solenne est, quæ si intra tricesimum neglecta fuerit, vitiat actum æquè, ac si post decendium appellatum sit, *docente ita in præsentia praxi.* Si Judex ante 30. diem sponte edat, non factâ requisitione.

6. Quoniam autem, uti dictum, requisitio loco formæ est, ex hoc fundamento etiam in *primo casu* §. *præced.* ob paritatem rationis, causa sanè deserta pronunciari videtur; parum enim interest, si quis neglectâ requisitione Actorum intra tricesimum, ea in primo termino producat, utrùm à Judice ante vel post tricesimum edita fuerint, & tamen in subsequentibus benè notatur, quòd licèt Acta, ut modò dictum, in primo termino producta, nihilominùs tamen de stylo hodierno propterea deserta pronuncietur, quòd requisitio intra trigesimum, sub pœna desertionis, statuatur, tempusque assignatum non minùs atque decendium, ut benè notatum suprà, sit quasi loco fatalis, adeoque necessariò observandum. Causa tunc deserta pronunciatur.

7. Scio tamen isthoc in certo casu, **Hentscheimb** contra **Marckbreidt** Appellationis, ubi Judex prior, Comes de **Schwartzenburg**/ Acta intra tricesimum edidit, non ita strictè observatum, sed licèt requisitio non processerit, nihilominùs processus appellatorios decretos fuisse; durum namque foret, si cùm Judex, spontaneâ editione Actorum, Appellantis requisitionem intra tricesimum præveniret, ille propterea totâ causâ cadere deberet. Casus, ubi processus decreti, licèt requisitio non facta fuerit.

8. Quid, si requisitio intra tricesimum non sit facta, acta tamen justo tempore, primo scil. in termino, ab Appellante producantur, an nihilominùs appellatio reddetur deserta? Sanè, primo intui hoc negandum videbatur, cùm hæc Constitutio in eum saltem finem, ut acta celeriùs producerentur, & causa maturetur, sit introducta; ergò de mediis jus nostrum non curat, fine jam obtento. *Secundò*, quia in eodem *Recessu.* §. **Deßgleichen** ꝛc. 14. cautum, ut compulsoriales simul cum citatione, sub præjudicio desertionis, petantur: omittuntur tamen, citra periculum desertionis, si certò confidamus, Judicem Acta, cum rationibus decidendi, sponte editurum, vel si ea jam dum ediderit, ut exinde consequens esse videatur, de hoc documento requisitionis idem esse dicendum, cùm ambo tendant in unum finem. Eadem quæstio.

Responsio.

9. Attamen, quicquid sit, ego Appellantibus, ut se, causamque exponant tanto periculo, à consiliis non ero, cùm hæc requisitio in tantum hodiè requiratur, ut, nisi ea probata, processus etiam denegentur: memini etiam actis, licèt in primo termino productis, causam Baumh. contra de B. aliasque quamplurimas, nihilominùs ex hoc capite pronunciatas esse desertas, 27. *Maij*, 1658. Et hoc adeò procedit, ut, nisi, requisitionem intra 30. diem factam, debitè edoctum fuerit, ulteriores compulsoriales non decernantur: prout contigit *d.* 14. *Martij*, 1673. In Sachen I. C. H. wider B. weyl. I. I. K. Wittibe/ *Appell.* in his verbis: Ist Lic. F. E. A. sein der ulteriorum compulsorialium halber beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern/ daß die Acta intra trigesimum zu recht requiriret worden/ glaublich zu bescheinen/ Zeit eines Monats/ pro T. & P. &c. *Sub solita comminatione.*

Circa requisitionem actor. dissensus Assessorum.

10. Circa requisitionem Actorum ulteriùs notandum, Dnn. Assessores hac in parte ab initio inter se non convenisse, certis quibusdam, ob omissam requisitionem actorum intra tricesimum, pœnam desertionis: aliis è contra tum demum eandem pœnam dictantibus, si in primo termino acta producta non fuissent.

Novissi. Rec. expressa verba de ea sunt.

11. Quia tamen in *novissimo Recess. Imp.* ut & *Ord. Cam.* inter alia expressè cautum fuit, ut diversa præjudicia Dnn. Assessorum, per deliberationem & conclusionem in pleno evitentur; sic quoque majoribus votis obtinuit, ut propter expressa verba *desertionis* requisitioni Actorum addita, eâ non factâ, causa ex officio pro deserta, & tempus hoc tricesimi quasi loco fatalis haberetur.

A compuls. ad requisit. Actor. non valet argum.

12. Neque valet argumentatio, à compulsorialibus ad requisitionem Actorum. (§. 8. *h.*) Nam in *d. Recessu novissimo*, arbitrio partis relinquitur, an illud suo periculo omittere vel petere velit; Secus atque in requisitione Actorum, quæ strictè, & quidem sub pœna desertionis, fieri jubetur.

Præjudiciũ notabile in causa desertionis, ob requisitionem Actor. intermissam.

13. Huc pertinet notabile præjudicium in Sachen *Mævij* contra *Titium*, ubi Procuratori appellanti per sententiam Cameral. injuncta probatio, Acta primæ Instantiæ, tempore debito (i. e. *juxta Recess. Imp. de An.* 1654. §. Ob er auch schon. 61. vers. Nichts destoweniger/ intra trigesimum à die interpositæ appellationis) apud Judicem à quo fuisse requisita.

Verba interlocutionis.

14. *Tenor* 8. *Februar.* 1658. *latæ sententiæ*: In Sachen Mævii wider Titium und Cons. Appell. ist Lic. Sejo sein der Desertion halben be-

beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen/sondern Doct. Sempronio, daß die Acta primæ Instantiæ in gehöriger Zeit requiriret worden/zu bescheinen/die gebettene Zeit pro Termino & Prorogatione von Ampts wegen angesetzt/mit dem Anhang/wo er solchem also nicht nachkommen wird/daß alsdann die Sache in diesem Punct vor beschlossen hiemit angenommen seyn solle.

15. Quamvis autem D. Sempronius, Appellantis Procurator, *d. 9. ejusd. mens.* loco paritionis indicaret, Acta intra prædictum terminum, eò quòd hoc in inferiori judicio, ante reverentiales vel refutatorios Apostolos, moris haud esset, non requisita quidem, illa tamen in primo reproductionis termino actualiter in Camera exhibita, adeoque intentioni dicti *Recessus Imp.* in effectu fuisse satisfactum; idemque simul, in eventum, quatenus opus, restitutionem brevi manu, & ex officio nobili Judicis decernendam, peteret; Nihil tamen impetrare potuit, quin potiùs *d.* 19. *illiusmet mensis*, hujusmodi desertoria fuit lata:

16. *Tenor sententiæ*; In angemaster Appellation-Sach Mævii wider Titium und Cons. ist Doct. Sempronio sein am 9 Februar. jüngst beschehen Begehren abgeschlagen/darauff/Einwendens ungehindert/erkañt/daß diese Sache/als desert. an diesem Käyserl. Cañer Gericht nicht anzunehmen/.sondern an Richter voriger Instantz zu remittiren und weisen seye; als wir solche hiemit remittiren und weisen/auch ihne Appellanten die Gerichts-Kosten an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht derentwegen auffgeloffen/ermeltem Appellaten/nach rechtlicher Ermässigung zu entrichten und zu bezahlen/fällig ertheilend. *Sententiæ desertoriæ tenor.*

17. Quid si semel factâ justo tempore requisitione, Judex inferior terminum ad editionem parti præfixerit, nec tamen intra eum ediderit; an ulteriori requisitione, intra hunc terminum facienda, ejusque Documentô opus erit? Ita sanè, idque sub præsentissimo præjudicio absolutionis. *Dict. Recess.* 1654. §. Dabey gleichwol. 57. add. infr. *L.* 3. *tit.* 29 §. 108. Quid verò, si præfixerit terminum Judex, sed appellans intra statutum tempus Acta non redemerit? Desertionis periculum hoc casu subesse, ex sententia colligere licet, *d.* 26. *Mart.* 1686. lata: In Sachen weyl. Egidii Hennings nachgelassener Wittiben/jetzund deren Erben und Curatoren/in Actis benannt/wider die Gebrüdere Freyherren von Kielmanseck/tertiæ Appellat. Ist Lic. Eichrod sein der Desertion halben beschehenes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen/sondern sollen Bürgermeister und Rath der Stadt Hamburg

An & quando iteranda semel facta requisitio?

Si appellans Acta intra terminum præfixum non redimat.

burg Heinrich Röseler (ob und welcher gestalten in der von ihme præfigirter sechs wochentlicher Zeit / die Appellanten umb Abfolgung der Acten sich angemeldet haben?) eydlich abhören lassen/ und seine hierüber gethane Aussage verschlossen anhero übersenden.

An missiva privata requisitionem probet, & impediat desertionẽ.

18. Elegans hîc quæstio occurrit: An missiva privata de requisitione Actorum attestans, desertionem præcavere possit? Quod negandum, ut apparet ex relat. causæ Clauß von Münighausen contra Anthon Köhlers apud Klock. *relat.* 94. & weyl. Jörgen Rammels Erben contra Valentin von Osten / *relat.* 96.

Probat, à Secretario Judicii scripta.

19. Quòd si talis missiva à Secretario Judicii, vel alio homine fide digno data esset, vix hærerem, quin saltem processus decernerentur, & partibus in processu causæ libera disputandi facultas relinqueretur, utrùm requisitio Actorum debitè facta fuerit nec ne; Sic cùm non ita pridem Nuncius à Secretario cujusdam Judicii, quem in platea casu offenderat, Acta requireret, licèt hoc in loco Judicii factum non fuerit, nihilominùs Exceptio desertionis rejecta est. Jung. infr. *Lib.* 3. *tit.* 29. §. 123.

Acta integra edi debent.

20. Acta prioris Instantiæ integra Judici Cameræ edenda, cumprimis verò Mandata Procuratorum illis inserenda sunt, Ord. *Part.* 2. *tit.* 31. §. Dieweil auch. 2. & §. Würde sich. 3. Den. *ibid.* §. 2.

Defectuosa Judex supplet, suis sumptibus.

21. Si quid Actorum defuerit, Judex, ejusque Notarii sive Scribæ, sumptibus propriis, sine Appellantis dispendio, supplento. Ordin. *ibid.* Denais. *ibid.* Solentque hoc casu decerni ulteriores compulsoriales, sumptibus prioris Judicis redimendi.

Quid Acta continere debeant.

22. Actorum editione omnia, quæ vel ante sententiam, vel simul posteave exhibita, decreta, gestave fuerint, plenè continentor. *Recess. Imp. Anno* 1570. §. In den Appellation-Sachen / 74. Denais. *Act. editio.* §. 7. Quæ ubi ex culpa Appellantis integra non exhibentur, appellatus à citatione absolvitur, uti factum 10. *Decemb.* 1674. in Sachen A. W. von S. contra P. Hertzogen zu C. Appell.

23. Quamobrem in Judiciis inferioribus vel proceditor in Scriptis, vel acta omnia literarum monumentis sedulò consignantor. Ord. *P.* 2. *T.* 31. §. Darneben nicht. 1. Den. *Act. confectio.* §. 1.

Quid fiat, si Acta integra non sint, culpâ Judicis.

24. Si Acta prioris Instantiæ integra haberi nequeant, vel quia sunt amissa, (quam amissionem partes probare debent, uti patet ex sententia 28. *Septemb. Anno* 1677. lata: In Sachen F. B. von G. wider sämptliche B. Erben/Appellationis, ist der Bescheidt/ würde Lic. A. sein Vorgeben / daß die Acta prioris Instantiæ verbrandt und verdorben seynd/

seynd/ glaublich bescheinen/ warzu ihme Zeit zweyer Monat/ ꝛc. daß solches gehört werden/ und darauff ferner ergehen solle/ was recht ist/ vel quia Judex ea diligenter consignanda non curavit, & ob defectum Actorum Appellans in Camera procedere nequeat, causa pro concluſa ex officio acceptatur, & interlocutoria pronunciatur, qua actori originario, id est, illi qui in priori instantia actor fuit, injungitur, ut in Camera de novo agat. Mynsing. *obs.* 11. *cent.* 1. Gail. *lib.* 1. *observ.* 134. *num.* 21.

25. Et hoc casu mulctatur simul Judex, pro arbitrio judicantis, in unam, aut duas Marcas auri, ob id, quòd Acta decenter conscribi non curaverit. vid. Præjudicia apud Gail. 1. *obs.* 134. *n.* 14. Mynsi. 1. *obs.* 11. Scip. *dec. Cam.* 18. *lib.* 1. Quæ pœna etiam locum habet, si rationes decidendi, unà cum Actis prioribus, non transmittantur, prout non ita pridem erga Consilium Leodiense observatum fuit.

Judex hoc casu mulctatur, ut & si rationes decid. non transmittantur.

26. Quòd si tamen vel evidenter, vel præsumptivè, citra dolum vel culpam Judicis inferioris, vel partis Appellantis, Acta integrè non fuerint edita, nonnunquam, & ex arbitrio Domini Judicis superioris, per sententiam injungitur appellanti, denuò Acta à priori Judicio sufficienter, & præsente alterâ parte, collationata, sumptibus suis redimat; utì factum in causa *Soreau* contra *Oddi* appellationis. Contingit quoque, ut, *extra causas appellationis*, ex multiplici fato, Acta in ipsa Camera manca fiant: tunc implorans vel suopte motu, ad causæ accelerationem, illa quantocyus complere studet; vel per sententiam Judicis, ut compleat, admonetur; quemadmodum contigit in causa *M.* contra *M. simplicis querelæ.*

27. Hoc in praxi ita servatur, ut contra Judices, rationes decidendi simul cum actis non mittentes, vel ad petitum partis, vel ex officio, ulteriores compulsoriales Camera decernat, simulque Fiscalem, ut contra negligentem procedat ad pœnam, officii sui admoneat. Sic admonitus Fiscalis & ulteriores compulsoriales ex officio decreti fuêre, in causa **Woberſ.** contra **Beling** Appellationis 12. *Novembr. Anno* 1658. quamvis ex rationibus, Judicem moventibus, contra Judicem inferiorem, non ulteriores, sed rescriptum simplicium compulsorialium decretum esse in causa *F. & Conſ.* contr. *G.* per sententiam 13. *Martij*, 1657. *publicatam*, in hac materia etiam meminerim.

Si rationes decidendi, cum actis non mittantur.

28. Judex inferior, à quo appellatur, diem, imò etiam horam, si fieri possit, qua sententia publicata, aliorumque gestorum, non Festis, aut Dominico, sed numero cujusque mensis distinctè atque clarè ad-

Judex inferior diem latæ sententiæ distinctè adsignare debet.

adsignato. Ord. *d. T.* 31. §. Und nachdem ꝛc. 4. Denaiſ. *Actor. editio.* §. 3. Intellige, quòd Judex ſuum Protocollum non de una Septimana ſeu Dominica ad aliam, ſed de die in diem menſis facere debeat.

Acta exhibenda ſunt clauſa.

29. Acta non aperta, ſed clauſa in judicio Cameræ exhibentor, aperta ne recognoſcuntor, ſecus facientes pœnam arbitrariam ſuſtinento. *Receſſ. Imp. de Anno* 1654. §. So dann ſollen ꝛc. 56.

Ita noviſſ. Receſſ. proviſum, & quam ob rem.

30. Hoc à Statibus in citato Receſſu non immeritò proviſum fuit; aliàs enim facilè Appellans in uno vel altero puncto, Actis prioribus quid adjungere vel demere poſſet. Si Acta à judice aperta mittantur, illi pro aliis clauſis ſcribi ſolet, ſiquidem Pars in culpa non ſit, & Judex, factâ licèt admonitione, ea aliter mittere non velit: ſi verò ab ipſomet Appellante ejusmodi Acta aperta fuiſſent, periculum eſſe poſſet, ne præter mulctam, maximè ſi dolus appareret, tota cauſa caderet.

Si partes acta aperiant, quid ſtatuendum?

31. Si à partibus vel aliis acta fuerint aperta, utì factum non ita pridem in momentoſa cauſa, Hennings contra Kielmanseck; Item, Catharinen Hedwigen Spannännin / Appellantin / contra Heinrich Mömling / quid Dominus Judex ſtatuere conſueverit, ex ſententia 7. *Julij*, 1685. in poſteriori cauſa lata liquet: Dann iſt in puncto Actorum der Beſcheidt: Würde Appellantin durch ſich / oder ihren darzu gevollmächtigten Anwaldt / einen Eydt zu GOtt und auff das Heil. Evangelium ſchwören / daß ſie die verſchloſſene Acta auß Unverſtandt / und nicht zu einiger Gefährlichkeit / eröffnet habe / daß alsdann D. Müeg dieſelbe zu recognoſciren oder difficiren ſchuldig ſeyn / auch / auff ferner Anruffen / der Publication und Communication halber / ergehen ſolle / was recht iſt.

Acta legitimè produci debent.

32. Debent enim Acta non tantùm in primo termino produci, ſed illud etiam legitimè, & ſecundùm Conſtitutiones Imperii fieri. Si tamen, factâ publicatione Actorum, Appellatus nil deſideraret, haud quid obſtaret, quò minùs etiam Actis apertis ſententia fieri poſſet: Porrò, ſi Acta non clauſa, ſed aperta producantur, non tantùm Judex, ſed etiam pars ea producens, arbitrariè puniri poterit. *Receſſ.* 1654. §. So dann ſollen die Acta &c.

Modus actorum publicationem & communicationem conſequendi.

33. Quando Acta clauſa ita judicialiter producuntur, ſimul ab Appellantis Procuratore eorundem recognitio, ab Appellati Procuratore facienda, tum publicatio & communicatio petitur. Poſtquam Procurator diverſæ partis recognovit & in publicationem conſenſit, acceptatur hoc ab Appellantis Procuratore, ac poſtmodum utrique

parti

parti Actorum inspectio, à quibus tamen rationes decidendi semoventur, permissa est: *Uti stylus & praxis docet.* vid. infr. *L. 3. tit. 29. §. 137. seqq.* Aliter se res habet in Actis seu rotulo commissionis. Hîc enim publicatio & communicatio demum per sententiam decernuntur.

34. Præcipitur autem litigantibus, eorumque Advocatis & Procuratoribus, ut Acta prioris Instantiæ diligenter colligant, asservent que, quò magis illis in judicio appellationis, dato casu, in sui commodum uti queant. Quod in futuris causis ita constitutum. Quid in causis jam pendentibus obtinere debeat, vid. *dict. Recess.* §. **Wolte er aber.** 65. Partes Acta prioris instantiæ curiosè colligere debent: cui fini.

35. Quod modò dictum, non tantùm de parte, quòd scil. Actorum copiam apud se habere debeat, sed etiam de Judice vel maximè intelligendum est, ne aliàs, actis fortè in Camera ob multitudinem causarum, distractis, earum copiæ apud Judices prioris Instantiæ habere non possint. Idem incumbit Judici à quo.

36. Acta partibus utrinque aut eorum Procuratoribus præsentibus inrotulantor. *d. Recess.* §. **So dann sollen** &c. 62. Actorum inrotulatio.

37. Rationes decidendi clausæ adjunguntor, unàque cum Actis Cameræ eduntor. *d. Recess.* §. **Deßgleichen.** 60. Rationum decidendi adjunctio.

38. Collegia Juridica, aut Universitates, rationes suarum sententiarum, ex facto brevissimè desumptas, judici à quo requirenti gratis communicanto, *d. Recess.* §. **Ob er auch schon.** 61. Collegia Juridica rationes edunt.

39. Eæ in usum futuri Referentis. Collegii & Lectorum custodiæ committuntor. *d. Recess.* & §. **Ob er auch schon.** 61. Quæ in Lectoria custodiendæ.

40. Contra negligentem edere rationes decidendi, pœna duarum Marcarum auri esto. *d. Recess.* §. **Deßgleichen.** 60. Imò, si judex cunctatus fuerit, solet illi sub pœna dupli injungi editio: quomodo factum 13. *Martij*, 1668. in causa *I. W.* contra *G. O.* his formalibus: **Dann solle der Richter** à quo **seine** Rationes decidendi, sub pœna dupli, **in vermeldter Zeit / zum Käyserl. Cammer-Gericht verpitschirt einschicken.** Pœna Jud. negligentis.

41. Clientibus, aut ipsorum Advocatis, an integra, aut manca Acta edita sint, perlustratio ne denegator. *d. Recess.* §. **Wolt er aber** &c. 59. Quod tamen per commune decretum 3. *Martij, Anno* 1660. Sollicitatoribus, nisi ab Electore, Principe, aliove Imperii Statu, suorum processuum gratiâ peculiariter ad Cameram fuerint missi, & quoad reliquos, nisi Procuratores causæ simul præstò sint, denegatum fuit. Ut clarior res fiat; quamvis Clientibus, aut Advocatis ipsorum, ex Inspectio Actorum priorum partibus licita.

Recessu Imp. d. loc. perlustratio indulta sit, arcentur tamen per anterius comm. decretum *de Anno* 1657. 28. *Januarij*, Sollicantes, & Advocati non jurati, idque ut dolosis subductionibus, omnique fraudi, via præscindatur. *Verba Decreti sunt*: Die Sollicitanten betreffend / läßt man es in genere bey der Ordnung bewenden / und sol bey der Cantzley und Leserey Erinnerung beschehen / daß / Krafft besagter Ordnung / denenselben / wie auch denen von diesem Käyserlichen Cammer-Gericht nicht beeydigten Advocaten / keine Protocolla, Processus, Sententiæ, Documenta und dergleichen / communicirt / weniger außgefolget werden; dafern auch deme nicht nachgelebet werden solte / mögen sie (scil. Advocati & Procurat. jurati) ob sie wollen / solches in specie vorbringen etc.

Sollicitantibus quibus & quomodo inspectio indulgenda?

Acta in charta scribenda.

42. Acta omnia in charta, non in membrana scribuntor, ne litigatores sumptus facere cogantur, vel non pluris, quàm in charta æstimantor. Ord. *d. t.* 31. §. Weiter. 5. Denaif. *ibid.* §. 4.

Ex lingua Gallica in Latinam vertenda.

43. Si coram Judice inferiore linguâ Gallicâ litigatum fuerit, Acta, ex lingua Gallica in Latinam translata, eduntor. Ord. *d. T.* §. Nachdem auch. 6. Denaif. *ibid.* §. 5.

Appellatus, quando partem sumptuum refundat appellanti.

44. Si appellatus actis prioris instantiæ, quæ appellans redemit, & judicialiter produxit, peræque opus habuerit, & de expensis, pro editione Actorum factis, inter partes lis oriatur, an nimirum appellatus appellanti aliquid expensarum hoc casu refundere teneatur? Pars appellationi (utpote quæ utrique parti communis existit) adhærens, parti alteri Acta prioris Instantiæ redimenti, eo nomine satisfacito. vid. infr. *tit.* 28. § *fin.*

Judicis in hoc puncto Officium.

45. Sin ea de re inter se partes convenire nequeant, Judex officium & authoritatem suam interponito, quid, & quantum Appellanti refundendum sit, decidito & moderator: (Debent tamen causâ decisâ, siquidem una vel altera pars in expensas condemnaretur, hæ illi iterum refundi.) *Memorial. Visit. Anno* 1564. §. Nachdem auch. Cisner. *ad T.* 31. Ordin. *p.* 2. *fol.* 364. conf. Mynsing. *observ.* 21. *cent.* 1. Denaif. *Actor. expensæ.* § 1. nempe pro dimidia parte. Bocer. *class.* 6. *diss.* 34. *thes.* 107. Blebst. *ad Jus Würtemberg. diss.* 1. *th.* 129. Klezel. *cap.* 6. *n.* 83. per *Recess Imp.* 1560. §. Hierbeneben ꝛc. 122.

Acta justè æstimanda.

46. Acta, ne supra, quàm par est, æstimantor; in calce pretium adscriptum habento. Ordin. *d. t.* 31. §. Als sich auch ꝛc. 7. §. Und nachdem. 8. Denaif. *Act. æstimatio.* §. 1.

47. Acto-

47. Actorum singula folia binis ternisve cruciatis, sigillatio floreno uno, ligatura semisse, Latinè conversorum Actorum singula folia floreni quadrantibus æstimantor. Denaiſ. *ibid.* §. 2. Æstimationis ratio.

48. Rothvvilensis Judicii Acta suæ ordinationis præscripto relinquuntur. Denaiſ. *ibid.* §. 3.

49. Actorum taxationem, petentibus partibus, inferiore Judice etiam inaudito, Camera moderator, eoque nomine monitoria decernito, Denaiſ. *ibid.* §. 4. Non enim opus est, Judicem desuper audire, cùm omnia à Statibus certis taxis æstimata sint, soletque Judex admoneri, ut superfluum parti refundat. Taxationem immoderatam Camera minuit.

50. A moderatione facta, ne excipiente quidem contra eam, Judice inferiore, Camera recedito; quod supra extortum fuit, restituitor. Denaiſ. *ibid.* §. 5. Ab hac moderatione non recedi-tur.

51. Sic, cùm in causa **Martin Vogts** / Appellantens / contra **weyl. Johann Ratgens nachgelassene Erben**/ pro gratiosa Actor. taxat. 10. *Decemb.* 1656. supplicaretur, in hunc modum: **Eu. ꝛc. kan Anw. ꝛc. was gestalten seinem Princip. mit Außfolg- und Verfertigung der Acten unerträgliche Unkosten gemachet worden / indeme** 1. die Acta **sehr weitläufftig auff Bögen** describirt / **welches ein anderer mit leßlicher und in die Augen fallender Schrifft wol auff halb so viel / oder geringer bringen können; Daher** 2. die Cantzley-Tax/nemlich Schreib-Gebühr und Siegelung/ auff $65\frac{1}{8}$. Reichsthl. die 2. ß. mehr gelten/ als einen Albertus-Thaler/ sich beloffen / welcher Tax je übermäſsig / und für einen Bogen so weitläufftiger Schrifft wol $6\frac{3}{4}$. Batzen kommen/ so viel auch an dieses höchsten Gerichts Cantzley nicht gefordert wird. **Und haben** 3. die Acta **auff der Post desto mehr gewogen/ also/ daß von Lübeck biß hieher** 20. Rthlr. **zusammen** 88. Rthlr. Appellant **hat geben müssen. Wann nun gnädigster Ch. und Her?/dergleichen hohen Tax bey denen Unter-Gerichten/ einen hochlöbl. Käyserl. Caiñer-Gericht/ nach Befindung zu** moderiren / **in der** C. O. *Part.* 3. *tit.* 50. §. 4. **erlaubt und heimgelassen: Als gelangt ꝛc. daß seinem** Princ. **die zu viel erlegte Gelder** restituirt **werden sollen.** *d.* 20. *Oct.* 1657. ita in eadem causa fuit pronunciatum: **Daß** in puncto taxationis Actorum priorum, **ist ferners erkant/ daß das jenige/ so über** 31. fl. Rheniſch/ 42. Kr. (**worauff derselben Abschrifft/versiegel und einbindung hiemit** taxirt **und** moderirt **wird**) **von denen Cantzley bedienten zu Lübeck abgefordert und eingenoſsen worden/ermeltem** appellanten **gut gethan und wieder erstattet werden solle.**

Porrò in ead. causa 27. *Maij*, 1658. sententia dicta: **Ist D. Stiebern/ das gebetene** Monitorium, **gegen die Cantzley-Bediente zu Lübeck/ was sie ꝛc. über vorgemeldt erhaben/ dem** Appellanten **zu erstatten/ erkennt.** Super ejusmodi immoderata taxatione Cancellar. L. etiam nuperrimè in annis 1686. 1687. conquesti sunt, simul *præjudicium* supra dictum allegando, appellantes in causa **Kolatz** contra **Lammers Kinder Vormünder** / & in causa **Lau** contra **Brünning.**

Generalia circa appellationes notabilia.

52. Denique circa appellationes, à definitivis, vel interlocutoriis, definitivæ vim habentibus, generaliter notandum est, si pro processibus supplicatur, in supplica, vigore *Recessus novissimi*, §. **Zu Beförderung des** Proces. &c. & §. *seq.* necessariò, vel libellum summarium Appellationis adjungendum, vel exprimi debere, utrùm quis ad Acta priora concludere velit, aliàs enim processus non decernuntur, sed solet plerunque hoc decretum dari: **Noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern wofern** Supplicant **entweders** Libellum **beylegen/ oder** ad Acta priora submittiren **wird / sol ferners darauff ꝛc.**

Quid observandum in supplic. pro processib.

Libellus, aliaque adjuncta appellato insinuari debent.

53. Decretis itaque processibus, debet Libellus, ex Constitutione *d. novissimi Recessus*, §. **Wann auch bey Außbringung ꝛc.** unà cum aliis adjunctis, Appellato insinuari, ita, ut nisi hoc fiat, is comparere non teneatur, sed appellatio frustranea sit, prout Anno 1660. in causa quadam I. B. Ass. contr. I. B. S. S. ubi appellato Instrumentum appellationis insinuatum non erat, observatum, appellantique, ne causam ulteriùs urgeret, suasum fuit.

Primo termino quid agendum.

54. Præterea in primo termino, vel libellus producendus est, vel conclusio ad Acta priora repetenda, sub tali formula: *Loco Libelli* **wil ich** *ad Acta priora submittiret* **haben** / *vel*, *repeto Acta priora loco Libelli*; *Et peto pronunciari*, *benè appellatum*, *malè judicatum.* Insuper notandum, in omnibus Supplicationibus non tantùm appellationis, sed etiam simplicis querelæ, in conclusione non tantùm ad videndum hunc vel illum citari, sed etiam ad condemnandum petitionem fieri debere &c. **Auch den Beklagten darzu würcklich zu** condemniren / **und anzuhalten** / aliàs enim hoc prævio decreto, insinuari solet. *Sed Quær.* An appellatus similiter hoc casu purè ad Acta priora submittere teneatur? Quod negandum; cùm ex dispositione *Recess. novissimi* 1654. ipsi integrum sit, præstito tamen juramento, nova deducere.

In omnibus Supplic. peti debet condemnatio in conclusione.

Ut in sequentibus docebitur. add. infr. *lib.* 3. *tit.* 2. & 4.

TIT. XXVI.

TIT. XXVI.

Formalia appellationum quid, & quomodo à sententiis tum definitivis, tum interlocutoriis ad Cameram appellandum.

§. 1.

FOrmalia appellationum, sunt quædam solennitates, in appellationibus observandæ, quibus observatis appellationes, tanquam per suam formam, subsistunt.

2. Solennitates illæ observantur

vel { *In solenni modo à sententijs appellandi,* / *In appellationum fatalibus.* De quib. tit. seq.

Formalium appellationis differentia.

3. Accuratior quidem distinctio est, quando formalia appellationum in triplici ponuntur differentia, scil. 1. interponendæ, 2. introducendæ, & 3. prosequendæ appellationis: quia verò author aliâ viâ progreditur, illi erit insistendum.

Alia distinctio.

4. Sententiæ, à quibus ad Cameram appellatur, sunt vel interlocutoriæ, vel definitivæ: & interlocutoriæ aut simplices sunt, aut vim definitivæ habent.

Sententiar. appellabiliũ differentia.

5. Ab interlocutoriis non appellatur, nisi vim habeant definitivæ. Ordin. *P.* 2. *tit.* 29. §. Und so von Bey-Urtheln. 2.

6. Sunt autem interlocutoriæ, vim definitivæ habentes, quæ non integrè definiunt causam principalem, sed per indirectum respiciunt, atque definiunt articulum, ad sententiam definitivam pertinentem; vel quibus publicatis judicis officium expirat, aut sententia definitiva non speratur alia; aut quæ aliquid dari fierive jubet. Gail. *obs.* 130. *l.* 1. Mynsi. 3. *obs.* 88. ubi ejusmodi sententiarum species aliquot enumerat, & sententias vim definitivæ habentes esse ait, sententias absolutorias ab instantia vel observatione judicii, si pronuncietur appellationem esse desertam, intellige, si pronuncietur super desertione appellationis à sententia interlocutoriæ interpositæ. Mynsing. *obs.* 36. *cent.* 3. Gail. *l.* 1. *obs.* 138. Item sententia de præcepto solvendo, de secundo decreto; Item competentiæ fori, revocationis attentatorum, de procedendo in lite vel non procedendo, impositionis perpetui silentii, exceptionem peremptoriam obstare vel non probatam esse, & id genus aliæ, vide Gail. *obs.* 130. *lib.* 1.

Quid interlocutoriæ vim definit. habentes.

Illarum exempla.

7. Porrò, ab interlocutoriis appellatur, si gravamen contineant, quod per appellationem à definitiva reparari nequeat: (de quibus v. supr.

An à simplicibus interlocutoriis appelletur.

v. supr. *in tit.* 19.) quas in foro sententias interlocut. simplices appellant, & meras & ipso jure appellabiles. Ord. *p.* 2. *t.* 28. §. *fin.* & *T.* 29. §. Wo aber von andern ꝛc. 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 129. *n.* 1. & *obs.* 130. *n.* 6. Denais. *Appellatio ab interlocutoria.* §. 1.

Quæ sint simplices interlocutoriæ.

8. Hujusmodi simplices interlocutoriæ sunt, v. c. si Judex interloquatur, fidejussores esse idoneos, qui tamen non sint; si copia Actorum per sententiam denegetur; si Judex excusationem tutoris nominati legitimam non admittat; si Judex jubeat solvere minori pecuniam sine authoritate tutoris; & similes. v. Guid. Pap. *dec.* 7. & alios, quos allegat Mynsi. *obs.* 43. *cent.* 4. & Gail. *l.* 1. *obs.* 129.

Jus Pontif. à quovis gravamine appellari permittit.

9. Jura Pontificia à quolibet gravamine appellat. admittunt, unde *Status Imperij*, tempore Concilii Basileensis, *Moguntiæ congregati*, conquesti sunt, lites per hæc jura reddi immortales.

Camera sequitur Jus civile, in recipiend. appellationib.

10. Camera autem, in recipiendis appellationibus, sequitur jus civile. Gail. 1. *obs.* 129. *per tot.* Tileman. de Benign. *obs. pract. Cam. Imp. pent.* 4. *obs.* 3. Rosacorb. *in pract. forens. cap.* 51. *n.* 12. Quæ verò sit sententia vim definitivæ continens, de hoc videndum est supra *tit.* 19. & 20. Gylm. *Præjud. Cam. verb. appellatio ab interlocutoria.* &c. Rosacorb. *dict. tr. c.* 5. & *seqq.*

Appellatur aut in contin. aut ex intervallo.

11. Porrò quotiescunque appellatio interponitur, aut in continenti, sive (ut in foro loquuntur) in instanti, Judice præsente, & in tribunali adhuc sedente; aut ex intervallo, post sententiam publicatam, interponitur.

Si fiat in continenti, vivâ voce appellandum.

12. Si appelletur à definitiva, vel ab interlocutoria, vim definitivæ habente, in continenti vivâ voce appellandum fuerit, & sufficit, quòd per sententiam gravatus dicat, (*appello*) idque per Notarium in Actis consignandum curet. Ordin. *Part.* 2. *Tit.* 29. §. Und so von &c. Mynsi. *observ.* 15. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 119. *n.* 1. & *obs.* 130. *n.* 5. Denais. *Appellatio à definitiva.* §. 1.

Acta vivâ voce requiri possunt.

13. Sufficit etiam, quoad requisitionem Actorum, si vivâ voce Appellans dicat: *Appello, & Acta requiro, meque ad solennia offero*; quæ enim in Judicio fiunt, postmodum per Extractus Protocolli docentur, & plenam fidem merentur.

Appellatio ex intervallo, in Scriptis est facienda.

14. Sin ex intervallo appelletur, semper in scriptis appellandum, ut appellatio ratione formalium subsistat. Ordin. *ibid.* Mynsing. *obs.* 66. *cent.* 1. & *obs.* 15. *cent.* 3. Gail. *d. obs.* 119. *n.* 1. & *obs.* 130. *num.* 5. Denais. *ibid.*

15. Item-

15. Itemque in Scriptis appellandum, quotiescunque ab interlocutoria gravamen continente, quod per appellationem à definitiva reparari nequeat, appellatur. Ordin. *Part.* 2. *T.* 29. §. **Wo aber von andern etc.** Quando præterea in Scriptis appell.

16. In Scriptis quoque appellandum est, à sententia competentiæ, quando nimirum judex tacitè vel expressè se competentem declarat, atque pronunciat. *Recess. Imper. Anno* 1594. *Ratisb.* §. **Und demnach den Rechten etc.** 98. Est enim merè interlocutoria, competentiæ sententia, sed tamen appellabilis, Gylm. *Præjud. Cam. in verb. Appellatio ab interlocutoria.* & in *verb. Sententia competentiæ.* Idem *rer. Jud. Cam. lib.* 2. *dec.* 42. *in dubijs, de appellat. n.* 5. Bender. *relat.* 64. *Klockij n.* 16. Nisi tertius forsan, ratione suorum Privilegiorum, appellaret, huic enim mera definitiva esset. *Per dicta.* A sentent. incompet. in Scriptis appellatur.

17. Sed à definitivis & ab interlocutoriis ejusmodi in scriptis appellandum esse memineris, nisi statuto, vel privilegio, vel consuetudine aliud introductum & receptum sit, quòd vivâ voce appellatio interponatur. *d. Recess. Imp. Ann.* 1594. §. **Und demnach.** 98. Mynsi. *obs.* 66. *cent.* 1. Gail. *lib.* 1. *obs.* 130. *num.* 3. & 4. Jung. *tit.* 23. §. 22. *supr.* In scriptis appellandū, nisi statuto aliud inductum.

18. Variant autem quantum ad formam appellationis, in scriptis aut vivâ voce, locorum statuta, & consuetudines, de quo vid. elegantia in *voto* Paschasii *relat.* Caspar. Klokii *annexo fol.* 5. approbantur hęc statuta per *Recess. Imp. de An.* 1594. §. **Und demnach den Rechten gemäß** ꝛc. 98. Hac parte statuta locorum variant.

19. Quòd si tamen statutum sit, ab interlocutoria vivâ voce appellationem, sine ulla expressione gravaminum, concedens, illud ad decernendam citationem equidem quadantenus attenditur; sed quoad decernendam inhibitionem, nullo modo.

20. Ratio differentiæ est, quia appellare in scriptis, & gravamen inferere, in interlocutoriis est de forma appellationis, à qua, si statuto & consuetudine remissum sit, appellatio procedit, sed quoad inhibitionem, de devolutione & gravaminis veritate cognoscere, necessitatis est, *ex Jure communi*, & præsertim *Recess. Imper. de An.* 1594. §. **Wann aber** ꝛc. 101. quam causæ cognitionem, si statutum aut consuetudo remittat, hoc Camera nequaquam attendit. V. infra §. 29. *h. t.* Ab interlocutor. appellari debet in scriptis, & gravamen inferi.

21. Si primùm vivâ voce, & postea in scriptis appelletur, in arbitrio Appellantis positum est, utram appellationem prosequi velit. Mynsi. *obs.* 9. *cent.* 1. Injungitur tamen Appellanti, ut cui Appellationi adhærere velit, se declaret. Si bis appellatum, quæ declaratio requiratur?

22. Accidit etiam, ut appellanti ab interlocutoria, judice ad ulteriora procedente, postmodum à definitiva appellandum sit, quo casu in ipsius arbitrio positum, an primam aut secundam appellationem prosequi velit. Meliùs tamen faciet, si vel utramque, vel posteriorem definitivam prosequatur, per quam ipsa causa principalis decisa est.

Quando dicatur appellatio in scriptis interponi.

23. Sed obiter hîc notandum, in scriptis appellationem interponi, & dici, quando Judici à quo, per schedulam, aut libellum, sive Instrumentum à Notario factum, appellatio insinuatur: id quod fieri solet, si appellans coram judice inferiore appellationem interponere nequeat, quia abest, vel sibi ab illo metuit. Ordin. *P. 2. T. 29* §. Item ſo ſol ꝛc. 4. Ut proinde non sufficiat, appellationem intra decendium coram Notario factam esse, sed insuper etiam requiratur, (nimir. in casu appellationis ab interlocutoria simplici) ut hoc Judici à quo intra d. terminum insinuatum fuerit, nisi hoc propter distantiam omninò fieri non posset.

Subscriptio schedulæ appellationis an necessaria?

24. An ad formam substantialem schedulæ appellationis spectet subscriptio? Quæstionis est; Ego negandum censeo, quia *Ordinatio Camer. part. 2. tit. 29. Constitut. Maximil.* von Notarien *de Anno* 1512. *Tit.* Von Appellation-Instrumenten *in princ.* Gail. 1. *observ.* 130. *num.* 1. & reliqui, nihil aliud requirunt, nur daß ſchrifftlich coram Notario & testibus appellirt werde. Exstant etiam apud Schvvanem. *in Proceſſ. Cam. lib. 2. pag. (mihi)* 63. Instrumenta seu schedulæ appellationis, subscriptione carentes.

Instrum. appellat. in Libelli forma scribenda.

25. Cautiùs tamen agi non difficeor, si Appellans, unà cum die & Consule, nomen etiam supponat. Insuper hoc addidêre Dn. per *commune Decretum*, 29. *Julij*, 1667. ut Instrumenta & alia Documenta, non in patenti, sed Libelli forma scribantur, sub præjudicio rejectionis.

Schedula appellat. est de forma substant.

26. Et quamvis Appellans vivâ voce appellationem Notario dictaret, & Notarius postea eam in scripturam redigeret, non tamen in scriptis appellâsse censebitur, vel dicetur appellatio in scriptis facta; sed elapso decendio, ad appellandum concesso, sententia in rem judicatam transiret. Blarer. *ad l. diffamari. c.* 10. *num.* 23. Mynsing. *observ.* 45. *cent.* 4. Hartm. Hartman. *T.* 19. *de Appellat. obs.* 4. Schedula enim appellationis est de forma substantiali, ac proinde per aliud suppleri non potest.

Ea Instrumento est inserenda.

27. Nec sufficit, quòd Notarius in Instrumento appellationis dicat, & testetur, coram se appellationem in scriptis interpositam esse, nisi

nisi dicat: *In his scriptis*, & Libellus ille Appellatorius, vel schedula appellationis, solenniter & verbotenus Instrumento inseratur. *Recess. Imper. Anno* 1594. *Ratisb.* §. Gleicher gestalt ꝛc. 99. Conf. Blarer. *ad l. diffam. d. c.* 10. *n.* 23.

28. Quid autem, si in Actis prioris Instantiæ dicatur, in scriptis appellatum fuisse, neque tamen Scriptura appareat? Hanc quæstionem Blarerus *d. c.* 10. *ad l. diffamari, n.* 23. & Mynsi. *obs.* 45. *cent.* 4. proponunt, sed Lectorem ad Imolam & alios Dd. remittunt.

29. Verùm enim verò ab interlocutoriis, meris & simplicibus, non solùm in scriptis appellandum, sed etiam, tanquam appellationis formale, in illis observandum, ut causa gravaminis Instrumento aut schedulæ appellationis nuncupatim inseratur; quia appellatio ab ejusmodi sententiis, non nisi ex eadem causa, & iisdem Actis justificanda, & in appellationibus ab hoc sententiarum genere vulgare illud axioma (*non deducta deducam, non probata probabo*) locum non habet. Ordin. *P.* 2. *tit.* 29. §. Wo aber von andern Interlocutorien. 3. Mynsi. *obs.* 15. *cent.* 3. Gail. 1. *obs.* 130. *n.* 1. & 2. Denais. *Appellatio ab interlocutoria.* §. 2. vid. supr. § 20. *h. t.* Insertio gravaminis formale est appellat. in interlocut. simpl.

30. Nec satis est, causam allegare per relationem ad Acta; nisi tamen Appellans aliquas causas expresserit, & quoad cæteras, se ad Acta retulerit, Gail. *d. obs.* 30. *num.* 1. Vantius *d. Nullitate ex defectu processus. num.* 105. Ruland. *de Commiss. cap.* 13. *num.* 15.

31. Et causa allegati gravaminis, in appellatione ab ejusmodi interlocutoria, justa esse debet, ut appellatio recipiatur, non levis. Ruland. *d. cap. num. fin.* Causa gravamin. debet esse justa.

32. Si causa gravaminis non exprimatur, sententia, elapso decendio, in rem judicatam transit, Ruland. *ibid.*

33. Sed in appellationibus à definitiva sententia, item, si causa gravaminis in mero jure consisteret, & nullam facti probationem requireret, itemque ab interlocutoriis, vim definitivæ habentibus, necesse non est Instrumento appellationis gravamen inserere, Mynsing. *observ.* 15. *cent.* 3. *num.* 6. Gail. *l.* 1. *obs.* 130. *n.* 1. Joan. Ferrarius Montanus *de appellat. lib.* 1. *cap.* 4. §. *Sunt tamen.* In appellat. à definitiva gravamen instrum. non inseritur.

34. Præterea, tanquam formale in appellationibus requiritur, ut Instrumentum appellationis non in papyro, sed membrana scribatur. *Recess. Imper. Colon. Anno* 1512. *T. de Notarijs.* §. Item die Notarien. Nisi tamen aliud consuetudine receptum sit. Gail. 1. *obs.* 119. *n.* 3. Instrum. appellat. in membrana scribenda.

Instr. chartacea non admittit Camera.

35. Instrumenta appellationis chartacea in Camera non admitti noto notius est; quòd si tamen supplicans offerat, se aliud in membrana primo reproductionis termino producturum, cum civili quadam, eaque probabili allegatione impedimenti, processus ad has oblationes sæpiùs decernuntur. Sic in causa **Pentz** contra **Mecklenburg** *appellationis*, tale decretum latum: **Erkandt/jedoch/daß/anerbottener massen/ bey der** Reproduction **ein** Instrumentum in membrana **unfehlbarlich beygebracht werde** / 16. *Augusti. An.* 1649. Quæ etsi hodie sint quotidiana, eis tamen non usque quaque ita fidendum, ut exinde Instrumentorum in membrana transmissio negligenda sit; quia quandoque cum periculo denegationis, & elabendorum fatalium, hæc oblatio est conjuncta. add. infr. *lib.* 3. *tit.* 2. §. 60. 61.

Formale appell. est pecuniæ certæ depositio, & juram. calumn.

36. Denique, in formalibus & solennibus appellationum numeratur, forma appellandi statuto vel privilegio præscripta, qualis est, ut Appellans certam pecuniæ summam deponat, vel juret, se non appellare animo calumniandi. Ordin. *Part.* 2. *tit.* 29. §. **Wo auch die Unter-Gericht.** 5. Denaisi. *Appellationis Privilegia.* §. 1.

Juram. appellat. hodie comm. est omnib. appellationib.

37. Olim quidem Juramenta de non frivolè appellando Appellantibus non incumbebant, nisi fortè ex privilegio loci, à quo appellabatur. Hodie ex nova dispositione *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **Zumahlen aber jederzeit** &c. 112. & virtute communis decreti publicati 23. *Maij*, 1656. omnibus ad Cameram interpositis appellationibus commune formale est.

Præstandū in 1. term. licèt non petatur.

38. Ita, ut sub pœna desertionis, licèt non petatur, necessariò in primo termino hodiè præstandum sit, cùm tamen olim, utut in Privilegio requirebatur, ejus præstatio aliter necessaria non fuerit, nisi parte hoc exigente.

Juram. calumn. in specie, non præstatur, nisi pars petat.

39. Ubi incidenter notandum de *Juramento calumniæ*, in specie sic dicto, sive illo, quod in causis simplicis querelæ locum habet, illud aliter præstandum non esse, nisi pars expressè hoc petat, quod in quacunque parte Judicii fieri potest; Solet tamen plerumque is, cui ejusmodi Juramentum defertur, simul petere, ut deferens priùs ad Juramentum malitiæ adigatur, quod etiam recusari non potest, prout non ita pridem in causa *F.* contra *F. Citationis ex L. diffamari*, observatum: Sed ex postfacto petitum Juramentum calumniæ iterum remissum fuit.

Juram. appell. præstat appellans.

40. Præstant autem Juramentum appellationis, I. *Principales appel-*

appellantes, quotquot horum sint. vid. *Resolut. Ampliss. Collegij ad supplicas Procuratorum exhibitas, d.28. Januar.* 1657. §. 1. De Principalis appellantis successore, ex paritate rationis, idem affirmandum: si fortè appellans, antequam in appellationis instantia causa introducta fuerit, à foro nostro per mortem secedat. Ipsius Successor.

41. Sed non incongruè hîc quæritur: An *Electores & Principes Imperij*, in propria causa, isthoc Juramentum præstare teneantur? Sanè cùm Sereniss. *Elector Palatinus* superioribus annis, in causa contra Seren. *Electorem Brandenburgicum*, à Laudo ad Cameram appellavisset, Appellantis Procurator *nomine Sereniss.* hoc Juramentum non præstitit; sed in scripto reproductionis Recessû exposuit: De eo nihil expresè dispositum reperiri; esse rem, quæ ad Statuum jura pertineat, adeoque decisionem Imperii desuper expectandam: Attamen in eventum se obtulit, pro omni cautela. Ipse quidem *noviss. Recess.* 1654. §. Auch zum sechsten. 117. rem dubiam facit; ibi enim Comitum & Baronum saltem mentio fit, qui juramentum isthoc per Procuratores præstare possint, cùm alii appellantis in propria persona jurare obstringantur. De Principibus verò nihil dicitur; ut proinde, quoad ipsos statuendum videatur, à præstatione hujus Juramenti immunes esse. Quicquid tamen sit, ex *Generalitate Textûs* ita practicari solet, ut Principes etiam illud per Procuratores speciali mandatô instructos præstent: Quemadmodum in pluribus causis, & quidem nuper adhuc in causa *H.* contra *M.* contigit. An Electores & Principes Imperii. Ratio dubitandi. Decisio.

42. II. Præstant Juramentum *Advocati*, scil. die zur Appellation gerathen / schedulam Appellationis verfertiget / und darinn patrocinirt haben / quorum denominatio partibus injungi solet, in hunc ferè modum: Woferne Appellant den jenigen Advocaten / der ad appellandum gerathen / oder schedulam appellationis verfasset / benahmsen wird / solle ferner ergehen / ꝛc. nam priusquam nominetur, processûs non decernuntur. Ita factum in causa *G.* contra *B.* 6. *Martij*, 1657. & in causa der G. zu St. contra *A. d.* 3. *April. Anno cod.* quæ quotidiana sunt. III. Similiter jurat Advocati in defensione causæ Successor surrogatus aut substitutus. *Recess. noviss.* §. Zumahlen aber. 118. Præstat 2. appellantis Advocatus. 3. Advocati Successor.

43. An autem Procurator causæ illud etiam præstare teneatur? Negandum hoc; Licèt enim de eo primâ vice difficultas maxima fuerit, tamen per *resolutiones supra* §. 40. *allegatas* 1657. §. 1. liberati deprehenduntur. Si tamen pars appellata expresè hoc peteret, saltem eatenus & de Non præstat Procurator causæ. Exceptio.

his, quæ ipsis in processu causæ obveniunt, & quantum notitiam habent, præstare, vel officio suo, quoad hanc causam, sese abdicare tenentur.

Juram. appell. an præstent Statuum Consiliarii.

44. An Consiliarii Statuum appellationibus suorum Dominorum inservientes, ab hoc Juramento sint exemti? Quæritur. Etsi de eo nihil hactenus decisum reperiatur, tamen, quantum verba textus in *Recess. noviss.* §. 117. attinet, negativa placet; 1. Quia à Juramento calumniæ §. Uber dieses verordnen. 43. *dict. Recess.* expressis verbis eximuntur, hîc verò non. Constitutio ergò neminem excipiens generaliter transit. *Secundò*, quia in dicto §. Auch zum sechsten. 117. etiam Barones & Comites, qui ut sæpè Status Imperii sunt, jurare jubentur; si ergò major, Dominus scilicet, jurat, quidni & minor, Consiliarius, majori inserviens? Si tamen ex identitate rationis in hoc jure singulari judicandum esset, eximerentur.

Quæstio in utramque partem disputatur.

45. Sanè in causa T. *& Consort.* contra die S. H. *& Cons.* exemptionem Consiliarius contra Appellatum tuebatur, idque vigore dicti *Recess. Imp. de Anno* 1654. dict. §. Uber dieses ꝛc. 43. eventualiter tamen Mandatum producebat; & cùm hoc utrobique multum disputatum fuisset, Judex 20. *Octobr. Anno* 1658. Procuratorem Appellantis D. M. per sententiam ad solennia admisit quidem, sed de puncto controverso nihil in specie significavit: ex quo aliquadantenus colligendum, Consiliarios Statuum ad hoc Juramentum non esse adigendos. Et reverà hodie, *experientiâ teste*, sunt exemti, gaudentque hactenus allegata dispositione *Recessus noviss.* §. 43. quæ in recessu reproductionis scripto, quando de solennibus fit mentio, adduci solet; Hinc nec citatio ad jurandum contra Advocatum ejusmodi, processibus appellationis, utut plenariis, inseritur: uti nuperrimè factum, in causa *H.* contra *M. appell.* & *B. T.* contra *G. appell. Anno* 1687. elapsô.

46. Sed in causa *H. D.* contra *B. Appellat.* ad specialem instructionem, & jussum Domini Referentis, *Consiliarius Principis H.* uti Advocatus causæ, ad præstandum Juramentum calumniæ, vel ad vidend. se condemnari in pœnam pecuniariam, in processibus appellationis expressè citatus fuit. vid. infr. *lib. 3. tit. 30. §. 91.*

Appellans suæ causæ Advocatus an præstet?

47. Quid si Appellans jurium gnarus, suæ causæ ipsemet Advocatus sit? Hoc si notorium, aut aliter edoctum fuerit, vel Juramento probare Appellans contendat, sufficiens arbitror, nisi fraudem subesse Judex suspicetur. Prout non ita pridem, in causa *Budier* contra Bernberg observatum est, ubi Actor, quamvis minimè jurium gnarus, sed

sed Mercator, Juramentum præstare volebat, ne Advocatum nominare cogi posset.

48. Quid autem, si causæ sibi cum aliis communi inserviat? Hoc casu non tantùm, ut Principalis, sed etiam, ut Advocatus, hoc Juramentum præstet, necesse esse arbitror, uti hoc modo in causa Doctoris **Oldenkopff** contra **Alte Stadt Hildesheim** / 22. *Februar. An.* 1659. decretum fuit; quantum enim Consortes attinet, officio Advocati, consulendo appellationem, eum functum esse, indubitatum est.

An, si causæ sibi cum aliis communi inserviat.

49. Quid si Procuratori Camerali Advocatus à partibus non sit indicatus, ille tamen nihilominùs pro Processibus supplicet? Hoc casu, ad oblationem Procuratoris, quòd velit nomen Advocati in Cancellaria profiteri, processus decernuntur: Æquitate rigorem in hoc moderante: ut factum in causa **Derschau** contra **Fronhausen** / *appellat. M. Novembr. Anno* 1657. & aliis quamplurimis. Non nominato autem Advocato, nec factâ oblatione ad nominandum in Cancellaria, quandoque supplicans pœnâ ordinariâ, vel arbitrariâ multatur.

Non nominato Advocato, nec oblatione factâ, process. non decern.

50. Si Processus sine Advocati insertione emanârint, & in judicio defectus iste deprehendatur, Appellanti, ut Advocatum nominet, per sententiam injungitur. Ita factum in causa **Wobers.** contra **B.** Postquam verò nominatus est, ad jurandum citari debet, uti contigit 17. *Martij*, 1676. **In Sachen** M. I. Z. H. R. in W. **wider** B. **Erben: Ist** D. M. **sein/ der** non devolution **und** desertion **halben beschehen Begehren abgeschlagen / sondern ihme** Appellanten **den in dieser** Appellations-**Sache gebrauchten** Advocaten ad præstandum juramentum calumniæ **citiren zu lassen / Zeit** ad primam post Ferias pro T. & P. **V. A. W. angesetzet /** sub solita commination**e**.

Advocatus post nominationem citandus ad jurand.

51. Accidit etiam quandoque, quòd contra Jura Imperii suscipiuntur appellationes. Et tunc appellans Advocatum, vel alium, qui ope ipsi consiliove adfuit, nominare tenetur. Sic factum 26. *Martij*, 1615. in causa B. contra K. Idem quoque antea contigit, extra appellat. casum in causa E. H. contr. E. G. aliàs C. memorabili sententia *d.* 7. *Jul.* 1671. lata, his formalibus: *Contra Advocatum*, qui nona lapsi mensis Januarii, in præjudicium supremorum jurium Sacr. Cæsar. Majest. & Imperii, producti scripti auctor est, pœnam uniùs Marcæ auri, ærario Fisci Imperialis, intra d. terminum duorum mensium, sub pœna dupli importandam, contra Lic. W. qui eum non nominavit, pœnam arbitrariam reservantes, eique, ut memoratum Advocatum

Notabilia alia de nominatione Advocati.

in

in hac aut sequenti Audientia nominet, vel dictam Marcam auri puri de suo exsolvat, injungentes.

An Appellatus adhærens appellationi juret.

52. Si Appellatus appellationi, tanquam communi beneficio, adhærere, & novi quicquam deducere velit, & hunc ad præstandum hoc juramentum adstrictum esse arbitror, cùm in hoc æquiparetur Appellanti, dictante ita *novissimo Recess. de Anno* 1654. §. **Wie ebenmässig.** 73. *in fin.*

Ubi præstetur hoc juramentum.

53. Præstatur autem isthoc juramentum appellationis, vel in judicio à quo, vel in Camera: in judicio à quo, si Statuum privilegia id exigant; in Camera verò, si non. Utroque tamen casu *Advocatus* processibus inseritur, & simul ad jurandum, vel videndum se incidisse in pœnam non jurantis citatur, *praxi ita docente.* Vid. *infr. L.* 3. *tit.* 2. §. 64. ubi notatum, quòd Advocatus indistinctè ad præstandum juramentum in Camera obstringatur, alioquin in pœnam non jurantis condemnetur. Hinc nihil ipsum juvabit, etiamsi juramentum coram Judice à quo præstiterit, & de eo fidem fecerit, prout quandoque solet contingere.

In privilegiis requisitum, quando præstetur?

54. Si Statuum privilegia id exigant, Appellantes intra brevem ad hoc præfixum terminum, à judice à quo admittantur, admissi id præstent in persona, vel si Comites vel Barones sint, per Procuratorem. §. **Auch zum sechsten.** 117. *d. Recess.*

55. Quæritur autem, quoad præstationem juramenti in persona, si principalis appellans à loco Judicii procul degeret, & per valetudinem, vel æquipollens impedimentum, aliamque causam senticam, non posset se sistere, atque jussa præstare, quid tum faciendum? Videretur sanè durum, propterea desertionis periculo ipsum subjici. Constat verò, hujusmodi casu eveniente, appellantes hâc ratione fuisse usos: Quòd à Judice à quo vel impartialem Commissarium petierint, vel propriò motu, coram Notario & testibus, juramentum *ad tenorem privilegij*, præstiterint: Uti respectivè factum, *in causa R. contra S. appellat.* Quod licèt difficulter acceptetur, odiô appellationis; ob æquitatem tamen admittendum esse videtur.

Quid, si Judex à quo admittere nolit Appellantem?

56. Quòd si tamen Judex à quo admissionem detrectat, protrahit, aut moram nectit, eo casu petat Appellans, Documentum factæ oblationis; Si & hoc dare recusat, faciat oblationem per Notarium & testes, ejusque instrumentum in Camera producat, cum petitione, ut ibi admittatur.

57. Ita

57. Ita *in causa H.* **Erben** *contra B.* **Erben** / ad productionem hujusmodi instrumenti, *d. 2. Januarij* 1682. privilegio Hassiaco non obstante, hoc modo fuit decretum: **Seynd die gebettene** Appellations-Processe, **jedoch / daß die gewöhnliche** solennia, in termino reproductionis, **dem Erbieten gemäß / allhier** præstirt **werden / erkennt** / *in consil.* Potest tamen etiam appellari ab hujusmodi denegatione admissionis ad solennia, & super eo instrumentum, in Camera producendum confici: idque tutius esse videtur. Prout non ita pridem factum, *in causa M. contra S. F. & M. contra M.*

Appellari potest à denegat. admiss. ad solen.

58. Hoc Appellationis juramentum *in Camera* rarò Appellantes præstant in persona; Si cui tamen hoc volupe foret, vel aliæ subsint causæ, admittitur. Sic in *causa F. contra* **Sibill v. X.** tale juramentum Appellans in persona præstitit.

Appellans, in Camera, rarò in persona jurat.

59. Per Procuratorem si præstetur, requiritur speciale Mandatum, sub forma, uti sequitur:

Procurator juraus speciali Mandato opus habet.

Formula Mandati specialis ad præstandum juramentum de non frivolè appellando ab Amplissimo Collegio Camerali *Procuratoribus præscripta, vigore decreti, d. 25. Augusti Anno* 1656.

Formula Mandati specialis.

Ich Ends benannter / bekenne und thue kundt jedermänniglich / demnach zu Hintertreibung vielfaltig verspührter frevelmüthiger Appellationum in des Heil. Römischen Reichs Anno 1654. zu Regenspurg auffgerichteten Abschied heylsamlich / und wohl versehen / daß das Juramentum calumniæ de non frivolè appellando (wofern nicht ein Privilegium, Statutum, oder Herbringen / daß vor dem Richter à quo es beschehen / solle / erfordert) bey Reproducirung des Process vor diesem Käyserlichen Cammer-Gericht im ersten termino, mit Vorzeigung eines special-Gewalts / so wol des Advocati, welcher in der Appellation-Sach dienet / als des Principalen selbsten / und zwar sub pœna desertionis, dahin abgelegt werden solle / daß sie nemlich eine gute Sach zu haben / glauben / was sie vorbringen und begehren / nicht auß Gefährde / oder böser Meynung / noch Auffschub und Verlängerung der Sachen / sondern allein zur Nothdurfft thun / die Warheit nicht verhalten / auff des Gegentheils Vorbringen / oder Erzählung der Geschicht / in allen seinen Umbständen / ohne Gefährde / antworten / und so bald sie auß den Beweißthumen / oder sonsten in processu der Sachen befinden würden / daß sie eine ungerechte Sach hätten / davon abstehen / und sich deren gäntzlich entschlagen wollen / von ihrem neuen Vorbringen / so ihren bereits bey Ablegung des Eyds vorkommen / oder in Vollführung der Appellation vorkommen mögte / in erster Instantz keine Wissenschafft gehabt / oder dieselbe dazumal einzubringen nicht vermögt / oder vor undienlich und unnöthig geachtet / nunmehr aber darfür halten / daß es zu Erhaltung Rechtens dienlich seye / alles

getreulich und ohne Gefährde. Und dann Ich
an erwehntem Käyserlichen Cammer-Gericht in Rechtlichen Proceſs und Streit gerathen / dannenhero dergleichen wohl-verordneten Eyd abzustatten mich nichts weniger als andere gehalten weiß / die Wichtigkeit / was solcher Schwur an und auff sich habe / und nach sich führe / mir genugsam bekandt und wissend / daß nemlich derjenige / so zu dessen Abstattung verbunden / den Allmächtigen GOtt Vatter und Schöpffer aller Creaturen / der das Verborgene aller Menschen Hertzen und Gedancken siehet / GOtt den Sohn und Heil. Geist / als persönlich zugegen / durch die Auffreckung der drey Finger offentlich zu Gezeugen anruffe / und bitte / daß er / so wahr ihme / und an seinem letzten End / durch seine grundlose Barmhertzigkeit gnädig seyn wolle / als wahr Er recht schwere / und sein Vorgeben / so Er mit dem Eyd betheuret / seines Wissens die Warheit / und keine Falschheit / Betrug / oder Argelist dahinden verborgen seye; hingegen / da Er wissentlich falsch / und unrecht schwere / mit Betrug umbgehe / oder eines andern in seinem Hertzen vergewissert / und versichert / als Er äusserlich mit Worten vorgebe / Ihme selbst das strenge Urtheil spreche / und der erschrecklichen Straff sich unterwerffe / daß dardurch sein Leib und Seel dem ewigen Fluch untergeben / und wann Er / als ein meineydiger Mensch / an dem Jüngsten Tag / vor dem gestrengen Gericht GOttes erscheinet / an Leib und Seel verdammet seye. Wie nun das ein jeder Christen-Mensch wohl zu Hertzen zu nehmen / und ehe er sich zum Eydschwur resolvirt / die Schwere und Gefährlichkeiten / deren man sich solcher gestalt untergibt / forderist billig zu erwegen / und ob er sich eines andern im Hertzen / als er mit Worten äusserlich schwören wil / bewust / sein Vorgeben auch mit einem Gewissen betheuren könne / reifflich bey sich zu erfordern hat; Also auch ich / als meiner Seelen getreuer Vorsteher / alles obiges / und was Ich mit Eyd zu bestättigen habe / mit allen seinen Umbständen bey mir mit allem Ernst und Fleiß erwogen / und daß Ich obbeschriebenen von mir erforderten Eyd / meiner am Hochlöblichen Käyserlichen Cammer-Gericht angebrachten Sachen halben mit auffrechtem und redlichem Gewissen thun / und ablegen könne / bey mir befunden / solchen aber selbsten in Person vor Gericht abzuschweren verschiedene / erhebliche Verhindernüssen eingefallen / daß darauff / dessen Verrichtung meinetwegen zu pflegen / ich dem Edlen und Hochgelehrten Herrn
beeder Rechten und des Hochlöblichen Käyserlichen Cammer-Gerichts Advocaten und Procuratorn / auff zuvor derenthalben beschehene gebührende Versicherung und Einwilligung special-Gewalt auffgetragen / also und dergestalt / daß derselbe an statt meiner forderist gerichtlich angeloben / darauff in meine eigene Seel den Eingangs berührten Eyd vor Gefährde zu GOTT und das heilig Evangelium abstatten / und was sich deßfals weiter eignet und gebühret / thun und præstiren solle; Was nun derselbe also thun / geloben / und in meine Seel schweren wird / solches gerede und verspreche ich / gleich / ob persönlich solches gethan / gelobt / und in meine eigene Seel geschworen hätte / auff- und anzunehmen / auch stät / vest / und ohnverbrüchig zu halten / und erwehnten

ten meinen Anwaldt derowegen aller Gefahr und Schadens / bey Verpfändung meiner Haab und Güter / allerdings zu enthalten. Dessen zu Urkundt habe Ich mit eigener Hand unterschrieben / und mein gewöhnlich Pettschafft beygedruckt. So geschehen

Formulam Mandati specialis ad præstandum jurament. calumniæ in causis S. Q. vide infr. Lib. 3. Tit. 30. §. 100.

60. Quæritur autem, an, si Judæus appellaverit, per Procuratorem Christianum hoc juramentum præstari possit? Negatur, quia Judæus in Camera nullum juramentum judiciarium per Procuratorem Christianum jurare potest, sed debet id, mutatis mutandis, vel per se, vel per alium Judæum speciali Mandato instructum, præstare, uti *in causa* **Demuth** *contra* **Jacob Juden** / jam olim *An.* 1551. conclusum esse, ex *obs.* Wurmbs. *tit. de Procuratoribus.* 4. refert Reinking. *de regim. Secul. & Eccles. Lib. 2. class. 2. cap. 3. num.* 35. quòd si, huic adversum, à Procuratoribus Christianis fiat ad hoc oblatio, periculo mulctæ subjacent, *ut docent præjudicia*, quod idem obtinet in procuratoriis generalibus, *ut docebitur infrà.* An Christianum pro Judæo jurare possit?

61. Ratione temporis, juramentum hoc in primo termino vel præstandum, vel ad minimum speciale Mandatum ad jurandum producendum. d. §. **Zumalen aber etc.** 118. Ne autem absentes ex ignorantia peccent, & inscii præjudicium incurrant, Camera certum terminum, *Scil.* 21. *Augusti* 1656. in hanc rem, scil. **Sich dem jüngsten Reichs Absch. §. Zumalen aber.** 118. **bey** reproduction **der** Appellations-Processen/ **im ersten** Termin, **gemäß zu verhalten**/ constituit, ex *comm. decret.* 23. *Maij Anno eod.* publicato: quotquot ergò processus ante eum reproducti fuerant, hactenus à desertionis periculo salvabantur. Quando præstandum jurament.

62. Hodiè tamen, vigore *communis decreti de* 13. *Decembris* 1659. §. 3. præstatio juramenti statim in primo termino fieri debet: Quinimò insuper terminus datus fuit, ut etiam in casibus præteritis, ubi tantummodo Mandatum speciale producebatur, ipsum juramentum præstaretur; si igitur aliquis ante dict. commune decretum, *de Anno* 1659. in quo non tantùm productio specialis Mandati, sed ipsa præstatio juramenti in primo termino, sub pœna desertionis, injungitur, & in casibus præteritis ad similem præstationem certus terminus statutus fuit, neglecto hoc termino, per unum vel alterum annum juramentum appellationis non præstitisset, quæritur, an causa deserta pronunciari debeat? Videtur, quòd sic, propter neglectum terminum, Hodiè præstari debet in primo termino.

& adjectam pœnam desertionis. Quia tamen modò dicta pœna in præfixione termini ampliùs repetita non fuit, tutius erit, in dubio non desertionem eligere, sed Procuratori præstationem dicti juramenti adhuc injungere, quod etiam in sententia quadam ita factum esse, constat.

Pœna principalis juram. non præstantis.

63. Negligentes principales causæ patiuntur præjudicium, & appellatio deserta pronunciatur, Advocati Marcâ auri mulctantur. d. §. **Zumalen aber etc.** *& comm. decret. de Anno* 1657. 28. *Januarij*, §. **Damit auch ferner.** 7. uti in certa causa, sc. *Vircius contra Bartels*, & Advocatum Lic. **Uffenbach** / non ita pridem judicatum, & Advocatum mulctatum esse, novimus. Cujus præjudicii meminit filius ipsius, D. Christoph. **von Uffenbach** *in tract. de Judic. Aul. cap.* 10. *subsect.* 2. *p.* 108. *additò*, quòd potiùs marcâ auri mulctari passùs fuerit, quàm ut in hac causa, utut, quod eventus docuit, justissima, juramentum calumniæ de non frivolè appellando, præstaret.

Advocati non jurantis pœna.

64. *Recessus quidem Imperij*, sine discrimine, desertionis pœnam negligentibus dictat; sed quia iniquum, ob contumaciam Advocati, totius causæ præjudicio mulctare principalem, per allegatum *comm. decret.* Advocatis pœna Marcæ auri, salvo judicis arbitrio, comminata est, principalibus saltem pœnâ desertionis reservatâ. Sic ob hanc causam appellatio primâ vice deserta pronunciata, R. *contra* E. 10. *Decembris Anno* 1657. quam insecutæ sunt, & indies adhuc insequuntur causæ aliæ quàm plurimæ.

Formula Advocatum mulctandi.

65. Formula autem Advocato hanc mulctam dictandi, ex sequ. sententia 7. *Julij* 1671. lata, cognosci potest: **In Sachen** I. M. Appellanten / **wider weyland** H. S. **nachgelassene Wittibe** / Appellatin / **ist erkennt** / **daß** Lic. K. E. **als** Appellantischer Advocat, **wegen seines theils nicht geleisteten** juramenti de non frivolè appell. **in die Straffe einer Marck Löthigen Goldes (dem Käyserl.** Fiscalen / **innerhalb zween Monaten** sub pœna dupli **zu bezahlen) zu** condemniren; **als wir ihne hiemit** condemniren / **und solches** in contumaciam.

Pœna falsum Advocatum profitentium.

66. Si contingat, ut Advocatus alius pro alio, atque adeò falsus nominetur, datâ operâ, tunc appellantes arbitrariè puniuntur, ut videre licet ex sententia, 7. *Julij* 1671. lata, *in causa* **Bürgermeister / Schöffen und gantzer Gemeinde zu** O. **und** U. B. **wider Herrn** R. **Grafen zu** S. *Appellationis*, his verbis: **Dann ist** D. A. ad præstandum juramentum appellationis **zugelassen / gegen die** Appellanten **aber / umb willen sie einen unrechten** Advocaten **angegeben / die Straffe zweyer Marck Silbers**

bers in den Armen-Seckel unnachläſſig zu bezahlen / hiemit vorbehalten. Quod etiam factum *d.6.April.* 1666. in Sachen E.B. *contra* B.U.

67. Inſuper, quando *temerariè appellatum*, tam Appellans, quàm Advocatus puniuntur: cujus rei notabile præjudicium habet ſententia 7. *Julij*, 1687. lata, in cauſa Schoſſiſcher Erben contra Quadiſche Erben / his verbis: Ferners iſt wider den Appellantiſchen Theil ſo wohl / als den Advocatum cauſæ, umb ſo frevelmüthigen litigirens / appellirens und geleiſteten patrocinii willen / die Straffe zwey Marck Löthigen Golds / von jedem ein Marck / dem Käyſerlichen Fiſco innerhalb 4. Monat zu bezahlen / angeſetzt und vorbehalten / mit dem Anhang / wo ſie ſolchem nicht nachkommen werden / daß der declaration pœnæ dupli und würcklicher execution halber / auff förmlich Anruffen / ferner ergehen ſolle / was recht iſt. Und dann endlich / ſolle der Richter in andern annoch vor ihme hangenden / und künfftig vor ihne kommenden Rechtfertigungen / zu Verhinder- und Verzögerung der Juſtitz / auch der Bedrangten Nachtheil / dergleichen / wider alle rechtliche Proceß-Ordnung lauffenden Muthwillen / Umführung und Weitläufftigkeiten / wider die gemeine Rechte und Reichs-Abſchiede nicht geſtatten / ſondern / wie ſichs gebührt / ſchleunig verfahren. Idem anteà, nempe 12. *Maij*, quoad Advocatum, factum, *in cauſa prætenſæ appellationis I. I. contra H. L. viduam D.* Pœna temerariæ appellationis, quoad partem & Advocatum.

68. Quid verò, ſi Procurator ex cauſa, cui imperitia annumeratur, deſertionem cauſaverit? Tunc principalis quidem reſtituitur adverſus deſertoriam: at ille arbitrariè punitur. Quomodo non ita pridem factum *in cauſa B. contra A. H.* & 13. *Decembr. Anno* 1683. *in cauſa* Kalatz *contra* Lammers Kinder Vormündere / *appell.* his verbis: Dann iſt gegen ermeldten D. M. wegen verurſachter deſertion, und in ſeiner am 13. Dec. jüngſt übergebener Schrifft gebrauchter Anzüglichkeit / die Straffe zwey Marck Silber / in der Armen Säckel / innerhalb 14. Tagen unnachläſſig zu bezahlen / hiemit vorbehalten. Pœna Procuratoris deſertionem cauſantis.

69. Cæterùm in Judicio à quo, aut certum tempus, intra quod præſtetur, eſt in privilegio præfinitum, aut non. Si prius, accuratè ſervandum eſt, cùm hoc caſu ſit de ſolennibus, tàm ipſius privilegii, quàm appellationis: ſi poſterius, equidem nihil intereſt, an præſtetur vel in, vel ante, vel poſt actum interpoſitæ appellationis; antequam tamen proceſſus in Camera impetrentur, huic & aliis ſolennibus, per realem præſtationem aut oblationem ſufficientem, ſatisfactum eſſe, Juram. appellat. in Judicio à quo quando præſtand. diſtingu.

necesse est, cùm non decernantur, nisi solennibus impletis, & documento ad hoc producto, *d. Recess.* §. **Und nach dem allem etc.** 114. Adde *infra Libr. 3. tit. 2. §. 64.* Si tamen ad præstationem solennium plures menses, v. g. sex, ut in privilegio Colonienſi, constituti essent, processus quidem decerni, sed simul Appellanti præstatio solennium, debito tempore facienda, injungi poterit.

Pars Appellans hodiè ad juram. se offerre debet, in Judic. inf.

70. An autem Judex à quo partem appellantem, ad præstandum solennia sui privilegii, admonere debeat, pulchræ quæstionis est? *Recessus novissimus* oblationem faciendam innuere videtur. §. **Auch zum sechsten etc.** 111. contra affirmativam vide defensam *in relat. Cam. apud Klock. 154. in fin. & relat. 79. num. 20.* Verùm hodiè, *juxta dictum Recess. Imp.* non solùm oblatio, sed etiam realis præstatio requiritur, vel documentum denegationis. Adeoque dicta affirmativa apud *Klock.* ob allegatum *Recessum* hodiè locum non habet.

An judex, ad quem, Appellantes admonere soleat?

71. De Judice autem Cameræ notandum: Ipsum non tantùm non admonere, partem appellantem, sed etiam, ubi viderit, jura Appellantis non esse satis tuta, pro qualitate negotii, Appellantem ejusque Advocatum ad jurandum non admittere, sic in causa **Wobersnau** contra **Beling** / 11. *Februarij Anno* 1659. talis sententia lata: **In Sachen** N. N. contra N. N. **ist** D. K. **dieser Sachen Beschaffenheit nach/ auß bewegenden Ursachen** / ad præstandum juramentum calumniæ de non frivolè appellando **nicht zugelassen / sondern erkannt etc.** Add. *Libr. 3. tit. 2. §. 19.*

Advocatus quando moneatur.

72. Vel etiam, antequam juretur, Advocatum monet, ut clientem de juribus denuò informet, & postmodum, hoc prævio, simul cum ipso juret, uti factum in eadem causa W. contra B. 12. *Novembris* 1658. Verba sententiæ: **In Sachen C. Chr. von W. und** Cons. contra E. B. appellationis, **ist von Ampts wegen** Advocato causæ **seinen** Principalen / **vor Abschwerung des** juramenti calumniæ de non frivolè appellando, ex meritis causæ **nochmalen zu erinnern / und gemeldten Eyd gleichfals in Person / oder / auff Vorbringung genungsamen** special **Gewalts/ durch seinen Anwaldt würcklich abzuschwören/ Zeit 2. Monat** pro Termino &c.

Ejusdem argumenti.

73. Quin etiam ipse Advocatus quandoque, super dubiis quibusdam, laudabili stylo, (sed rarò) privatim monetur, antequam ad jurandum admittitur. Sic in *causa Doctoris H. contra S. heredes, appellationis*, soli Advocato, ut juramentum de non frivolè appellando præstet,

viduâ

viduâ Appellante jurium ignarâ silentio omissâ, injunctum, simulque per schedulam extrajudicialiter super nonnullis circumstantiis, quæ fortè justitiam à parte hujus dubiam quadantenus reddere videbantur, admonitus fuit. 28. *Augusti* 1656.

74. Nota præterea, si ad sæpiùs factam oblationem judex omninò responsum non det, tum non obstante privilegio processus decerni, reumque ad solennia in Camera admitti. Si Judex à quo ad oblationem non respondeat.

75. Quamobrem, ut appellatio ratione formalium subsistat, formæ illæ appellandi, & similes observandæ atque præstandæ fuerint. *Ordin. ibid.* Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 6. *& cent.* 3. *obs.* 56. Gail. *lib.* 1. *obs.* 119. *num.* 1. *& obs.* 124. Formæ appellandi curiosè servandæ.

76. Observandæ, inquam, & præstandæ fuerint à scientibus, sed ignaris nullum præjudicium generant. *Ordin. d.* §. & Denais. *appellationis privilegium d.* §. 1. Nisi esset ignorantia crassa, & privilegium ita publicum, ut ab omnibus sciri possit. Ignorantes quando non excusentur.

77. Si Appellans ejusmodi solennitates forsan omiserit, & in Camera præstare paratus sit, appellatio locum habebit. Gail. *d. obs.* 124. Quod tamen hodie ampliùs non procedit, quia ex *Recessu Imp. de Anno* 1654. §. Auch zum sechsten etc. 111. & §. Und nach dem. 114. solennia sunt in judicio à quo præstanda, vel ad minimum oblatio facienda, antequam Appellans in Camera desuper audiatur, ut in superioribus dictum est. Solennia hodie in judic. inferiori præstanda, secus ac olim.

TIT. XXVII.

De fatalibus appellationum, & de fatali appellationis interponendæ tempore.

§. 1.

FAtalia appellationum, sunt certa temporum spatia, appellationibus constituta: Suntque appellationis vel *interponendæ* vel *prosequendæ*. Quæ fatalia appellationum *solennia* esse, & *solennia* nominari, patet ex *l.* 11. *C. de administrat. Tutor.* & testatur idem Cujacius 1. *obs. cap.* 1. Fatalia vocantur solennia appellationum.

2. Fatale tempus appellationis interponendæ, est *decendium*, intra quod vel coram judice à quo, vel coram Notario appellandum est. Fatale interponendæ appell. decendium.

3. Tempus hoc appellationis interponendæ præcisè observandum est, nisi enim observetur, sententia in rem judicatam transit. *Ordin. part.* 2. *tit.* 29. §. So sollen auch etc. 1. Præcisè observandum.

Estque etiam in querela nullitatis intentanda observandum, (siquidem per viam appellationis pro- In querela etiam nul-

fitat. & quando.

proponeretur, aliud foret, si desuper *citatio ad videndum deduci nullitates* impetraretur) nisi nullitas ex insanabili defectu, vel personæ Judicis, vel litigantium, aut etiam ex substantialibus processûs, deducatur. *Recess. Imp. de An.* 1654. §. **In dem auch etc.** 115. *& seqq. de quo infra pluribus* &c.

Illud immutari non potest.

4. Et nullius Judicis auctoritate immutandum. *Ordin. ib.* Denaisi. *appellationis interpositio* §. 4. Nulla ergò valet consuetudo, quæ prorogat, vel minuit 10. dies ad appellandum statutos. Quin imò, neque per ipsas partes ex compromisso abbreviari vel prorogari potest. Mynsing. *obs.* 68. *cent.* 2. & *obs.* 11. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 139. *n.* 6. *Gloss.* communiter approbata *in c. cùm sit Romana. extr. de appell.*

Decendium quomodo numeretur.

5. Practici decendium hoc ita numerari vel computari volunt, ut initium ejus constituatur hora quæcunque ejus diei, quâ sententia fuit lata, finis verò eadem hora diei sequentis undecimi: secundùm *l.* 1. §. *Biduum. ff. quomodo appellandum.* Ruland. *de Commiss. lib.* 6. *c.* 3. *num.* 13.

Hora appellat. in Instrumento assignanda.

6. Quamobrem Notarii in actis vel instrumentis appellationum, non solùm diem, verùm etiam horam, qua sententia lata, aut appellatio interposita est, rectè adsignant, ut Judex, ad quem appellatur, cognoscat, an decendium præcisè observatum, & Jurisdictio sua fundata sit, nec ne.

Decendium à momento ad momentum numerandum.

7. Confer. Mynsing. *obs.* 2. *cent.* 2. & *obs.* 11. *cent.* 3. *obs.* 12. *cent.* 6. Gail. *obs.* 130. ubi tradunt, hoc decendii tempus à momento ad momentum numerari, & primum decendii diem non computari totum, & horam, imò momentum & punctum diei primi, quo sententia lata, aut appelllatio interposita fuit, ad decimum diem, & diei decimi horam vel momentum, sive punctum referendum esse, indeque fieri posse, ut dies decimus undecimo desinat.

Horæ designatio decreto injungitur.

8. Si omissa horæ designatio, Judex, prævio decretô, illam injungere solet: **Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern wofern** Supplicant horam latæ sententiæ **anzeygen wird / sol ferner darauff etc.** Si tamen ante decimum diem sit facta, expressione horæ opus non est. Sic ubi adhuc duæ horæ restabant, appellatum & processus impetrati sunt *in causa* **Glauburgischer Enckelen** *& Cons. contra* **Glauburgische Wittib** / 27. *Maij An.* 1651.

Decendii tempus utile primum est, deinde continuum.

9. Decendii tempus, ut Appellanti currat, duo necessariò requiruntur: *Primum* est, ut Appellans sciat, sententiam esse publicatam; *Alterum* est, ut sciat, contra se esse latam. Sequitur ergò, quòd istud tem-

tempus est utile in principio, sed postea efficitur continuum, quamprimum scientia supervenit.

10. Itaque non, nisi à tempore scientiæ, decendium currit, Mynſ. *obſ.* 2. *cent.* 2. Gail. 1. *obſ.* 139. *n.* 7. & 8. quæ scientia non perfunctoria, sed specifica requiritur. Vid. eleganter Thom. Michaël apud Klock. *relat.* 14. *n.* 27. ut scil. habet notitiam tenoris ipsius sententiæ, sive ab ipso judice, quod non semper fieri solet, sive ab alio, Procuratore nempe aut parte. Et hoc ultimum nuper factum *in causa W. contra W.* cùm victor victo sententiam miserit, hic autem intra decendium post traditam sibi sententiam appellationem coram Notario & testibus interposuerit. Non currit, nisi scienti.

11. Attendendum tamen fuerit, an Dominus litis in priori instantia defensus sit, ut in foro loquuntur, *id est*, Procuratorem apud acta habuerit nec ne? Priori casu enim appellatio intra decendium à die scientiæ interposita inutilis fuerit, vid. Gail. *d. obſ.* 139. *num.* 8. Ergò, qui appellavit à die scientiæ, in supplicatione simul exprimat Procuratorem, apud acta non extitisse, necesse est. Currit, si Procurator apud acta fuerit.

12. Si de eo, an Procurator apud acta fuerit, non certò constet, ejus probatio per decretum injungitur. Ita nuper factum, *in causa P. contra H. & 26. Septembr.* 1687. in Sachen Hn. Georg Friederich von Steinberg / Appellanten / contra Nathan / David und Israel Schag / Juden zu Hildesheim / Appellaten / hoc modo: Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern wofern Supplicant, daß sein Principal bey Eröffnung der Urtheil / keinen Procuratorem apud acta gehabt / glaublich bescheinen wird / solle ferner ergehen / was recht ist. Dann seynd die fatalia, wie gebetten / erstreckt. *in conſ.* Appellans probare tenetur, Procur. non habuisse ap. acta.

13. Et hoc summam rationem habet: quia datus ad agendum Procurator, in priori instantia, ad appellandum etiam datus censetur. *arg. L.* 17. *C. de Procurator.* Hartm. Hartmanni *Lib.* 2. *obſ. tit.* 19. *obſ.* 3. *n.* 2. *& seqq.* Mynsing. *cent.* 2. *obſ.* 2. *n.* 1. non tamen tenetur prosequi appellationem. Wurmser. 5. *pr. obſ.* 9. sed ad appellandum debet esse instructus mandato: generali nimirum: quod sufficit: nec speciale requiritur. Alias limitationes & notabilia vid. in Carpzov. *proc. tit.* 18. *art.* 2. *à num.* 1. *usque* 7. *& in præced.*

14. Si tertius aliquis appellationi, ab alio interpositæ, pro suo interesse adhærere voluerit, etsi is intra decendium appellare non teneatur, attamen appellationem ab alio interpositam ratam habere tenetur. Item tertio, adhærenti appellationi.

Gail. *lib.* 1. *obs.* 122. *num.* 5. idque intra decendium. Gail. *loco citat. num.* 4. *vers. Secundus casus.* Vid. omninò Carpzov. *in proc. tit.* 17. *art.* 2. *n.* 24. *cum seqq.*

Non currit, si gravam. habet tractū successivū.

15. Denique in hoc fatali spacio *decendij* observandum, quòd currat, quando gravamen est momentaneum: Secus, si causam continuam & successivam habeat, quia tunc, tanquam à præsenti & continuo gravamine, semper appellare licet. Gail. *d. obs.* 139. *num.* 13. ubi exemplum ponit in eo, qui carceri mancipatus est, & in eo, qui ad locum non tutum citatur; quia quoties citatur ad locum non tutum, toties appellare potest, nam gravamen habet causam continuam.

In casu appellat. à die scient. intra decend. factæ, an præsum. appell. sentent. ignorâsse.

16. Quid in dubio, an quis intra decendium à die notitiæ appellaverit, statuendum, & cui onus probandi incumbit? Vide de hoc votum Paschasii *apud Casp. Klock. relat.* 170. *fol.* 5. qui Appellato hoc ipsum injungit, quia tempus decem dierum utile est à principio, & non currit ignoranti, ignorantia autem in dubio præsumitur, nisi scientia à parte adversa probetur. *L. verius.* 21. *ff. de probat. c. præsumitur de reg. jur. in* 6. Vid. etiam Hartm. Hartm. *lib.* 2. *tit.* 19. *obs.* 3. *num.* 17.

TIT. XXVIII.

Fatale appellationis prosequendæ quid, quotuplex, appellationis introducendæ quid sit?

§. 1.

FAtalia appellationis prosequendæ sunt, intra quæ appellationis interpositæ processus expediendus est; suntque vel Appellationis *introducendæ*, vel appellationis *finiendæ*.

Fatale introducendæ appellat. quid?

2. Fatale appellationis introducendæ (quod practici promiscuè, nunc appellationis introducendæ, nunc prosequendæ, appellant, ut patet ex Mynsing. *obs.* 31. *cent.* 1. *& obs.* 54. *cent.* 3. frequentiùs & rectiùs tamen introducendæ dicitur) est spatium aliquot mensium, videlicet duorum, trium, vel sex ad summum, quorum singuli triginta diebus constant, intra quod Citatio non solùm in Camera impetranda, & appellatio insinuanda, verùm etiam judicialiter reproducenda sive introducenda est, sive Appellans Apostolos petitos reverentiales sive refutatorios acceperit. *Ord. part.* 2. *T.* 30. *in princ.* Mynsing. *obs.* 31. *cent.* 1. *& obs.* 57. *cent.* 5. *& obs.* 12. *cent.* 6. Gail. *obs.* 140. *lib.* 1. *n.* 4. Denais. *appellationis introducendæ* §. 1. *&* 5.

Quotuplex.

3. Estque hoc fatale vel *hominis* vel *legis*. *Recess. Imp. Spiræ*

Anno

Anno 1570. §. **Ob wol auch beym Cammer-Richter.** 82. Gail. *lib.* 1. *obs.* 140. *num.* 1. *&* 2. Mynsing. *obs.* 12. *cent.* 6.

4. Fatale *hominis* est, quod Judex inferior pro arbitrio, habitâ ratione causarum, constituit, unum, aut duos, aut tres, aut sex ad summum menses præfigendo. *Ordin. part.* 2. *tit.* 30. *in princip.* Mynsing. *obs.* 15. *&* 22. *cent.* 3. *&* *obs.* 12. *cent.* 6. Gail. *obs.* 140. *n.* 3. quod à judice Cameræ prorogari potest. *Rec. Imp.* 1594. §. 88. Vid. *infr.* §. 30. *h.t.* Quid fatale hominis.

5. Fatale *legis*, quod & legitimum vocant, est, quod legibus ordinationis definitum, & observandum est. Quod, an Judex superior restringere possit? quæstionis non inelegantis est; & negativa verior est, quia præjudicium, quod per appellationem causatur, tangit Judicem à quo, non verò judicem ad quem. Et licèt Dd. excipiant, si ex dilatione legali immineret periculum rei publicæ, vel commodum publicum postularet, ut tempus à lege indultum restringatur: tamen in Camera vix dari poterit exemplum, ubi tempus ordinationis Appellantibus angustatum fuerit. Vide quid Jure communi obtineat, apud Carpzov. *in proces. tit.* 18. *art.* 4. *n.* 9. *cum seqq.* Fatale legis quid? An judex Cam. possit restringere.

6. Fatale legis vel trium mensium est, ut in Appellatione à delegatis ordinatione Judicibus, in spoliorum simplicium causis, *Ord. part.* 2. *tit.* 8. §. **Wo aber der beklagte Churfürst etc.** 9. *&* §. *sequent.* Denais. *appell. introd.* §. 6. Quod tamen hodiè non ita strictè observatur, sed tempus 4. mensium indistinctè in omnibus causis admittitur. Fatale legis diversum est.

7. Vel est sex mensium, ut in reliquis causis omnibus, *intellige*, si tempus ab inferiori Judice nullum præstitutum fuerit. *Ordin. d.* §. **Würde aber etc.** Et §. **Dergleichen so etc.** Mynsing. *obs.* 31. *cent.* 1. & *obs.* 15. *&* 22. *cent.* 3. & *obs.* 57. *cent.* 5. & *obs.* 12. *cent.* 6. Gail. *obs.* 140. *num.* 3. *lib.* 1. Sex mensium est in omnibus causis.

8. Istud appellationis introducendæ in Ordinatione constitutum semestre per *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **So dann etc.** 61. eatenus limitatum & cautum est, ut intra menses quatuor priores, parti adversæ ad minimum processus insinuentur, duo verò reliqui comparitioni & reproductioni adserventur. Recessu novissimo quomodo sit limitatum?

9. Et cùm dubitabatur, an *Ordinatio* per hoc correcta & introducendæ appellationis fatale in tantum angustatum sit, ut lapsis quatuor mensibus, ultra non detur locus prorogationi, contraria etiam occurrebant præjudicia: tandem Camera per suas resolutiones 28. *Januarij Anno* 1657. Procuratoribus publicatas, decrevit, quatuor hos menses sub pœna desertionis quidem esse servandos, sed producentem An Ordinatio per illam limitationem correcta?

causas impedimenti evidentes, aut quare seipsum non arctaverit, usque ad futuram visitationem *brevi manu* restituendum fore. Vid. Blum. *tit.* 49. §. 27.

10. Verba resolut. §. 2. Sollen die Procuratores mit Außbringung und insinuirung der Appellations-Processen/ bey Straff der desertion, sich dergestalt befördern / damit solche insinuation noch vor Ablauff der vier ersten / nach interponirter Appellation, folgenden Monaten ohnfehlbarlich beschehen möge: Im fall sie aber / nach Verfliessung der vier Monaten/erhebliche Ursachen beybringen könten/auß welchen evidenter erscheinen würde / daß sie und ihre Principalen sich nicht selbsten arctirt hätten/ sollen sie/ nach gestalt der Sachen / biß zu künfftiger visitation brevi manu restituirt werden. (Hoc ita intellige ex *praxi communissima*: Si ante lapsum quadrimestris, nulla prorogatio fatalium decreta, vel, uti fieri solet, congruè rescripta fuerit. Alterutro enim facto, restitutione brevi manu opus non est.)

Restitutio adversus lapsum fatalium, quando locum habeat?

11. Sic in *causa S. contra H.* Appellanti ob incidentem mortem uxoris, & ex inundatione aquarum eveniens impedimentum itineris, restitutio brevi manu hoc casu decreta, & simul cum processibus 2. *Septembris Anno* 1658. reproducta fuit. Quòd si tamen impedimenta probata non sint, vel res dubitationem habeat, quia Appellato ex lapsu fatalium jam dum præjudicium quæsitum est, restitutio non brevi manu, sed citatio ad videndum se restitui, decerni solet, ut factum in *causa H. contra B. appellationis* 27. *Octobris* 1657. item Kloster Lockum *contra* Dietfurt 13. *Martij Anno* 1657.

Quando non?

12. Si enim, sine justa causa, Appellans nimium temporis elabi passus sit, antequam insinuatio facta esset, ita, ut Appellatus ad comparendum duos menses superfluos ampliùs non haberet, hujusque retardationis nullam justam causam allegare posset, restitutio locum non haberet, prout in simili casu, ubi Appellans fatalium *prorogationem in ultimo vel penultimo*, vel paucis etiam ante elapsos 4. menses diebus petiisset, ob nimiam ejus coarctationem ea aliter non concedi solet, nisi justa hujus retardationis impedimenta allegata fuerint. Quod ita intelligendum: Si apparet, appellantem otiosum aliquot menses passum fuisse elabi, atque seipsum nimis coarctâsse, licèt legitimum impedimentum, quod postea forsan ex improviso inciderit, alleget, prorogatio tamen solet denegari. Sic contigit in *causa* Dürkstein *contra* Lippe/ ubi processibus appellationis, plenariè jam decretis

Appellantibus cavendum, ne se ipsos arctent.

& ex-

& expeditis, non obstante petitâ prorogatione ferè sub finem quadrimestris prorogatio denegata, ac deinde appellatio deserta pronunciata fuit. Dehinc petita quidem brevi manu restitutio, sed itidem denegata: Quare appellanti tandem necessitas imposita, impetrare Citation. ad videndum se restitui. Vide Blum. *in proc. tit.* 49. *th.* 26. 27.

13. Quæ autem sint justæ causæ, seu justa impedimenta, arbitrabitur Judex, vide aliquot allatas per Ruland. *de commiss. p.* 1. *l.* 2. *c.* 12. *num.* 5. *& seqq.* & Gylm. *præjud. Cam. verb. fatalia § unica causa &c.* Quæ quamvis secundùm *commune decretum* 24. *Octobr.* 1651. aliquo modo probari debebant; id tamen *hodiè* adeò strictè exigi non solet: sed nuda allegatio causæ sufficientis ac relevantis sæpè prodest. Contingit etiam non rarò, Nunciorum Cameræ, **biß sie ihre Zahl der Processen beysammen haben** / profectionem non nihil differri; Hôc probatô, facilè conceditur prorogatio, *experientiâ teste.* Factum quoque recordamur, Procuratorem ex hoc capite petiisse prorogationem, quòd jura Cancellariæ, pro redemptione processuum, nondum à partibus acceperit: cui tamen per Notarium præceptum fuit, ab ejusmodi allegationibus in posterum abstinere.

Quænam ad illam justæ sint causæ?

An sint probandæ?

14. Fatale hoc, non à die latæ sententiæ, aut à tempore scientiæ, sed interpositæ appellationis currere incipit, & quemadmodum illud interponendæ, ita hoc introducendæ continuum est, & à momento ad momentum numeratur. *Ordin. d. T.* 30. *p.* 2. *V.* **Von Zeit an der interponirten** / *in princ.* Mynsing. *d. obs.* 31. *cent.* 1. *& obs.* 12. *cent.* 6. Gail. *obs.* 40. *lib.* 1. *num.* 1.

Fatale, introducendæ continuum est.

15. Sicut termini, etsi fuerint lapsi, quamdiu deest facultas agendi, semper manent utiles: Sic etiam hoc fatale introducendæ appellationis utile manet ad reproducendos Processus, quamdiu Appellantis Procuratorem, eo lapso, ordo non tetigerit, quòd non valenti agere non currat præscriptio. Gail. 1. *obs.* 140. *n.* 4. *&* 5. sed fatale insinuandæ utile non est. Blum. *d. t.* 49. §. 22. Et cùm olim omnia in ordine novarum essent reproducenda, hîc autem, ob multitudinem causarum, sæpè intra biennium aut triennium ad omnes non devolvebatur, hanc in reproducendis processibus partibus damnosissimam judicii moram Camera emandavit, solis reproductionibus processuum noviter extractorum singularem ordinem, quem vocant reproductionis, substituendo, *de quo infra Lib.* 2. Hinc ita recessus formantur: Reproducire in primo meo, post terminum (tali vel tali die, etiam in feriis)

Utile fuit olim, quamdiu deerat facultas agendi.

lapsum, ordine & facultate, **außgangen-und verkündte** Appellations-Processs &c.

Illo lapso, facultas prorogationem petendi expirat.

16. Quod *in princ. §. præced. dictum*, est intelligendum saltem de facultate agendi, non verò petendi prorogationem: illa enim lapso fatali exspirat; quia quod non est, ampliùs prorogari nequit, *per communia*. Quid si autem prorogatio in puncto labentis fatalis justis de causis petatur? Hoc casu quidem post lapsa fatalia sæpiùs decernitur, sed decretum ad diem exhibitæ supplicationis, *de stylo consueto*, retrahitur. Quid etiam, si reproductio processuum fieret post terminum, attamen adhuc durantibus fatalibus? Hoc casu, causam non esse desertam, demonstrat textus in Recess. Deputat. de Anno 1600. **§. Demnach den Appellanten etc.** 105.

Distinctio inter caus. S.Q. & appell. quoad reproductionem post terminum factam.

17. Sed distinctio hîc benè observanda est, inter causas appellationis & simplicis querelæ: in his enim, si reproductio post terminum nimis longo tempore, & cùm ordo reproductionis Procuratorem sæpiùs attigisset, facta esset, ea pro invalida haberetur, ac proinde pro nova Citatione vel Mandato supplicari deberet: Secus est in Causis Appellationum, in iis enim, licèt terminus (intellige eum, qui in citatione & processibus Citato ad comparendum constitutus est) finitus fuerit, si tamen fatalia 6. mensium adhuc durarent, nihilominus reproductio fieri debet. Finge, processus appellationis tertio mense à die interpositionis, appellato fuisse insinuatos: hoc casu terminus citationis in quintum mensem caderet quidem, sed qui reliquus est, sextus mensis, appellanti ad reproductionem faciendam utilis est.

Terminus citationis non anticipandus.

18. Notandum porrò, terminum impetrato præstitutum anticipari non posse, ultimo tamen die termini reproductionem ritè fieri: factâ proinde anticipatione, processus cassari, & Procurator mulctari solet; currit autem terminus sæpè dictus à tempore factæ insinuationis.

A quo tempore currat?

Judex appell. prorogare potest fatale introducendæ.

19. Tempus, sive terminum legis, Judex inferior tantùm abbreviare, sed Judex appellationis petentibus etiam prorogare potest, propter locorum distantiam, vel ob iter non satis tutum, vel propter aquarum inundationem, vel bellum: item, si Nuntio, processus exequenti, casus fortuitus contingat, ut ante terminum redire nequeat, aut aliud impedimentum legitimum intervenerit. *Ordin. part. 2. T. 30.* **§. Würde aber etc.** 1. Mynsing. *obs. 62. cent. 2. & obs. 54. 92. cent. 3.* Gail. *lib. 1. obs. 140. n. 7.* Denais. *appellationis introductio. §. 3. Appellationis desertio §. 7.*

20. In-

20. Intellige autem, hoc fatale prorogari posse, si prorogatio petita fuerit in tempore, & intra *sex menses*, (*ita olim, sed aliter hodiè, ut in* §. *seq.*) & sic intra temporis fatalis spacium, quia post ejus lapsum non potest fieri prorogatio, (§. 16. h.) sed restitutio in integrum postulanda, quæ non facilè conceditur, cùm partes habeant viam ordinariam prorogationis, nisi impediti sint justis ex causis, etiam illa uti, Mynsing. *d. observ.* 62. *cent.* 2. *& obs.* 54. 92. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 143. ubi legitimum impedimentum probandum, & restitutionem in integrum adversus lapsum fatalium impetrandam esse, monent. Denaisi. *appellationis desertio* §. 7. & 8. Si in tempore petita sit prorogatio.

21. Dicitur §. *præced.* post lapsum temporis, fatalis prorogationem non fieri. Accidere autem sæpè solet, ut prorogatio quidem fatalium ante elapsum tempus 4. mensium petatur; Supplicationes verò fortè propter ferias, vel alia impedimenta, elapso primùm quadrimestri expediantur, quo casu solet decreto dies exhibitæ supplicationis inseri. §. 16. *h.* Sc. ante elapsum quadrimestre, tanquam fatale insinuandæ.

22. Fatalia verò non facilè, nisi legitimis ex causis, nec ultra duos vel tres menses proroganda esse, monet *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. So dann sol sich der Appellant &c. 61. interim, si impedimentum sit continuum, & hoc aliquatenus doceatur, Judicis arbitrium in danda ulteriori, aut nova prorogatione excluſum esse, nemo dixerit. Imò constat, fatalia propè ad biennium prorogata fuisse, in causis diversis. Non prorogand. nisi ex justis causis.

23. An *Cæsar* mandare possit Cameræ, ut lapsis fatalibus processus nihilominus decernat? Pulchræ quæstionis est. Negandam censemus, *primò*, quia Camera ordinariam habet Jurisdictionem, atque ut procedat, judicetque juxta ordinationem sibi præscriptam, juramento obligata est; *Secundò*, quia *Cæsar*, qui per modum contractus in ordinationem Cameræ consensit, eam contrario Imperio nec solus impedire, nec Cameralium obligationem juratam relaxare potest. Vid. *Ordin. p.* 1. *tit.* 57. *& p.* 2. *tit.* 35. An Cæsar mandare possit, lapsis fatalib. processus decerni.

24. An prorogatio possit fieri à *Cæsare*, si processus in Camera petantur? quæri etiam potest. Sed hoc negandum, ex dictis modò rationibus, quia *Cæsar* neque per directum, neque per indirectum, Cameræ jurisdictioni aliter, quàm ex præscripto ordinationis se intromittere potest, vid. Klock. *Relat.* 108. Alia quæstio.

25. An hæc fatalia introducendæ currant in Aula seu judicio aulico *Cæsaris*, vel, an ibidem, quousque *Cæsar* volet, fatalia prorogari pos- Fatalia introduc. an currant in

Aula Cæsarea.

possint? Non minùs pulchrè quæritur. *Instrum. Pacis tit.* 5. §. *quoad processum judiciarium*, &c. disponit, *Ordin. Cam. Imp.* etiam in judicio Aulico per omnia servandam esse: in quo acquiesco, quia de potestate *Cæsaris* disputare ultrà non libet, nec licet.

An prorogatio processibus inserenda.

26. Per Visitatores Cameræ aliquando constitutum est, ut fatali hoc ex allegata causa prorogato, prorogatio processibus insereretur. Memor. Visitat. Anno 1600. §. **Als sey dann.**

Si prorogat. petatur processibus jam expeditis.

27. Sæpè accidit, ut prorogatio petenda sit, processibus jam dum in Cancellaria expeditis, vel etiam, quando Nuntii Cameræ ad faciendam insinuationem jam dum abierunt. Et hoc casu supplicatio cum originali decreto factæ prorogationis Nuntio saltem committitur, ut parti adversæ præsentet, *infra L.* 3. *tit.* 4. §. 47. Vel si hoc fieri nequeat, saltem in primo termino, simul cum processibus, reproducitur, insertione vel insinuatione omissâ, sed prius tutius est. Add. Blum. *tit.* 49. §. 30. *&* 31.

28. Imò, non solùm parti, verùm etiam Judici à quo talem supplicationem insinuandam esse, uberioris cautionis ergò, meminisse debemus: idque ob metum executionis: cùm ad sistendam illam etiam, antequam processus plenarii impetrentur, documentum prorogatorum fatalium expediri, atque Judici à quo insinuari, moris sit. Uti nuper factum in *causa* **Blachs** *contra* **Witten.** Sic etiam pronunciatum *d.* 6. *Julij* 1677. **In Sachen Bürgermeister / Schöffen und Raths der Stadt L. wider weyl. I. H. nachgelassene Erben** / *appellationis & Mand.* in verbis: **Sondern ihme daß seine Principalen die an diesem Käyserlichen Cammer-Gerichte den** 2. Januarii 1675. **erhaltene** fatalium prorogationem Judici à quo, **vor Ablauff des** quadrimestris, **gebührend** insinuiren lassen etc.

Cautela ad evitandam desertionem, in petendo prorogationem.

29. Quòd, si Nuntius sit in via, & Procuratores metuant, ne propter incidentia impedimenta termino aut fatali lapso fiat insinuatio, solent frequentiori stylo prorogationes extrajudicialiter rogare. Vidi tamen etiam, ab aliquibus quandoque coram Deputatis judicialiter prorogationes quæri, ut si fortè insinuatio extra fatale fieret, causam à desertione salvent, petitam prorogationem in primo termino repetendo.

30. Et hæc elegans cautela est, quia hoc modo jurisdictionem Cameræ, quæ aliàs, quàm primùm extra fatalia insinuatio facta, defecisset. *Ordin. Cam. p.* 2. *tit.* 30. §. 1. *&* 2. in admittenda dandaque pro-

prorogatione, & recipiendis processibus sibi partibusque fundatam, servant, licèt Judex ex tempore non interloquatur. An autem conveniat cum consult. Cam. de Anno 83. Vid. *infra tit.* 32. §. 12.

31. Quæsitum porrò, & dubitatum est, an etiam causa, quam ob rem prorogatio concessa fuerit, simul processibus inserenda sit, nec ne? Sed Constitutione Imperii sic res decisa est, ut sex menses fatales sine probatione justi impedimenti in decernendis processibus ne prorogentur, quos verò judex inferior pauciores præfinierit, vel citra probationem Judici Cameræ prorogare liceat, sed prorogandi causæ neutro casu processibus inserantur. *Recess. Imper. Anno* 1594. §. Als sich auch der Appellation &c. 95. Denais. *appellationis introductio* §. 10. 11. & 12. Solet tamen inseri: Seynd die fatalia den und den Tag/ auff 3. weiter auff 3. und also zusammen auff 6. Monat/ auß vorbrachten Ursachen/ erstreckt worden. Add. *infra Libr.* 3. *tit.* 4. §. 46. An causa prorogat. inserenda processib.

32. Si terminus hujus fatalis in ferias incidat, & post ferias fatale legis aut hominis lapsum fuerit, impedimentum illud feriarum incidens reproductioni processuum non obstabit, nec desertionem operabitur, sed, non obstante impedimento hoc, citatio finitis feriis ab Appellante reproduci, & procedi potest. *Recess. Imper. Spiræ Anno* 1570. §. Ob wohl auch bey dem Cammer-Richter etc. 82. Gail. *obs.* 140. *n.* 4. Denais. *appellationis introd.* §. 8. Si termin. reprod. in ferias cadat.

33. Si tamen Appellans prorogationem reproductionis faciendæ petere vellet, illud ante ferias facere deberet, aliàs enim non ampliùs audiretur; quod non tantùm in causis appellationum, ob lapsum fatalium, sed in omnibus etiam aliis processibus S. Q. locum habet. Et ita practicari solet, si quis per Nuncium Cameræ, vel Notarium immatriculatum retardetur. Demnach die Proceß auff der Post/ oder durch einen Cammer-Botten schon vor guter Zeit fortgesendet/ mir aber nicht eigentlich wissend/ ob sie insinuirt/ oder/ wie es damit bewandt/ daß nichts davon zu hören; so wird vorsorglich extensio reproductionis, auff 2. biß 3. Monat gebetten. Prorogatio reproduct. faciend. quando ob ferias petenda?

34. Præterea reproductio, hoc casu, primo statim post ferias die, si quidem ordo Procuratorem attigerit, fieri debet, aliàs enim dicta reproductio pro nulla habetur. Primo post ferias die reproduct. facienda.

35. Idem Jus appellationis introducendæ illis etiam competit, qui coram Notariis appellaverint, & suam appellationem Judici à quo intimaverint. *Ordin. dict. tit.* 30. §. Dergleichen. 3.

An partes fatale introduc. prorogare possint.

36. Fatale hoc appellationis introducendæ, ex compromisso, vel partium consensu prorogari posse, Gail. existimat *obs.* 140. *lib.* 1. *num.* 8. Idem sentit Gylman. *Symphor. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 17. *vot.* 3. *num.* 7. ubi solum tractatum concordiæ ad hoc non sufficere, sed compromissum, aut perfectum partium consensum requiri asserit. Alii autem non admittunt hanc partium prorogationem, censentes, opinionem communem & *praxin Cameræ* contrariam esse, allegando Meischner. *tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 22. *n.* 17. *in vot. correfer.* Verùm hanc doctrinam vel de fatali interponendæ, vel de nudo tractatu concordiæ, sine perfecto consensu, intelligi debere, alii judicant.

De Appellato prosequente appellation.

37. Sed quid, si Appellatus in termino appellationis introducendæ, à sua parte pro suo interesse appellationem prosequi voluerit, Appellans verò tantùm de diligentia protestetur, & postquam tempus fatalium abierit, processus, cum nuda protestatione de diligentia reproducat? Cùm Appellationis beneficium utrique parti commune sit, (Mynsing. *observ.* 21. *cent.* 2.) prosecutio appellationis à parte Appellati locum habebit, & Appellatio nequaquam deserta censebitur, quamvis Appellans post terminum processus reproduxerit. *Recess. Imp. Anno* 1594. *Ratisbon.* §. **Wann auch wohl bißweilen etc.** 103. *fol.* 33. Mynsing. *obs.* 59. *cent.* 2. *vid. infr. tit.* 32. §. 42.

Ejusdem argumenti.

38. Ex eo, quòd appellatio utrique parti communis est, profluit etiam, quòd, omnibus ab appellante neglectis, appellatus, qui in tantum etiam gravatus est, possit appellationem prosequi, nova deducenda deducere, & petere, ut sententia in melius reformetur: modò tamen, nova deducturus, secundùm *Recess. noviss.* 1654. §. **Wie ebenmässig.** 73. præstanda præstiterit. Vid. Blum. *in Proc. tit.* 66. *th.* 72. ast hoc casu tenetur, semissem sumtuum, in acta priora erogatorum, appellanti refundere. *Sicut alibi diximus. supr. tit.* 25. §. 44. Add. Blum. *tit.* 51. *th.* 26.

TIT. XXIX.

De Fatali appellationis terminandæ.

§. 1.

Tempus appellationis terminandæ.

TEmpus Appellationis terminandæ, sive, ut vocant, finiendæ, de jure communi annus, & ex legitima causa biennium est. *Auth.* Et qui. Et *l. ult.* §. *illud. C. de tempor. appellat.*

In Camera

2. Fatale hoc in Camera non observatur, propter causarum multitu-

titudinem: Aſt ſi coram Judice inferiore obſervatum non fuerit, appellatio in Camera non recipitur, ſed veluti deſerta rejicitur, & ad Judicem à quo pro Executione remittitur: tametſi ubique ferè locorum in judiciis hujus fatalis nulla ratio habeatur. Mynſ. *cent.6.obſ.12.* & Gail. *lib.1. obſ.141.n.8.* non obſervatur. Nec in ullo judicio alio.

3. Non autem hoc ſaltem ex cauſarum multitudine, quæ cauſa per accidens eſt, accidit, ſed ex eo etiam, quia conſiſtoria ſummi Principis & Judicia ſuprema, qualis eſt Camera, ad horum fatalium obſervationem non ligantur, *Auth. ſed & lis. C. de tempor. appellat.* &c. Quam ob cauſam.

Huc uſque de modo Appellationis inſtituendæ, ſequitur modus tollendæ.

TIT. XXX.

Quot modis appellatio tollatur, & quinam ad Cameram appellare prohibeantur?

§. 1.

TOllitur appellatio, quatenus vel *non admittitur*, vel *deſerta redditur*. Non admittitur, ratione vel *perſonarum*, vel *cauſarum*. Appellatio quomodo tollatur.

2. Ratione *perſonarum*, ad Cameram appellantes non admittuntur. I. Qui appellandi beneficio voluntariè renunciârunt. *Ord.part.2. tit.28.* §. Und dieweil etc. Ibi: Es wäre dann. 1. Renunciantium appellationes, non admittuntur.

3. Si modò tales ſint perſonæ, quæ hoc facere poſſunt; Sic Clerici renunciatio appellationis, in cauſa non ſeculari coram Laico facta, ob defectum Jurisdictionis, nullius eſſet momenti; ita renunciatio vi & metu extorta, nullius eſt momenti: Sic etiam renunciatio appellationis, à ſubditis in præjudicium Domini facta, ſi Dominus reſiſteret, vires non haberet. Modò renunciatio ſit valida.

4. Renunciatio autem appellationis duplici ratione accidit, expreſsè videlicet & tacitè. De utraque vid. Rebuffum *in Conſtit. Reg. tract. de appellat. ad artic.15. gloſſ.1.* Renunciatio appellationis duplex eſt.

5. Expreſſa eſt, *inquit Rebuffus n.3.* quando quis per pactum vel alio modo expreſsè appellationi renunciat. *C. interpoſita.* §. *ille denique* &c. *C. dilectæ. de appellat.* Bald. *ad l. tale pactum.* §. *qui provocavit ff. de pactis.* Et Expreſſa.

6. Si quis ita renunciet appellationi, videtur in totum renunciare, & appellationi & juri appellandi. *per text. in l. ſi quis libello C. de appell.* idoo iterum appellando nihil agit. Bartol. Alex. & alii DD. Appellationi renuncians, an juri appellandi

renunciâsse censeatur.

in *l. cùm Procurator. §. 1. ff. de oper. nov. renunc.* Sed si quis renunciet appellationi, fortè mutando & emendando, aut iterum appellando, & tunc juri appellandi renunciâsse non censetur. Bald. *in addit. ad spec. col. 15. vers. quandoque quis renunciat.*

Renunciari appell. per pactum potest.

7. Certum enim est, quòd per pactum, de consensu ambarum partium, renunciari potest appellationi interponendæ. *l. ult. § fin. C. de tempor. appellat.* secus, per renuntiationem. Rota *decis.* 287. licet appellationi. *in nov. gloss. & DD. ad L. 1. C. de pactis.*

Tacitè renunciatur appellat.

1.

8. Tacitè renunciatio appellationis fieri censetur I. Si quis post appellationem ab interlocutoria, adeat Judicem à quo, ut Justitiam in illa causa recipiat. *C. si à Judice de appellat. in 6. C. gratum. de officio delegati. C. sollicitudinem in fin. eod.* Nisi protestaretur, Alex. *consil. 130. in causa vol. 4.* & Guido Papæ *in decis. Delphin. quæst. 364. Si quis.* Aufrer. *decis. 102.* Confer practic. Petri de Ferrar. *de forma appellationis ab interlocatoria in gloss. adverf. causis & rationibus n. 8.* Aut, *inquit*, appellans prosequitur simpliciter causam sui gravaminis, probando de suo gravamine, & non videtur appellationi renunciare: aut prosequitur causam principalem, & tunc videtur appellationi renunciare. *per Gloss.* & Joan. Andream in *c. si à Judice. de appellat. in 6. C. relatum. de officio deleg. C. cum venisse. de testib.*

9. Et hoc non tantùm in sententia interlocutoria, sed etiam definitiva locum habet, appellatioque deserta censetur, si quis ex post facto, sine prævia protestatione, coram Judice priori in causa principali egerit. Vid. Bursat. *consil. 21. vol. 1.* Anton. Gabriel *in Comm opin. lib. 2. de appell. concluf. 2.* Cothm. *consil. 40. n. 7. vol. 3.* Casp. Klock. *tom. 3. consil. 107. n. 2.* Gylm. *rer. Jud. Cam. lib. 1. decis. 44. n. 13.*

2.

10. II. Qui super Judicatis transigit. *l. tale pactum. § qui provocavit ff. de pact.* ubi etiam gloss. dicit: Quem renunciare appellationi, si Judicatum facere promiserit, Lanfranc. *in repetit. C. quoniam in verbo* interlocutiones *col. 26. de probat.* Et Cotta *in memorabilib. Juris. part. 2. ad verbum* appellari. Rebuffus *d. loc. n. 9.*

3.

11. III. Appellans, qui lite pendente super appellatione spoliat adversarium, sed secus, si ante Judicium cœptum: tunc enim non nisi actiones ex spolio resultantes, contra eum locum habent: ut text. est in *C. ex parte 2. de Rescript. C. an sit & C. cum causam. de appellat. Gloss. ult. in c.* Non solum. *eod. tit. in 6.* Matthes. *not. 28. n. quod act. Fel. in C. ex parte colum. 3.*

12. IV.

12. IV. Qui Apostolos non petit intra triginta dies, *c. ab eo de appell. in 6. & l. 1. ff. de libell. dimiss.* & Bartol. *ad eand.* Sed hoc in Camera non observatur. Hoc de jure Camerali, in quo Apostolorum petitio arbitraria est, non procedit. Attamen, qui actorum requisitionem intra 30. dies negligeret, vel aliàs causam desereret, hic tacitè appellationi renunciare censetur, quia desertio, vi legis, quandam renunciationem infert. Marant. *p. 6. sub rubr. de appellat. n.* 341. Gylm. *Symph. tom. 5. relat. 1. n. 3. & seqq.* vid. *supr. tit. 25. §. 2. & multis seqq.*

4. Apostolorum petitio in Camera est arbitraria. Desertio renunciationem infert.

13. V. Si appellans non se præsentet in termino, præstituto ad se præsentandum, coram Judice ad quem. *C. personas de appellat.* Bald. *in l. Præses C. eod.* & DD. *in C. sæpe. eod.* Rebuff. *d. loc. n.* 12. hoc est, *si terminum reproductionis, ut suprà dictum, negligat.*

5.

14. VI. Si appellans non faciat id, quod facere tenetur ex lege, consuetudine vel ordinatione. Bald. *in addition. ad speculatorem de appellat. vers. sed pone dicit Statutum.* Jason. *in Auth. qui rem col. 6. v.* 10. adde *C. de S. Sanct. Ecclesiis.* Et quidem factum sit tale, quod ad substantiam appellationis necessariò requiritur: *v. c. præstatio solennium vel observatio fatalium.*

6.

15. VII. Qui petit dilationem ad solvendum Judicatum, vel alio modo acquieverit, *l. ad solutionem ff. de re judic.* Multò magis, si aliquid virtute lati decreti solverit. Gylm. *rer. Judic. Cam. lib. 1. decis. 26. num.* 115. *ex d. l. ad solutionem 5. C. de re Judic.* Vid. *infra tit. 32. §. 24.*

7.

16. Nisi forsan cum protestatione & reservatione sui Juris, ad avertenda attentata, vel aliud evidentissimum executionis periculum, hoc fieret. Plures casus, quibus appellationi aliquis renunciare censeatur, vide *apud DD. in l. si quis separatim. in fin. ff. de appellat.* Renunciatio appellationis etiam per Procuratorem fieri potest & recipitur, quando per literas de Principalis sui voluntate docet. Mevius *P. 6. dec.* 190. nec desuper audienda est altera pars, quando ipsâ invitâ vel ignorante fieri potest. Mev. *d. part. 6. dec.* 191. neque in expensas condemnatur renuncians, quando injustè non appellatum, eæque nec petitæ fuerint. *d. part. 6. dec.* 192. Sed non ineptè hîc quæritur: An appellationis instantia finiatur remissione ejus, per quod appellans se gravatum putat & queritur? Quod nuper contigit in causa der Herren Marschallen von Pappenheim/contra Freyherren Kresser. Quæstionem negat Mevius *Part. 5. decis.* 115. dicitque, appellantem priùs andiri debere, quoniam ejus interesse possit, ne remittatur ad Judicem, à quo semel gravatus est, *cum ibid. allegatis.*

Procurat. quom. renunciare possit.

Appellato jus quæsit. remitt. an finiat. app. inst.

Renunc. appellat. non valet in Criminalibus.

17. In Criminalibus appellationi non renunciari, vulgò existimant: quia hæc sapiat defensionem. *C. cùm inter.* & *C. olim, de Except. glossa in l. pactum inter. ff. de pactis.* & non audiatur volens perire, *l. non tantùm ff. de appellat.* Rebuff. *ad d. artic.* 15. *gloss.* 1. *num.* 25.

Non admittuntur privilegio prohibiti.

18. Porrò II. non admittuntur (suprà §. 2. h. t.) ad appellationem, qui Judicis inferioris privilegio prohibentur. *Ordin. ibid. vers.* Oder aber *d.* §. in totum scilic. qualia sunt privilegia *de non appellando*, vigore *Aur. Bull.* Electoribus concessa, & debitè renovata: *prout supra edoctum.*

3. Si Appellatio sit illicita.

19. III. Si appellatio ex alia causa sit illicita; quibus casibus Jus commune & ordinatio locum habento. *Ord. ibid. d.* §. Utpote si defectus Jurisdictionis adesset, vel causa ex Constitutionibus Imperii ad Cameram non spectaret. *V. c.* argum. *Recess. noviss.* 1654. §. Wie nun solches. 106. in causis ad Statum politicum spectantibus: quæ autem hujus generis sint, tradit Mevius *P.* 3. *decis.* 154. hæ itaque ad Judicem

De amicabili inter partes compositione.

à quo remittuntur; qui tamen in causis dubiis amicabilem partium compositionem, non solùm ante litis contestationem, sed in quacunque parte judicii, tentare tenetur. *dict. Recess.* §. Zweytens solle. 110. Hoc etiam in Aula Cæsarea sæpe tentatur, & aliquando perficitur:

Cui incumbat, vel non?

secundùm *Recess. Imper.* 1512. §. Zum dritten. 8. Debetque à Revisoribus quoque observari. *dict. Recess. nov.* §. Wenigers nicht. 133. Et in Camera quidem etiam locum habet inter personas Camerales: non verò in cæteris. Add. *notat. sup. ad tit.* 12. *cap.* 3. *pr.*

4. Si legitimam causam appell. non habentes.

20. IV. Ad Cameram appellare prohibentur, non habentes legitimam appellandi causam; qui non solùm in expensas condemnantor, sed etiam aliis Juris pœnis afficiuntor. *Ord. d. tit.* 28. §. Darzu dieweil etc. 2. Denais. *Appellat. temeraria.*

Frustratoriæ appellationis pœna antiqua.

21. Frustratoriæ Appellationis pœna de hinc arbitraria & ad minimum decem Marcarum argenti esto. Memor. Visit. *Anno* 1574. §. Als man auch. 13. *fin.* Denais. *Appellatio temeraria.* Hodiè pœna decem Marcarum auri puri est. *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. Und ob wol weiter. 17.

Pœna hodierna.

22. Verùm ob indies increscentem libidinem litigandi, & appellandi temeritatem, hæc pœna rursum adaucta, ad viginti Marcarum auri, aut pœnam corporis afflictivam pro arbitrio Judicis. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Und nachdem. 120.

Advocati pœna.

23. Advocati etiam ob frivolum, quod causis quandoque præ-

stant,

stant, patrocinium, pro delicti qualitate gravius quàm partes, jurium ignari, mulctantor. *d. Rec. &* §. **Und nachdem.** 120. *in fin.*

24. Sic appellantes ob frivolam appellationem in *causa* **Died. C.** *contra* **H. H.** in pœnam unius Marcæ auri sunt condemnati, 6. *Julij Anno* 1635. *in causa* **M.** *contra* **B.** in duas, 10. *Decembr. Anno* 1636. idem *in causa* **M.** *contra* **P.** 6. *Julij An.* 1627. *in causa* **C. G. und J. R. G. A. &c.** *contra* **W. St.** in decem, 7. *Julij Anno* 1641. *in causa Amlunx contra* **Stallmann** / 23. *Maij Anno* 1656. in duas, & *in causa* **Haußmann** *contra W.* 8. *Maij Anno* 1657. in pœnam unius &c. *quod hodiè ferè quotidianum.* Memorabile insuper præjudicium continet sententia, 12. *Maij* 1676. lata, *in causa I. I. contra H. L. viduam D. appellat.* in qua appellans ad pœnam carceris ad 14. dies, Advocatus verò in pœnam unius marcæ auri puri, fuerunt condemnati. Aliud item in *causa S.* **Erben** *contra I. W.* 18. *Mart.* 1670. ubi per sententiam Advocato pœna imposita, ingrediendi honestam custodiam, in qua pane, vili pulmento & aqua per octiduum alendus fuerat. Exempla pœnæ temerariis appellantibus dictatæ.

25. Et ab hac animadversione, nec ipsi Imperii Status sunt immunes. Sic in *causa* **Teutschmeister** *contra I. S.* Princeps Imperii in pœnam unius marcæ auri, **wegen ungebührlich** interponirter Appellation, (*nota, hanc formam pronunciandi molliorem contra Status in hisce passibus observari, ubi contra alios pronunciatur*, **wegen ihres frevelmüthigen** appellirens) fuit condemnatus 13. *Decembris An.* 1658. nec tamen tot exempla reprimendæ malitiæ hominum satis sunt. Illi pœnæ subjacent Status Imperii.

26. An verò etiam appellati huic periculo mulctæ subjaceant? Dubium est; quia sententia Judicis prioris ipsos constituit in bona fide, & quasi inviti ad litigandum trahuntur. Verùm, hoc non obstante, memini, appellatos non tantùm in expensas utriusque instantiæ, sed etiam, ut habent verba sententiæ, **wegen ihres frevelmüthigen Umbtriebs/ und muthwilligen** litigirens/ in pœnam duarum marcarum auri puri esse condemnatos, in causa **Bretten** contra **Henrichsen** *Anno* 1654. An etiam Appellati.

27. Quod intelligendum est, si Appellati, *ut supra tit.* 26. §. 49. *tit.* 27. §. 12. *tit.* 28. §. 10. *fin. dictum*, debito tempore appellationi inhæsissent, eatenus enim non minùs, ac appellantes, frivolam causam fovere possunt. Similiter, si nimis effrenes se in judicio exhibuerint, mulctæ subjacent, ut alii: prout testatur notabile præjudicium, per sent. latam *d.* 22. *Martij*, 1667. **In Sachen** S. **Erben** contra I. W. in his verbis: **Endlich seynd des** Appellaten **übergebene Handlungen/ theils ohne des** Ad- Si appellationi inhæserint.

Advocaten Unterschrifft/ theils hitzig und unziemlich/ hiemit verworffen / und solle er sich hinfüro eines andern bescheidenen Advocati, auch bessern Respects gegen seine Obrigkeit / bey unaußbleiblicher exemplarischer Straffe/ so wol gegen ihne/als Advocatum & Procuratorem, gebrauchen. *In eadem causa porrò* 13. *Martij* 1668. *pronunciatum*: Und solle der Appellat, selben Decreten zu folge / seine Nothdurfft daselbsten mit gebührender Bescheidenheit in allen Puncten vorbringen/ dieses Käyserl. Cammer-Gericht mit unnöthigen incidentien verschonen / und sich selbsten nicht ferner auffhalten/ mit dem Anhang/ wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß ermeldte Bürgerm. und Rath zu rechtlicher Endigung dieser Sachen/ und Abhelffung der noch übrigen liquidations- und executions-Puncten/ in contumaciam zu verfahren/ hiemit Macht und Gewalt auffgetragen seyn solle.

In omnibus processibus malitia punitur.

28. Atque locum habet pœnæ istius dictatio non saltem in Appellationum Processibus, sed in omnibus, in quibus malitia litigantis deprehenditur &c. Licèt enim *Const. Imp. de An.* 1600. §. Und ob wohl weiter. 17. & *de Anno* 1654. §. Und nach dem. 120. saltem de appellationibus loqui videantur, tamen ratio eadem idem & in reliquis jus dictat.

Pauperum appellantiũ admissionem quid præcedat?

29. Quod ad pauperes attinet, ad Cameram appellantes non admittuntur, nisi priùs de justa litigandi causa constet, & fides de paupertate Judici fiat, testimonio vicinorum, aut Magistratûs, aut publico instrumento. Gail. *lib.* 1. *obs.* 142. *num.* 7. Bart. *in l. de ætate* 43. *ff. de minorib.* fit etiam, deficientibus his, juramentô. Gail. *dict. loc.* Mevius *P.* 5. *decis.* 83. *n.* 4.

Justa litigandi causa, an sit, examinatur.

30. An autem justam habeant litigandi causam? ex actis per duos vel tres ex *Dominis Assessoribus* dignosci & examinari debet: quo facto, si paupertas testimonio aliquo probata sit, (intellige vel Judicis vel vicinorum) tunc processus decernuntur, pauperque ad Juramentum paupertatis admittitur.

Pauperum beneficia.

31. Porrò, pauperi inter Procuratores & Advocatos, prout ordo eos tangit, unus, ad inserviendum gratis, ex officio adjungitur; Item, Processus ex Cancellaria sine solutione taxæ præstantur; (tenentur tamen se obligare, si per processum ad meliorem fortunam pervenerint, quòd tunc jura sint soluturi. Prout nuper factum in causa M. K. P. contra S. W.) prout etiam aliquid parvuli pro sustentatione ex *Bursa pauperum* illis subministratur; cujus quantum definitur arbitrio *Dun. Assessorum*, ad hanc Bursam Deputatorum.

32. De-

32. Debet tamen pauper, postquam Procuratorem & Advocatum debitè informavit, sese ex urbe aliò transferre, ne molestus sit. Optandum quidem, pauperes ad hanc secessionem, *secundùm Ordin. & communia Decreta* compelli: Illi verò sub variis prætextibus Spiræ moras trahere norant: quibus si ex voto res non succedat, Inclytum Collegium tantùm non quotidiè importunis eleemosynæ flagitationibus fatigant, sæpè minùs de causæ suæ fatis & exitu, quàm de subsidio ex bursa pauperum soliciti. Quod cùm nuper in causa F.E. contra B.B. evenisset, illa tandem decisa & impetrans remissus fuit. Pauperes quando recedere debeant?

33. Denique notandum, pauperes in Camera dici illos, qui ad Juramentum paupertatis admissi, jure atque eleemosynis pauperum fruuntur; non, quos fortè deficit rerum copia, sunt tamen injurati. Quis dicatur in Cam. pauper.

TIT. XXXI.

In quibus causis appellationes ad Cameram non recipiantur.

§. 1.

APpellationes in Camera non recipiuntur I. in causis, sive factis Criminalibus, quibus pœna corpori infligenda est. Causæ enim Criminales, **peinliche Sachen / die Leib-Straffe auff ihnen tragen /** neque in prima, neque in secunda vel ulteriori instantia, in Camera locum habent. *Recess. Imperij Anno* 1530. *Augustæ.* §. **Item als jetzt etliche Zeit.** *Ordin. Part. 2. tit.* 28. §. 4. Mynsing. *obs.* 41. *cent.* 4. Gail. *lib.* 2. *obs.* 1. *num.* 27. *&* 28. Denais. *Appellat. Receptio* §. 1. limitationem tamen vid. *infra tit.* 33. §. 4. Sic etiam Statutum vel transactio, de non admittenda in causis criminalibus appellatione, ad delicta tantùm pertinet, ob quæ pœna corporis afflictiva decernitur; nisi aliud ex litera appareat. Mev. *P.* 2. *decis.* 302. Appellat. non recip. in Cam. in causis Crimin. regulariter.

2. Hinc in appellationum materia, ubi incipit pœna corporis afflictiva, **am Leben / Leib oder Gliedern /** ibi desinit Jurisdictio Cameræ. Vid. Gylm. *Symphor. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 18. *vot.* 2. *per tot.* in causa homicidii **Georg Bienen** *contra* heredes **Adam Schaben** occisi. Casp. Klock. *Relat.* 125. *per tot.* in causa **Michel Schmidt** *contra* **Herrn Georg Fridrichen / Marggraffen zu Brandenburg /** *appellationis.* Ruland. *de Comm. & Commiss. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. quem vid. post alios, de hac re prolixiùs. Quod exemplis firmatur.

3. Fallit tamen 1. si tertius in causa Criminali interveniens, fortè ratione Jurisdictionis suæ (vid. *supr. tit.* 26. §. 16.) appellaret. Gylm. *præjud. Cam. verb. appellare à quibus causis* &c. ratio est, quia tunc non exceptiones à Regula.

est quæstio de ipso crimine, sed de Jurisdictione seu Jure appellantis ab hoc diverso. *Secundò*, si non de crimine principaliter, sed de competentia Judicis disputetur. *Tertiò*, si dubitetur, an causa sit Criminalis? *Quartò*, si sententia defectu nullitatis impugnetur; h. e. si causa criminalis ex capite nullitatis, principaliter & seorsim deducta, ad Cameram devolvatur. Confer Mynsi. 4. *obs.* 41. Rutger. Rulandum *de Commiss. lib.* 2. *c.* 3. ubi hanc quæstionem, an causæ Criminales in prima instantia ad Cameram pertineant? in utramque partem disputat, sed tandem negativam ex rationibus non infirmis concludit. Vid. Wurmbs. *T.* 24. *observ.* Frid. Mindan. *de Processib. lib.* 1. *c.* 9. ubi affirmativam tuetur. Quem refutat Arn. Reiger. *ad dict. Mynsi. obs.* 41. *cent.* 4. *Quintò*, in causis fractæ pacis. *Sextò*, in delictis Fiscalibus. *Septimò*, si crimen intentetur personæ Camerali, ut suprà dictum *tit.* 4. §. 85. *& seqq.*

Quæstio singularis dubia.

4. Sed quæstio hîc incidit, utrùm ex causis criminalibus, ad hoc ut sciatur, an Jurisdictio Cameræ locum habeat, tenor sententiæ, ad pœnam corporalem nempe tendens, vel actio potiùs, an quis ad infligionem pœnæ corporalis egerit, consideranda sit?

Diversæ circa illam opiniones.

5. Sanè hæc res non parvum movit dubium, in *causa D. contra B.* ubi injuriati B. (contra quos D. libellum famosum edidit, in quo plurima gravissima & Capitalia crimina, v. c. veneficii, homicidii, stellionatus objecta) &c. ad pœnam talionis egerunt; consilium verò, sub quo res vertebatur, habito JCtorum Responso, injuriantem D. non, nisi ad recantationem, condemnaverat.

6. Cùm autem D. ab hac sententia, potissimùm, propter non reservatum honorem, ad Cameram appellâsset; fuerunt inter *Dnn. Assessores* non pauci, qui causam non devolutam pronunciare volebant, quòd hoc casu ab injuriatis ad pœnam corporalem actum, & injuncta pœna pecuniaria in illius locum quasi successerit.

Non fuit resoluta quæstio.

7. Quia tamen hoc posterius in sententia non exprimebatur, alii ex suprà allegato fundamento, potiùs causam principalem examinare volebant, *quòd scil.* sententia, non actio, intuenda: tum quòd *in dubio* semper magis *pro fundanda Jurisdictione Cameræ*, quàm contrà, *pronunciandum* sit: Præterea injurianti, tanquam viro graduato, satis durum foret, ob non reservatum honorem, infamiam nunquam reconciliabilem incurrere, & aliàs, *de stylo saltem Camerali*, in causis injuriarum, reservatio honoris semper fieri debeat. Sed fuit tandem res inter partes transacta; *Dubium tamen propterea non resolutum.* Egregia sunt,

quæ

quæ notavit Mevius *P. 2. dec. 322.* de Processu appellationum in causa crimin. observando: quæ videri & legi merentur.

8. Appellationi verò à mulcta, sed ea quæ in locum pœnæ corporalis, ex commiseratione forsan, per gratiam facta, non successit, & quæ summæ ordinationis appellabili convenit, in Camera locus est. Mynsing. *obs. 41. cent. 4.* An à pœna per gratiam in mulctam commutata appellari possit, vid. Frider. Mindan. *de Process. lib. 1. cap. 9.* ubi hæc per contraria tractat Gilhausen. *in arbit. jud. civil. pag. 3. cap. 8. num. 25.* Interim sententia superior verissima est. A mulcta, quæ in locum pœnæ corporalis non successit, appellatur.

9. Sic in *causa* W. *contra* Fiscalem T. *appellationis*, ob mulctam, ratione occisi Nobilis de Q. in territorio Trevirensi, aliquot 1000. flor. ipsi dictatam, appellatio propterea denegata fuit, quòd ex actis certò constaret, pecuniariam pœnam hanc in locum corporalis ex gratia commutatam fuisse. Gratia enim expressæ *Constitutioni* non derogat. Vid. Mynsing. *3. obs. 43.* & *4. obs. 41.* Frid. Mind. *lib. 1. c. 9. n. 16.*

10. Non recipiuntur II. appellationes, in Camera, si quis aliquem criminis in judicio criminali accusaverit, & accusatus per sententiam absolutus contra accusatorem ad expensas & ad recompensationem injuriæ & damni facti reconveniendo agat, quo casu accusator, in expensas & alia condemnatus, ad Cameram appellans, non auditur. *Constit. Carol. Criminal. art. 12.* **So bald der Angeklagt.** Accusator criminis, condemnatus in expensas, appellans non auditur.

11. III. Appellationes in causa possessorii momentanei in Camera locum non habent: at secus in causa possessorii plenarii. Mynsing. *obs. 13. cent. 6.* Gail. *lib. 1. obs. 7. num. final. & obs. 147. num. 9.* Appellat. in causa possess. momentan. non recipiuntur.

12. Ratio est, quia sententia in hoc Judicio interlocutoria reputatur, cùm saltem super exceptionibus, altiorem indaginem non requirentibus, cognoscat, vid. Thom. Merckelbach. apud Klock. *tom. 1. consil. 39. per tot.* Græv. *concluss. pract. lit. I. conclus. 7. consid. 2. n. 2. & seqq.* Bend. *de revis. conclus. 35. per tot.* Frid. Brandis *in relat. pro adsessoratu* apud Klock *4. num. 10.* Ejus ratio.

13. Si tamen accuratè loqui velimus, in jure nostro quævis possessio dicitur momentanea, ex eo, quòd gravamen in petitorio reparari possit, *l. un. ubi gloss. & Dd. C. si de moment. possess. &c.* Contard. *plenè ad d. tit.* Scacc. *tr. de appellation. quæst. 16. limit. 6. memb. 2. num. 3.* Cujac. in *paratit. C. ibid.* & exinde orta hæc contentio, num in possessorio, sive adipiscendæ, sive retinendæ, sive recuperandæ *per d. l. unic.* prorsus appellatio prohibita sit, an verò saltem quoad effectum suspensivum? An in quolibet possessorio appellatio prorsus prohibita?

Possessorii in usu practico distinctio.

14. Quia verò hodiè lites sunt longè difficiliores, sententiæque in possessorio latæ maximum secum trahunt præjudicium, possessorium ex usu practico distinctionem in *Summarijssimum*, strictè ita dictum, quod ubi periculum armorum metuendum, saltem locum habet, *Ord.Cam.p.2.tit.21.§.fin.* & *plenarium*, quod in jure momentaneum, respectu petitorii, dicitur, accepit, & in priori appellatio in totum interdicta, in posteriori verò distinguendum: aut agitur possessorio adipiscendæ, aut recuperandæ, aut retinendæ.

A summariissimo non appellatur.

In possessorio plenario distinguitur.

15. In duobus prioribus, si ex jure communi decisio sumenda esset, eo communius itur; in omni possessorio appellationem, quoad devolutivum effectum saltem, locum habere. *d.l.unic.* At ex usu practico & stylo Cameræ, ob præjudicium quod secum trahunt maximum, ad utrumque effectum, etiam retardandæ executionis, locum invenit, Gail. *1.obs.7. per tot. & obs.* 147. *n.* 9. ubi vide. Est enim, respectu possessorii, cui finem imponit, sententia definitiva, nec gravamen illatum per petitorium ita facilè reparari potest.

In possessorio retinendæ processus decernuntur sine inhibit.

16. In posteriori, *retinendæ*, quia uterque, tam appellans, quàm appellatus, contendunt se esse in possessione, ideo Camera, quoad effectum devolutivum, Processus decernit & appellationem recipit, inhibere autem non solet, vetante *Constit. Imper. de Anno* 1594. §. Die Inhibitiones &c. 100.

Quam ob causam non inhibeatur.

17. Ratio hujus est, quia merita causæ hîc concernunt causam supplicantis, & inhibitionem decernendo appellatus possessor, propter nudam appellationem adversarii, sua privaretur possessione, quod esset sententiam ferre ante cognitionem causæ, & absurdum inferret. Vid.Gail.*1.observ.*145.*n.*2.*&* 4. Gylm. *in decis. Cam. decis.*42. *in decis. summarijs num.*105.*lib.*2. Denais. *cap.*146. *num.*2. Tilem. de Benign. *Syntagm.* 1. *decis.*1. *vot.*9. *per tot.* Buchnerus *in relat.* 82. *Klockij n.*25. Schvvanem. *diff.jur.Cam.*15.*n.*8. Gilhaus. *in A.I.C.p.*3. *cap.*8.*n.*58.

An quibusdam casibus locum habeat inhibitio, in appellat. à possessorio retinendæ.

18. Excipitur à multis tamen I. si non appellatus, sed ipse appellans in possessione sit, & reddat hoc verisimile per probationes in continenti. II. Si utraque pars se possidere contendat, & res ad arma spectet, III. Quando dubia est possessio, & utraque pars suæ possessionis titulum dubium lubricumque habet. IV. Si appellans irreparabile per possessorium præjudicium sibi imminere doceat; cùm enim in his casibus per simplicem querelam Camera inhibendo & sequestrando procedat, utique etiam hoc poterit per viam appellationis.

19. Quam-

19. Quamvis autem hæc & alia à Dd. proferantur, omnia tamen accurata esse non videntur: primam tamen exceptionem indubiè procedere arbitror, si probatio talis sit, cui Judex insistere possit.

20. Quid si sententia ita concepta sit: In Sachen *momentaneæ possessionis*, &c. an exinde statim inferetur, in momentaneo esse actum? Quod negandum, quia talia quandoque à partibus aut Judicibus in fraudem appellationis excogitantur, licèt in actis hoc momentaneum seu summariissimum non sit institutum. Ex rubrica sententiæ à qua, non inferri potest, momentaneo actū fuisse.

21. IV. Appellationes in causis *matrimonialibus* in Camera non admittuntur. Causæ enim matrimoniales, sive sint simplicis querelæ, sive appellationis, per *Decretum Imperatoris* ex Camera exterminatæ sunt. *Memorial. Visitat. Anno* 1570. §. Wann auch der Käyserl. 7. Denais. *verb. Matrimoniales causæ*. Gail. *lib.* 1. *obs.* 112. *num. fin.* Cujus ratio, inter alias, & hæc est, quòd Criminalibus æquiparentur. Vid. Heig. *P.* 1. *qu.* 40. *n.* 25. Nisi forsan ratione nullitatis ad Cameram devolvantur: Nam ratione nullitatis principaliter propositæ, perinde ut criminales, in Camera dijudicandæ recipiuntur. *vid. infr. tit.* 33. §. 7. Appellationes in matrimonialib. non recipiuntur. Nisi ratione nullitatis.

22. Intelligendum verò est hoc, sic ubi de Juribus & viribus matrimonii principaliter quæstio est. (Vidend. hîc Reinking. pulchrè distinguens, *de regim. secul. & Eccles. last. Lib.* 3. *cl.* 1. *cap.* 10. *n.* 20. quibus add. Meichsner. *vol.* 3. *decis.* 20. *in fin.* & omninò Mev. *P.* 2. *decis.* 364. & 365. *cum alleg.*) *Nam si tertij*, fortè ad effectum legitimationis & successionis, de matrimonio disceptent; vel de competentia Judicis, alendo partu, aut puellæ sequestratione, quæstio sit, Camera in his meritò cognoscit. Ad illustrationem *hujus* §. 22. imprimis conducunt sequentia, & primò quidem sententia, 13. *Decembris* 1675. lata, in Sachen H. S. in Ehevogts Namen seiner Haußfrauen / G. M. *Appellanten* / wider A. C. K. *Appellatin* / so dann W. L. Freyherrn von B. *Intervenienten* / sequentis inter alia tenoris: Daß diese Sache / so viel die angezogene Ehe betrifft / vor das geistliche Gericht / da sich solche zu rechtfertigen gebührt / zu remittiren und verweisen seye: als wir hiemit remittiren und verweisen: in puncto interventionis subnectebatur actoria. Deinde sententia, pronunciata 27. *Febr.* 1674. in Sachen M. T. Gräffin zu C. wider Herrn C. A. O. Grafen zu C. *Mandati de præstandis alimentis*. Quæ in puncto divortii sic sonat: Doch daß sein Lic. W. Principalin sich immittelst die zwischen Ihro und dem Herrn Beklagten / vor dem geistlichen Richter / in puncto divortii Exceptio causar. matrim. quom. intellig. Præjudic. remissæ ad Jud. competent. quæst. de matrim.

verfangene Strittigkeiten der Gebühr außzuüben / angelegen seyn lasse / und deßwegen glaublichen Schein beybringe. Usitatum quoque est, ut partibus, si de Judice in matrimonialibus inter se convenire nequeant, duæ vel tres viæ monstrentur, quarum una eligatur: Quemadmodum contigisse meminimus, *in causa C. de L. G. contra maritum.* Famosissima verò est controversia, ratione Judicis competentis, *in causa* Isenburg *contra* Würtzburg & Cons. die Hanß Ottische Successionbetreffend / in qua 4. *Febr.* 1670. ita pronunciatum: Woferne Klägern von Ihro Käyserl. Majest. auch Chur- Fürsten und Ständen des Heil. Röm. Reichs die Resolution, ob die unterm *dato* 15. *Decembr.* 1622. ad acta gebrachte Ertz-Bischoffliche M. Consistorial-Urtheil / als competenter außgangen / zu halten seye / oder aber widrigen falls / bey welchem Richter der Auß spruch über die controvertirte Ehe-Sache / deren am 28. *Septembr.* 1615. an diesem Käyserl. Cammer-Gerichte ergangene Urtheil gemäß / zu suchen seye / beybringen werden / solle alsdann hauptsächlich ergehen / was recht ist. Videantur quæ de hac causa commentatus est Nobil. Dn. Jo. Dekherr. *in vindic. tit.* 27. *n.* 182. Dictæ autem Resolutionis productio, nuper sententiâ 11. *Martij Anno* 1687. publicatâ denuò injuncta, & huic rei certus terminus præfixus fuit, *in hunc modum*: In entschiedener Sachen weyland Hanß Otto von Isenburg und Cons. Klägern / wider auch weyland Julium, Bischoffen zu Würtzburg / Herrn Wolff Ernsten / Graffen zu Isenburg und Cons. Beklagte / jetzo deren allerseits Erben / in actis benannt / citationis, jetzo Mandati de exequendo, die Isenburgische Succession und Verlassenschafft betreffend / seynd D. Giessenbier und D. Müegen ihre / des Rescripti declaratorii und respectivè excitatorii halber / am 23. Augusti und 7. Octobr. verwichenen 1686. Jahrs beschehene Begehren / als unformlich abgeschlagen / sondern läst man es dieser Sachen absonderlichen Umbständen nach / bey dem am 6. Julii ermeldten Jahrs extrajudicialiter ergangen / und durch ermeldten D. Giessenbier an besagtem 23. Augusti gerichtlich vorgebrachten Decret noch zur Zeit bewenden. Darauff ist D. Müegens Principalinne die in der Urtheil de Anno 1670. ermeldete Käyserl. und des Reichs Resolution beyzubringen / Zeit 8. Monat pro termino & prorogatione von Ampts-wegen hiemit angesetzt / mit dem Anhang / sie thun solches oder nicht / daß nichts destoweniger alsdann / befindenden Sachen nach / auff ein oder andern Theils Anruffen / ferner ergehen solle / was recht ist / etc.

Cogno-

Cognoscit quoque Camera de alimentis uxori præstandis, uti factum in supra *nominata causa Cronbergensi*; & similiter 30. *Martij Anno* 1683. In Sachen Frauen Isabellæ Angelicæ, Hertzogin zu Mecklenburg/ Klägerin / wider Herrn Christian Ludwigen / Hertzogen zu Mecklenburg/ *Mand. Executor. de adimplendo sententiam Curiæ Parisiensis, C. C.* in verbis: So viel aber den *in causa Mandati S. C. de præstandis alimentis*, am 13. *Novemb.* 1680. anhero verwiesenen punctum alimentorum betrifft / ist D. Marquarten auff den / von ermeldtem D. Zellern/ am 23. Martii nächsthin gehaltenen Recess zu submittiren/ oder was sich sonsten in specie zu handeln gebühret / Zeit drey Monaten pro termin. & prorog. von Ampts wegen angesetzet etc. Immittelst werden ermeldter Frauen Klägerin jährlich 5000. Reichsthaler / loco alimentorum Ihro von dem Herrn Beklagten / ins künfftige / und so lange diese Sache an diesem Käyserl. Cammer-Gerichte unentscheiden schwebet/zu entrichten/provisionaliter und ex officio hiemit zuerkennt/ etc. Pariter non ita pridem judicatum *in causa* Hessen *contra* Hessen. Camera cognosc. de alim. ux. præstand.

23. V. Appellationes in causis decimarum, in judicio petitorio, ad Cameram non admittuntur, Mynsing. *obs.* 10. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *obs.* 8. *n.* 2. Non appell. in causis decimarum.

24. VI. Si à Commissariis, testes ad perpetuam rei memoriam, in causis litigiosæ possessionis aliisve, ad informationem duntaxat Judicis, examinantibus, tanquam suspectis, ad Cameram appelletur, appellatio non attenditur, sed examen nihilominùs ad finem perducendum fuerit. *Mem. Visitat. Anno* 1568. §. Als auch ferner. 2. nota tamen *dicta* §. *sequ.* Nec à Commissariis testes examinantibus, ad memoriam, pro inform. judic.

25. Verum est quidem, appellationem non attendi, quoad effectum suspensivum & retardandam Commissionem: non tamen sequitur, in his casibus ad Cameram appellari non posse, de quo *in hoc* 31. *capite* quæstio est. Nec enim *Recessus Visitationis* allegatus, nec etiam Dd. reliqui de hac re agentes, appellationem, sed saltem inhibitionem decerni prohibent, quod *stylo Cameræ* etiam conforme est. Sic citatio & compulsoriales decretæ, in causa Kempten contra M. Schalter / 2. *Octobris* 1643. & in causa Dortmund contra Cappenberg *Anno* 1655. Ußlar contra Otten. Intellige quoad effectum suspensivum.

26. Simile præjudicium non ita pridem contigit *in causa de* Wettige *contra* Franckfurt/ubi Commissarii Cæsarei pro suspectis allegati, & propterea ad Cameram appellatum, sed non nisi citatio & compulsoriales decretæ fuerunt. *Hæ igitur personæ & causæ sunt, à quibus* appel- Aliàs à Commissariis ad Cameram appellatur.

appellationes in Camera non recipiuntur: Et in genere sciendum est, in omnibus causis, tam civilibus, quàm Criminalibus, appellationem permissam esse, nisi expressè prohibita reperiatur. Per text. L. Et in majoribus. 20. C. de appellat. *Causas verò sivè casus, quibus appellatio prohibita est, præter supra positos, recensetSpeculator* in tit. de appellation. §. in quibus autem casibus. *Quem vide.*

Hactenus fuit de primo appellationis tollendæ modo: Sequitur alter qui in appellationis desertione est.

TIT. XXXII.

Appellationes quomodo desertæ reddantur.

§. 1.

VIdendum hîc primùm, quomodo Appellationes desertæ reddantur; Deinde quæ desertionis istius effecta sint.

Appellatio deseritur, si non ritè interposita.

2. Deserta redditur appellatio, *primò*; si tempus fatale appellationis interponendæ non observetur. Mynſ. *obſ.*22. *cent.*3.

2. Nec reproducta legitimè citatio.

3. *Secundò*, si intra fatalia Judicis vel legis, citatio in Camera obtenta non reproducatur, quo casu appellato super desertione, si volet, procedere licet, sed sententia, ne confirmator in Camera, & Executio remittitor ad inferiorem, si jus habeat exequendi: Sin minus à Camera implorata executioni mandator, & adversus hæc nec ignorantiæ partium, nec locorum consuetudini quicquam indulgetor. *Ord. part.* 2. *t.* 30. §. Und ſo alſo in einem. 4. *&* § *final.* Denaiſ. *Appellationis Desertio.* §. 1. 2. 3. Quamvis tradat Mevius *P.* 5. *deciſ.* 290. ob non reproductos in primo termino processus, & non exhibitum documentum requisitionis actorum, desertionem non statim decernendam, sed aliter procedendum esse: Praxis tamen Cameræ, uti ipsemet fatetur, contrarium tenet.

An Judex ex officio desertionem attendat.

4. Dicitur § *præced.* licere appellato procedere super desertione, *si volet.* Quamvis autem nihil dicat appellatus, nihilominus desertionem Judex ex officio attendere potest: Imò debet, propter defectum Jurisdictionis. Referens *relat.*41. apud Klock. *num.*2. vid. tamen Gylm. *Symph. tom.*1. *p.*2. *tit.* 17. *vot.*7. *in quæst. dubijs q.*6. *num.*20. & *præjud. Cam.* verbo: *appellationis desertio*: ubi distinguitur, aut sententia prior confirmanda, aut reformanda est: prius, etsi causa deserta sit, fieri posse; posterius non, quod & hodiè servatur, vid. *infr. h. t.* §. 41. *Lib.* 3. *tit.* 30. §. 5.

Hodierna praxis.

5. In-

5. Intellige autem, fatali introducendæ appellationis non observato, appellationem deseri: Nisi I. pauper sit, qui fatale neglexit; Pauperibus enim, ob fatalia appellationis introducendæ vel terminandæ non observata, appellatio deserta non redditur: at secus, si fatalia interponendæ appellationis, putà decendium, non observârint. Mynsi. *obs.* 97. *cent.* 4. Gail. *lib.* 1. *obs.* 142. quod tamen simpliciter acceptum dubio non caret. Pauperis appellatio non fit deserta, si negligat fatale introducendæ.

6. Jason quidem, absque distinctione, defendit, pauperi decendium currere. Sed Guido Papa *decis.* 436. distinguit, an appellatio in scriptis ab interlocutoria vel definitiva ex intervallo, aut viva voce, videlicet à definitiva in continenti, interponenda sit: Primo casu propter sumptus pro Instrumento appellationis expendendos, paupertatem excusare existimat: Posteriore non. Sed *Jasonis opinionem* Camera approbavit. Pauperi decendium interpon. currit.

7. Præterea fatali introducendæ neglectô, deseritur appellatio, nisi II. terminus introducendæ in ferias incidat, ita ut sex mensium terminus in feriis expiret, & introductio propter ferias ante finem termini fieri nequeat. *Recess. Imp. Spiræ Anno* 1570. §. Ob wol auch Cammer-Richter etc. 82. Gail. *lib.* 1. *obs.* 140. *n.* 4. 5. & 6. Denais. *Appellationis introd.* §. 8. Vel nisi ordo Procuratorem appellantis deficiat, per ea quæ dicta sunt supra *tit.* 28. §. 31. 32. & 33. Casus secundus non desertæ appellationis, ob neglectum introducendæ.

8. III. Nisi Judex Appellationis ex justis causis, terminum prorogaverit, quod potest. *Ord. part.* 2. *tit.* 30. §. Würde aber etc. Casus tertius.

9. IV. Nisi tractatus transactionis aut compromissi fatalis cursum impediret, quo casu tamen tutius, imò necessarium fuerit, pendente transactione vel tractatu concordiæ appellationem in termino introducere, Gail. *d. obs.* 140. *num.* 8. & 9. Solet etiam extensio termini ad reproducendum peti, teste *quotidianâ experientiâ.* Casus quartus.

10. *Tertiò*, appellatio deserta redditur, si appellans, intra spacium triginta dierum, Apostolos non petiverit: Sed *ordinatio* Appellanti liberum relinquit Apostolos petere vel non petere. *Ord. p.* 2. *T.* 30. *in princ.* Mynsi. *obs.* 49. *cent.* 2. & *obs.* 22. *cent.* 3. licèt hoc iterum in requirendis Actis mutatum, *ut suprà tit.* 25. §. 2. & *seqq.* 3. Deserta fit, apostoli si non requirantur, jure antiquô.

11. *Quartò*, si fatalia introducendæ, per culpam Nuncii, ante insinuationem effluxerint: Sed hoc casu appellans in integrum restituitur, vel illico & ex officio, si in termino citatus comparuerit; vel si emaneat, prævia citatione ad eam rem petita. *Consult. Cam.* 1583. Denais. *Appellat. desertio* §. 6. 4. Si fatalia introduc. culpâ nuncii effluxerint.

Restituitur tamen in integr. appellans.

12. *Istud autem Consultum Cameræ de An.* 1583. quo hæc sancita sunt, sic habet: Es begibt sich bißweilen / daß die Cammer-Botten / sine culpa partis aut Procuratoris, nachdem allbereit die fatalia verflossen / die Appellation-Proceß zu spat exequiren. Ob nun wol die Botten des Gerichts Diener / derowegen derselben Unfleiß dem Appellanten billig unnachtheilig: Dieweil aber hergegen Appellationis introducendæ fatalia, da sie allbereit verflossen / nicht prorogirt werden können / so sol demnach / auff obgesetztem Fall / die Sache als desert nicht angenommen; jedoch der Appellant, (da doch der Appellat auff außgangene Citation erscheinet / oder durch ein Anwaldt gegenwärtig ist) ohne einige Umbwege / alsobald / da ers begehret / oder auch ex officio restituirt werden. Auff den Fall aber citatus absens, alsdann sol / auff Ansuchen / citatio ad videndum restitui erkannt / und der Bott / nach Ermässigung seines Unfleisses / in allwege gestraffet / da er dem etc. Id est, accidit interdum, ut nuncii sine culpa partis aut Procuratoris, posteaquam fatalia jam præterierunt, appellationum Processus nimis serò exequantur. Etsi igitur nuncii Ministri Judicii sint, & propterea illorum negligentia appellanti damno esse nequeat, & fatale appellationis introducendæ, utpotè quod jam abierit, prorogari non possit, illo casu locus appellationi, tanquam desertæ, ampliùs non esto, sed appellans illicò (si modò appellatus in termino citationis comparuerit, & in judicio vel ipse, vel per Procuratorem comparuerit,) & simul atque postulaverit, vel ex officio, in integrum restituitor: Sin verò citatus absens fuerit, tum ad instantiam appellantis citatio ad videndum restitui decernitor, & à nuncio, pro arbitrio, prout negligens deprehensus fuerit, pœna exigitor.

Quid, si Notarius insinuans quidquam neglexerit?

13. Quid autem, si insinuatio Notario à parte vel Procuratore injuncta sit, isque aliquid neglexerit? Hoc casu pars aliter non restituetur, nisi doceat, Notarium non esse solvendo; Ratio differentiæ est, quòd Notarius à parte eligatur, quæ sibi imputari debet, cur diligentiorem non elegerit: à Nunciis contrà, prout illos ordo, die Botten-Ordnung / tangere solet, & non pro voluntate & electione Actoris, processus insinuantur. Add. *infr. Lib.* 3. *tit.* 24. §. 7.8.9.10.

5. Deserta est, si casu impediatur reproductio salvâ tamen restitut.

14. *Quintò*, appellatio deseritur, & appellans in integrum restituitur, si non culpâ, sed casu, executio sub fatalium exitum facta, prorogatioque petita, ac Processus postea intra eam reproducti fuerint: sed citatus tamen non comparuerit. *dict. Consult. Cam. Anno* 1583. Denaif. *ibid.* §. 7.

15. Puta,

15. Puta, si Nuncius ratione tempestatis, diluvii, vel alio simili fortuito casu impeditus, prorogatioque petita fuerit: hoc enim deficiente, non obstante suprà memorato impedimento, causa culpâ Procuratoris, quòd sc. petendo prorogationem non debitè invigilaverit, deserta esset. Nisi prorogatio non petita esset.

16. Pars huc pertinens Consulti Cameralis, *quod laudatur* §. 14. sic habet: **Also auch / wann die** Appellations-Proceſs **zu rechter Zeit** extrahirt / **und dem Cammer-Botten auffgeben / aber dieſelbe durch ihne / auß erheblichen ſeinen Verhinderungen / gar wenig Tage /** ante finem fatalium, exequirt; **jedoch durch den** Procuratorn **unterdeſſen /** ob diſtantiam loci, fatalium prorogation **gebetten / und hernacher /** intra tempus petitum, **die** Proceſs reproducirt / **aber der** Citirte / **oder jemands von ſeinetwegen gar nicht erſcheinet / ſo ſol wider ihn kein** proclama, **viel weniger** in contumaciam procedirt / **ſondern die Sache vor** deſert **gehalten werden / und dem** Appellanten **das** beneficium reſtitutionis **an die hand zu nehmen bevor ſtehen.** *Id eſt*: Idem eſt, ſi proceſſus appellationis intra tempus legitimum impetrati, nuncio committantur exequendi, ſed is, forſan propter juſta impedimenta, paucis diebus ante finem fatalium illos exequatur, & tamen interea per Procuratorem, ob diſtantiam loci, fatalium prorogatio petita fuerit, & poſtea intra eam Proceſſus reproducantur, ſed neque citatus ipſe, neque alius ipſius nomine in Judicio compareat, quo caſu non proclama adverſus illum decernitor, neque in contumaciam proceditor, ſed cauſa pro deſerta habetor, & appellanti beneficio reſtitutio in integrum uti, liberum eſto. Consulti Cameralis tenor, ea de re.

17. Nota præterea: Ex *Receſſ. Deput. Imp. de Anno* 1600. §. **Demnach dem** Appellanten, 103. equidem licere appellato, termino in citatione ad comparendum præfixo lapſo, intra fatalia Proceſſus reproducere; & petito factoque proclamate, abſolutionem petere, ſed hoc rarò aut nunquam in praxi obſervari. Appellato quid agendum, proceſſibus non ritè reproductis.

18. Si enim Proceſſus juſto tempore non reproducuntur ab appellante, terminus equidem non circumducitur in appellationibus, vid. Schvvaneman. *lib.* 1. *Proceſſ. Cam. cap.* 31. *n.* 4. *& ſeqq.* Sed, quod ad idem recidit, lapſis fatalibus, cauſa eo ipſo deſeritur, & appellatus, etiam non comparens, in effectu à citatione abſolvitur. Quando enim hoc caſu proclama denegatur, in effectu Proceſſus pro non inſinuatis habentur, &, ob lapſum fatalium, cauſa deſerta pronunciari poteſt.

19. Quod circumſpecti Advocati & Procuratores in tantum no- Ejusque Advocato

& Procuratori.

tant, ut, si animadverterint vitium in insinuatione aut reproductione hærere, sileant, monendo Dn. Referentem per schedulas, processui appositas, de hoc defectu, in hunc finem, ut advertatur & proclama denegetur; vel petendo Mandatum de exequendo sententiam causæ notoriè desertæ; Vel etiam documentum habitorum Recessuum in Cancellaria rogando, mediante quo Judici inferiori desertionem tantò evidentius adumbrent; vel denique scribendo ad partes, ut apud Judicem à quo instent, pro facienda Executione causæ notoriè desertæ. Sic in *causa* Eltz *contra* Lütz: proclama denegatum & causa deserta pronunciata fuit, 13. *Decembris Anno* 1658.

6. Si prorogatio in tempore non petita.

20. *Sextò*, Appellatio deseritur, si Procuratores, ultimo die fatali instante, ejus in tempore prorogationem petere, causas justas postea in Processuum reproductione scriptas exhibere, auditoque adversario in hoc articulo, ante litis contestationem submittere omiserint. *Recess. Imp. Anno* 1594. *Ratisbon.* §. Wann auch befunden etc. Denais. *Appellat. Introductio.* §. 13.

Praxis hodierna.

21. Quod hodiè in primo termino propterea fieri debet, siquidem reus, vel appellatus, omnes suas Exceptiones non devolutionis, [extra exceptiones fori declinatorias, quas solas proponere potest, suô tamen periculô, ne sc. in causa principali (siquidem rejectæ fuerint exceptiones) ampliùs audiatur. *Recess Imp. An.* 1594. §. 63. *Rec Imp. Noviss.* 1654. §. 69.] in dicto termino simul & semel importare, litemque contestari tenetur; Ratio hujus est, quòd non sufficiat, ad obtinendam prorogationem fatalium, nimis serò petitam, causas Judici exhibere, sed illas parti, ut desuper excipere possit, in scriptis demonstrare, necesse sit. Mynsi. 3. *obs.* 22.

Septimus casus desertæ appellat.

22. *Septimò*, si appellationem ab interlocutoria Judex appellatus non admittat, & Appellans ab ista non admissione seu denegatione appellationis appellare omiserit. Mynsi. *obs.* 49. *cent.* 2. & *obs.* 22. *cent.* 3. Secus est in definitiva: ab ejus enim appellationis denegatione necessariò appellandum non est.

A denegatione appellat. à definit. non necessariò appellandum.

23. *Octavò*, si Appellans, pendente Appellatione, aliquid innoverit, in præjudicium Adversarii, illum spoliando, vel aliâ ratione aliquid attentando, censetur hoc ipso appellationem deseruisse. Mynsing. *obs.* 50. *cent.* 2. & *obs.* 22. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 146. *num.* 15. Attentata enim sunt Appellationi contraria, quæ si ipse faciat Appellans, appellationi renunciat, eam deserit, & se hoc beneficio reddit indignũ. *per DD.*

8. Si Appellans quid novaverit.

24. No-

24. *Nonò*, si appellans, post interpositam appellationem, petat dilationem ad solvendum id, ad quod erat per sententiam condemnatus. Mynsing. *d. obs.* 22. *cent.* 3. *n.* 6. 9. Si Appellans ad solvendum dilat. petat.

25. *Decimò*, Appellatio deserta redditur, si reproductio citationis non realis, sed tantùm verbalis fuerit, *Consult. Camer. Anno* 76. Denais. *Appellat. desertio* §. 5. Quâ de causâ non ita pridem *in causa* Apper *contra* Wippermañ/ sententia desertoria lata, quòd ex præsentato Instrumento appellationis constaret, illud non realiter reproductum, sed primùm, post aliquot dies, ad Lectoriam traditum fuisse: quia tamen ex post facto restitutio in integr. petita, & Procurator, se non esse solvendo, allegaverat, contraria pars desuper audita fuit. Huc pertinet *casus notabilis*, qui non ita pridem extitit, *in causa Æ. H. contra K.* in qua quia originales processus non reproducti, nec ad acta venerunt, causa non solùm deserta pronunciata, verùm etiam Procurator cum insigni mulcta, simul in pœnam retardatæ litis condemnatus fuit. 10. Si reproductio sit tantùm verbalis.

26. *Undecimò*, Appellatio deserta redditur, si Appellans intra tempus præstitum solennibus privilegiorum non satisfecerit. Quæ desertio hodiè propterea facilè evitari potest, quòd processus, ut supra dictum, antequam solennibus satisfactum esse doceatur, *de jure noviss. Recessùs* non decernantur, vid. Marant. *Spec. P.* 6. *de appellat. n.* 200. Mevius *p.* 2. *decis. Wismar.* 63. *& P.* 4. *decis.* 375. 11. Si solennibus privileg. non satisfactum.

27. *Duodecimò*, & quidem jure novo, si acta intra triginta dies, à die interpositæ appellationis computandos, non requisiverit appellans. *Recess. Imper. de Anno* 1653. §. Ober auch schon etc. 61. 12. Si acta intra 30. non requisita.

28. *Decimò tertiò*, si in primo reproductionis termino, Mandatum ad præstandum juramentum de non frivolè appellando non importaverit, *d. Recess.* §. Zumalen aber etc. 118. & propter *Comm. Decr.* 13. *Dec.* 1659. §. 3. ipsum juramentum in primo termino non præstiterit. Vid. *supra tit.* 26. §. 38. In his omnibus *causa desertionis* pronunciando rarò exprimitur. *Formula sententiam dicendi sermone vernaculo talis esse solet*: In angemaßter Appellations-Sache N. contra N. ist erkennt/ daß diese Sache als desert, an diesem Käys. Cammer-Gerichte nicht angenommen/ sondern an Richtern voriger instantz zu remittiren und weisen seye/ als wir dieselbe hiemit remittiren und weisen/ die Appellanten in die Gerichts-Kosten an diesem Käys. Cammer-Gerichte derentwegen auffgeloffen/ihme Appellaten/nach rechtlicher Ermässigung zu entrichten/ fällig ertheilend. *Formula verò Latina hujusmodi est*: 13. Si juramentum appellat. primo term. non præstitum.

In prætensa causa appellationis, N. contra. N. causam hanc, tanquam desertam, in hoc Imperiali Judicio non acceptamus, sed ad priorem Judicem remittimus; appellantem in expensas desuper in hac Camera Imperiali factas, appellatis refundendas, salvô nostrô judiciali moderamine comdemnantes. Interdum tamen desertionis causa exprimitur, quomodo factum *d.* 13. *Decemb.* 1671. In Sachen Herrn P. Hertzogen von C. wider U. B. T. Ist solche Sache/ wegen nicht in primo termino einbrachter caution, als desert, an diesem Käyserl. Cammer-Gerichte nicht angenommen. Similiter *d.* 27. *Febr.* 1674. in angemaßter appel. T. L. von C. wider Fürstl. Cammer-Räthe zu H. & Conf. Sic etiam appell. *in causa* Jordanischer Erben *contra* Fridlin *d.* 20. *Octobr.* 1675. deserta est declarata, ex eo, quòd appellantes, secundùm *Recess. noviss.* §. Auch zum sechsten. 117. juramentum appellationis, privilegio requisitum, coram Judice à quo non præstiterint. *De quibus supra.* Æquè deserta dicitur appellatio, quando cautio serò nimis producta: præjudicium *d.* 26. *Martij* 1686. In Sachen *Arnoldi contra* Peters Wittibe/ in verbis: Ist die den 23. *Junij* 1685. als zu späth vorgebrachte caution nicht angenommen/ sondern erkennt/ daß diese Sache/ als desert &c. In qua cùm 9. *Martij Anno* 1687. restitut. in int. contra desertoriam rogaretur, allegatô, Advocatum, qui in vivis hoc tempore amplius non esset, in culpa fuisse: contra verò Appellati responderent, hanc allegationem appellanti non proficere, sibi ipsi enim debere imputare, quòd peritiorem non elegerit; Immò, quamvis posteà innotuerit, Advocati mortem falsò fuisse allegatam, *Dn. Judex* tamen hoc modo pronunciavit *d.* 13. *Dec. Anno* 1687. Ist D. M. sein/ der restitut. in int. halben beschehenes Begehren noch zur zeit abgeschlagen/ sondern das den actis prioribus auffgedruckte Sigillum hiemit von Ampts wegen pro recognito angenommen/ darauff derselben durch D. G. am 23 *Junij* 1685. gebettene publicatio und communicatio erkennt. Cujus ratio ea fuisse conjicitur, quòd *Dn. Judex*, priusquam ulterius progrediatur, se de justitia causæ informare velit.

Recensentur alii adhuc modi.

29. Præter modos enumeratos, plures à practicis recensentur, veluti, si quis appellationem intra annum vel biennium prosequutus non fuerit. *C. cum sit Romana. de appellat. auth. Si quis Appellat. C. de temp. appellationum.*

30. Item, si quis appellaverit ad judicem quidem competentem, sed plures fuerint competentes ad quos, sive superiores, & pars Appellans

lans intra tempus præstitutum se non declaraverit, ad quem illorum appellationem prosequi velit, *Gloss. ad C. si is cui de officio Delegat. in 6. DD. ad l. qui Romæ. §. potest. ff. de Verbor. oblig.* Alex. *consil. 12. Qui tamen si pro Processibus apud unum supplicat, eo ipso se declarat.*

31. Item, si quis ab interloc. non appellaverit in scriptis, sed vivâ voce tantùm. *C. 1. de Appellat. in 6.* Guido Pap. *Cons. 77. in causa col. penult.* Quanquam sint, qui appellationem invalidam potiùs quàm desertam hoc casu dicendam esse existiment. *Posterius tamen in Camera practicatur.*

32. Sed quid, si multi appellaverint simul, tanquam Consortes, & postea tres vel duo tantùm appellationem prosecuti fuerint, an, quoad cæteros non prosequentes, appellatio deserta esse censebitur? Rebuffus negat, præjudicium allegando, in Comment. ad Constit. *reg. de appellat. art. 5. gloss. unica. num. 20.*

33. Et notandum, quòd in dubio appellatio deserta non præsumatur, & Judex potius judicare & pronunciare debeat appellationem desertam non esse, quia Judex eam viam potiùs eligere debet, per quam utrique parti consulitur. Jason. *ad l. 1. ff. si quis caut. n. 6.* Decius *Cons. 14. & pro tenui. num. 5.* Quod etiam in Exceptione non devolutionis locum habet. Tilem. de Benign. *decis. Cam. Syntagm. 3. decis. 2. vot. 6. n. 3.* Hond. *cons. 24. num. 28. vol. 1.*

Appellatio in dubio non præsumitur deserta.

34. Ad effecta desertionis quantum attinet, sciendum est, appellationem deseri perinde esse, atque appellationem interpositam non fuisse.

Effecta desertionis quæ?

35. Quamobrem appellatione desertâ, sive per desertionem sublatâ, etiam Jurisdictio Cameræ Imperialis tollitur, & appellatione desertâ, licèt utraque pars appellationem prosecuta sit, desertione non attentâ, nec ullâ ejus mentione factâ, usque ad sententiam, attamen Judex in causa principali pronunciare non potest, propter defectum jurisdictionis, *quemadmodum neque Camera pronunciat.*

Desertâ appellatione Jurisd. Cam. tollitur.

36. Nam si pronunciaret, sententia esset nulla, propter defectum jurisdictionis, quia prior sententia abiit in rem judicatam, ideoque ipso jure revoluta est Jurisdictio ad judicem à quo. Mynsing. *obs. 59. cent. 2. & obs. 22. cent. 3.* Gail. *lib. 1. obs. 137. num. 1. & seqq.* Vid. Henning. Gœden. *consil. 56. num. 5. per l. si contra. 8. & l. quoniam. 18. C. de Appellat.* Ludov. Post. in tract. *de subhast. decis. 93. num. 5.* Anton. Fab. *lib. 7. tit. 18. defin. 54. num. 6.*

Jurisdictio ad judicem à quo redit.

37. Post-

Tota causa perdita est.

37. Postquam enim appellatio deserta fuit, tota causa ipso jure perdita censetur, quia retrò fingitur nihil actum. argum. *l. Neratius ff. de manum. testamento.* Et quando Appellatio deserta est, postea processus non valet, nec sententia, quia Judex est incompetens. *Clem. si appellationem. de appellat.* Alexand. *consil.* 64. & *consil.* 28. *in* 6. *vol.* Anchor. *consil.* 345. *jam deserta.*

Judex ad quem sententiam priorem nec confirmare nec reformare potest jure communi.

38. Unde, si appellationis desertæ ratione non habitâ, sententia pronuncietur super negotio principali, & sententia prior confirmetur ac reformetur, hæc confirmatoria pro nulla habenda fuerit, quia tanquam à judice non suo, sive alieno lata est, imò, ne ad excipiendum quidem valebit. *d. Clement. si appellationem de appellat.* & Bald. *in authen. & qui. in fin. de temp. appellat. & in* §. *si quo tempore miles.* Guid. Pap. *consil.* 10. *in præsenti. in fin.* ubi asserit, Judicem ad quem nec de nullitate quidem cognoscendi facultatem habere, post appellationis desertionem: utpote, de qua Judex ordinarius cognoscere habeat. *C. dilecto de appellat.* nam, principali extincto, & accessorium extinguatur oportet. *l. cum principalis. ff. de Reg. juris.*

Super desertione saltem pronunciat.

39. Itaque Judex super appellationis desertione pronunciare, & nullitatem ad ordinarium remittere potest: Secundùm Anchoran. *dict. Cons.* 345. *jam deserta.* Nec poterit pronunciare, benè vel malè judicatum esse. Bald. *Cons.* 20. *volum.* 1.

Non super attentatis.

40. Denique appellatione desertâ, nec super attentatis pronunciari potest, quia, ut prædictum est, si super principali pronunciare non licet, nec super accessorio licebit, & quia post desertionem causa non secus habetur, ac si appellatio nunquam interposita fuisset. *C. licet de sententia excomm. in* 6. DD. *ad l. fin.* §. *illud. C. de tempor. appellat.* Rota *decision. I. in notab.* ubi plura recensent, & Card. *in Clem. si appellationem. de Appellat.*

In Camera, appellatione desertâ, priores sententiæ confirmantur.

41. Quod dictum §. 38. *in Camerâ non obtinet*, nam ibi contrarium quotidiè observatur: & licèt causa sit deserta, nihilominus tamen prior sententia confirmari solet. Gail. *lib.* 1. *obs.* 173. Secus est in non devolutione, ubi enim Jurisdictio superioris Judicis omninò fundata non est, sententia prior confirmari non potest. Add. *supra h. tit.* 32. §. 4.

Ut differant, appellationem non devolvi & eam desesi.

42. Notandum hîc, quòd differunt inter se, appellationem *deseri*, & non *devolvi*: Nam aliam sententiam pronunciat Judex, appellatione non devolutâ, & aliam appellatione desertâ. In ista, causa expressè remittitur ad Judicem à quo, quia fundata esset jurisdictio Cameræ, per

ap-

appellationem ritè interpositam, si non obstaret summa ordinationis non appellabilis vel privilegii de non appellando: ideoque, postquam in puncto devolutionis, à parte Appellati sufficienter probatum fuerit, summam litis ordinationis legibus aut privilegio non convenire, necesse est, causam ob non devolutam appellationem ad Judicem à quo, quia ipso jure ad eum causa redit. Gail. 1. *obs.* 123. & *obs.* 138. Si tamen inhibitio decreta fuisset, etiam in causa desertionis remissio fieri solet.

43. Illius tamen regulæ, §. 35. *supr.* propositæ, Judicem nimir. appellationis, appellatione desertâ, in causa principali pronunciare non posse, exceptiones quædam sunt. *Prima* est, nisi Appellans eam deserat, Appellatus autem intra fatalia eam prosequatur, fortè confirmandæ vel reformandæ prioris sententiæ aut expensarum consequendarum gratiâ, suprà *tit.* 28. §. *fin.* Exceptio 1. regulæ §. 35. propositæ.

44. *Altera*, nisi sententia, à qua fuit appellatum, confirmanda foret, putà, quando de injustitia appellationis ex actis prioribus constaret, & à parte adversa desertio non sit allegata, quo casu Camera, & alius Judex appellationis quicunque, si velit, desertione non attentâ, in causa principali pronunciare, & sententiam à qua confirmare posset, Mynsing. *obs.* 60. *cent.* 2. Gail. *obs.* 137. *n.* 2. *Hæc tamen* 2. *exceptio* firmo non stat talo, cùm Judex desertionem ex officio attendere debeat. Add. Mevius *P.* 5. *decis.* 289. Qui asserit, desertorem appellationis damno litis & expensarum coërceri, etsi bonam causam habere deprehendatur. Except. 2.

45. *Tertia* est, nisi Judex appellationis antè pronunciâsset se competentem, causam legitimè devolutam, vel non desertam esse appellationem: tunc enim valet processus in negotio appellationis, licèt reverà causa non sit devoluta, quia vel nulliter appellatum, vel appellatio deserta est. Mynsing. *d. obs.* 60. *cent.* 2. Except. 3.

46. *Quarta* est, axioma illud, Judicem scilicet appellationis, appellatione desertâ, in causa principali pronunciare non posse, locum non habere, quoad sententiam desertionis, & condemnationem expensarum; quia Judex appellationis, appellatione desertâ, nihilominùs Jurisdictionem habet in cognoscendo, an sua sit Jurisdictio utrùm appellatio sit deserta, & super expensis frustrationis, vel retardati processus. Gail. *d. obs.* 137. *num.* 3. Ubi differit, an appellatione desertâ, appellationis Judex nihilominùs in pœnam temerè litigantis, condemnare possit, *num. fin.* & à quo tempore desertionis expensæ postulentur, *num.* 5. *& seqq.* Except. 4.

Appell. desertâ, Cam. expensas taxat, & exequitur.

47. Quamobrem, appellatione desertâ, sumptuum ejus taxatio duntaxat, executioque ad Cameram pertinet, reliqua ad judices priores remittuntur. *Ord. part. 3. tit. 50. §.* **Wo aber.**

Annon major sit habenda ratio iniquitatis quàm desertionis?

48. In Causa **Boppardt** contra **das Kloster zu St. Barbaren/** *appellationis*, Thom. Michaëlis apud Klock. *relat. 20. num. 8. & seqq.* contra Gylm. præjud. Cam. verb. appellat. desertio &c. rationibus non contemnendis tuetur, si causa maximè deserta foret, attamen, cùm sententia à qua iniquitate non careat, non tàm desertionis, quàm iniquitatis habendam esse rationem: Suprema enim Judicia, *inquit*, etiam Acta causæ desertæ examinant, nec tantum momenti apud se habere patiuntur desertionem, ut exinde confirmandam putent sententiam, quam ex actis iniquam esse deprehendunt, nec æquitatem suadere, ut id, quod est iniquum, ex hoc prætextu desertionis mandetur executioni; Video etiam desertionis cognitione sepositâ in hac causa pronunciatum esse: malè judicatum, benè appellatum 4. *Decembris Anno* 1607.

Praxis & stylus hodiernus.

49. Quicquid tamen sit, causâ notoriè desertâ, *stylus hodiernus* cognitionem in principali non admittit. Restitutio tamen in integrum eò faciliùs decernitur.

An renuncietur desertioni per litis contestationem?

50. *Quæritur*: An partes desertioni renunciare censeantur, si litem simpliciter contestentur? Ad hujus quæst. resolutionem sciendum, si ex legibus disputandum foret, non esse dubium, quin partes desertioni renunciare valeant, nisi vel Judicis à quô ratione sui privilegii, non observatorum solennium, vel alterius interesse coincidat; licèt praxin in contrarium esse adserat Schvvanem. *obs. pract. Cam. Imp.* 15. Sicut enim jurisdict. Cam. ex partium consensu prorogari potest, ita etiam desertioni renunciare licet, modò id fiat expresè.

Illâ non obstante, causa pronunciatur deserta.

51. Quòd si tamen fortè simpliciter litem contestentur partes, jam antè didicimus, in Camera hanc litis contestationem magis pro erronea, quàm pro actu, renunciationem inferente, judicari: Sic in *causa B. contra de B.* non obstante à parte Appellati purè factâ litis contestatione, causa nihilominùs deserta pronunciata est. 27. *Maij Anno* 1658. idem in causa M. contra P. *eod. die & Anno.* Vid. de hac re Gylm. *tom. 1. p. 2. tit. 17. vot. 7. num. 29.* & Meichsn. *tom. 1. lib. 1. decis. 20. n. 17.*

Partes solæ desertioni renunciare nequeunt.

52. Quicquid sit, sanè per desertionem non tantùm partibus, sed & Judici à quo, ut sententia ipsius in salvo maneat, Jus quæritur, ut proinde partes solæ desertioni renunciare non possint; quia licèt etiam Judex à quo renunciaret, hoc tamen propterea non attenderetur, quòd,

quòd, commissâ desertione, sententia ipsius statim transeat in rem judicatam, ac proinde Judicis appellantis Jurisdictio fundari non possit.

53. An *Cæsar* desertam appellationem recipere, remque judicatam tollere possit? Elegans etiam hujus loci dubium est. Vid. de hoc votum D. Seublin apud Casp. Klock. *relat.* 108. *num.* 26. affirmativè concludens. Quòd quidem in Consilio Aulico Imperiali, soli Imperatori subjecto, procedere possit; vix tamen in Camera, quæ non tantùm nomine *Imperatoris*, sed etiam *Statuum* judicare solet. An Cæsar desertam appell. recipere possit?

54. An Judex Cameræ causam desertam pronunciare possit, parte alterâ nondum in judicio comparente, nec proclamate contra eam decreto? Quæstionis etiam non inelegantis est. Pro negativa inter alia facere videtur, 1. quòd ad quodlibet Judicium requirantur Judex, actor & reus, & quamdiu reus non comparet, nec in contumaciam contra ipsum processum est, illud claudicare videatur. 2. Quòd expectandum sit, an reus comparere, desertioni renunciare, & in judicium consentire velit &c. An deserta causa pronuncietur, parte alterâ non comparente?

55. Quicquid tamen sit, *aliter hodiè* observatur; sic in causa **Hohenzollern** contra **Gribnitz** *appellationis, & Mandati de revocandis attent.* ob non factam requisitionem actorum intra 30. dies, nec in primo termino oblatum Mandatum, ad præstandum juramentum appellationis, quamvis ex parte citatorum nemo comparuerit, & proinde Procurator Appellantis contra citatos non comparentes proclama petierit, tamen causa ex officio deserta pronunciata, & Mandatum cassatum fuit, 8. *Martij Anno* 1659. Sic in causa E. contra L. proclama contra aliquos non comparentes denegatum, & causa deserta pronunciata, 13. *Decembris Anno* 1658. Aliud præjudicium in causa **Schulenburg** contra **Müllerische Erben** / quod demonstrandæ observantiæ ergò adduxisse sufficiat, plura enim in similibus præjudicia exstant. Hodiè ita fit, ex officio, quamvis citati non compareant.

56. Ratio hujus esse videtur, primò quòd desertio faciat causam esse decisam, arguatque renunciationem Appellantis, qualia nec per Appellati comparitionem restaurari possent: item, quòd, appellatione desertâ, cessent omnia, quæ appellationis beneficio competunt, aut competere possunt, & quòd perinde sit, ac si appellatum nunquam fuisset, sententia prior transeat in rem judicatam, & jurisdictio, pro facienda executione, se eo ipso revolvat ad judicem à quô, ut per *l. quoniam.* 18. *C. de Appellationibus* tradunt Ant. Fab. *in C. l. 7. tit. 27. defin. 14. n. 1.* & *tit. 18. defin. 56. num. 6.* & *lib. 2. tit. 6. defin. 17. num. 3.* Ejus rei rationes.

Postius *in tract. de subhast. decis. 93. num. 5.* Henning. Goed. *Consil. 56. num. 5.* Mynsing. *2. obs. 70. & 3. obs. 22.* Gylman. *Symph. tom. 1. p. 2. tit. 17. vot. 5. num. 2. & 3. & tit. 8. vot. 1. num. 6. Secundò*, etsi contra absentem, per præmissum proclama contumaciæ nondum convictum, pronunciare jura non permittant, sententia tamen pro eo ferri possit, *vulgatâ l. properandum. 13. C. de judicijs.*

Secus est, si Appellatus appellationi inhæserit.

57. Aliud proinde esset, si Appellatus appellationi quoque inhæsisset: tunc enim, licèt causa deserta esset, nihilominùs contra ipsum, in primo termino non comparentem, proclama decerneretur, eoque post 6. juridicas contumaciam non purgante, causa deserta pronunciaretur.

An appellat. deseratur rogatô judice à quo, ut revocet attentata?

58. An causa deseratur, quando Appellans adit Judicem à quo, super innovatis seu attentatis, rogando, ut revocentur? *Dubitari etiam potest*, quia appellatione semel interpositâ, coram Judice à quô comparere, jura vetant; Verùm decisio negativa in terminis apud Mynsing. *cent. 3. obs. 23.* videre est.

59. Quod reliquum est, apparet ex superioribus, effectum desertionis potissimùm in remissione causæ ad judicem à quo consistere. Hic si causam ante appellationem plenariè definiverit, firmat manet ipsius sententia, eaque executioni mandatur. Solet tamen quandoque judex appellationis inferiorem judicem admonere, ut in punctis indecisis impartialem justitiam administret: quemadmodum accidit *in causa supra* §. 28. *nominata* Jordanischer Erben/ *contra* H. F. *in verbis*: Jedoch daß denen Appellanten in denen noch unerörterten Puncten unpartheyisch Recht administrirt werde.

60. Subjicimus memorabile ex connexa citatione ad reassum. præjudicium; *sententiæ d. 2. April. 1669. latæ*: In angemaßter Appellations-Sachen weyland E. von der W. Wittib / wider die Erben der L. Marckung / in specie auch weyland D. von S. jetzo allerseits Erben/ in actis benannt/ dann Herrn F. W. Marggraffen zu B. und Churfürsten / als Intervenienten: Ist diese Sache / als desert, an diesem Käyserl. Cammer-Gerichte nicht angenommen/ sondern erkennt/ daß dieselbe an Richtern voriger instantz zu remittiren und weisen seye/ wie wir solche hiemit remittiren und weisen/mit dem Anhang/daß gedachte Appellanten in die Gerichts-Kosten / an diesem Käyserl. Cammer-Gerichte / in puncto appellationis derentwegen auffgeloffen / ihnen den Appellaten/nach Rechtlicher Ermässigung/zu entrichten und zu bezahlen/

len/ schuldig seyn sollen. Dann *in puncto citat. ad reassum.* daß die vielfältige/ über die Zahl/ der Ordnung zuwider / beyderseits eingegebene Schrifften / mit vorbehaltener Straffe nach Ermässigung ab actis zu verwerffen/auch gedachte Appellanten und Citirten von außgangener Ladung zu absolviren und erledigen/ ermeldte Appellaten und Reassumenten in die *in punct. citat. ad reassum.* an diesem Käyserl. Cammer-Gerichte auffgangene Unkosten / ihnen den Appellanten und Citirten/ nach Rechtlicher Ermässigung zu entrichten und zu bezahlen/ fällig ertheilend. Und wo sie/ die Partheyen einander/ deren in puncto citat. ad reassum. in dieser Appellations Sache nicht begriffenen/ noch darzu gehörigen / eingeführten Puncten / invasionis, reparationis, læsionis, rescissionis, transactionis und dergleichen halben/Spruch und Forderung zu erlassen nicht gemeynt/ mögen sie es/ob sie wollen/ gehöriger Orten/ wie sichs gebührt/außführen. Endlich ist gegen der offtbenanten Appellaten und Citanten Advocaten/wegen dieses höchsten Gerichts zu frühezeitigen/mit dahin noch nicht gehörigen/ der interponirten Appellation nicht anhängigen Puncten / deren eigener Appellations-impugnation zuwider / zu Verhinderung der Justitz, Bemühung / dessen Clienten dardurch zugezogenen schwären Kosten und Schadens/ die Straffe einer Marck Löthigen Goldes / innerhalb drey Monaten / dem Käyserl. Fisco zu bezahlen/hiemit vorbehalten/ mit dem Anhang/wo er solchem also nicht nachkommen wird/ daß er jetzt als dann / und dann als jetzt/ in die pœnam dupli erklärt/ und auff des Käyserl. Fiscals Anruffen/der Real-Execution halber ferner ergehen solle/was recht ist. *Nota*: In casu hujus sententiæ, Appellationem dudum introductam, nec ejusdem decisionem solicitatam fuisse, ac postmodum partem appellatam, mortuô interim vel appellante, vel Procuratore & Substitutô, citationem ad reassum. impetravisse. Quòd autem limites excesserit, ejus meritò pœnas tulit.

Hactenus de provocatione solenni: videamus nunc de simplici.

TIT. XXXIII.

Simplex provocatio ad Cameram quid, & quotuplex, & de jurisdictione Cameræ in causis nullitatum.

§. 1.

SImplex provocatio (vid. supr. tit. 21. pr.) ad Cameram est, quando causa ab inferiore judice, omissis appellationis solennibus, ad Cameram (Quid simplex provocatio?)

Quotuplex. meram defertur. Estque vel *querela nullitatis* principaliter deducta, vel *petitio restitutionis in integrum.*

Querela nullitatis principaliter instituta, quid? 2. Querela nullitatis, principaliter intentatæ sive deductæ, est *imploratio* Officii Judicis, quâ Actor sententiam nullam, vel actum nullum rescindi petit, *nullâ appellationis mentione factâ. Ordin. part. 3. tit. 34.* §. Wo aber von Urtheilen nicht appellirt. 2. & *Part. 2. tit. 28.* §. Item nachdem auch etc. 4. Vid. Mynsing. *obs. 91. cent. 5. circa finem.* Gail. *obs. 127.* Wurmser. *tit. 24. de appellat. obs. 35.*

Cur dicatur imploratio. 3. Dicitur, *imploratio officij*: quia proponenda est, non jure actionis, sed officio Judicis, quod 30. annis durat, sicut alia personalis actio. Innocent. *c. ult. de officio Judicis.* Mynsing. *obs. 92. cent. 5.*

Exempla nullitatum. 4. Dictum, *nullâ appellationis mentione*: Nam appellatio à nullitate supervacua est. *l. ex consensu. ff. de appellat.* Causæ & exempla hujusmodi nullitatum sunt, si juramentum calumniæ exactum non præstetur, (intellige, in causis S. Q. in appellationibus enim processus aliter non decernuntur, nisi juramentum calumniæ, vigore privilegii, aliaque solennia priùs præstita sint, ut alibi.) *c. 1. de juramento calumniæ. in 6.* Bartol. *in l. de pupill.* §. *qui operis. ff. de oper. novi.* Idem *in l. prolatum C. de sentent. & interlocut. omnium Judicum.* Sebast. Vant. *Tit. quibus modis sent. null.*

Juramen. calum. in infer. jud. non præstit. processum nullum non reddit. 5. Verùm in Camera hoc non attenditur; licèt enim in prima vel secunda instantia juramentum calumniæ à parte exactum, sed præstitum non sit, attamen processum non reddit nullum: Sed hoc non obstante in causa principali sententia pronunciatur, maximè verò, si pars, quæ tale juramentum exegit, Judice ad ulteriora procedente, non appellaverit, sed causam ad conclusionem usque prosecuta fuerit. Gail. *lib. 1. obs. 84. num. 1. & 2.* addatur Gylm. *tom. 3. verb. juramentum calumniæ.* Vid. *Ord. Cam. Wormat. Anno 1521.*

Alia nullitatum exempla. 6. Item, si actori via probandi, quæ amplianda semper est, præcludatur. *l. quoniam. C. de hæret.* Bald. *in authentica. Qui semel. C. quomodo, & quando judex.* A qua tamen præclusione appellare licebit. *C. interpositæ. de Appellat. in 6. C. inter. de sent. & re judicat.* Item, si ex falsa causa sententia pronunciata fuerit, Speculat. *de fide instrum.* §. *videndum. Vers. Ecce. C. sicut inter cætera extr. de re judicata.* Item, si sententia contra dispositionem juris pronunciata fuerit, aut Judex de causæ meritis non satis edoctus, sententiam dixerit. *C. tum ex literis de restit. in integr. c. 1. de re judic.* Item, si sententia præcipitanter fue-

rit

rit lata. *l. judices C. de judic. l. 2. de sententia & re judic. c. 2. q. 1. c. Deus omnipotens.* Plura, & ferè infinita alia exempla vide apud Sebastianum Vantium *de nullitatibus.* Petrum de Ferrar. *Practic. in form. interlocut. super incompet. Judic. ad verb. nos. Bernard. num. 12. & seq.*

Matrimoniales causas ex cap. nullitatis Camera recipit.

7. Cæterùm, per viam nullitatis principaliter intentatæ, etiam causæ matrimoniales, alioquin ex Camerali judicio exterminatæ & relegatæ, à judicibus immediatè Cameræ subjectis ad Cameram devolvuntur, de quo vide Frider. Mindanum *de proceff. lib. 1. cap. 10.* & causis matrimonialibus, ratione nullitatis processus, in Camera locum esse, multa præjudicia testantur.

Ut & causas criminales.

8. Per eandem viam nullitatis etiam causæ criminales ab iisdem ad Cameram deferuntur. *Recess. Imper. Augustæ Anno 1530. §. Item/* als etliche Zeit etc. Et *Ord. part. 2. tit. 28. §. Item/* nachdem auch etc. 4. Mynsing. *obs. 41. & 42. cent. 4.* Gail. *lib. 1. obs. 1. num. 27. & 28.* Solet tamen priùs pro literis informatoriis, umb Bericht/ scribi. Utì factum in *causa matrimoniali* Stelling *contra* Langwedel / & in *causa* Schuel *contra* Moscherosch.

Quales nullitates maximè in his causis spectentur.

9. Qui nullitatis querelam in Camera intentat, maximè in causis criminalibus, Judicio Cameræ de bonitate causæ & innocentia sua simul colorem quendam ostendat necesse est, cùm vix in eo audiatur, qui solùm se indefensum aut non citatum exclamat, nisi etiam pro innocentia sua quoddam relevans producat. Unde potissimùm nullitates, contra Constitutionem Carolinam commissæ, supplicæ inseri solent.

Quando causa princip. ad ordinar. remittitur.

10. Nullitatis quæstione in causis criminalibus in Judicio Camerali decisâ, principale negotium ad judicem ordinarium remittitur. *Ord. d. §. Item* nachdem auch etc. 4. *circa fin.* Cum admonitione, ut novum processum, vigore jurium, & præsertim secundùm tenorem dictæ *Constitutionis Carolinæ*, instituat. Tamen pro convenientia causæ, si Judex inferior exhibuerit se nimis acerbum, in Camera causa retinetur: utì factum *d. 20. Octobr. Anno 1686.* in Sachen Müllers *contra* Herrn Graffen zu Wiedt.

An quoque in matrimonialibus id fiat.

11. Et hanc *ordinationis legem*, quoad remissionem ad Jud. ordinarium, etiam in causis matrimonialibus ratione nullitatis ad Cameram devolutis, locum habere putamus. Sed observandum hic, quinam Judices nullitatis esse possint, de quibus Mynsing. *obs. 92. cent. 5.* quem omninò vide.

Exempla nullitatum

12. Exempla nullitatum, ex quibus Jurisdictio Cameræ in causis cri-

in criminalibus Jurisdict. Cam. fundantium.

criminalibus fundatur, sunt, si contra accusatum absentem, non legitimè citatum vel inauditum, vel à non competente Judice, vel contra rationem naturalem & æquitatem, vel legitimo processu non observato, judicatum fuerit. Mynsing. *d. observ.* 42. *cent.* 4. Gail. 1. *obser.* 1. *num.* 28. Vid. *supr. tit.* 29. §. 44.

Non omnes nullitates eam fundant.

13. Non ergò in hoc casu omnis generis nullitates fundant Jurisdictionem Cameræ, sed illæ solùm, quæ contra naturalem rationem & æquitatem processusque substantialia, commissæ sunt, aut si contra reum non auditum, vocatumvè processum aut pronunciatum sit. Ita Referens in voto **Hanß Michael Schmidt** contra **Herrn Georg Friederichen/ Marggraffen zu Brandenburg/** apud Klock. *relat.* 125. ubi vide nullitates in quæstione criminis plenissimè examinatas, cum quo concordare videntur ordinationis verba *part.* 2. *tit.* 28. §. **Item nachdem etc.** 4. & quæ tradit Meichsner. *tom.* 3. *decis.* 20. *num.* 3. ubi itidem hanc materiam plenâ manu tractatam vide.

Consilium datur Judici inferiori.

14. Quòd si Judex inferior processus sui fiduciam habeat, optimè facit, si vel ipse, vel citatus comparet, & legitimè processum esse, per exhibitiouem actorum criminalium edocet; sic facilè sententiæ suæ confirmationem per compendium impetrabit, ubi quandoque aliàs longo processu opus esset.

Quando in criminalibus Cam. Jurisd. etiam contra accusat. fundetur.

15. Cameræ autem Jurisdictionem in causis criminalibus, ratione nullitatis principaliter deductæ, tantùm quoad reum fundatam esse censent, non quoad accusatorem, nisi forsan accusatori ex processu criminali atque sententia pœna talionis immineret. Mynsing. *d. obs.* 42. *cent.* 4. vel is ad expensas agere vellet.

In civilibus per viam nullitatis princip. causa ad Cam. devolvitur.

16. Et notandum *primò*: Quemadmodum causa appellationis ad superiorem devolvit causam nullitatis: Sic, vice versâ, per viam nullitatis principaliter intentatæ (scilic. *in causis civilibus*, in quibus, cassato priori processu nullo, partibus injungi solet, ut in Camera de novo agant; aliud quippe est in criminalibus §. 10. *h. t.*) simul principalem causam, seu totum negotium ad Cameram Imperialem devolvi, ita, ut Judex Cameræ super meritis cognoscere, atque ex novâ causâ, & novis probationibus sententiam confirmare vel reformare queat; nisi tamen error in sententia sit expressus, quo casu Judex sententiam primam confirmare non posset, quia secunda illa sententia confirmatoria æquè nullitatis vitio laboraret, atque prima: aut nullitas ex defectu & ineptitudine libelli appareat, quo casu Judex nullitatis sententiam nullam re-

reformare non poteſt, ſed ſuper nullitate pronunciare neceſſe habet. Vid. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 127. *n.* 1. 2. *&* 3.

17. Notandum *ſecundò*, appellatione deſertâ, vel per privilegium aut reſcriptum remotâ, non propterea deſertam vel remotam cenſeri nullitatem: Quamobrem deſertionis, vel privilegii, vel reſcripti nullâ ratione habitâ, cauſa per viam nullitatis principaliter intentatæ ad Cameram deferri poteſt. Mynſing. *obſerv.* 77. *cent.* 2. *& obſerv.* 64. *cent.* 4. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 135. Quia appellatio & nullitas remedia, ut *Gail. ibid.* ait, diverſa ſunt. Appellatione deſertâ non perit nullitas.

18. Quod modò dictum, rectè ſe habet, ſiquidem ſeorſim per viam *citationis ad videndum deduci nullitates* querela proponatur; Si enim acceſſoriè cum appellatione introducatur, deſertâ appellatione, nullitates quoque pro deſertis haberentur. Niſi incidenter fuerit propoſita.

19. *Tertiò*, nullitatem uſque ad triginta annos deduci poſſe, (niſi aliud tempus ſtatuto inductum, quod fieri poteſt. Mevius *Part.* 1. *deciſ.* 100. *n.* 1.) ſecundùm communem, & in Camera receptam opinionem. Mynſing. *obſ.* 92. *cent.* 5. Gail. 1. *obſ.* 127. *n.* 8. Vid. Blum. *Proc. Cam. tit.* 56. *à th.* 9. *uſque* 15. ubi formalia petitionis & ſententiæ, in cauſis nullitatum, incidenter & principaliter propoſitarum, recenſet. Nullitas ad 30. ann. deduci poteſt.

20. Per *Receſſ. Imper. Ratisbon. de Anno* 1654. §. Indeme auch. 115. fatalia appellationum tàm interponendæ, quàm introducendæ, in querela nullitatis, (ſi nullitas unà cum appellatione proponatur) æquè ſervanda ſunt. Quia nullitas venit ut acceſſorium, quod regulari debet ſecundùm principale, ſoletque pronunciari, quando præponderat, hoc modo: In Sachen der Stadt E. wider weyland R. Wittib / jetzt B. von R. *primæ appellationis*, &c. ſondern iſt allein Vorbringen nach zu recht erkeñt / daß die bey gedachtem O. F. Hoff-Gerichte am 2. *Junij* 1666. außgefällte / und den 23. *Martij Anno* 1667. repetirte Urtheilen / als null und nichtig zu revociren / und auffzuheben ſeyen / als wir hiemit revociren und auffheben. *Public.* 7. *Julij* 1674. Niſi nullitas ex defectu perſonæ Judicis vel litigantium orta, vel aliàs contra proceſſus ſubſtantialia commiſſa ſit, quibus caſibus, fatalibus lapſis, etiam auditur ſupplicans, utì ita *in cauſa H. contra S.* 9. *Novembris* 1658. Citatio ad videndum deduci principaliter nullitates, extra fatalia decreta fuit. Hodiè fatalia appellationum in querela uullitatis ſervari debent. Exceptiones.

21. Simile præjudicium non ita pridem latum eſt, in cauſa Hartmann / contra Halbmeil / Memnoniſtam, ſeu Anabaptiſtam, qui vigore *Conſtitutionum Imperij*, nec activè, nec paſſivè convenire poſſunt, ſed

bona eorum, per varias Constitutiones Fisco Imperiali addicta sunt. Licèt hodierno tempore ejusmodi nefarii homines, variis in locis, contra expressa jura tolerentur, *vide supra tit.* 8. §. 16. & 17.

22. Cæterùm notandum est: *Citationi ad videndum deduci*, &c. Vel expressè vel tacitè clausulam cassationis annexam esse. Illius præjudicium exstat in *sent.* 1675. lata: In Sachen K. N. Klägern / wider Bürgermeister und Rath der Stadt T. Beklagte / *Citat. ad vid. deduci nullit. & cassari*, ist erkennt / daß ermeldte Beklagte in dieser Sachen nichtiglich verfahren und geurtheilet / derowegen sothane Processus und darauff ergangene Urtheil zu cassiren und auffzuheben seyen / als wir dieselbe hiemit cassiren und auffheben. *Cum condemn. in expens.* Memorabile quoque est præjudicium 13. *Decembr.* 1677. In Sachen I. von der W. contra I. von der R. *appellat.* in qua sententia prior nulla & irrita declarata, & causa principalis, uti verba sonant, ihrer Beschaffenheit nach / in Camera fuit retenta.

Quid requiratur ad impetrandum processus super nullitat.

23. Ulteriùs nota: de *stylo communi* solere supplicantes super nullitate primo intra decendium coram Judice à quô protestari, medioque Instrumento factæ protestationis, citationem extrahere. Hoc si neglectum fuerit, ut nullitates substantiales ex actis deducant necesse est, antequam processus impetrent.

Nullitates substantiales quæ sint?

24. Quæ autem sint nullitates substantiales, quæstio de stylo præsenti utilissima est: *Primò* illa, quæ ex defectu jurisdictionis provenit, omnium maxima est. Vant. *de nullitat. ex defectu jurisdict. per tot. cum qua convenit*, quæ oritur ex defectu litigantium, e. g. si pupillus aut minor sine defensore litigarent: *libellus* etiam & *citatio* sunt actus judiciarii substantiales, quos & in Camera attendi, monet Wilhelm. Dürfeld *relat. pro Adsessor. apud Klock.* 3. *n.* 35. ex Marant. *tit.* 13. *num.* 18. Acta enim caput habeant (scil. libellum) quo innitantur, atque prævia *citatione* defensionis viam in justitia naturali fundatam reo largiantur necesse est. Mev. *part.* 2. *dec.* 293. *n.* 6. *p.* 3. *dec.* 112. *n.* 5. *& p.* 7. *dec.* 77. *n.* 1.

25. Sic substantialis, & in ipsam naturalem rationem peccans nullitas est, si reo omnis adempta & præclusa defensio fuerit, processusque ab executione inchoetur, vel si acta ita formata deprehendantur, ut exinde non appareat, substantialia Judicii præcessisse, omnia sint confusa, nec sententia habeat, quo innitatur, quod multifariam accidit, & unâ paginâ comprehendi nequit.

26. Hoc

26. Hoc largiendum, quia conſuetudo inferioris Germaniæ ſolennitates judiciarias non multum curat, ut ex Mynſing. *conſ.* 2. *n.* 18. refert Frid. Brandis *relat.* 4. *apud Klock. n.* 77. ſolennia, & judiciorum apices à ſubſtantialibus differre, nec in Camera attendi, ex generali regula, quòd nullitas de facto in judicio obſervata, proceſſum non vitiet. Nullitas, quæ de facto in judicio infer. ſervatur, proceſſum non vitiat.

27. Pertinent autem ad *ſubſtantialia Proceſſûs*: 1. *Libelli oblatio*; in ordinariis: ſecus in ſummariis, ubi qualisqualis petitio ſufficit, & vicem libelli ſuſtinet. 2. *Aptitudo libelli*: notoria enim ineptitudo, etſi non petatur, ex officio attendi debet; *quamvis* generalis, obſcurus & incertus, ſi pars non opponit, ſuſtineri poſſit. 3. *Citatio*: ſi tamen pars præſens, hâc omiſsâ, nullitas non attenditur. Licèt rectiùs fecerit Judex, etiam partem præſentem interpellando; Cùm citatio non ad hoc ſolùm requiratur, ut præſens aliquis ſiſtatur, ſed etiam, ut inſtructus veniat; quamvis enim præſens aliquis ſit, non tamen ſubinde eſt inſtructus. 4. *Litis conteſtatio*, in omni caſu, ubi libellô formali opus. 5. *Juramentum calumniæ*; ſi modò petitum. Arg. *c.* 1. *de juram. calumn. in VI.* 6. *Cauſæ cognitio & examinatio*, quæ ex temporis brevitate præſumitur, ſi modò feratur ſententia in abſentem: ſi enim in præſentem, proteſtari debet. 7. *Concluſio cauſæ*, ubi opus. 8. *Ordinatio proceſſûs* in inferioribus judiciis, quoties certa præſcripta & non ſervata, toties parit nullitatem. Subſtantialia proceſſus, & in hæc commiſſ. nullit. enumerantur.

28. Contrà *probatio petita non admiſſa*, non facit nullam ſententiam, ſed iniquam, quia non eſt de ordine ſubſtantiali judicii, ſed de ordine juſtitiæ: in quo quidem, *judiciô Vantij*, diſſentiunt plurimi. Sic etiam 2. denegata vel omiſſa publicatio atteſtationum, non nullam, ſed ſolùm iniquam facit ſententiam. Idem eſt 3. de dilationibus negatis. 4. De denegata cautione. Et 5. omnia illa, quæ *ante litem conteſt.* fiunt, ſi omittantur vel invertantur, nullitatem non pariunt. Tandem cuncta, *poſt litem conteſt.* ex mediis cauſæ exſurgentia, ſub ordine juſtitiæ includuntur, ſuntque potiùs accidentalia, in quibus ſi quid peccatum, tunc propriè appellandum eſt.

29. Porrò, memineris, de ſtylo hodierno, proceſſus non aliter decerni, niſi actor libellum ſummarium, in quo petitionis capita breviter continentur, exhibeat, vel narrata ſupplicæ, ſe in primo termino loco libelli repetiturum, declaret, idque in cauſis S. Q. in appellationum cauſis enim vel libellum ſupplicæ adjungere, vel ſe ad acta priora loco libelli concluſurum aſſerere neceſſe eſt. Supplicationi in cauſis S. Q. vel libellus jungendus, vel declaratio de narratis ſupp. repetendis.

Quid in causis appellationum?

30. Notandum *quartò*, (junge §. 19. h.) ex singulari cautela practicorum, per viam nullitatis principaliter intentatæ, causas ad Cameram devolvi, si constituto tempore appellatum non fuerit, aut summa appellationis Imperii constitutionibus, vel privilegio de non appellando conformis non fuerit, Gail. 1. *obs.* 127.

31. Hoc tamen hodiè non procedit, quia summam appellabilem etiam in causa nullitatis attendendam esse suprà patuit. Intellige eam, quæ in omnibus appellationibus locum habet: hodie 600. flor. *supr. tit.* 20. §. 52. Hinc summa appellabilis, *per privil. statuta* in nullitatis querela non attenditur. Textus enim *Recess. Imp. de Anno* 1570. §. **Ebener massen.** 69. ultra terminos & rationem non est extendendus. Denais. *de jur. Cam. tit.* 69. §. 3. & privilegia contra jus commune data strictè debent intelligi.

Privileg. de non appell. in caus. nullit. non attenduntur.

32. *Quintò*: Privilegia de non appellando in causis nullitatum non attendi; quamobrem privilegia ejusmodi impetrantibus consultum fore, si ab Imperatore non solùm iniquitatis, sed etiam nullitatis ratione, privilegium sub certa summa impetrent, Gail. monet 1. *observ.* 135. *num.* 8. add. *supra tit.* 19. §. 45.

TIT. XXXIV.

De jurisdictione Cameræ in petitione restitutionis in integrum.

§. 1.

Quid petitio in integr. restitutionis.

PEtitio restitutionis in integrum est, qua per sententiam Judicis inferioris læsus (id est, damnum aliquod passus, *arg. l.* 24. *l. l.* 27. §. 2. *de minorib.*) se adversus eandem restitui postulat.

Restituere quid?

2. *Restitui*: id est, ad rem & jus pristinum reduci, vel jus suum integrum recipere; Judex enim dicitur reducere vel reddere, pars verò Jus recipere, quod amiserit, ut patet ex *d. l.* 24. §. 4. *ff. de minorib.* ubi textus dicit: *Jubeat Prætor, emptorem fundum cum fructibus reddere, & pretium recipere.*

Restitutionis definitio.

3. Restitutio igitur est, ad rem sive pristinam causam reductio, & juris integri receptio. *l. quæsitum.* §. *ex hoc interdicto. ff. de precar.* ita, ut tantum tribuat restitutio, quantum abstulit læsio, *per l. fin. C. de sententiam passis.*

Restitutio duplici modo in Camera quæritur.

4. Nota: Restitutionem in integrum in Camerali judicio duplici modo quæri & obtineri posse, vel *brevi manu*, vel *per citationem ad videndum* se restitui.

5. Brevi

5. Brevi manu facta dicitur, quando v. g. Appellans contra lapsum fatalium, ob non requisita Acta, vel aliud quid simile omissum, ad nudam ipsium supplicam, antequam pars desuper audiatur, extrajudicialiter in Senatu in integrum restituitur: quod fieri non solet, nisi causæ pro restitutione allatæ, adeò claræ sint, ut ipsa pars contrà opponere nihil possit. Restitutio brevi manu.

6. Aliàs, si vel minima ratio dubitandi & difficultas circa restitutionem appareat, solet denegari restitutio brevi manu, & non, nisi citatio ad videndum se restitui, decerni, qua ad modum aliorum processuum in Cancellaria expedita, parti insinuata, & reproducta, causæ restitutionis plenariè examinantur, exceptiones alterius partis desuper audiuntur, & sic, ut in aliis causis, quæsita restitutio in integrum vel decernitur, vel denegatur. Vid. *suprà tit.* 28. §. 9. *& aliquot seqq.* Huc quadrat præjudicium ex sententia 14. *Martij*, 1684. lata, in Sachen Sachsen-Koburg *contra* Buwinghausen / *citat. ad vidend. se restitui in integr. advers. laps. fatal.* ibi: Wird der hinc inde gethane Beschluß hiemit von Ampts wegen auffgehoben / darauff D. M. die in actis angezogene impedimenta besser als geschehen / und / wie sichs gebührt / zu bescheinen / Zeit drey Monat pro termino & prorogatione von Ampts wegen angesetzet / mit dem Anhang / er thue solches oder nicht / daß nichts desto weniger in der Sachen ergehen solle / was recht ist. Restitutio, quæ fit præviâ citatione.

7. Si restitutio post reproductionem jam factam peteretur, tunc licèt brevi manu non decernatur, tamen etiam citatione opus non est, sed Procurator partis adversæ desuper audiri, & Exceptiones illius, præviâ actoriâ, peti solent. Quid, si restitut. post reproduct. petatur.

8. Fit autem plerumque restitutio in integrum, ut modò dictum, contra lapsum fatalium, vel *simile quippiam*: neque facilè dari poterit casus, ubi contra *sententiam definitivam* restitutus quis fuisset, licèt illud à partibus quotidiè tentetur. *Contrarium tamen quotidiana docet experientia*: *de quo vid. infrà* Lib. 3. tit. 60. Camera contra sentent. definit. non restituit.

9. Dictum §. præced. *vel simile quippiam*: intellige v. c. *contra lapsum* primæ dilationis probandi brevi manu, cum concessione secundæ dilationis; vel *contra lapsum termini* judicialis, vel *ratione* declarationis pœnæ, utì factum 17. *Martij Anno* 1676. in Sachen C. von der M. jetzo dessen Erben / contra Fr. Gräffin C. jetzo Herrn S. H. Grafen zu der L. *Mandati de exequ.* C. C. *in verbis*: Auch ist darauff erkennt /

daß der Herr Beklagte in puncto declarationis pœnæ in integrum zu restituiren seye / wie wir ihne hiemit restituiren.

Querela nullitatis & pet. restit. cumulantur.

10. Quærelæ autem nullitatis, & petitionis restitutionis in integrum cumulatio, admittitur in judicio Camerali, ut præjudicium annotavit Mynsing. *obs.* 25. *cent.* 2. in causa Elisæ de **Falckenberg** contra Joannem de **Falckenberg** / *M. Feb. Anno* 1553. Intellige, alternativè, *hoc modo*: sententia nullitate laborat, aut saltem remedium restitutionis contra eam indulgendum est.

An illa cumulatio contra sententias Camerales procedat?

11. Sed quæritur: An cumulatio querelæ nullitatis cum petitione restit. in integrum etiam adversus sententias Camerales procedat? Dubium est ex eo 1. quòd ordinatio peculiare remedium *revisionis* induxerit, etiam adversus nullitates. 2. Quòd omnibus indistinctè duo remedia contra sententiam competant, restitutio, aut revisio, de tertio, querela nullitatis, autem ordinario sileat. 3. Exinde eveniret, ut in Consistorio hoc supremo novo remedio sententiæ Cameralium perstringerentur, quod, præter revisionem aut Syndicatum, hâc viâ inauditum. 4. Vix etiam fieri potest, ut super nullitate disputetur, non attactis causæ meritis, qualia tamen post sententiam repetere, jure Cam. vetitum est. *Visit.* **Abschied** §. *ult. & pen. Anno* 1586. & 72. §. **Altem Sprichwort etc.**

Conclud. beneficio nullitatis neminem juvandum contra sent. Camer.

12. Exinde concludendum videtur, propter neglectum revisionis remedium, neminem beneficio nullitatis, ad impugnandam Cameræ sententiam juvandum esse. Sic in causa **Hansen Delphin und Georgen Haupitz** contra **Brandenburg-Onoltzbach** pro remoranda & declinanda paritione nullitatis querela & restitutionis in integrum petitio cumulatæ fuêre, & licèt, per modum exceptionis hoc licere, multi opinati fuerint, alii tamen tenuerunt contrarium: postmodum in sententia nullitatis mentio omissa, restitutio verò denegata fuit 13. *Maij Anno* 1597. Vid. Klock. *relat.* 31. *per tot.*

13. Cæterùm Syndicatus, *cujus mentio in* §. 10. *facta*, est, quando judex accusatur, vel quòd corruptelis persuasus, vel alia ex causa, contra expressa jura tulerit sententiam. Gail. 1. *obs.* 57. talisque sententia non transit in rem judicatam, eò quòd Judex per imperitiam malè judicando in dolo esse reputetur, & tenetur parti læsæ ad sumptus, damna, & interesse.

Syndicatus an contra

14. Contra *Assessores* tamen non datur remedium Syndicatûs, nisi probari possit, illos per fontes, venalesque manus judicâsse; quod de

de viris tanti Judicii in dubio non præsumitur. Consultius proinde pars fecerit, si, relicto hoc remedio, revisionem potius quærat, nisi fortè fatalia jam elapsa, vel defectus in præstatione solennium commissus fuerit. Assessores intentari possit.

15. Propinquius tamen, & facilius est remedium Syndicatus, quàm revisio: Hæc enim, vigore *noviss. Recess. de Anno* 1654. intra 4. menses, à die publicatæ in Camera sententiæ, interponi, atque intra hoc tempus certa solemnia, v. g. insinuatio revisionis ab Electore Moguntino, præstatio juramenti revisorii, tam à parte principali, quàm Advocato, item cautionis revisoriæ, fieri debent, cùm tamen in remedio Syndicatus præterquam, quod ad 30. annos intentari possit, ejusmodi solennitates non requirantur, vid. *infra lib. 3. tit. 62.* Syndicatus expeditius remedium est revisione.

TIT. XXXV.

De Jurisdictione Cameræ in reductione ad arbitrium boni viri.

§. 1.

AD simplicem provocationem pertinet reductio ad arbitrium boni viri, h. e. judicis ordinarii, qui vir bonus in jure dicitur, per text. *in l. vir bonus. ff. judicatum solvi.* Gail. *lib. 1. obs. 149. num. 3.* Reductio ad arb. B. V. species est provocat. simplicis.

2. Refertur ad simplicem *provocationem*, tanquam ad genus suum, non ad solennem illam, quam *appellationem* propriè nominari dictum est. Et reductionem istius solennis appellationis speciem non esse, vel inde patet, si penitius rem introspiciamus, quia solenne illud appellationis requisitum, ut videlicet intra decendium reductio petatur, quemadmodum in appellationibus fieri solet, hic non attenditur, sed verior & communior opinio est, reductionem usque ad annos triginta peti posse, & sententiam arbitratoris, propter fatale decendii neglectum, in rem judicatam, non transire, teste Gail. *lib. 1. obs. 150. num. 1.* Græv. *d. loc.* Add. *infr. §. 13. h. t.* Non autem solennis appellationis. Quod probatur.

3. Reductio etenim ad arbitrium boni viri, est à sententia arbitratoris ad judicem competentem provocatio. Gail. *lib. 1. obs. 149. num. 2.* Quam sententiam vulgò *arbitramentum*, & voce magis barbara, & ineptiore, *laudum* appellant: Sed Latinè alii, & rectiùs, arbitrium vocant. Vide Corasium *in Miscellan. lib. 4. c. 18.* Reductio quid sit?

4. Differunt verò arbitri & arbitratores. Arbitri sunt Judices, partium conventione ita electi, ut coram illis juris ordine observato procedatur, per text. *in l. 1. ff. de recept. arbitr. & gloss. ibid.* Arbitri & arbitratoris differentia.

5. Ar-

Arbitrorum quot species?

5. Arbitrorum tres sunt species, juxta *pragmaticorum* distinctionem: Sunt enim vel *arbitri juris*, qui eliguntur ex necessitate præscriptoque juris, etiam statutarii vel solius consuetudinis (vel vigore pacti cujusdam gentilitii) vel *arbitri voluntarij*, de consensu partium quidem loco Judicis electi, ita tamen, ut, tanquam ordinarii observato juris ordine procedant: Vel *arbitratores*, qui citra judicii figuram ex æquo & bona voluntate partium controversiam componunt. Primi ferunt *sententiam*, medii *laudum*, ultimi *arbitramentum*. Vid. de his omnibus plenè Marantam *in spec. part. 6. num. 122. & 271. de appellationibus*. Mynsing. 4. *obs.* 68. Græv. ad Gail. 1. *obs.* 150. Tilem. de Benign. *Syntagm. 3. decis. 2. vot. 7.* Gylm. *tom. 4. Symphor. p. 1. vot. 19.* in causa Steinberg contra Meyen zu Hildesheim / *& tom. 1. p. 2. tit. 7. vot. 2. per tot.*

Qui sint arbitratores?

6. Arbitratores verò sunt, qui nullâ juris solennitate observatâ, controversias amicè, & ex æquo & bono, componunt, *DD. ad T. ff. de Arbitris*. Vid. Speculatorem *in T. de Arbitris & Arbitratoribus*. Ædendorpius *in Lexico juris, in verb.* (Arbitri) opinatur, Arbitri nomen per commentatores ineptissimè tractari, rem prorsus Reipubl. saluberrimam non attingi. Corrasius *lib. 4. Miscellan. c. 18.* totam Arbitratorum declarationem commenticiam esse putat.

Monitum Gailii ad dignoscendum arbitros & Arbitratores.

7. Ut cognoscatur, utrùm aliquis inter partes arbiter vel Arbitrator constitutus fuerit, spectandum esse monet procedendi modum. Gail. 1. *obs.* 150. *num.* 4. Nam si in aliquem compromissum fuerit, ut Arbitratorem, sed hâc conditione, ut libellum, responsiones ad libellum, & probationes recipiat, & juris ordinem observet; illum, etsi arbitrator nominatus sit, tamen non arbitratorem, sed Arbitrum constitutum, & pro Arbitro habendum esse: Et contrà, si in aliquem compromissum sit, ut Arbitrum, sed eâ lege, ut controversiam de plano sine processu litis amicè componat, & ex æquo & bono decidat, hunc, etsi arbiter appelletur, non tamen Arbitrum, sed arbitratorem potiùs censendum esse.

A sententia Arbitri non appellatur regulariter.

8. Hæc observanda sunt, *monet Gail. ibidem*, quo ad fundandam jurisdictionem Cameræ in decernendis processibus, ut forma & modus compromissi diligenter consideretur, an mimirum sint Arbitri vel Arbitratores, à quorum laudo reductio petatur. Nam à sententia Arbitri *regulariter* non appellari, quia ex ea neque Actio in factum ex re judicata, neque exceptio rei judicatæ nascatur.

9. Re-

9. Referens *in causa* **Trier** *contra* **Trier** apud Klock. *relat.* 72. *num.* 185. inquit, non vocabuli significationem, nec solam nominationem arbitrum vel Arbitratorem constituere, sed modum procedendi. In dubio tamen partes viam Arbitratoris, transigendi animo, elegisse DD. ut plurimum sentiunt, teste Tilem. de Benign. *Syntagm.* 3. *decis.* 2. *vot.* 7.

10. Et in reductione ad arbitrium boni viri, Judex Cameræ competens est, si is, contra quem petitur, immediatè Imperio subjectus sit, & reductio locum habeat, per ea, quæ notat Gail. *observ.* 1. *lib.* 1. *num.* 49. Schvvaneman. *obs. pract. Cam. Imp. obs.* 25.

In reductione Cam. Judex competens & quando.

11. *Regulariter* enim à sententia Arbitri non appellatur, ut dictum est, (§. 8. *h.*) nisi laudum, sive sententia Arbitri contineat enormissimam læsionem, vel evidentem & manifestam iniquitatem, quo casu appellatio locum habet, etiamsi compromissum jurejurando confirmatum fuerit, per ea, quæ notat Gail. *lib.* 1. *observ.* 149. *in princip.* & *observ.* 150. *num.* 8. *& seqq.*

A sententia Arbitri quando appelletur?

12. Quæ verò sit evidens iniquitas, non ex certa doctrina, sed & circumstantiis cognosci posse, & à sententia Arbitri appellare non licere, si compromissum fuerit pœnale, vel stipulatione firmatum, quia illo casu ad pœnam, vel interesse, quod in locum pœnæ succedit, agatur, Gail. *ibidem tradit.*

Evidens iniquitas quæ?

13. Prætereà de reductione quæstiones quædam controversæ hîc notandæ sunt. *Prima* est, an reductio appellationis species sit? Ad quam respondet Maranta *part.* 6. *num.* 112. & reductionem speciem appellationis esse dicit, licèt non sit reverà appellatio. *Secundùm l.* 32. §. 14. *& ibi notata. ff. de Arbitris.* Distinguitur enim ab appellatione, quòd hæc intra decendium necessariò fieri debeat, reductio verò intra 30. annos proponi possit. Add. *supr.* §. 2. *h. t.*

An reductio species sit appellationis?

14. Et practicorum Coryphæus Speculator *in T. d. arbitris* §. 1. *vers. quid, si à tempore.* Reductio, *ait*, ad Arbitrium boni viri, non dicitur propriè appellatio, sed potiùs quædam attestatio. Habet tamen, *addit*, quandam similitudinem cum appellatione: quia sicut appellatio impedit executionem, ita etiam reductio, secundùm Bald. *in C. final. vers. quod tria.* Bart. *in l. Societatem.* §. *arbitrorum, num.* 2. *ff. pro Socio. num.* 21. petitionem reducendi provocationem quandam ad judicem competentem esse, concludit Gail. 2. *obs.* 149. *n.* 2.

Est provocatio ad Judic. comper.

15. *Altera quæstio* est, an & quomodo differant reductio ab Arbitri laudo & reductio à laudo Arbitratoris: ita enim quidam distinguunt,

Reductio à laudo vel Arbitri vel

Arbitratoris an differant? Et quomodo?

& alteram ab altero differre tradunt, ut à laudo Arbitri reductionem sive appellationem locum habere negent, sive pœna compromisso adjecta sit, sive non. *per l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr.* ad quam *vide adversaria* Costalii. *& l. 2. C. eodem.* Mynsing. *observ.* 68. *cent.* 4. Vaud. *lib. 1. quæst. var. quæst.* 14. Marant. *p. 6. de appellat. num.* 261. *cum seqq.*

A laudo arbitri non, nisi certis casibus provocari.

16. Negant, inquam, appellationi locum esse, nisi pactum de appellando fuerit appositum, vel constet de coactione Judicis, ad compromittendum. Argum. *l. ex consensu. de appellat. l.* 12. *C. de fruct. & lit. expens. l. arbitrio. ff. qui satisdare cogantur. l. ult. A quibus appellare licet vel non*: vel, nisi super causa emergenti & incidenti arbiter electus fuerit. Mynsing. *d. observ.* 68. *cent.* 4. vel, nisi sententia manifestè iniqua, aut nulla esset, vel, enormissimam læsionem contineret, ut suprà dictum est; vel, nisi sententia lata fuerit per arbitrum statutarium & necessarium. Vid. *d. obs.* Mynsing. 68. *cent.* 4. Gail. 1. *obs.* 53. *num.* 18. Wurmbser. *T.* 25. *appellat. obs.* 6.

Ab arbitratoris indistinctè.

17. Sed à laudo Arbitratoris indistinctè appellationem licitam esse, & usque ad annos triginta reductionem ad arbitrium boni viri peti posse, asserunt. Vid. Marantam *part. 6. de appell. num.* 125.

Reductio, coram quo Judice petenda.

18. *Tertia quæstio* est, coram quo Judice reductio petenda sit? Et communior opinio est, *quam in Camera approbari*, testatur Mynsing. *obs.* 61. *cent.* 2. & Gail. *obs.* 149. Judicem partis adeundum esse, qui causæ ejus, cujus reductio petitur, si compromissum non interveniisset, Judex ordinarius & competens sit, non judicem laudantis.

19. De eadem *praxi Cameræ* testatum vide apud Gylm. *tom.* 1. *p.* 2. *t.* 17. *vot.* 2. *num.* 15. Mynsing. tamen ex *Maranta* hanc limitationem subjungit, si ex forma alicujus statuti lauda haberent executionem & actionem, quia tunc ad judicem arbitratoris recurrendum esset *d. loc.*

An renunciari possit petitioni reductionis?

20. *Quarta* est, an reductionis petitioni renunciari possit, quemadmodum appellationi? Quæstio hæc deciditur in *Practica* Petri de Ferrar. *in form. libelli, quô agitur ad pœnam ex compromisso in gloss. ad verba: Nec reductio peti, num.* 3. hoc modo: Aut arbitrator, *inquit*, tulit sententiam per dolum, & tunc renunciatio non habet impedire petitionem reductionis, quia ad dolum de futuro renunciatio non extenditur. *l. si unius §. illud. ff. de pactis. & l. convenire. ff. de pact. dotal.* Dyniis *c. scienti. de reg. Juris in* 6.

21. Aut

21. Aut tulit sententiam, per imperitiam & bonâ fide: & tunc aut per sententiam inferatur læsio in magna quantitate, tunc renunciatio, etiamsi sit vallata juramento, non nocet; quia habet in se tacitam conditionem, si ex ea non inferatur læsio magna. Argum. *l. si libert. ff. de op. libert. & l. fin. C. de non num. pec. & text. est in cap. 2. extr. de arbit. Confer* Marantam *part. 6. de appellat.* ubi quæstionem hanc explicat *n.* 127. An contra laudum juratum, quando renunciatum est reductioni, possit peti reductio, & an saltem sit necessaria absolutio à juramento? *d. n.* 127.

22. *Quinta* est, an à Judice reductionis, confirmante vel retractante laudum, appellari possit? Et communis opinio est, licitam esse appellationem, vid. Gail. 1. *observ.* 149. *num.* 4. Nisi judex reductionis gauderet privilegio de non appellando, vel reductio in Camera facta fuisset, quo posteriori tamen casu revisio adhuc locum haberet. An à judice restitutionis appellari possit?

23. Sic in *causa* **Steinberg** *contra* **Jobst und Burckhardt / die Meyern zu Hildesheim** / appellatio à tali reductione recepta, & sententia Judicis reducentis seu boni viri reformata fuit, apud Gylman. *Symphor. tom. 4. p. 1. vot. 19. ubi vide.* Præjudicium.

24. *Sexta* & ultima est, an in reductione ad arbitrium, appellationis summa attendenda sit, quemadmodum in causis nullitatum & restitutionis in integrum? Sanè ubi eadem legis ratio locum habet, ibidem etiam legis vel constitutionis dispositio meritò locum habere deberet. Vid. Gail. 1. *obs.* 150. *n.* 1. An in reductione certa summa attendenda.

25. Sed contrarium statuendum esse videtur, *argumento* §. *fin. T.* 31. *Ordin. part.* 2. & aliqua diversitatis ratio in medium afferri posset: Reductio enim ad arbitrium boni viri per modum querelæ nullitatis & causæ S. Q. potiùs proponitur, in quibus summa appellabilis attendi non solet. Atque hanc negativam, tanquam veriorem, laudat etiam Blum. *tit.* 58. *thes.* 12. Negativa verior esse videtur.

COROLLARIUM.

In provocationibus, sive provocationum causis, quibus de rebus nihil Ordinatio cavit, Jus commune observandum fuerit. Ita traditur expresè *Ord. part. 2. tit.* 31. §. *fin.*

Hactenus de Jurisdictione Cameræ Imperialis: Sequitur nunc de Processu Camerali.

PANDECTARUM CAMERALIUM, *SIVE* JURIS CAMERALIS, *LIBER SECUNDUS.*

DE PROCESSU AUDIENTIÆ JUDICIALIS.

TIT. I.

Processus Cameralis quid, & quotuplex; quid Audientia, & quotuplex sit.

§. 1.

Processus Judicialis quid? Quid extrajudicialis?

IN Limine hujus tituli memoranda est distinctio inter Processum Judicialem & extrajudicialem. *Judicialis* est, qui in Audientia publica peragitur; *Extrajudicialis* verò, quando tantummodo in Senatu partes summariter audiuntur, vel aliud quippiam extra audientiam statuitur.

Processus regulariter extrajudicialiter rogari.

2. Sic supplicatur pro processibus regulariter extrajudicialiter, nisi causa jam in judicium deducta, & desuper in Audientiis publicis processum fuerit, vel aliàs, ob continentiam causæ, quid judicialiter remitteretur; Sic quoque inter personas Cameræ, vel si Reus saltem sit persona Cameralis, non nisi & extrajudicialiter proceditur.

3. Præterea in puncto restitutionis in integrum, brevi manu petitæ, prout etiam in datione & confirmatione Tutorum (vid. *infrà tit.* 8. §. 7. *num. XIX.*) & similium extrajudicialiter res determinari solet: in omnibus verò reliquis causis, ut plurimum judicialiter. Et hoc etiam fit, ubi quis ex causis legalibus, contra lapsum termini, ex edicto Prætoris: *Si quæ justa causa videbitur*, in integrum restituitur; quomodo accidit 10. *Sept. An.* 1669. *in causa B. contra W.* und den Abten zu *B. citation. super turb. possess.* in his verbis: Ist Lic. H. auß denen am 26. Martii jüngst vorbrachten Ursachen/ contra lapsum termini, heimit in integrum restituirt. Cum pluribus aliis: *Sicut praxis & stylus docet.*

4. Pro-

4. Processus Cameræ Imperialis, est *legitima in judicio Cameræ procedendi ratio*, ubi notandum obiter: quòd procedere propriè dicuntur animantia, cùm ab uno loco in alium progredi pergunt. Sed per metaphoram & usum, hoc verbum fori quasi proprium factum est, & *procedere* dicuntur, non solùm litigatores, cùm litium negotia in judicio gerunt, & causas *vivâ voce* vel *in scriptis* proponunt, aguntque: Verùm etiam Judex, cùm processus in judicio emittendo, interloquendo, vel aliâ ratione, officio suo in judicio fungitur. Huic parem observationem *vid. suprà Lib. 1. tit. 2. §. 6.*

Processus Cameræ quid?

Procedere quid, propriè & metaphoricè.

5. Sumitur quoque nonnunquam vox *processus*, pro ipsa causa in judicium deducta, *v. c.* cùm dicitur, iste vel ille habet multos processus, id est, multa litigia, quamvis à parte rei loquendo, longè inter se sint distincta.

6. In consequentiam præmissorum, processus nihil aliud est, quàm *ordo judiciarius, ratio atque via, quò Judices atque litigatores procedunt, donec lites Judicij scopum & finem propositum consequantur.*

Processus in genere quid?

7. Cæterùm, processus Cameralis, est vel *audientiarum* vel *causarũ*. Ille dicitur, qui in audientiis judicialibus peragendis observandus est.

Processus Cameræ quotuplex.

8. Audientia est actus publicus, ad litium negotia, judicialiter, sive pro Tribunali tractanda, institutus: unde audientiam agere vel celebrare, idem significat, quod judicium exercere. *Ordin. part. 3. tit. 1. in princip. vers.* Gericht und Audienz gehalten. Et sæpiùs audientia pro juridica, videlicet die, & contrà usurpatur, in foro Camerali.

Quid audientiarum processus.

Audientia Cameræ quid?

9. Audientiam, Cujacius, notionem definit, *in parat. ad Tit. C. de Episc. audient.* Alii judicium atque notionem definiunt, quæ Episcopo in Clericos & Monachos competit. Audientia Episcopalis, (*ita Godofredus ad d. T.*) non est Jurisdictio, ut vult *Accursius*, non est diœcesis, ut vult *Haloander*, quia, ut foro, ita apparitione & executione carent Episcopi; sed judicium est atque notio, quæ Episcopo in Monachos atque Clericos competit. Hinc etiam Judices Curiæ Romanæ *Auditores* appellantur. Vid. Hoffman. *in Lexic. univ. hâc voce.*

Quid in genere audientia?

10. Ut autem judicialis audientiæ processus cognoscatur, considerandæ fuerit, ejusdem tum *forma*, tum *circumstantiæ*. Ratione formæ, audientia est vel *solennis* vel *minùs solennis*. Solennis est, quæ ritu planè solenni celebratur *tàm à parte Judicis*, quàm *à parte litigatorum*. Et solennis hæc etiam ordinaria dicitur, ut videre est in Memor. Visit. Año 27. vers. Nach der ordinari Audienz. De minùs solenni agitur *infra tit. 10.*

Ad cognitionem Audientiæ considerandæ.

TIT. II.

Quâ solennitate Audientia judicialis à parte Judicis in Camera celebretur.

§. 1.

SOlennitas Audientiæ Cameralis, à parte Judicis, *ordine consessûs solenni* celebratur.

De consessu Judicis Assessorumque in Audientia.

2. Ad Audientiam enim celebrandam, primo & summo loco *Judex Cameræ*, ejusvè *Vicarius*, in tribunali Imperiali, quod loco nonnihil editiore sub Aulæo serico positum est, diebus & horis constitutis considet, dextrâ sceptrum judiciale, jurisdictionis & justitiæ administrandæ symbolum, tenens. Denique Judici *Assessores* aliquot, ab utroque latere, assident: interdum duo tantûm, interdum quatuor, interdum plures: (quando videlicet tres primas sessiones peragit.)

Consessus in judicis vel Præsidum absentia.

3. Summo loco sedet (absente Judice) Vicarius, ut dictum, si modò unus sit ex præsidibus: Assessores enim, licèt in Absentia Judicis vel Præsidum, Audientiis assistentes, sceptrum teneant, nunquam tamen altiorem illum locum occupant, sed in inferioris scamni dextra parte considunt.

De Sceptro vel virgâ judiciali digressio.

4. Sceptrum judiciale, hodiè ita vocatum, in foro Romano festucam & virgulam prætoriam appellabant, & Græci à δικεῖον dixêre, de quo vide Guiliel. Leroyil. *justitiæ & injustitiæ compendium lib. 3. cap. 3. de judic.* Virgam, *ait*, in manu dextra tenet, ad denotandam potestatem regendi: quæ sibi à Principe data est. Facit illud *Exod. c. 4.* virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Etenim baculo seu virgâ corriguntur perversi. De baculo autem dicitur *1. Reg. 17.* & tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus; nec illam virgam Judex deponere seu projicere debet: ne illa, quæ pulchra est, & recta, si projiciatur in terram, vertatur in colubrum, sicut scriptum est de virga Aaronis *Exod. 7.*

5. Quod intelligendum est, ne virtus justitiæ, quæ per correctionem exercetur, & illius formidinem seu metum, si abjiciatur, in injustitiam convertatur. Sine correctione enim, Judex benè regere non potest, *argum. l. congruit. ff. de offic. præs.* illatum quippe supplicium delinquentibus, reliquos salvos facit, *in authen. de Mandat. Princ. §. homicidia col. 3. & in authen. de nupt. §. si verò filios ex aliquâ, vers. si quis enim.* Ideò, si projiciatur virga, id est, si non profertur contra malos sententia,

filii hominum absque timore perpetrant mala. Unde &, si negligenter ea, quæ malè usurpantur, omittimus, excessus viam aliis aperimus, *in c. pervenit ad nos. circa fin. 93. distinct.* Sic Lerovilla, si non appositè, saltem religiosè, ne dicam ridiculè, de virgâ judiciali philosophatur.

6. Ut revertamur ad Audientiam celebrantes, sciendum, quia per Audientias, Assessores (numero perquam pauci) abstrahuntur & expeditionibus causarum, aliquot annis ante *noviss. Recess. Ratisbon.* plures duobus iis non adfuisse, nuper autem per *d. Recess. de A.* 1654. §. **Die Unterschiedung.** 82. Vers. **Nach dem es aber etc.** ordinatum, ut in honorem Judicii, antemeridianis audientiis Præses solùm, pomeridianis verò uno vel duobus adsumptis Adsessoribus, præsideat: Sic ergò Audientiæ, vel Præside solùm, vel ipso & uno Adsessorum præsentibus, habitâ distinctione horarum ante- vel pomeridianarum, hodiè celebrantur. Audientias qui regant, secundum noviss. Recess.

7. Clariùs rem accipe: Olim ad minimum 4. vel 6. Assessores, unà cum Judice vel Præside, Audientiis intererant, & res minoris momenti, facto brevi secessu, statim ex tempore resolvebant: Quia tamen subinde hujusmodi resolutio non carebat periculo, & ob brevitatem temporis sæpiùs quid omittebatur, quod ex post facto ampliùs corrigi non poterat; sic hoc eatenus immutatum fuit, ut non, nisi unus Assessor, cum Præside, vel etiam Dn. Judice sederet, & nihil ampliùs, quàm citationes ad reassumendum, extra tamen casus fractæ pacis, statim decernerentur. Immutatio postmodum facta.

8. Si tamen novus quidam Assessor assumitur, tunc is, per tres Audientias in una hebdomade continuas, quas vulgò *sessiones* vocant, unà cum alio Assessore, (qui licèt alioquin præcedat, intra hoc tempus cedere debet) Audientiis præsens adesse debet, adeò, ut antequam hoc factum fuerit, *pro Assessore non habeatur.* De novo Assessore.

9. Sententiarum publicationi dimidia pars Assessorum alternativè, & illi cumprimis, qui sententiis concipiendis præfuerunt, & qui de statu & meritis causæ, in qua sententia publicanda est, retulerunt, assidento, *Recess. Imper. Anno* 1570. §. **Und dieweil nicht nöthig etc.** 59. *Memor. Visitat. Anno* 87. Sententiarum publicationi quinam adfuerint olim.

10. Nam duo olim, cùm auctior esset Adsessorum numerus, classes constitutæ erant, quarum una publicationi sententiarum interesse, altera verò supplicationes pro processibus, & ejusmodi extrajudicialia, in Senatu, expedire tenebatur: Hinc quotidiè Assessores debebant frequentare Senatum, ante & post meridiem, & quidem sub pœna duo-

rum

rum florenorum ante mediam secundam præstò adesse tenebantur, & quotidiè publicabantur sententiæ.

Quid hodiè obtineat?

11. Hodiè verò, ob paucitatem Assessorum, omnes in universum sententiis publicandis adsident, servato in sessionibus ordine & dignitate Statuum, à quibus præsentati sunt.

Sententia banni ad quem modum publicetur.

12. Publicationi sententiæ banni Imperialis, Præsides atque Assessores omnes præsto sunto. *Memor. Visit. Anno* 73. §. 7. **Ob wol auch/** & §. 8. **Damit dann.** Cisn. *ad T.* 1. *Ord. p.* 3. Ad hanc publicationem, ut omnes Advocati, Procuratores, & reliqua hujus Amplissimi Collegii membra, majoris solennitatis ergò, præstò sint, jussu Collegii per Pedellum etiam moneri solent, *dictante ita stylo.*

13. Modus autem ejusmodi publicationis hic in usu est: Primò fit declaratio in Audientia publica, postmodum Judex omnium Adsessorum numero, totaque multitudine stipatus, in locum, **der Napffgenannt/** sub dio digreditur, ubique fit denunciatio, Protonotario schedulam denunciationis frustillatim rumpente, & in terram abjiciente: ita ultima vice factum, in causa **Siebers** contra **Wülffin** appellationis, nunc Executorialium, in puncto actior. executorial. 6. *Julij Anno* 1641.

Ratio à banno absolvendi.

14. Absolutio verò à banno non, nisi in Audientia fieri solet, ut non ita pridem in d. causa **Siebers** contra **Wülffen** factum, & banniti Procurator (ipse namque Reus, ob valetudinem adversam præsens esse non poterat) præviâ ternâ genuflexione, à Dn. Judice absolutus est, *ut jam dictum l.* 1. *t.* 7. §. 62. *supr.*

In Audientiis producta, à quibus excipiantur & annotentur.

15. Præterea ad formam & solennitatem Audientiæ, à parte Judicis, pertinet: Quòd Notarii cum Lectore ad mensam, intra subsellia tribunalis Imperii collocatam, considant, ut ea, quæ Judici & Assessoribus, litigatorum nomine, vivâ voce proponuntur, quos vulgò *Recessus* appellant, tum scriptis consignata in judicio producuntur, annotent, atque excipiant. (Extra causas Fiscales, ubi solus Notarii Fisci assidet.)

Protonotariorum præsentia an & quando requiratur.

16. Vigore *ordinationis & styli*, semper unus Protonotariorum cum Notario undique alternatim assidere solebat, præterquam si utì dictum, in causis Fiscalibus, ageretur. *Hodiè* autem, postquam per sæpius citatum decretum 13. *Dec.* 1659. inter alia introductum fuit, ut Juramenta appellationis semper in primo termino actualiter præstentur, quod, finito ordine Reproductionis, prioris est, Protonotarii, siquidem Procuratores eos de præstatione juramentorum, antea monuerint, semper audientiis, ut olim, adesse solent.

17. Si-

17. Similiter in publicatione sententiarum, Proton. cum Notario apparere, & prior quidem sententias legere, posterior verò, ut protocolla eò meliùs compleri possint, rubricis annotare debet. Cæterùm, qui audientiis celebrandis adhibetur Lector, juxta ordinem, præter Seniorem, qui in hoc exemptus. Non Recessibus scribendis, sed productis suo præsentato signandis vacat. Quid obtineat in publicatione sententiarum.

TIT. III.

Quâ solennitatè Audientia Judicialis, à parte personarum litigantium, celebretur, & de Advocatorum & Procuratorum in Audientiis ordine.

§. 1.

SOlennitas, quâ Judicialis audientia à parte litigatorum celebratur, in solenni ordine & ritu procedendi perspicitur. Ordo autem hic, ritusque in Audientiis procedendi solennis, observatur, tum *inter personas litigantes*, tum *in rebus pro tribunali agendis*. In Audientiæ celebratæ quænam litigator. incumbant?

2. Quod ad personarum litigantium ordinem attinet, solent Advocati & Procuratores Cameræ Imperialis, qui Principalium litigatorum loco sunt, eorumque nomine agunt, (*quod de Advocatis intelligendum, qui simul Procuratores sunt, nam, qui Advocati tantùm sunt, Audientias visitare non solent*) dum audientiæ celebrantur, Tribunal Imperii circumstare vel circumsedere eo ordine dispositi, quo in Cameram Imperialem recepti sunt, ita, ut quantò diutiùs Advocatus vel Procurator quispiam in judicio Camerali Advocando & Procurando partibus litigantibus operam suam præstiterit, tantò altiorem locum, & tanquam dignitatis gradum inter Advocatos & Procuratores teneat: ita, ut ratio non habeatur, utrùm dignioribus Clientibus subsequentes inserviant, sed præcisè prioritas temporis consideretur. Procuratorum (qui simul Advocati sunt) situs in Audientia.

3. *Obiter hìc notandum*: Quoniam Procuratores & Advocati jurati, ob præstitum juramentum, cujus vigore, ad omnem debitum respectum Cameræ obstricti sunt, revisionum intimationem suscipere non possunt, statuta in secùs facientes pœna arbitraria: Quòd hujusmodi intimatio plerunque à Notariis non immatriculatis vel Advocatis Cameræ non juratis fieri soleat. Quinam revisiones in Camera intimare soleant.

4. Hoc igitur ordine, *uti dictum*, Advocati & Procuratores in audientiis collocati, procedunt, & res judiciales agunt, ac in Au- Lib. 3. tit. 61. §. 78.

Procuratores in Audientia ordinem servare tenentur.

dientiis procedendo alii aliis non præcurrunt. *Ord. part. 3. tit. 4.* §. Und sol sonst / sed ordinem accuratè observant: nisi quis adversario, ordine & suo loco agenti, respondere, sive, ut in foro loquuntur, ex adverso recessum, einen Gegen-Recess, habere cogatur.

An Procuratori, quasi provocanti, alter confestim respondere possit?

5. Nam quotiescunque Procurator aliquis, ab alio Procuratore, suo adversario, pro tribunali ad procedendum quasi provocatur, confestim, & antequam ordine suo in loco procedendi tangatur, provocanti si voluerit, respondet, quocunque in loco collocatus sit. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. Also auch ꝛc.

Id locum hodiè habet solùm in ordine reproductionis.

6. Quod *hodiè* locum tantùm habet in ordine reproductionis, & si ad recessum, ab Adversario Procuratore habitum, tribus aut quatuor verbis responsio fieri possit: *v.g. recognosco Mandatum procuratorium*, vel importata documenta, bonâ fide, vel *peto*, scripturam, tanquam supernumerariam, rejici; Item, *peto sententiam*, sum paratus purgare contumaciam &c. In reliquis verò ordinibus nulla fit amplius interlocutio, sed debet expectare Procurator, donec ordo ad illum pervenerit. *Vid. commun. decretum de Anno* 1659. *& tit. 9. inf.*

7. Notandum verò, quòd olim Procuratores à parte adversa vel silendo, vel reservando ulteriora, vel tardiùs agendo, sæpè audientiarum promotioni, & commodo principalium suorum obfuerunt. Sæpe etiam, ut parti adversæ impedimento essent, ne durante ordine necessaria opponat, agenda in finem ordinis sui protraxerunt. Quo hoc effecerunt, ut Procurator adversæ partis, finito ordine prioris, usque ad suum ordinem, qui ipsum sæpè 4. 5. & plures annos non attingebat, expectare deberet.

8. Sed utrique malo obex positus fuit, per *commune decretum die* 30. *Octobris* 1655. quo cautum, ut vel ex tempore, vel ad minimum ad audientiam proximam vel secundam, provocati, factâ ad id expressâ reservatione, respondeant, vel certum ad respondendum terminum colligant.

9. Quia tamen, per reservationem ad proximam vel secundam, maximæ inconvenientiæ subrepserunt, dum sæpè, intuitu excusationis, ad 4. 5. & plures hebdomadas processus dilati fuêre, in *communi decreto* 23. *Novembris* 1659. dictæ reservationes omninò prohibitæ, earumque loco Procuratoribus injunctum fuit, recessus suos in suis ordinibus, qui *hodiè* singulis plerumque diebus omnes Procuratores attingere solent, proferendi. Adeoque *hodiè* propter abbreviationem ordi-

Inf. post tit. 9. §. 43.

num

num per sæpiùs dictum *commune decretum* 1659. factam, *decreto priori* 1655. & illâ cautione ampliùs non est opus.

10. Hic personarum litigantium in audientiis procedendi ordo attingitur, *Ord. p. 1. tit. 23. §. Darzu sol etc. 6. & part. 3. tit. 40. §. fin.*

11. De personis, quæ Clientibus patrocinantur, sub finem hujus tituli ulteriùs memorandum: illas esse (uti jam suprà §. 2.) vel Advocatos solùm, vel Advocatos & Procuratores simul: Et quòd necesse sit, hos tantùm Audientiis adesse, tractandis causis suorum Clientum: Advocatis domi res suas agentibus.

Procurat. in audientiis, Advocati occupati sunt domi.

12. Utrique autem jurati, & prævio examine in Cameram recepti sunt, nec facilè quis in Procuratorem suscipitur, nisi per Annum & ultra Advocati munere, in causis Cameralibus, defunctus fuerit, idque ad præcavendum omne præjudicium, quod à *styli ignaro* Procuratore, ut litis Domino, Clientibus facilè immineret.

Quis modus utrosque recipiendi.

13. In receptione tamen utrorumque discrimen est; Quòd Advocati *specimina*, sive certas Scripturas ab illis compositas, item testimonium gradûs exhibere, superque iis ab uno ex *Dominis Assessoribus* relatio fieri, & distinctè qualitates examinari debeant: quo prævio, proceditur *ad examen generale*, v. c. quod sit nomen, cognomen, nomen parentum, cujus patriæ, an, ubi, quamdiu studuerit, an, ubi, & sub quibus Professoribus gradum acceperit, an sit legitimè natus, an studuerit praxi, & quamdiu, cujus religionis? &c. (*Quæ interrogatoria generalia etiam Adsessoribus, imò & Notarijs, qui tamen characterem ac manum insuper exhibere debent, proponi solent*) cùmque omnia ritè adesse perceptum fuit, tandem in pleno Senatu fit votatio: Procuratores contrà ampliùs non examinantur, sed quando *Dn. Judici & Assessoribus* ita fuerit visum, suscipiuntur. Vid. infrà *lib. 4. tit. 5.*

Ambiens Advocati officium, quid præstare debeat?

Advocatus, dum in ordinem Procuratorum assumitur, ulterius examen non subit.

14. Tempus, quod Advocati exigere debent, priusquam in Procuratorum conditionem (quæ pinguior est & uberior, grandiusque uber habet, quàm Advocatorum, Gail. 1. *obs.* 43. *n.* 8.) recipiantur, communi concluso pleni Senatûs *ad biennium* extensum fuit, nisi singulares adessent causæ, quare tempus hoc abbreviandum esset. Protonotarii & Notarii tamen Cameræ in hoc præ aliis privilegiati sunt, quòd illi, si Advocati vel Procuratores fieri velint, specimina edere, &, ut suprà dictum, per relationem examinari non debeant, sed statim, sine ullo prævio speciali, vel etiam generali examine (quod cum illis, quando in Notarios adsumuntur, institui solet) suscipiantur.

Protonot. & Not. Cameræ, in Ord. Advoc. recip. non exam.

De specim. Advoc. noviss. constit.

15. Cæterùm, quantum ad specimen attinet, quod Advocati noviter recipiendi exhibere tenentur, *uti dictum* §. 13. sciendum, *Aug. Camer. Collegium communi decreto, d. 13. Septembr. 1672. edito*, constituisse, ne Candidatis in posterum permittatur, suô arbitriô materiam speciminis eligere & producere, sed ut ipsis, ob particulares rationes, fortuitum thema Juridicum proponatur, suopte Marte, sine cujusquam ope, in conclavi Deputatorum (der Deputations-Stuben) dissolvendum expediendumque. *Eodem quoque Decreto cautum*: ne quis in ordinem Advocatorum recipiatur, 1. Nisi fidem fecerit, se aliquot annorum tempus (reservatô hujus ratione Collegii arbitriô) in Academiis probatis studio theoretico incubuisse. 2. Nisi ad minimum in exercitio Advocatiæ Cameralis biennium exegerit. 3. Nisi convenientis ætatis sit, quæ facilem ipsius admissionem reddere queat.

TIT. IV.

QUoniam superior editio Pandectarum Rodingii, quæ *Anno* 1668. *Spiræ* typis excusa, hoc titulo IV. & quinque sequentibus, materiam *de Ordinibus Audientiæ judicialis*, nova antiquis miscendo vel præponendo, valde intricatam exhibet atque confusam: operæ pretium, & praxeos Cameralis studiosorum commodis proficuum fore arbitramur, iteratâ hâc editione antiqua à novis secernere, & huic fini Jus vetus, *Ordinatione*, diversisque aliis ab ea publicatis *Imperij Constitutionibus*, & Judicii Cameræ Consultis præscriptum absque additione, secundùm textum *Rodingij* pristinum, iisdem *sex titulis* præmittere: posthæc verò, sub finem *tituli noni*, capite singulari recensere, tum quæ Constitutione *novissimi Recessus, an.* 1654. & nonnullis *Imp. Cameræ Senatusconsultis*, aliter instituta, tum quæ denique *communibus Decretis* 13. *Decemb. memor. anni* 1659. 7. *Jan.* & 12. *Febr. ann.* 1660. *editis*, mutata fuerunt, atque *hodienum* usu valent & servantur.

De Ordine rerum.

1. Quemadmodum Procuratoribus non semper & quando libet, sed ordine quasi interpellatis, aut ab Adversario provocatis; ita nec in quovis rerum sive causarum genere agere semper & pro lubitu, concessum est.

Certi ordines præscripti in causis agendis, qui cautè observandi.

2. Quamobrem, ut inter personas certus ordo procedendi observatur: ita, rebus & causis in audientiis agendis, certi ordines legibus *Ordinationis* præscripti sunt.

3. Et

3. Et de his ordinibus rerum ac causarum non minùs, quàm personarum, in audientiis diligenter observandis, earumque confusione non admittenda, passim in Ordinatione, & Imperii Constitutionibus cautum est; præcipuè verò Ordin. *Part.* 3. *t.* 5. §. Und nachdem ꝛc. 2. *Decret. Cam.* 2. *Febr. Anno* 94. §. Wann auch befunden ꝛc. & de causis, cujusvis rogationis, omnibus continuâ serie proponendis, per *Memor. Visit. Ann.* 57. Denaisius *Rogationes Audientiarum.* §. 4.

4. Ordines illi rerum agendarum, nuncupantur vulgò, postulationes, *rogationes* vel interrogationes circulares, Umbfragen / per Metonymiam adjuncti pro subjecto. Ordines & rogationes idem significant.

5. Olim enim, antequam ordo aliquis rerum in audientiis inchoaretur, Judex interrogare solebat, I. An quis ad publicatas modò sententias agere haberet? II. An in causis novis? III. An sumto dato ve termino? IV. An ex præscripto ordinationis agere quis vel submittere? V. An suam contumaciam purgare? VI. An alienam accusare velit? Ordin. *P.* 3. *tit.* 2. *in princ.* vers. Die Umbfrage durch den Cammer-Richter. Denaisius *Rogationes Audientiarum.* §. 1. Cur ordo dicatur, rogatio?

6. Sed hodiè Procurator, Ordinis alicujus initium faciens, uno atque altero verbo præfari & significare solet, in quo rerum ordine agendum sit, quem deinceps cæteri Procuratores, in eodem rerum sive causarum ordine procedentes, sequuntur. Procuratoris præfatio ordinem incipientis.

TIT. V.

Ordo rerum in audientiis agendarum quadruplex: & de sententiarum ordine.

Ordin. P. 3. T. 6.

§. 1.

ORdo rerum in audientiis agendarum est vel *continuus*, vel *discontinuus*. Divisio ordinis.

2. *Continuus* est, qui inchoatus, antequam inter Procuratores, quibus in hoc ordine agendum est, expediatur, per alium ordinem nunquam interrumpitur: qualis est ordo, quem *sententiarum* sive super sententiis appellant. Quis continuus.

3. Ordo sententiarum est, in quo super sententiis publicatis agendum est. Ord. *Part.* 3. *tit.* 6. *in princ.* Sententiarum ordo quid?

4. Hunc *continuum* nominare placuit, quia per alium non interrumpitur, id est, ut magis perspicuè dicam, cùm ad illum perventum Quare vocetur continuus?

est, ad alium ordinem non proceditur, priusquam Procuratores, quotquot super sententiis agere habent, omnes ac singuli ad, quod per sententiam illis injunctum est, vel statim agentes, vel ad agendum dilationem atque terminum postulantes, auditi fuerint. Ordin. *P. 3. tit. 5.* §. So sol auch. 2.

Procurator ad proband. admissus per sententiam quando agat?

5. Itaque, si Procurator quispiam ad probandum per sententiam admissus fuerit, is sententiis omnibus publicatis statim in eadem audientia, in qua sententia illa publicata est, super ea agit, & terminum probandi sibi constitui postulat. Ordin. *d.tit.6.* §. Dergleichen wo ꝛc.

Item, si litem contestari debeat.

6. Item, si Procuratori alicui litis contestatio, vel conclusio causæ, vel aliud quippiam per sententiam injunctum fuerit, illi, sententiis publicatis vel statim, vel postea in ordine præfixarum, lis contestanda vel concludendum est. Ordin. *d.t.* §. Da aber einem ꝛc. 3. Sic lex *Ordinationis d.T.* & §. habet; & olim forsan observatnm fuit. Sed hodie ejusmodi sententiâ publicatâ, dilatio sive terminus usque ad proximam postulatur, & in ordine novarum concluditur, vid. *T. seq.* §. 16.

TIT. VI.

De Ordine Novarum.

Ord. Part. 3. tit. 7.

§. 1.

Quid ordo discontinuus?

Discontinuus ordo est, qui antequam inter Procuratores omnes expediatur, per alium ordinem aliquando interrumpitur. Estque vel *Novarum*, vel *Præfixarum*.

Novarum ordo quid?

2. Ordo novarum, sive, ut vulgò appellant, *in novis* est, in quo causæ novæ, & quæ ad causas novas pertinent, agenda sunt. Ordin. *P. 3. tit. 7. in princ.*

Ordo Novarum per sententiar. interrumpit. & quare?

3. Hic ordo, antequam inter Procuratores in Orbem compleatur & expediatur, sæpiùs per ordinem sententiarum interrumpitur. Quamvis enim *lex Ordinationis Tit. 5. Part. 3.* §. *fin.* jubeat, ut in omnibus audientiis omnes ac singuli Procuratores, in novis aliquid agere habentes, à primo ad infimum usque procedentes, audiantur: attamen propter multitudinem litium in Camera hodiè pendentium, & judicii negotia, in audientiis omnibus ac singulis Procuratoribus in novis procedendi locus dari non potest: & hinc fit, ut antequam ordo novarum inter Procuratores omnes expediatur, sæpiùs ordo sententiarum interveniat.

In sex tantùm causis

4. Quamobrem per Visitatores Cameræ Imperialis constitutum est,

est, ut in ordine Novarum quilibet Procurator tantùm in sex causis ageret. *Memor. Visit. Ann.* 1556. §. Als auch bißhero. 9. Cisner. *ad T. 5. Ord. Part. 3.* agere licet in ord. nov.

5. Sed hodiè cuilibet Procuratori ordine Novarum interpellato, non tantùm in sex causis, sed quicquid causarum novarum habet, simul agere licet. Cisner. *ibid.* Quod postea mutatum.

6. Et in una audientia, si omnes atque singuli Procuratores in Novis agere non possint, in audientia sequenti, is Procurator ordinem novarum denuò incipit, & continuare pergit, apud quem proxima superiori audientia desierat, quocunque loco & gradu ordinis Procuratorum collocatus sit; sive primus in ordine Procuratorum, sive ultimus, sive quocunque alio loco fuerit. Et interdum duabus aut pluribus audientiis ordinis Novarum cursus perficitur & inter Procuratores in orbem completur. Ordo novar. de audientia ad audientiam continuatur.

7. Causæ novæ & in ordine Novarum agendæ, sunt *Citationes, Inhibitiones, Compulsoriales, Mandata pœnalia*, & id genus alii Processus, Ordin. *Part. 3. Tit. 7. in pr.* quamobrem I. hujusmodi processus in ordine novarum reproducendi sunt, Ordin. *ibid.* Quæ sint causæ novæ, in quibus hoc ordine agendum.

8. II. In ordine Novarum producenda sunt Mandata Procuratoria, instrumenta appellationum, petitiones executorialium, libelli, productiones Actorum & reproductiones eorundem: item Rotuli examinum. Ord. *ibid.* I. II.

9. III. Si in lite aliqua pendente, pro Citationibus, Inhibitionibus aliisque Processibus & rebus supplicandum fuerit: in novis supplicandum, & ad proximam in novis super ejusmodi supplicationibus agendum est. Ordin. *Part. 3. tit. 35. in princ.* III.

10. IV. Si appellans propter impedimentum legitimum, & quia copiam Actorum prioris Instantiæ habere non possit, prorogationem termini, ad producendum libellum, & acta, postulare necesse habuerit, in hoc rerum ordine postulabit. Ord. *ibid.* IV.

11. V. Ad ordinem Novarum punctus Paritionis in causis Mandatorum, & articuli causales in causis pignorationum pertinent. *Memor. Visit. An.* 1568. §. Demnach auch ꝛc. *Decret. Cam.* 20. *Jun. An.* 1580. *Recess. Imp. An.* 1594. §. Und damit ꝛc. 61. vers. Wann auch befunden ꝛc. *add. tit. seq.* 7. §. 2. Sed ea quæ causales sequuntur, in ordine præfixarum peragi consueverunt. V.

12. VI. In ordine Novarum Juramenta calumniæ & malitiæ præstanda sunt. *Memor. Visit. Ann.* 1568. §. Uber dieses. 5. VI.

13. VII.

VII. 13. VII. In ordine Novarum purificatio terminorum indicanda, & contumacia, non agendo, sive non procedendo commissa, accusanda est. *Decret. Cam.* 28. *Maij*, *Ann.* 1582. & 3. *Oct. Ann.* 1583.

VIII. 14. VIII. In ordine Novarum expensarum designationes producendæ sunt, & exceptiones contra easdem: in puncto enim expensarum celeriter procedendum est: quia pars & appendix quædam est puncti executionis; nec ordinis novarum cursus hâc ratione impeditur, tum, quia submissiones in hoc puncto non admodum frequentes fiunt, tum, quia expensæ sæpius compensantur. *Decret. Cam.* 23. *Augst. Ann.* 1585. *concluf. Cam.* quod Deputati Imperii Ann. 1595. Spiræ approbârunt. *Dub.* 119.

Expensarum designationes in novis producendæ. 15. Vide *Recess. Imp. Deput. Spiræ Ann.* 1600. ubi pragmatica Imperii sanctio est, ut designationes expensarum & exceptiones contra easdem in novis proferantur, §. Dieweil in puncto expensarum &c. Quæ olim in ordine præfixarum extraordinariarum producebantur; ut patet ex Ordin. *P.* 3. *tit.* 3. §. *Item Taxation.* & *d. Recess. Dep. Imp.* §. Dieweil in puncto.

IX. 16. IX. In ordine Novarum causæ concludendæ sunt: Quamobrem Procuratoribus, dilationem sive terminum concludendi, usque ad proximam obtinentibus, ad conclusionem adversæ partis, definitivè, & vivâ voce factam, si nullum scriptum sive productum amplius locum habet, ad proximum in novis concludendum est. *Decret. Cam.* 7. *Jul. Ann.* 1585. Olim in præfixis præcisè concludendum erat. Ord. *Part.* 3. *tit.* 6. §. Da aber ꝛc. *circa finem* & *T.* 23. §. Und welcher Theil etc.

X. 17. X. In ordine Novarum exceptiones dilatoriæ ante libellum in novis producendæ sunt, itemque exceptiones non devolutionis, desertionis & similes. *Decret. Cameral.* 13. *Decembr.* 1593.

XI. 18. XI. In ordine Novarum omnes causæ agendæ sunt, in quibus periculum in mora, aut armorum metus subest. *Memor Visit. Ann.* 1561. §. Ferner auff den fürbrachten &c. 8. Cisner. *ad Tit. Ord.* 7. & 35. *p.* 3. *Recess. Imp. Ann.* 1566. *Aug.* §. So declariren &c.

XII. 19. XII. In novis Commissiones non tamen vivâ voce postulandæ, sed in scriptis, & cum aliis rebus agendis. *Decret. Cam.* 5. *Jun. Ann.* 1584.

XIII. 20. XIII. Procurator Fisci Imperialis, si quid habet agere in ordine Novarum agendi facultatem semper liberam habet: vel nulla ordinis Procuratorum ratione habitâ. *Memor. Visit. Ann.* 1567. Ob wol auch &c. 6. Cisner. *ad T. Ordinat.* 17. *fol.* 116. Es quotiescunque Procu-

curator Fiſci Imperialis in ordine Novarum agit, Procuratores ex adverſo in ordine Novarum illi reſpondento, & contrà agunto: aut quamobrem agere non poſſint, ſe excuſanto. *Mem. eod.*

21. Sed quæritur hîc I. quia Mandata cum Clauſula hodiè videri poſſent quaſi redacta ad meram & ſimplicem executionem, quæ ad novas pertinet: An illa etiam ad eandem rogationem novarum pertineant, quoad exceptiones ipſas, cùm ad primum terminum ſive citationis, ſive deinde per ſententiam, quaſi prorogatione præfixum pertineant, & ad inſtar cauſalium ſeſe habeant? Quin in novis producendæ exceptiones extra dubium eſt. Quod ad ſubſequentia verò, quæ ad exceptiones agenda, ſunt quidam, qui diſtinguendum putant, an de meris dilatoriis nec ne; item, an de paritione ipſa ſolùm agatur? An exceptiones in cauſis Mandat. cum Cl. in novis producendæ?

22. Omnes autem ferè exiſtimant, non niſi neceſſitate libellandi, & litem conteſtandi ſublatâ, (*Receſſ. Imp. Anno* 1594. *Ratisb.* §. Dieweil auch *circa Mandata cum Cl.*) Cæterùm rem ad meram executionem non reductam, & cognitionem ſuper cauſa principali ſupereſſe, ideoque reliqua, ſecundùm ordinationem expreſſam in extraordinariis præfixis peragenda. Exceptis tamen cauſis, ubi de relaxandis captivis, vel de executione alicujus ſententiæ, vel de caſu agitur, ubi evidens in mora & præſens periculum Judex æſtimaverit, quod genus, ſicut priori tempore, ita etiam deinceps in novis pertractandum. Mand. C.C. quatenus ad meram executionem redacta?

23. Dubium hoc eſt tertium ex *illis octo*, quorum deciſio in conventum aliquem Statuum Imperii rejecta eſt. vid. *Receſſ. Dep. Imp. Ann.* 1600. §. Sintemahl fürter bey währender. &c. 154.

24. Quæritur II. ex quo hodie poſt dict. *Receſſ. Ann.* 1594. in cauſis ſimplicis querelæ, ſeorſim priori loco totus dilatoriarum punctus in præfixis peragendus, in quibus hoc in puncto vix poſt plurimos annos ad conluſionem, nedum ad deciſionem pervenire licet, annon punctus ille dilatoriarum in novis pertractandus? *Ordinationem* circa hæc planam citra ſuperiorum authoritatem mutari, licitam non videtur. Punctus dilatoriarū an in novis tractandus?

25. Cæterùm id per ſe non quidem inutile exiſtimatur; ſed tamen cavendum, ne interim ille ipſe ordo novarum aliàs plus ſatis numero agendorum obrutus, magis etiam adhuc impediatur: ideoque huic non minùs quàm præfixis ſubveniendum, ne tandem nulla ſpes reliqua maneat cauſam ullam finiendi: quæ ipſa res omnis exactiori & perſpicaciori Statuum Judicio permittitur. Placuit tamen plerisque Ordo novarum nimium non obruendus.

in hoc dubio *Ordinationis legem & stylum* observandum, & dilatorias in præfixis tractandas esse; quia novarum ordo sua mole laboraret.

Infr. lib. 3. tit. 40. 24.

26. Dubium hoc sextum est ex illis octo, de quibus ampliùs deliberandum est, dict. *Recess. Imp. Dep. Ann.* 1600. *d.* §. **Sintemahl fürter bey währender** ꝛc. 154. vid. *cap. sing. seq.* §. 65.

TIT. VII.

De Ordine Præfixarum.

Ordin. P. 3. t. 8.

§. 1.

Ordo præfixarum

ORdo præfixarum, seu, ut vulgò appellant, *in præfixis* est, in quo res sive causæ aguntur, quibus agendis certus terminus præfixus est; *intellige*, vel per ipsos litigatores, vel per ordinationis legem, vel per sententiam Judicis. Ordin. *d. P. 3. T. 8.* vers. **Durch Urtheil** ꝛc.

Quæ causæ terminum præfixum habentes excipiantur.

2. Excipiuntur causæ novæ citationum, & cum primis Mandatorum sine Clausula, præcipuè verò pignorationum, in puncto paritionis & causalium. Etsi enim in citationibus & causis pignorationum, tàm in puncto paritionis quàm causalium, & similibus causis Mandatorum sine clausula, terminus præjudicialiter præfixus fuerit: attamen non ad ordinem præfixarum sed novarum pertinent: Et in ordine novarum citationes reproducendæ, punctusque paritionis atque causalium peragendus est. *Decret. Camer. 20. Junij, Ann.* 1580. *Recess. Imper. Ann.* 1566. §. **Auff den Fall einer** ꝛc. 121. & *Recess. Imper. Anno* 1594. §. **Und damit** ꝛc. vers. **Wann auch befunden.** add. *tit. præced.* 6. §. 11.

Hoc ordine quæ producenda?

3. In hoc ordine Exceptiones declinatorias & dilatorias producere licet, quamvis etiam in ordine novarum eædem locum habeant. *Decret. Cam.* 13. *Decembr. Ann.* 1593. §. 1.

Ordo hic quomodo interrumpatur? Tardiùs expeditur. Quamobrem?

4. Ordo præfixarum, antequam inter Procuratores in orbem compleatur, per sententiarum & novarum ordines sæpiùs interrumpitur: & inter Procuratores tardiùs expeditur: tum ob causarum novarum in Camera pendentium multitudinem, tum quòd in præfixis non procedatur, nisi contingat in audientia aliqua omnibus & singulis Procuratoribus, in novis agere habentibus, agendi locum procedendique dari: ita ut ordo Novarum ad Procuratorem illum, qui primus in novis agere cœpit, revertatur, & sic in una audientia inter Procuratores in orbem compleatur. Tunc enim, si quid temporis audientiæ

desti-

destinati supereſt, illud cauſis rebusque in ordine præfixarum agendis atque producendis tribui, ajunt.

5. Sed quamvis interdum accidat, ut câ ratione ad ordinem præfixarum deveniatur: attamen is in audientia proxima ſequenti non continuatur: ſed ad ordinem novarum reditur, qui in illo Procuratorum loco denuò inchoatur, ubi in proxima ſuperiori deſierat. Quâ ratione fit, ut ordo præfixarum penes unum Procuratorem per hebdomadas aliquot hæreat, & inter Procuratores vix ac ne vix quidem anni, & ſæpiùs, ne biennii quidem ſpatio in orbem compleatur.

Inchoatus in prima, non continuatur in ſequenti audientia.

6. Quamobrem, ut ordo hic citiùs expediatur, conſtitutum eſt, ut in *Audientijs Sabbathinis*, aliàs cauſis Fiſcalibus deſtinatis, tempore æſtivo, ab hora ſeptima uſque ad octavam, & tempore hyberno ab octava uſque ad nonam in præfixis procedatur. *Decret. Cam. 28. Maij, Ann. 1582. & Receſſ. Imper. Anno 1594. Ratisb.* §. Neben dieſem iſt auch &c.

Remedium illi tarditati poſitum.

7. Olim in audientiis Sabbathinis, horis antemeridianis inſtitutis, (De relationibus Sabbathinis vid. Blum. *in proc. tit. 59. th. 10. & 13. & Receſſ. Imperij noviſſ. de Anno 1654.* §. Und nachdeme ſecundò. 144.) & in Novis id quod reſtabat, agendum erat. *Memor. Viſit. Ann. 1580.* §. Und nachdem dieſer Zeit. Ciſner. *ad Ord. fol. 51.* Per Deputatorum Imperii Conſtitutionem hebdomatim ſingulo quoque die Lunæ, Mercurii & Veneris, per horæ ſpacium à nona uſque ad decimam in præfixis procedendum. *Rec. Imp. Ann. 1600.* §. Und als gleichermaſſen. &c.

TIT. VIII.

De ordine præfixarum extraordinariarum, & quæ cauſæ extraordinariæ ſint.

Ordin. P. 3. t. 3.

§. 1.

DE cauſarum extraordinariarum Proceſſu accelerando, *Ordinationis* lex eſt, *Part. 3. tit. 2. in princ.*

2. Sed inter cauſas extraordinarias & ordinarias in Judicio Camerali, quoad Proceſſus modum atque celeritatem, exigua differentia eſt, teſte Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 9. n. 7.*

3. In ordinibus enim ſententiarum & novarum, diſcriminis cauſarum extraordinariarum & ordinariarum ratio non habetur, ſed promiſcuè, in utroque cauſarum genere, proceditur. Ordin. *dict. Tit. 2. P. 3.* §. Und ſolle ſolche. verſ. Aber auff Urthel und in Novis.

Quibus diebus in causis extradinariis, & quibus in ordinariis agi debeat?

4. Verùm enim verò, ut causæ extraordinariæ secundùm *Ordinationis Cameræ* legem saltem aliquâ ratione præ cæteris expediantur, etsi sancitum sit, *in pr. d. T.* 2. ut in causis extraordinariis alternis diebus procederetur: attamen *usus in Judicio Cameræ, contra illam Ordinationis* dispositionem aliquandiu obtinuit, ut numerus dierum judicialium anni universi inter causas extraordinarias & ordinarias ita distribueretur, ut semper extraordinariis causis biduum, & ordinariis unus tantùm dies assignetur. Quamobrem advertendum fuerit, an dies, quo ad ordinem præfixarum devenitur, extraordinariis causis assignatus sit? Nam si extraordinariis assignatus fuerit, in præfixis extraordinariis: Sin ordinariis, in præfixis ordinariis agendum & procedendum est.

5. Et dies Sabbathi, quo in præfixis agendum esse suprà monui, ratione Ordinis præfixarum ex proxima die Juridica præcedenti judicatur: Ita ut si in præfixis extraordinariis proxima superiori Juridica actum fuerit, etiam die Sabbathi in ordinariis agendum & procedendum sit.

Ordo præfixarum duplex.

6. Ordo præfixarum duplex est: *Extraordinariarum* vel *ordinariarum.* Ordo præfixarum extraordinariarum est, in quo causæ extraordinariæ agendæ sunt.

Quænam Causæ extraordinariæ.

7. Causæ extraordinariæ, Ordin. *Part.* 3. *Tit.* 3. numero triginta recensentur. I. Si quis contra Judicium Camerale exceptionem incompetentiæ opponat, & se ad Judicem competentem atque ordinarium remitti postulet. II. Si formalia Appellationis impugnentur. III. Si ad editionem Actorum & pœnam compulsorialium agatur, etiamsi causa appellationis ordinaria fuerit. Ordin. *Part.* 3. *Tit.* 31. §. Und sol in solchem ꝛc. IV. Causæ attentatorum & inhibitionum. V. Causæ fractæ pacis. VI. Causæ spolii violenti. VII. Si interitus rei, de qua lis est, ob Processus tarditatem metuatur. VIII. Si Rotulus examinis producatur, & contra rotulum ante publicationem agatur. (Putà, si fortè contra Commissarios, propter non rectè observatum ordinem procedendi, vel aliter, exceptum fuisset: *hodiè tamen* ante omnia publicatio rotuli priùs peti solet.) IX. Causæ, ex quarum protelatione ingens aliquod damnum imminet. X. Si secunda vel tertia dilatio probandi petatur. XI. Taxationes expensarum & damnorum: (*Sed punctum expensarum hodiè in ordine novarum peragendum esse suprà monui.*) XII. Petitiones alimentorum. XIII. Causæ liquidationis & executionis sententiarum. (Scil. earum rerum & punctorum,

in

in quibus prætenſio uni vel alteri partium adjudicata, ratione ſummæ, melioramentorum, ſumtuum, pro qualitate judicati, in puncto executionis, meliùs liquidari debent.) XIV. Omnes cauſæ mandatorum pœnalium. XV. Cauſæ litigioſæ poſſeſſionis. XVI. Cauſæ L. Diffamari. XVII. Cauſæ relaxationis Juramenti ad effectum agendi. XVIII. Cauſæ nullitatum contra Proceſſum & Sententiam intentatæ. XIX. Tutorum & Curatorum petitio atque adminiſtratio. (Qui hodiè extrajudicialiter peti & decerni: decretum tamen, in forma ſententiæ publicari, & congrua juramenta tutoria, curatoria, vel renunciatio ſecundarum nuptiarum, ſi mater vel avia tutrices eſſe velint, judicialiter præſtari ſolent.) XX. Si petatur ſequeſtratio rei in Camera non litigioſæ. XXI. Cauſæ, in quibus Decreti interpoſitio poſtulatur. XXII. Inſinuationes donationum. (Hæ, & præcedentia duo etiam hodiè adhuc judicialiter proponi, deſuperque ſententia dari ſolet.) XXIII. Confirmationes dotium. (Non tamen facilè dotes, teſtamenta, aliique contractus confirmari ſolent: immò etiam tranſactiones non aliter, niſi ſalvô cujuſque, præſertim Imperii & Cameræ Jure. De quo vid. ſupr. *Lib.* 1. *tit.* 18. *circ. fin.* & add. Auctor. *præjudic. Cameral. voc.* Confirmatio. *pag.* 94. 95.) XXIV. Exemplationes privilegiorum. XXV. Miſſio ex primo Decreto. XXVI. Miſſio ex Edicto D. Adriani. XXVII. Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem mittatur. XXVIII. Novi operis nunciatio. XXIX. Cautiones damni infecti. XXX. Cauſæ appellationum ex cauſis ſimplicis querelæ extraordinariis natæ.

TIT. IX.

De Ordine præfixarum ordinariarum.

Ordin. P. 3. T. 4.

§. 1.

ORdo præfixarum ordinariarum eſt, in quo cauſæ præfixæ ordinariæ agendæ ſunt. Ordo præfixarum ordinariarum quid?

2. Cauſæ præfixarum ordinariæ ſunt, quæcunque extraordinariarum numero non continentur, Ordinat. *Part.* 3. *Tit.* 4. Quæ Cauſæ extraordinariæ?

Huc uſque jus antiquum, & magnam partem, (ut infrà videbimus) *abrogatam, de ordinibus audientiæ judicialis: quibus, priusquam ad enarrationem juris* tum medii, (*æquè mutationem paſſi*) tum noviſſimi *tranſeamus, ſequentia addi debent:*

CAPUT SINGULARE
De
Ordinibus rerum.

§. 1.

QUod ordo rerum in audientiis agendarum, sextuplex constitutus fuit, in Ordin. Cam. *P. 3. tit.* 5. Sed hodiè, (*quod accipiendum de tempore, circa Annum Domini* 1594. *utì patet ex libr.* 2. *Rodingij Institutionum*, de Judicio Romani Imperii summo, *qui eodem anno Ambergæ in lucem prodijt,*) triplex, vel, si ordinem præfixarum in extraordinariarum & ordinariarum ordinem dividas, quemadmodum in Camera dividitur, *quadruplex* potius non sextuplex est, *sententiarum* scilicet, *novarum*, *præfixarum extraordinariarum & ordinariarum*, ut ex *titulis præcedentibus* patuit.

2. Præter illos tres aut quatuor ordines ante hac in Camera tres alii fuère. Ordo scil. in Ordinariis dictus, & duplex contumaciarum.

3. Ordo *in ordinarijs* dicebatur, non à causis ordinariis, sed à termino procedendi, quem ordinationis vocabant, quia in hoc ordine illis agendum erat, qui ordinationis terminum obtinuerant, Ordin. *Part.* 3. *Tit.* 9. *in princ.* Sed terminus ordinationis sublatus est, per *commune Decret. Anno* 1577. 3. *Junij.*

De termino Ordinationis sublato.

4. *Contumaciarum duos Ordines* quantum attinet, in primo procedebant illi, quibus excusatio afferenda erat, quamobrem in contumaciis constituto, aut aliàs obtento termino, non processissent, aut, quibus concludendum erat, in puncto causarum, sive rationum, quas pars adversa, quamobrem non egisset sive processisset, pro tribunali allegaverat. Ordin. *P.* 3. *T.* 5. *in princ. & T.* 10. §. Und sollen demnach ꝛc.

5. In *secundo contumaciarum ordine*, contumacia eorum accusabatur, qui in constituto termino Ordinationis non procedebant: & qui, postquam prorogationem termini obtinuissent, quamobrem in primo contumaciarum ordine non processissent, se non excusabant. Ord. *ibid.*

6. Sed hic duplex contumaciarum ordo in desuetudinem abiit, & in ejus locum successit *terminus*, quem præjudicialem vocant, *de quo infra.* vid. Cisner. *ad T.* 10. *Ord. P.* 3. *in margine*, & Denais. *tit.* 272. *Rogationes Audientiarum.* §. 5. ubi, excusationum de hinc rogatione cessante, vicissitudinem accusationum contumaciæ & præfixarum successisse, notavit. Daß die Excusationes, biß auff weitere und bessere Verordnung / hinfüro eingestellet / und an deren statt / die Umbfrage

in

in accusationibus & præfixis dergestalt geordnet und angestellt / daß in denselben beyden Umbfragen monatlich / oder wie es Cammer-Richter oder Beysitzer vor gut ansehen / abgewechselt werden sol. *Decret. Visit. Anno* 1567. §. 1. quod refert Cisner. *fol.* 409. *circa finem.* & Denais. *ibid.* §. *ult.* ubi excusationum ordinem tardum admodum & propemodum obsoletum esse testatur.

Progressio ad enarrationem ejus, quod hodie circa Ordines juris est.

7. Quia verò omnes prædicti Ordines, præter ordinem sententiarum & novarum, ob confusionem eorundem, in desuetudinem abiêre, de illis multa hîc loqui, supervacaneum esset, sed generaliter notari potest, hodiè (præter ordinem Deputatorum, *de quo tit. seq.*) quatuor adhuc ordines dari & supersesse. Ordines quatuor hodiè supersunt.

8. Primus est, *Sententiarum*, ubi ea, quæ in sententiis, præsertim in prima vel secunda audientia peragi injunguntur, vel etiam alia ejusmodi sententia injuncta, siquidem Procuratores parati sint, agi & produci solent. 2. *Reproductionis*, ad quem omnes indistinctè processus judicialiter producendi spectant. 3. *Novarum*, qui hodiè paucas causas habet. 4. *Terminorum*, ubi omnia, in quibus vel terminus legalis vel præfixus, vel ab ipsa parte petitus hoc exigit, proponi debent. Quinam illi ordines? *Diximus*, ordines qui in præsens observantur, quatuor supersesse; in quibus primum locum obtinet *Ordo sententiarum*: hoc, quæ per sententiam sub certo termino injuncta, peraguntnr, & quidem per oralem dictaturam, quamvis etiam nihil interfit, si in ordine terminorum, modò agens in prima facultate de eo certus sit, ex solita designatione, prælegantur. Præcedens §. magis explicatur. Post illum inchoatur statim *Ordo reproductionis*, æquè per oralem dictaturam, in omnibus causis anteà non introductis, & durat usque ad horam secundam pomeridianam. Tertius est *Ordo Novarum*, in quo fit comparitio, petitur dilatio, accusatur contumacia, fit recognitio vel diffessio, & cætera peraguntur; Hic solent etiam Notarii in *puncto Revisionis* agere, nec non expressè Deputati, modò anteà se legitiment ad dispositionem Ordin. Camer. *Part.* 1. *tit.* 25. Quartus denique est *Ordo terminorum*, in quo quæ peragantur, ex dictis constat. Cui addendum, quòd hodiè secundùm *commune Decretum d.* 27. *Aug.* 1678. in hoc ordine terminorum etiam in puncto sustentationis Cameræ agendum sit. Et hi omnes durant usque ad horam

ter-

Infr. Lib. 3. tit. 5. §. 3.

tertiam pomeridianam. Quod verò *supra dictum*, de Deputatis extraneis, in ordine novarum agentibus, pulchrè declaratur per Extractum Protocolli, in Sachen Pfaltz-Veldentz contra Chur-Pfaltz / *citat. super deneg. justit. nunc reassum. Mercurij*, 10. *Januar.* 1683. Lic. Daniel Horn/ expresè Abgeordneter von Chur-Pfaltz. Auff den 2. Octobr. jüngst-abgewichenen Jahres eingeführte und reproducirte Citation ad reassum. erschiene / Namens Jh. Churfl. Durchl. zu Pfaltz / als deßwegen expresè gnädigst abgeordnet/ jedoch cum expressa protestatione & reservatione, bloß in honorem & respectum dieses höchsten Gerichts; producirte darauff exceptiones fori declinatorias, handelte/ protestirte und reservirte Inhalts / und solches Krafft beygehenden gnädigsten Special-Befehls und Instruction, dessen recognition vel pro recognito zu halten bittende. *Lunæ* 15. *dito.* D. Giessenbier: Demnach Comparens sich/ der Gebühr nach/ nicht legitimirt/ noch auch sonsten/ juxta Ord. *Part.* 1. *tit.* 25. præstanda præstirt/ so wüste biß dahin/ falls dessen Extraordinar-erscheinen / welches zu Richterlicher Erkänntnüß gestellet wird/ gültig/ denselben mit seinem ohne dem nichts relevirenden und respectivè taxirlichen Einbringen nicht zu admittiren/ sondern bate dessen ungehindert/ bey Verbleibung/ wie ratione proclamatis primordialiter submittirt / oder in eventum, zu Leistung der Schuldigkeit/ ihne per sententiam gnädigst anzuweisen. Tentavit etiam hoc currente anno 1688. Notarius quidam expresè huc missus, protestationem in Judicio, ratione privilegii, in causa *A.* contra *P. N.* interponere: ast ex causa supra posita, ob insolitum modum admissus non fuit.

An pauciores constitui potuerint?

9. An non autem omnes dicti ordines, præsertim ordo Reproductionis & Novarum, fortè majori commodô, potuissent in unum confundi? quærere liceat. Ita quidem videtur. Ne tamen nimium unâ vice ab *antiquo stylo* recederetur, placuit, distinctionem, post nuperum Recessum introductam, mutato saltem nomine *paritionis*, in *terminorum* adhuc observare.

Audientia coram Deputato ordinem non ponit.

10. Ordo Deputatorum, *cujus meminit supra* §. 7. impropriè sic vocatur, nec audientiæ coram Deputatis hoc nomen merentur. Recessus enim coram Deputato habiti, propterea ordinem, saltem propriè loquendo, constituere non solent, quòd non omnibus Procuratoribus, sed tantùm iis, qui aliquid proponendum habent, præsentibus, fiat hæc audientia: quemadmodum etiam *Judex* vel *Præses* tum abire, & *Assessor* (*Deputatus*) tecto capite adstare solet.

11. *Sen-*

11. *Sententiarum* ordo, post sententias statim inchoari debet à Seniore Procuratore: (in eadem publicationis Audientia, *suprà tit.* 5. §. 5.) vocatur *continuus*, propterea, quia nullo alio ordine, nisi Audientiâ Deputatorum, ob periculum moræ, labentis fortè termini, interrumpi debet. Si, quod minùs rectè nonnunquam fieri solet, alio interrumpatur ordine, protinùs expirat. Vid. infr. *not. ad Comm. Decr.* 1659. §. 1. Ut clariùs percipias, quare dicatur continuus, scias, quòd in eo, sine distinctione horarum & temporis, in aliis ordinibus observari soliti, tamdiu agatur, quamdiu aliquid ex sententia proximè publicata agendum restat.

De ordine sententiarũ.

Cur vocetur continuus?

Alio interruptus expirat.

12. Cæterùm, circa ordinem sententiarum benè notandum, in illo omnia proponi posse, quæ per sententiam, in ultima publicatione latam, alicui injuncta fuerunt. Si tamen inter alia hæc verba addita forent, *in prima vel secunda audientia* scil. importandi, tum necessariò in ordine sententiarum proponi debere: cùm verò clausula ejusmodi omissa, talia per sententiam injuncta in ordine terminorum importari posse. Quamvis *hodiè*, ob celerem ordinum cursum, non adeò magna fit discrepantia.

Quando in ordine sententiarum agendum?

13. Hoc ita intelligendum, si per Sententiam alicui Procuratori, vel productio Mandati Procuratorii, **seines gemeinen habenden Gewalts** / vel aliud aliquid in prima vel secunda importandum injunctum fuisset; Reliqua enim per sententiam demandata, si verba: *In prima vel secunda audientia* &c. addita non sint, in ordine terminorum proponi poterunt, nisi Procurator jam instructus, accelerandi negotii causâ, etiam ante terminum, per sententiam præfixum, quid importare vellet.

14. Iste Sententiarum ordo *hodiè adhuc*, veluti qui immediatè post publicationem sententiarum locum habet, omnes alios ordines interrumpit; brevis tamen esse propterea solet, quòd ea, quæ non necessariò in ordine sententiarum proponi debent, possint in ordine terminorum proponi, sub periculo tamen partium, ne terminus elabatur, ut si fortè ordo terminorum in sequenti audientia ad illum Procuratorem non perveniret.

Alios ordines interrumpit. Brevis esse solet.

15. De ordine Sententiarum post *noviss. Recess.* 1654. & *Comm. Decret.* 1655. notata fuerunt, quæ sequuntur: Hic ordo, publicatis in Camera Sententiis à Seniore Procuratorum statim inchoatur, & in eo continuant reliqui omnes, quamdiu ad latas modò sententias quid agen-

dum ipsis restat; quòd si instructi non accesserint, rem ad ordinem paritionis reservant, nam & hic paritioni Sententiarum destinatus omnia admittit, quæ vigore sententiæ partibus agenda sunt.

16. Si tamen terminus ad primam post ferias datus, & publicatio Sententiarum immediatè ante ferias peracta sit, tunc in ordine Sententiarum aut agendum, aut primâ audientiâ prorogatio roganda est, quæ prorogationis petitio non usque adeò tuta est; cùm prorogatio ante terminum lapsum, non in ipso die ejusdem petenda sit, nisi hic ante ferias Procuratorem agendi necessitate obstrictum præterlapsus sit. Si non immediatè ante ferias publicatæ sint Sententiæ, ordo Sententiarum, præsertim hodie, sine dubio citiùs & ante ferias expiraret.

17. Et licèt ordines in Camera usitati brevi abhinc tempore multum immutati sint, ordo sententiarum tamen ad præscriptum ordinationis durat. *Comm. Decret. de Ann.* 1655. 30. *Octobr.*

18. Continuus autem, ut olim, non est, siquidem interlabentibus diebus Lunæ & Sabbathi, utpotè horis à nona usque ad decimam antemeridianis ordini paritionis expressè destinatis, interrumpitur, & in ordine paritionis hoc tempore proceditur, *d. Comm. Decret.* §. Darneben und zum fünfften ꝛc.

19. Interrumpitur etiam per audientias Fiscalis; huic enim omnis generis Ordines interpellare, & in causis Fiscalibus agere permissum. *Recess. Imper. de Ann.* 1654. §. Dieweil auch. 86. Horis tamen Lunæ & Sabbathi exceptis. *dict. Comm. Decret. de Ann.* 1655. §. Der Käyserl. Fiscal.

Ordinis sententiarum hodierna qualitas.

20. Quæ his quinque §§. continentur, ante *annum* 1659. uti dictum, consignabantur. Verùm post *commune Decretum*, *d.* 13. *Decembr.* 1659. & 19. *Januar.* 1660. sublatis audientiis antemeridianis, ordo sententiarum rursus factus est continuus: adeoque non interrumpitur *hodiè*, nisi per audientias Deputatorum & Recessus Fiscales, quomodo in præcedentibus dictum.

Fiscalis quoscunque Ordines interrumpere potest.

21. Quia de Recessibus Fiscalibus hîc mentio incidit, obiter de eodem argumento notandum. Fiscali, & hoc absente, ejusdem Advocato, licitum esse in omnibus causis, non tantùm ad sustentationem Collegii, sed etiam aliis ad officium Fiscalatûs pertinentibus, ordinem interrumpere; *Solet tamen plerunque, maximè si ratione Contributionis Cameralis agatur, Procuratores de eo certiores reddere, ut eò magis instructi comparere possint.*

22. De-

22. Debet autem Fiscalis ejusque Advocatus, non minùs atque alii Procuratores, Recessus suos in Libello exhibere; cum hoc tamen discrimine, quòd, si de contributione ad Cameram agatur, quia partium plures sunt, majoris brevitatis causâ, altero die interessatorum Statuum Procuratoribus, Recessus à Fiscali habiti, à Notario Fisci in audientia publica dictati, & ab eorum scribis annotari soleant. Idem Recess. suos in scriptis exhibet, sicut alii.

23. Possunt itaque *Fiscalis*, ejusque *Advocatus*, in omnibus indistinctè causis, semper, quandocunque placet, agere, cum hac tamen distinctione: quòd si in uno vel altero ordine, *novarum*, *Terminorum*, agant, Procuratores quoque in eo ordine respondere teneantur, ne aliàs ordines confundantur, per *Commun. Decr. de An.* 1651. 3. *Maij*, §. 3. 30. *Oct. An.* 1655. §. 6. 19. *Febr. An.* 1657. Quo ordine Fiscalis agit, eodem Procuratores respondent.

24. Dictum alibi, (*tit.* 5. §. 5.) Si cui per sententiam injuncta probatio, terminum statim post publicatam sententiam postulari. Et sic *hodiè* quoque observatur, siquidem Procurator paratus sit, Recessum ad hoc necessarium statim habere: aliàs enim in ordine Terminorum hoc petere licet; nisi terminus ad probandum, ut plerumque fieri solet, in ipsa sententia præfixus fuisset, quo casu, siquidem legitima impedimenta interveniant, secunda vel etiam tertia dilatio, non aliter tamen, quàm prævio juramento, *de impedimentis justè & verisimiliter allegatis*, peti potest: Dixi, *secunda vel tertia dilatio probandi*; Prima enim semper in Sententia vel Decreto exprimi solet, adeoque hanc petere necesse non est, nisi fortè, *ut hoc* §. *statuitur*, tempus ad probandum in sententia adjectum non fuisset.

25. Circa *Ordinem Reproductionis*, ante novissimam ordinum emendationem, ita res se habebat: In hoc ordine omnes Processus noviter extra- vel judicialiter è Camera extracti, imò etiam citationes ad reassumendum, judicialiter introducebantur, more & stylo consueto, parti etiam adversæ *comparendi & respondendi facultate concessâ*. Reliqua ad reproductionem non spectantia equidem communi decreto excludebantur; Procuratores tamen, ad importandum productum quoddam expediens, sæpè occasione non deerant, licèt cum periculo rejectionis, & pœnæ arbitrariæ hoc conjunctum fuerit. De ordine Reproductionis.

26. Ubi obiter notandum *de citat. ad reassumend.* in arbitrio partis, ejusve Procuratoris esse, an extra- vel judicialiter illam petere velit. Et quamvis illæ judicialiter petitæ, à Domino Præsidente statim ex tempore decernantur; hoc tamen locum non habet, in causis fractæ pa- Citationes ad reassum. quomodo petantur? Judicialiter petitæ à

Præsid. statim decernuntur.

pacis, siquidem ad pœnam banni agatur; ibi enim, quia dicta pœna banni in heredes non transit, citatio quoque ad reassùmendum decerni non potest. Sicut nec modò *ex stylo*, in citatione ad reassùmendum, per edictum: quia tam de rei veritate, quàm de locis, ubi affixio fieri debet, Judex antè cognoscit.

Hodie in termin. reproduction. citatus necessariò comparere debet.

27. *Hodiè* tamen partis adversæ arbitrio relictum non est, comparere & respondere. Quinimò debet citatus vigore *noviss. Recessus, de Anno* 1654. §. **Und hat der Beklagte.** 40. in omnibus causis, tam S. Q. quàm appellationis, omnes suas exceptiones, tam peremtorias quàm dilatorias sub pœna præclusionis, (quòd scil. ex post facto non ampliùs audiatur,) in primo Reproductionis termino simul & semel importare, *extra exceptiones declinatorias fori*, quas suo tamen periculo etiam solas proponere potest; Consultiùs tamen erit, illas cum causa principali eventualiter proponere. Add. infr. *Lib.* 3. *Tit.* 30.

Except. declinator. solæ in term. reprod. proponi possunt.

28. Nec necessarium *hodiè* est, mutatis ordinibus, ut Procuratores cum periculo occasionem capiant, in hoc ordine exhibendi, quæ ad illum non pertineant: Cùm ejusmodi producta, si ad eorum importationem terminus à Judice præfixus, vel à parte collectus fuerit, in ordine terminorum importari debeant.

Compulsorial. in hoc ord. producendæ: quâ distinctione?

29. Compulsoriales, in causa judicialiter pendente, per sententiam decretæ, in hoc aut ordine paritionis, (*qui hodiè terminorum*) pro arbitrio producentis produci possunt; ut ad objectam dubitationem *Ampliss. Collegium* extrajudicialiter respondit: Decretæ autem extrajudicialiter, nonnisi in ordine hoc reproductionis importari possunt.

In Ord. reproduct. recessus oraliter dictantur, & quibus causis?

30. In solo Reproductionis ordine, vigore *Decreti communis* 13. *Decembr.* 1659. §. 5. Recessus adhuc hodiè, in causis S. Q. & mandatorum, (uti etiam appellationis processuum, quoad summaria scripti recessûs,) oraliter haberi & dictari solent. In reliquis verò Ordinibus, omnes alii Recessus in scriptis, & quidem brevissimè, quantum fieri potest, formati leguntur. Possunt tamen Procuratores, in ordine terminorum & novarum, ad Recessus ab aliis habitos, respondere, ast non aliter, quàm verbis in *dict.* §. 5. *Communis Decreti*, expressis: verb. **Wann aber etwa** General-**Beylagen/ Gewälte** ꝛc. Et hæc ita constituta sunt ad impediendas confusiones.

In Ord. novar. & termin. per pauca ore potest responderi.

An responsiones, in ord. reprod. faciendæ,

31. Solent quidem, in Ordine Reproductionis, *hodiè* Recessus, sive responsiones ad proximum ordinem citati subinde differri, vel etiam demum in secundo ordine Reproductionis, nonnunquam

etiam

etiam alio, v. g. Novarum haberi; Sed malè, & ex abusu, cui meritò remedium adhiberi debet. differri possint?

32. *Et generaliter sciendum*, quòd *hodiè* omnes Reproductiones in hoc ordine fieri debent, quomodo etiam Mandata procuratoria, instrumenta appellationum, libelli & acta in termino Reproductionis importanda sunt, nisi fortè justis ex causis prorogatio petita esset; tunc enim eorum Productio ad ordinem terminorum spectat. *add. infr.* §. 44. *h.* In genere ad ord. reprod. hodiè pertinentia.

33. *Pergimus ad ordinem Novarum*: de hoc ante *commune Decretum* 1659. sequentia consignata fuerant. Quæ in *tit.* 6. de distinctione Ordinum Novarum & Præfixarum longâ serie exposita, hodiè uno concluduntur ordine *Novarum*, Communi sic dicto, exterminatis ob confusionem, quam pepererunt, reliquis: ex *Senatus-Consulto Cameræ*, 3. *Martij*, *Anno* 1651. confirmato per *Recess. Imper. Anno* 1654. §. Die Unterscheidung. 88. ibi: Die Unterscheidung der ordinari und extraordinari Præfix-Ordnungen sollen hiemit gäntzlich auffgehoben seyn / und in eine Ordnung Novarum gezogen werden ꝛc. De ord. novarum, notata ante comm. decret. 1659.

34. Est ergò hic ordo universalis, ad omne genus agendorum decurrens, per subsellia Dominorum Procurarorum à summo ad infimum. Atque in eo omnium ordinum Processus fieri & importari possunt.

35. Quia verò per dict. *Comm. Decret.* 1651. *& Recess. Noviss.* nondum Processus acceleratus videbatur, & ordinis Novarum triennalis ferè, imò etiam quadriennalis circumvolutio, ut maximè hæc duo, *reproductionem* scil. processuum noviter extractorum, & *Punctum docendæ* in termino *paritionis* remorabatur: idcirco Consilio apprimè salutari, *duo adhuc ordines, Reproductionis & Paritionis* superinducti, & reliquis surrogati sunt, per *SCtum Collegij de Ann.* 1655. 30. *Octobr. emanatum.* Vid. *Lib.* 1. *tit.* 25. §. 15.

36. Nec tamen hâc quoque ratione satis acceleratus est processus: cùm Seniores Procuratores vix meminerint, ordinem Novarum duabus audientiis per omnes Procuratores expeditum esse. Tardior enim hujus & nunc cursus; ut aliquot hebdomades, imò menses, singulis quandoque Procuratoribus non sufficiant; octo etiam audientiæ multis abhinc annis Procuratori cuilibet, pro expediendo suo ordine Novarum, sunt concessæ, sed plurimi 30. & ultra à Collegio pro expediendis causis rogare coacti sunt &c.

37. Quamdiu ergò Recessus orales in audientiis frequentabuntur, neque sex per *Recessum de Anno* 1654. §. Die Unterscheidung ꝛc. 82. in-

dicatæ audientiæ uni Procuratorum ad absolvendum suum ordinem Novarum, minùs autem omnibus satis erunt; *Experientiâ hoc attestante.*

38. Quòd si Recessus, ut in aliquibus Dicasteriis usitatum, junctis productis etiam in scriptis exhibendi essent, idque ut evitetur confusio, in audientiis, utì nunc, forsan aliud sperandum. Nam modus exhibendi producta extrajudicialiter, ex *Rec. Imp. de An.* 1654. §. Auff den unverhofften Fall. 88. *Ampliss. Collegij* deliberationi ab *Imper. & Statibus* commissus, quoties etiam communicato Consilio cum Advoc. & Procuratoribus in deliberationem venerit, hactenus tamen inpracticabilis visus fuit. (*Quæ tamen communicatio, nisi Assessores sponte velint, minimè necessaria est, & in nullo casu vigore Ordinationis Cameræ injungitur, nisi, quando tempore pestis, belli, vel similem aliam ob causam, de translatione Cameræ ageretur.*) Vid. *Memor. Visit. Ass. Ann.* 1556. §. Dieweil auch etwan. 14.

Modus producta extrajudicialiter exhibendi difficilis est.

39. Atque hæc ita quidem obtinebant *ante Annum* 1659. Sed ordo Novarum per generale Decretum *de dato* 13. *Decemb. ejusdem anni*, immutatus, & nunc non communis, sed ad pauciss imas causas restrictus est, adeoque facilè *hodiè* transire solet.

Ordin. Novarum hodierna facies.

40. In novis exhibendæ sunt *& hodiè* ex præscripto Ordin. *Part. 3. tit.* 35. Supplicationes, per extrajudiciale Decretum ad Judicium, seu judicialiter remissæ. Quamvis dubitatum fuerit, an non in ordine Reproductionis producendæ sint? Quia verò hic ordo solis reproductionibus processuum destinatus; ideo omne reliquum per clara verba *SCti* 1655. excluſum: Proinde etiam hæ supplicationes ab eo removentur, mulctatis quandoque sine venia contrarium tentantibus.

In novis exhibendæ supplicat. judicial. remissæ.

41. Mandatum de exequendo, sive etiam executoriales, siquidem sententiæ (ut per *noviss. Recess.* 1654. statutum est) non adjiciantur, sed separatim decernantur, ubinam producantur, quæritur? Et respondetur, quia causa judicialiter introducta & pendens est, ob hanc rationem produci posse, vel in ordine Novarum, vel in Reproductionis, vel terminorum.

Idem Mandat. de exequend. atque executoriales. Quæ tamen etiam alio ord. producuntur.

42. Decretô proclamate adversus citatum non comparentem, & lapsis sex Juridicis, processus *in contumaciam hodiè* in ordine Novarum instituitur: quo loco *notandum*, quòd ratione contumaciæ benè distingui conveniat, inter actorem & reum. Primô enim contumace, in arbitrio Rei est, an absolutionem à citatione petere, an in causa principali procedere velit? Ratione rei verò contumacis, olim triplex

In ord. novar. instituitur processus in contumaciam.

via

via locum habebat: *Primò*, immissio ex primo vel secundo Decreto. *Secundò*, declaratio banni. *Tertiò*, processus in causa principali: quorum priora duo per *Recessum noviss.* 1654. §. 36. sublata.

43. In genere *hodiè* omnia, in ordine novarum agenda, quæ non ad Ordinem Reproductionis vel terminorum spectant; ita ut, licèt olim causæ coram Dominis Deputatis agendæ, in hoc Ordine Novarum, ne cursus ejus impediretur, proponi non potuerint, quia tamen ratio hæc cessat, *omnesque Ordines singulis regulariter diebus*, (nisi fortè multæ feriæ incidant) cunctos Procuratores attingunt, in arbitrio Procuratorum sit, utrùm causam in Novis vel coram Deputatis importare velint; quinimò jam sæpè Domini Assessores ejus intentionis fuerunt, ordinem Novarum & Deputatorum confundere.

In ordine novar. quæ in genere agenda.

Hodie Ordines celerem cursum habent.

Supr. tit. 3. §. 9. De confusione Ord. novar. & Deput.

44. Quod suprà *tit.* 6. §. 9. de Supplicationibus, in lite aliqua pendente exhibendis, adductum est, id hodiè quidem adhuc fieri solet, responsio tamen vel in primo termino legali pro qualitate circumstantiarum fieri debet.

Si lite pend. supplicandum, in novis fieri debet.

45. In causis pignorationum *Articuli causales*, si non statim in ordine reproductionis dari potuerint, in ordine novarum solent exhiberi: nisi eorum ratione terminus collectus vel præfixus esset, tunc enim ad ordinem terminorum spectarent.

Causales in caus. pign. quando in novis exhibendi?

46. Ad ordinem Novarum pertinent Juramenta calumniæ & malitiæ; scilicet in causis S. Q. quando ad petitionem partis ejusmodi Juramentorum præstatio injungitur: Juramenta enim appellationis vigore *Recess. noviss. & sæpè allegati generalis Decreti*, ad ordinem Reproductionis spectant.

Juram. calumn. gener. & malit. in novis præstandæ.

47. Item in ordine Novarum accusatur contumaciæ (*ut suprà tit.* 6. §. 13. *&* §. 42. *h. c.*) ubi nota: Si, elapsis sex Juridicis post proclama, in contumaciam imploretur, parti adversæ liberum adhuc esse, comparere, ad purgandum contumaciam, in hoc ordine: at si hoc negligat, & Procurator ipsius comparitionem forsan ad suum ordinem reservet, indies periculô suppositum fore, ne interim sententia feratur in contumaciam.

De processu in contumaciam.

48. In eodem producendæ Exceptiones dilatoriæ ante libellum: nisi id in ordine Reproductionis anteà jam factum fuerit. vid. *Rec. Dep. Imp.* 1600. §. Wann aber. 126. *& infr. Lib.* 3. *tit.* 30. §. 54. *seqq.*

In nov. produc. dilator. ante libell.

49. Causæ quæ moram non ferunt: & ubi armorum metus subest, nonnunquam in ordine Novarum etiam agendæ, siquidem juxta distin-

Interdum etiam causæ

moràm non ferentes.

distinctionem ordinum, hodiè introductam, illuc spectant: plerunque enim in aliis Ordinibus importari possunt.

50. Quoad petitionem Commissionis, hodiè in arbitrio Procuratoris est, *ut alibi dictum*, (vid. *tit. seq.* 10. §. 13.) an Commissionem coram Deputatis, quò propriè spectant, vel etiam in ordine Novarum petere velit.

Commiss. ad memor. quomodo decernantur?

51. *Nota hìc obiter*: Commissiones ad memoriam, præsertim nunc, ob celerem ordinum cursum, non facilè solere extrajudicialiter decerni, cùm ordinarius probationis cursus observari possit. Aliud obtinet, si ante reproductum processum ejusmodi Commissio ad memoriam peteretur: Tunc enim dubium nullum est, quin concurrentibus requisitis, *gravi valetudine* scil. testium, *tempore belli, pestis* &c. etiam extrajudicialiter decernantur. vid. infr. *Lib. 3. tit. 14. §. 12.*

De ordine Terminorũ qui olim paritionis. Agenda in ordine paritionis.

52. Ad terminorum ordinem progrediendo, prænoscenda sunt, quæ ante *annum* 1659. de ordine *Paritionis* literis mandata fuerunt. In ordine Paritionis, ait *Commentator*, per sententiam injuncta adimplentur, paritio docetur, contumacia non parentis accusatur, decreto proclamate, & lapsis sex Juridicis, Processus in contumaciam instituitur, (*quod hodie fit in ordine Novarum ut supra,*) & termini per Sententiam admissi vel præfixi, observantur, *SCtum Camer. de Anno* 1655. §. **Dabeneben und zum fünfften.** Partis adversæ, de insufficientia paritionis, extemporanea exceptione & jam admissa, quamvis per abusum & contra intentionem *dicti SConsulti* reservatione ad proximum ordinem paritionis factâ, Recessus & producta in dicto subsequ. paritionis ordine exhibentur, sed postmodum cum pœna rejiciuntur.

53. Qui in hoc ordine, termino lapso, prior est, alterum ad observantiam termini & agendum injuncta provocat: si non pareat, ejus contumaciam accusat, declarationem pœnæ, & quæ pro qualitate negotii requiruntur, rogat; idque argumento *Recessus Imper. de Anno* 1654. §. **Also auch.** 8.

54. Sic hæc duo, *Reproductio* scil. Processuum, & *punctus Paritionis*, triplô, imò decuplo celerius quàm antè maturantur, ordinibus hisce citius expeditis: Multos etiam occasio manet, quo rogando aliquale interlocutum, partem adversam, ut in ordine Paritionis aut Sententiarum agat, compellant, vel ut ipsimet ad latam sententiam agere valeant, ut comprobat *praxis in hanc rem frequentissima.*

55. *Exempli gratiâ*: Si terminus 3. 4. 6. aut 8. mensium à me aut ad-

adversario collectus sit, eo licèt lapso, usque quò me aut adversarium ordo Novarum tetigerit, agere non valemus; At si Judex interloquitur, tempus petitum aut brevius concedendo, ipsemet in ordine sententiarum aut paritionis, peragenda perago, & adversarium, ut idem, si non in ordine sententiarum, tamen paritionis, faciat, compello; *Quæ enim per sententiam concessa vel injuncta sunt, ad ordinem paritionis aut sententiarum spectant.*

56. Sed qui olim paritionis ordo vocatus, hodie terminorum ordo est, per sæpè citatum *Decretum generale de Anno* 1659. §. 1. ibi: **So viel aber die** distinctionem terminorum præfixorum à collectis seu collectorum à præfixis **belanget / wird dieselbe hiemit auffgehoben und verordnet / daß hinfüro die** pro terminis per sententiam præfixis, **im Jahr 1655. angesetzte Ordnung allen und jeden** Terminis, sive Collectis, sive Præfixis, sive etiam Legalibus, **gemein und** universal **seyn / zumahl nicht mehr** paritionis, **sondern** terminorum ordo **genennet werden solle** &c. Ordo terminorum quando introductus?

57. His consequenter in isto ordine per sententiam, (putà, nisi addita fuerint verba: *In prima vel secunda audientia*, vid. *supr.* §. 16. *h.t.*) injuncta adimplentur, vel in termino ab ipsa parte collecto, scripturæ, documenta, aliaque ejusmodi producuntur. Item termini præfixi, etiam collecti, præsertim *terminus legalis*, observantur. Hoc ordine quænam sint agenda?

58. Ob modò dictum *terminum legalem*, qui *hodiè* utrique parti, ad importandum scripturas post primum terminum necessarias, per *Comm. Decr.* 1659. constitutus, in ordine terminorum regulariter fit conclusio, & si non fiat, causa ex officio pro conclusa acceptatur. Regulariter fit conclusio ob terminum legalem.

59. Cæterùm interlocutiones illæ, quarum in §. 55. injecta mentio, hodiè per se cessant, ob eundem *terminum legalem*, *utrique parti communem*, qui statim ipsis processibus inseritur: *exceptis mandatis S. C.* in quibus termino legali propterea opus non est, quòd in arbitrio Judicis sit, an ultrà Exceptiones in primo termino importatas, Replicas admittere velit; adeoque Sententia priùs expectanda sit, cui semper terminus adjungi solet. Terminus legalis quare non detur in caus. Mand. S. Cl.

60. Præterea, quoad omnes ordines notandum; ea quæ *tit.* 6. §. 6. *de continuatione Ordinum adducta*, adhuc *hodiè* solere observari, in omnibus ordinibus: *v.c.* si ordo *reproductionis*, in quo à prima ad secundam; vel ordo *Novarum*, vel etiam *Terminorum*, in quibus à secunda ad tertiam agi solet; (*Comm. Decret.* 1659. §. 7.) nonnisi ad dimidietatem Procuratorum pervenissent, tunc subsequenti audientia ille, quem Ordo in una audientia non absolutus, in alia continuatur.

ordo ante defecit, eumque subsequentes, præfatos ordines absolvere, & si aliquid temporis restet, dicti ordines de novo incipi solent.

61. Quamvis verò *ordinatione* constitutum, ut Protonotarii Procuratorem illum, quem proximâ superiori audientiâ, Ordo rerum agendarum destituerit, in Protocollis notent, & postea in Judicio moneant: istæ tamen monitiones in desuetudinem abierunt, Procuratoribus vices suas per semetipsos observantibus. Pedellus tamen in Judicio præsens, ex jussu *Ampl. Collegij*, hoc ipsum annotare solet & tenetur.

62. Quod in certo libro propterea conscribere debet, ut *Domini Assessores* & *Referentes* scire possint, an fortè reproductio debitè facta, vel Procurator in termino suo, vel saltem primâ, quâ potuit post terminum, Audientiâ, recessum habuerit.

Procurator in audientia initium agendi faciens, indicat, quo ordine sit acturus?

63. Sicut olim Procuratores tenebantur, initio suorum recessuum significare, in quo ordine agant? Per *SCtum Commune*, 30. *Octobr.* 1655. §. Da beneben ꝛc. und zum fünfften in fin. verba ejus hæc sunt: Dann sollen die Procuratores jederzeit zum Anfang ihres Recessirens / distinctè anzeygen und notiren / in welcher Ordnung sie handlen wollen: ita etiam *hodiè* adhuc observatur. Proinde Procuratores semper ab initio præmittere solent, *in Ordine meo Reproductionis, Novarum*, &c. *Primo, secundo*, & *tertio*; (hæc tamen numeri expressio ferè in desuetudinem abiit: rarò enim auditur,) & simul Procuratorem adversæ partis nominare: juxta *Comm. Decret.* 11. & 12. *Januar.* 1660. add. supr. *tit.* 4 §. 5.

Ord. hodiè, singulis Juridicis, omnes Procurat. ut plurimum attingunt. Quid sibi velit: Man stehet auff?

64. Denique sciendum, quòd tres ordines, *reproductionis, novarum* & *terminorum* hodiè omnes Procuratores, singulis regulariter diebus, nisi plures feriæ incidant, attingere soleant, (*ut suprà* §. 43. *h.t.*) nam in *diebus profestis* audientiæ citiùs imponitur finis: Man stehet auff / und werden nur drey Recesse gehalten. Blum. *tit.* 62. §. 19. 20. & si alteruter trium dierum Lunæ, Mercurii & Veneris, quibus Audientiæ hodiè celebrantur, fuerit feriatus, subsequenti die & respectivè antecedenti, audientia institui solet. *Comm. Decr.* 19. *Januar.* 1660.

Quatuor hodierni Ordin. à Statibus Imp. adhuc probandi.

65. Prætereà cùm suprà in *tit.* 6. §. 23. & 26. de duobus dubiis, decisionem adhuc expectantibus dicatur, monendum est, Resolutione illorum dubiorum, siquidem *Imperij Status* introductos 4. ordines approbent, propterea opus non fore, quòd omnes indistinctè causæ in ordine reproductionis reproducendæ, & à citato, nisi ex justis causis prorogationem obtinuerit, desuper statim respondendum sit; reliqua verò producta, ob terminum legalem, ad ordinem terminorum spectent.

66. Vi-

66. Videatur porrò toties allegatum *Commune Decretum*, *d.* 13. *Decemb. Ann.* 1659. publicatum, quod ad calcem libri IV. infrà adjectum, cum insertis Cameræ declarationibus: quæ *hoc cap. singul.* propositis majorem lucem afferent.

TIT. X.

De rebus, quæ coram Deputatis agenda sunt.

Ordin. P. 3. T. 11.

§. 1.

AUdientia minùs solennis est, quæ post ordinariam, coram Deputatis, instituitur. Audientia minùs solennis quid? Dicitur extraordinaria.

2. Hæc extraordinaria esse intelligitur, si superior solennis ordinaria est, ut nominatur in *Memor. Visit. Procur. dato*, 1583. verb. In den Ordinari-Audientzien.

3. Peragitur hæc audientia coram uno atque altero Assessore, quos *Deputatos* vocant, quia per Judicium Cameræ deputantur, ut quasi extraordinariè partes litigantes, in certis quibusdam punctis procedentes, audiant, & ad submissiones exigui præjudicii statim interloquantur. Ordin. *Part.* 3. *T.* 11. *in princ. Mem. Visit. An.* 1559. §. Und damit ꝛc. 21. Cisner. *ad hunc tit.* Coram Deputatis peragitur.

4. Et ita quidem olim servabatur: Quia tamen *hodiè* unus Adsessorum, quem ordo tangit, audientiis ut plurimum adsidet; hic etiam in his *Deputatorum audientijs* Deputati munere solus fungitur, Domino Judice aut Præside, si præsentes sint, secedentibus. Nunquam etiam interloquitur ad factas, exigui licèt præjudicii, submissiones: *Docente praxi.* Ut sic quotidiana observantia ordinationi hoc passu planè contraria sit. Hodiè coram Assessore eodem, qui solennì præsidet Audientiæ.

5. Quod propterea *Stylo* introductum, ne fortè, ex non habita sufficienti informatione, uni alterive partium, per ejusmodi extemporaneam interlocutionem præjudicium generetur: Consultius enim est, causam potiùs ex justo completo Protocollo, quàm sine illius inspectione extrajudicialiter quasi cognoscere. Interlocutiones Deputatorum cur obsoletæ?

6. Adsessores illi Deputati ante hac, solenni audientiâ finitâ, semper & suâ sponte manebant: Sed *hodiè* non manere solent, nisi Procuratores ministro judicii publico, quem *Pedellum* vocant, significent, habere se aliquid coram Deputatis agere, qui deinde, quadrante horæ ante finem Audientiæ, Adsessorem desuper monere solet.

An Audientia Deputator. hodiè sit necessaria?

7. Cæterùm, hâc audientiâ *hodiè* propterea forsan opus non esset, quòd illa tantùm ad accelerandum Ordinem Novarum, qui facilè hodiè per se transire solet, introducta fuerit. Vid. suprà §. 43. *cap. singul. de ordinib. rer.*

Coram Deputatis quæ agenda?

8. Coram Deputatis sigilla, Notariorum signa, manus & documenta literaria recognoscenda sunt. Ordin. *Part.* 3. *t.* 11. §. Erstlich als mit. 1. *Mem. Visit.* 1572. §. Wann Ladung. 17. Cisn. *Ad hunc tit.*

Ad punctũ Commissionis pertinentia, coram iisdem tractari debent.

9. Item Commissariorum, & quæ inde pendent, tum nominatio postulatioque, tum approbatio aut recusatio, vel in scriptis cum Articulis simul, responsionibusque, vel vivâ voce coram Deputatis exhibentur: Commissarii nominantur, Commissiones tum in scriptis, tum vivâ voce & tam ordinariæ, quàm extraordinariæ sive ad perpetuam rei memoriam, postulantur. *Recess. Imper.* 1570. §. Die Commissarii. 96. *Mem. Visit. Anno* 1585. §. Derohalben haben ꝛc. 5. *Decret. Camer.* publicatum 23. *August. Anno* 1586.

10. Si quis Commissarios vivâ voce postulaverit, nomina Commissariorum in charta consignata exhibeto. *Decret. Cam. eod.*

11. Præterea coram Deputatis exceptiones in scriptis, non verbo, contra Commissarios & Commissiones opponuntur, & in hoc puncto si interloquendum sit, ad cognitionem Judicis submittitur. *Mem. Visit. Ann.* 57. Denaisi. *Commissariorum recusatio.* §. 1. *Recess. Imper. Anno* 1570. §. Die Commissarien. &c. 96. *Decret. Cam.* 5. *Jun. Ann.* 1584. 23. *August. An.* 1585.

Commiss. in solenni quoque audientia postulantur.

12. Commissarios tamen, & quicquid ad punctum Commissariorum pertinet, unà cum articulis probatoriis, per libellum supplicem separatim in audientia solenni, & ordinaria nominare & postulare, & exceptiones contra eosdem opponere, vel in illos consentire, & vel unà cum responsionibus in scriptis, vel postea coram Deputatis, usque ad conclusionem procedere licet. *Recess. Imper. eod. d.* §. Die Commissarien ꝛc. 97.

Quomodo hodierno jure & stylo circa commissiones procedatur?

13. *Ita quidem olim*; Sed jam pro regula notandum: Quicquid ad punctum Commissionis spectat, coram Deputatis tam diu peragi, donec rotulus, qui in *Ordine Novarum introduci solet*, productus fuerit. Disputationes autem post rotulum & quicquid huic subsequitur, in ordine competenti, non coram Deputatis faciendas & peragendas esse. Vid. *cap. singul. de ordinib.* §. 50.

An in ordine termi-

14. Quin autem, de *stylo hodierno*, omnia ejusmodi in ordine ter-

terminorum proponi possent, non ambigendum est: quia non tantùm ad productionem rotuli, pro prima scil. vel ulteriori dilatione probandi, à Judice terminus constituitur; sed etiam ad ea, quæ post productionem rotuli produci solent, vel terminus legalis, vel etiam præfixus locum habet. norum proponi possint ad Commiss. spectantia?

15. Item coram Deputatis dilationes probandi postulantur, & causæ, quamobrem intra tempus primæ vel secundæ, & ulterioris probandi dilationis, Commissionis negotium expediri non potuerit, exponuntur. Ordin. *d. T.* 11. *§ fin.* ita tamen, ut tertia dilatio probandi, nonnisi prævio Juramento hodie concedatur. Add. §. 24. *cap. præc.* Hic dilationes probandi postulantur.

16. Item coram Deputatis acta, ab inferiore Judice edita, clausa proferuntur, & Protonotario præsente illæsis sigillis aperta recipiuntur. Ordin. *P.* 3. *T.* 31. §. So also dem Procurator des Appellanten. Olim Acta prior a proferebantur.

17. *Hodiè* tamen in novis seu ordine novarum producuntur, nec receptio, *juxta dictum Ordin. titulum* in usu est; sed qui copiam eorum cupit, factâ recognitione, à Cancellaria aut Lectoria petat necesse est, originalibus in usum Judicii servatis. Solent etiam nonnunquam, & possunt Acta in ordine Reproductionis produci, eorumque publicatio peti. De qua vid. *Lib.* 1. *tit.* 25. Hodiè producuntur, in ordine novarum. Etiam Reproductionis.

18. Item, si Judici significandum sit, litigatorem principalem vita defunctum esse, aut inter partes litigantes transactum iri, *coram Deputatis* significator: & non nudis tantùm verbis significator, sed aliqua etiam ratione docetor. Ordin. *d. tit.* 11. §. Wann die Procuratores. *Memor. Visit. Ann.* 1578. Cisner. *ad tit. eund.* Mors principalis significatur.

19. Denique *coram Deputatis* in puncto Tutorum & Curatorum procedendum est. *Recess. Imper. Anno* 1570. §. Wie oben in ꝛc. 99. *Memor. Visit. Ann.* 72. §. Und dieweil in denen Fällen. Cisner. *ad d. T. Ord.* 11. Si nimirum designatus tutor haberet excusationem aliquam, quare tutelam acceptare non posset, vel aliud ejusmodi incideret negotium. In puncto Tutorum proceditur.

20. Prætereà, quod ad terminorum prorogationes spectat, quamvis illæ ex *SCto Camer. de Ann.* 1603. in novis petendæ fuerunt, sub pœna arbitraria, teste Denaisio, *in Jur. Camer. tit.* 118. §. 6. quoniam tamen sæpè terminus labebatur, antequam Procuratorem ordo tangeret, prorogationes terminorum coram Deputatis rursum petuntur. Terminor. prorogationes ubi petendæ?

21. Sic processibus emanatis, & citato in exceptionibus aut responsionibus in primo termino exhibendis, justis ex causis impedito, ante processuum reproductionem, & ante adventum termini, petit Et quando petendæ?

prorogationem coram Deputatis Procurator. *Recess. Imp. de Ann.* 1654. §. Wäre es dann &c. 32.

In termino prorogationem petens mulctatur.

22. Ita, cùm in causa **Buwinghausen** contra **Schwäbischen Crayß** / *Citationis*, Procurator Citatorum in termino reproductionis non produceret exceptiones sive responsiones ad libellum, sed termini prorogationem in eo rogaret, mulctatus ob hanc causam fuit dimidia argenti marca, (quæ 4. Imperial. valet) prorogationem termini enim, illo adhuc currente, ante reproductionem, & quidem coram Deputatis rogare debuisset, 7. *Mart. Anno* 1659.

Nam ante lapsum termini postulari debet.

Procuratorum consuetudo reprobatur.

23. Procuratores etiam, ad præcavendum proclama, se, citati nomine mandato instructos, in ordine proximo velle comparere, coram Deputatis indicare consueverunt: Sed hoc inhibet, & eo non obstante, proclama decerni jubet, *Recess. Imp. de Ann.* 1654. §. Da auch &c. 38. ut proinde hæ indicationes in totum cessârint.

24. Quinimò non tantùm in *Decreto Communi de Ann.* 1659. §. 3. vers. **Welcher aber nicht gleich.** Sed etiam alio 12. *Nov.* 1661. lato, Procuratoribus injunctum fuit, ut si fortè de quodam, quòd comparitionem suam studiosè post proclama distulerit, protrahendæ litis causâ, suspicio adesset, is Documento aliquo, sive scripto à Principali recepto, sese excusare necesse habeat: quod tamen non adeò strictè observatur.

An coram Deputatis fatalium prorog. rectè petatur?

25. Quæri etiam solet quandoque *coram Deputato* prorogatio, ratione fatalium, & ut plurimum, si impedimentum insinuanti nuncio accidisse noscatur, proximè ante terminum, nec hoc casu partis adversæ Procuratori denunciatur, cùm nesciatur adhuc quis sit constituendus; sed simpliciter allegato & probato, (*fortè per literas nuncij*) impedimento, prorogatio ad tot menses rogatur, inque termino reproductionis postmodum repetitur, *ut suprà indicatum est.*

26. Verùm quæstio hæc inutiliter hîc movetur: cùm prorogationes fatalium, antequam processûs judicialiter producuntur, non judicialiter, sed extrajudicialiter peti soleant ac debeant; non enim super processu, nondum judicialiter producto, coram Deputatis & judicialiter agi potest. *Coram Deputatis enim agere est judicialiter agere.*

Coram Deputatis agere est judicialiter agere.

Hactenus de forma audientiæ: De circumstantijs dispiciendum nunc sequitur.

TIT. XI.

TIT. XI.

Ubi & quando audientiæ celebrentur.

§. 1.

CIrcumstantiæ audientiarum tum in *subjecto loco* audientiis destinato, tum in *adjunctis earum* considerantur. Locus, ubi audientiæ Judiciales in Camera celebrantur, auditorium Cameræ Judiciale appellatur. *Memor. Visit. Ann.* 1559. Cisner. *ad tit.* 1. *p.* 3. Locus audientiæ celebrandæ.

2. Ad Audientiarum adjuncta quod attinet, audientiæ foribus apertis, sedente Judice, ejusve Vicario, & Assessoribus quaternis, post sententias publicatas remanentibus, exercentor. Ord. *P.* 3. *T.* 1. *in princ.* Audientiæ adjuncta.

3. Patet inde, quòd olim post publicatas sententias audientiæ celebratæ fuerint. *Hodiè autem*, cùm ob paucitatem Adsessorum publicatio antiquo rarior sit, numerus autem rerum in audientiis tractandarum infinitus: Ne propositiones causarum impediantur, *tribus in septimana diebus* audientiæ celebrantur, publicatione sententiarum in certum diem, & plerumque ante ferias reservatâ. vid. *Comm. Decret.* 19. *Januar. Ann.* 1660. Quibus diebus hodiè habeantur?

4. Sedulò autem agendæ sunt audientiæ: Secus enim si fiat, partibus litigantibus justitia quodammodo denegatur. *Recess. Imper. Ann.* 1570. §. Sintemahl auch ꝛc. Quapropter audientiæ ne quidem propter exequias, quibus Collegium totum adest, intermittendæ. Sed si universo Collegio funus aliquod deducendum fuerit, nihilominus funere deducto, aliquid temporis audientiæ tribuendum, & saltem ad horam quartam usque audientiæ præbendæ fuerint. *Mem. Visit. Ann.* 1575. §. Da sich auch &c. 5. Cisner. *ad tit.* 1. *Ord. Part.* 3. Propter exequias audientiæ non intermittendæ.

5. *Hodierno tamen tempore*, si funus Domini Judicis, Præsidis, Adsessoris, aut Senioris Cameræ Advocati aut Procuratoris sit deducendum, audientiæ solent intermitti, *Docente id observantiâ.* Secus in reliquis omnibus. Quid hodiè circa hoc obtineat?

6. Quid si nuptiæ membri cujusdam Cameræ illustrioris celebrentur? Et hoc casu, impetratâ prius à Domino Judice & Collegio veniâ, audientiæ quandoque ad unum, rarò ad alterum diem sistuntur. An propter nuptias?

7. *Adjuncti temporis* ratione, audientiæ sunt vel antemeridianæ vel pomeridianæ: *Antemeridianæ* sunt, quæ ante meridiem celebrantur, tempore æstivo, horâ septimâ: hibernô autem, horâ octavâ inchoatæ ad horam decimam usque continuantur. Tempori æstivo in Camera, ra- Audientiæ antemeridianæ quomodo olim sint celebratæ.

ratione audientiarum inchoando, Calendas Aprilis, & hyberno Calendas Octobris constitutas esse ferunt.

8. Olim, vigore *Ordin. Cam. Part. 3. tit. 1.* in hebdomade diebus ternis, *Lunæ* scil. *Mercurij* & *Veneris*, & à meridie tantùm audientiæ agebantur. Posteà *Recess. Imp. Ann.* 1570. §. Derhalben setzen ꝛc. 46. constitutum, ut singulis diebus, exceptis Dominicis, ac Festis, Divino cultui, aut ex hominum instituto, Sanctorum recordationi consecratis, ac quibusdam aliis, (*de quibus Ordin. P. 2. tit. 33.*) haberentur.

Quibus diebus?

9. De antemeridianis audientiis quater hebdomatim peragendis, nimirum quôlibet die *Lunæ*, *Mercurij*, *Veneris* & *Sabbathi*, sancitum est, *Memor. Visit. Anno* 1587. §. 2. Et de iisdem, si contingat illas in diem aliquem Festum incidere, vel anticipandis, vel postponendis, id est, pridiè aut postridiè diei Festi agendis, *Memor. eod.*

Antemeridianæ partim abrogatæ.

10. Sed antemeridianæ audientiæ per *Memor. Visit. Imp.* 1595. §. Also auch bey. ꝛc. 4. abrogatæ sunt: quia Adsessorum relationibus impedimento esse existimabantur: Exceptis *Sabbathinis*, in quibus tempore æstivo, ab hora septima usque ad nonam in præfixis procedendum, & reliquum tempus, usque ad horam decimam causis Fiscalibus tribuendum. *Mem. Visit. Ann.* 1570. §. Wie hoch ꝛc. 14. *& §. seq.* Cisner. *ad Tit. 1. P. 3. in margine 5. T.*

Hodiè omninò sublatæ.

11. Denique sciendum, quòd antemeridianæ audientiæ hodiè sublatæ sunt, & tantùm tribus diebus pomeridianis habentur. *Comm. Decr. 19. Jan.* 1660.

Pomeridianæ audientiæ quid?

12. *Pomeridianæ* audientiæ sunt, quæ à meridie hora prima usque ad horam quartam tempore hyberno, aut usque ad quintam tempore æstivo continuantur. *Recess. Imp. An.* 1570. §. Derhalben setzen wir. &c.

Quomodo olim actæ?

13. In his pomeridianis audientiis agebatur ante hac in ordine Novarum, à prima usque ad tertiam, in ordine Reproductionis autem, vel si reproducenda desint, in ordine paritionis à tertia usque ad quartam, tempore hyberno, à tertia usque ad quintam, tempore æstivo.

Quid hodiè fit in usu?

14. Sed *hodiè* non tantùm, *utì dictum*, §. 11. antemeridianæ Audientiæ sublatæ, sed ratione horarum, etiam alius ordo observatur; Solet enim à prima usque ad secundam, (*nisi in ordine Sententiarum quid agendum esset, ut suprà dictum*) regulariter in ordine Reproductionis, à secunda ad tertiam verò, in ordine Novarum & Terminorum, si quid temporis restet, ut plerumque fieri solet, agi, Audientiaque, ob celerem Ordinum cursum, *non nisi ter in hebdomate*, nempè

Lunæ,

Lunæ, *Mercurij* & *Veneris*, haberi, ita tamen, ut si in istos tres dies Festum quoddam incideret, Audientia tunc etiam *hodiè* anticipetur.

15. Præterea in adjunctis audientiarum alternatio earum fuit, **Die Umbwechslung etlicher Sachen** &c. Quæ olim observabatur, tam in causis extraordinariis, quàm in causis S. Q. & appellationis: De qua alternatione sancitum est *Tit. 2. Ordin. P. 3. & Rec. Imp. Ann. 1570.* **§. Und damit** &c.

16. Sed hodiè alternatio illa locum non habet: imò abrogata est. *Memor. Visit. Ann. 1572.* **§. Auß was Ursachen** &c. 13. Cisner. *ad tit. 4. Ordin. Part. 3. in margine. Decret. Cam. 8. Januar. An. 1572.* publicatum.

TIT. XII.

De Feriis, quibus Camera Imperialis ab audientiis vacat.

Ordin. P. 2. T. 33.

§. 1.

HIc de Feriis dicendi locus est, utpotè quæ *audientiis accidunt*, & propterea earum adjuncta atque circumstantiæ sunt. De Feriis cur hic agitur?

2. Quamobrem Camera Imper. feriatur à 24. *Decembr.* usque *ad 2. Januar.* quoad extrajudicialia; sed in judicialibus *ad 6. ejusdem* inclusivè; Item à *die Dominico*, quem vocant (*Esto mihi*) usque ad diem Jovis proximum, à die *Dominico*, quem vocant (*Invocavit*) exclusivè. Ordin. *d. T. & Mem. Visit.* 1687. **§. Derhalben dann. 3.** Tempora feriarum.

3. *Ordinatio Camer.* uti jam audivimus, Ferias à *Dominica Esto mihi*, usque ad *Dominicam Invocavit*, determinat, cui *hodiè* inhæretur; ita ut die Lunæ, Dominicam Invocavit sequente, statim audientia repetatur, cum illa tamen differentia, quòd si ambo Calendaria non coincidunt, tunc in extrajudicialibus Feriæ à Dominica Esto mihi usque ad diem Jovis continuantur, aliàs ut & in Judicialibus ad Dominicam Invocavit inclusivè. Continuatur feriarum enumeratio.

4. Item feriatur à die *Palmarum* & seqq. usque ad diem Jovis proximum à Festo *Paschæ*, exclusivè. Ordin. *d. t. 33. Recess. Visit.* 1587. *d.* §. 3. A die *Palmarum* usque *Quasimodogeniti* feriatur, & die Lunæ insequenti Camera rursum Audientias celebrat.

5. Feriatur à Dominica *Vocem Jucunditatis*, usque ad Dominicam *Exaudi*; horis antemeridianis, neque Senatus frequentantur, neque audientiæ celebrantur, & vocatur vulgò **die Creutz-Woche**: pomeridianis Audientiis in cursu continuo permanentibus.

6. Pridie diei Festi *Pentecostes* usque ad diem Jovis proximè sequentem exclusivè. Ordin. *ibid. & Mem. eod.* Sed nota: *Praxin hodiernam* sequi strictè ordinationem, & die Lunæ, Dominicam *Trinitatis* insequente, statim audientias repetere. Verba *Ordinationis* sunt: **Vom Pfingsttag Abends biß an den Sonntag** *Trinitatis*, **alles eingeschlossen.** Sed verba *Recess. Visit.* **vom Pfingsttag Abends / biß auff den Donnerstag vor** *Trinitatis* exclusivè.

Feriæ magnæ quæ vocentur.

7. Feriatur à *die octava* Julii, usque ad diem decimum quartum Augusti inclusivè, quas ferias *Caniculares sive magnas* nominant. Ordin. *ibid. & Memor. eod.*

Illis durantibus extrajudicialia tractantur.

8. Quia autem Supplicationes pro Processibus, & causæ extrajudiciales aliæ, tot hebdomadum moram vix patiuntur; Adsessores, quotquot præsentes manent, certis in septimana diebus, *Lunæ* scil. *Mercurij* & *Veneris*, durantibus his feriis magnis, conveniunt, Processusque omnis generis, pro re nata, denegant aut decernunt; Audientiæ tamen nullæ, sive ante- sive pomeridianæ celebrantur, quicquid in contrarium disponat *Recess. Imper. Ann.* 1654. §. **Die Unterscheidung** &c. 82. vers. **Dann** secundò. &c.

Clausula: Exclusis feriis quid comprehendat?

9. Et *notandum* hîc, ferias magnas intelligendas esse, quotiescunque hæc clausula (*Ferijs exclusis*) Processibus inserta reperitur. *Mem. Visit. eod.* Verùm sub hac clausula, (*exclusis ferijs*) in dilationibus Commissionum usu frequenti, non tantùm has ferias magnas Caniculares, sed Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes &c. comprehendi, tuetur Ruland. *de comm. & comm. tom. 1. lib. 2. cap. 7. num. 11.* idque rectè: quia juxta *Memor. Visit. Procur. dat. Ann.* 1579. §. 3. **Und dieweil sich** &c. Et Denais. *Jur. Cam. tit.* 140. *n.* 7. hæc clausula de integris hebdomadis, atque de majoribus Judiciorum vacationibus generaliter intelligitur.

10. Porrò feriæ aguntur XII. Apostolorum diebus: item diebus Epiphaniæ: *B. V. Mariæ* Purificationis, Annunciationis, (*in cujus profesto audientia ad vesperam habetur.*) Adsumptionis, Visitationis, Conceptionis, Natalis: S. *Marci* & S. *Lucæ*, Evangelistarum: Item *Inventionis Crucis*: *Adscensionis*: *Corporis Christi*, (in cujus profesto audientia saltem ad vesperam continuatur,) *Johannis Baptistæ*: *Mariæ Magdalenæ*: *Annæ*, ex præscripto Imperatoris FERDINANDI II. piæ memoriæ, *Laurentij*, *Michaëlis Archangeli*, Sanctæ *Catharinæ* die 9. Septembr. Sancti *Gorgonij*, *Dedicatione summi templi Spirensis*, omnium

omnium Sanctorum, (in cujus festi Vigiliis audientia ad vesperam saltem continuatur) *omnium Animarum*, *Nicolai*, *Martini*. *Mem. Visit. ann.* 1587. *d.* §. 3.

11. Præter ferias enumeratas, aliæ qualescunque illæ fuerint, sive Palatii sive Chori, sive quocunque alio nomine appellatæ, abrogatæ sunto. *d. Memor. Visit. Ann.* 1587. Quænam Feriæ non observentur?

12. Sic de Feriis Cameræ observandis per *Status Imperij* & *Visitatores* constitutum est. Sed noveris, illas secundùm *Ordinationis* legem & *Visitatorum Statutum*, non ita præcisè observari; & Ferias Paschatis, Pentecostes, aliasque, quas etiam magnas appellant, imò etiam Bachanaliorum, *secundùm utrumque stylum*, non quidem ex aliqua Imperii lege, sed *consuetudine* observari. Solæ feriæ messis, ut olim indictæ sunt, ita etiamnum hodiè observantur. Feriæ aliter servantur, ac olim statutum fuit.

13. Nimirum *ab Anno* 1595. usque huc, feriæ juxta utrumque Calendarium, *Julianum* & *Gregorianum* in Camera celebratæ sunt, solis Feriis magnis, ex eo, quòd sanctis non sint dedicatæ, sed messis ergò, (*& ut Camerales, per omne tempus anni officij negotijs implicati, per has proprijs etiam vacare possint,*) institutæ, exceptis. Idque ab Anno Domini 1595.

14. Licèt etiam quædam Festa Sanctorum ab Augustanæ Confessionis Cameralibus, Religionis ergò, non celebrentur: tamen die, quo incidunt, feriatur in Camera, *dictante ita stylo*. Sic Festum Ascensionis *B. V. Mariæ* & nonnulla alia, non celebrantur ab Augustanis Evangelicis; Juxta utrumque tamen, & *Julianum* & *Gregorianum* Calendarium, in Camera Feriæ sunt.

15. Huic materiæ de Audientiis & Ordinibus annectendum, quòd *Domini Assessores* tempore contagionis *Anno* 1666. *Spiræ* grassatæ, ordinem Deputatorum ita sustulerint, ut Procuratores quæ eò pertinerent, in ordine Novarum proferrent: Iidemque manè horâ octavâ convenerint, atque ad undecimam, in hyeme verò ad decimam permanserint. Cæterùm, à *primo die Februarij*, non post Festum Purificationis Mariæ demum (quod vult Blumius *in Proc. tit.* 62. *th.* 6.) ad Senatum itur, horâ septimâ matutinâ, usque ad Festum omnium Sanctorum: Reliquo tempore, ut & in Feriis canicularibus, horâ octavâ, utrobique secundùm stylum veterem seu Julianum.

Tantum de Processu Audientiæ Judicialis: Sequitur de Processu causæ.

PANDECTARUM CAMERALIUM, *SIVE* JURIS CAMERALIS, *LIBER TERTIUS.*

DE PROCESSU CAUSÆ.

TIT. I.

Processus causæ quid, quæ ejus præparatio: processus quid, & quibus rebus constet?

§. 1.

Processus causæ quid sit, & quæ ejus partes?

PRocessus causæ est, qui in causis peragendis observandus est: ejusque partes sunt, *præparatio & persecutio.* Illa est, quâ processui causarum, ut faciliùs & citiùs expediatur, via sternitur: constatque præparatio hæc, tum *processuum emanatione*, tum *terminorum* procedendi *præfixione.*

Præparatoriis Judicii quænam comprehendantur.

2. Præparatoria autem Judicii, seu processus causæ, ea esse tantùm, vulgò putant, quæ litis contestationem antecedunt, cui opinioni *Ordin. part.* 1. *tit.* 21. §. **Weiter setzen wir** &c. adstipulari videtur; sed præparatione processus, sive præparatoriis judicii plura denotantur, & comprehenduntur; quæcunque videlicet in principio, medio & fine litis, ad processum citiùs & faciliùs expediendum, faciunt.

Processus quid sint?

3. Processus sunt literæ (sub quo verbo comprehenduntur omnes indistinctè processus Camerales, sive sint *Citationes*, sive *Mandata*, cum vel sine clausula) quas Judex in expediendis litium negotiis emittit. *Ordin. part.* 3. *tit.* 12. §. **Und so solche etc.** 4. à quibus quia processus causæ inchoatur, vel quia ad processum inchoatum perficiendum maximè valent, σωτικδοχικῶς, & per *excellentiam* in foro processus appellantur.

à literis inchoatur processus causæ.

Judicis decreta etiam processus appellantur.

4. Quanquam etiam Judicis decreta, ut banni denunciationes, itemque absolutiones à banno, contractuum confirmationes, liberorum legitimationes, documenta immatriculationum, & legitimæ honestæque nativitatis testimonia &c. quæ in Camera impetrantur, vulgò processuum nomine in genere appellentur. Ubi tamen sciendum,

dum, contractuum confirmationes, liberorum legitimationes, & alia ejusmodi, veluti res gratiæ, ad *Consilium Imperiale aulicum* potiùs, quàm ad *Cameram* spectare, ut dictum *libr.* 1. *tit.* 18. §. 15. Vid. Uffenbach. *de consil. Aulic. cap.* 11. *per tot.* ubi tradit, quæ sint *res gratiæ.*

5. Vid. *Ordin. Cam. p.* 1. *tit.* 38. *in pr.* & *Recess. Imper. noviss. de Anno* 1654. §. Damit aber auch etc. 159. in verbis der Cammer-Gerichtlichen Processen &c. propriè tamen proceſſus nihil aliud est, *quàm ordo Judicii legitimus, secundùm quem controversiæ, causarum habitâ cognitione, diffiniuntur.* Processus propriè quid denotet.

6. Per abusum verò literæ Camerales omnes, quæcunque vel ad inchoandum, vel ad promovendum, (ut sunt promotoriales & Mandata de administranda justitia, vel etiam super denegata vel protracta justitia) vel ad determinandum, & exequendum processum emanant, (nempe executoriales) hoc nomine veniunt. Quid per abusum hoc nomine veniat.

TIT. II.

In emanatione processuum, quæ consideranda sint, & de processibus decernendis in genere.

§. 1.

IN processuum emanatione, consideranda est ratio processus tum { *decernendi,* / *impetrandi.*

2. Ad rationem processus decernendi quantum attinet, non pro tribunali sive judicialiter, sed in Senatu, sive in consilio decernuntur, nisi in causa quapiam, sive lite pendente, pro tribunali postulentur, quo casu pro tribunali decernuntur. *Ordin. part.* 3. *tit.* 35. *in princ.* Processus decernuntur vel extrajudicialiter vel judicialiter.

3. Solet tamen nihilominùs in ejusmodi causis, in judicio pendentibus, ab initio extrajudicialiter, & in Senatu supplicari; Sed cognitâ judiciali litispendentiâ, loco decreti supplicæ inscribi, *judicialiter,* quo facto Procuratores in ordine Novarum ejusmodi supplicas judicialiter producunt, & desuper ad sententiam submittunt. Remissio ad judicium.

4. Et habet hæc remissio ad judicium potissimum locum in Mandatis ulterioribus, vel etiam arctioribus, maximè, si novum factum non accesserit; item in Mandatis attentatorum revocatoriis, siquidem attentata ante insinuatam inhibitionem commissa essent. Vid. *infr. de inhibit. tit.* 11. §. 19. 29. Quando maximè fiat.

Quid agitur in der Audienz-Stuben.

5. Locus *Judicij* vulgò dicitur, die Audienz-Stube / locus *Consilii*, die Rath-Stube / *in illo* litigantes per suos Procuratores de causis judicialiter disceptant, sententiæ in Senatu formatæ promulgantur, foribus undiquaque apertis & auscultantibus, quibus libet.

Quid in Consilio, in der Rath-Stube.

6. *In hoc Judex*, *Præsides* & *Assessores* horis matutinis congregati ad preces seu supplicas, divisis inter se Senatibus, decreta concipiunt, relationes causarum auscultant & examinant, sententias formant, & de causis collegii, quandoque in pleno, hoc est in consessu omnium, quandoque per Deputatos deliberant, omni accessu Advocatis & Procuratoribus, vel qui causis litigantium inserviunt, denegato.

Modus per Deputatos de causis Cameræ consultandi, infrequens hodiè.

7. Ille modus (de quo dictum *præced.* §.) deliberandi per Deputatos, de rebus & causis ad totum collegium spectantibus, olim, in majori numero Assessorum frequentissimus fuit; quia tamen minor nunc est numerus, hactenus omnes Assessores, plenis interesse consueverunt.

Modus processûs impetrandi duplex, extrajudicialis & judicialis.

8. Et ex hoc duplex oritur modus impetrandi processûs in Camera, *extrajudicialis* & *judicialis*: *in illo* Procurator, vel si principalis præsens est, quandoque & ipse, per supplicam, quam Notariis in Cancellaria registrandam, & postmodum ad Senatum deferendam exhibet, decretô extrajudiciali processûs decerni rogat, & finito Senatu, ad horam decimam antemeridianam, in Cancellaria responsum sive decretum, supplicationi per Notarium inscriptum, exspectat. *Altero modo*, Procurator supplicam judicialiter coram tribunali, hoc est in publica audientia exhibet, & sententiam Judicis super processibus decernendis requirit.

Quid inter se differant illi modi.

9. In extrajudiciali illo nulla contradictio partis adversæ regulariter admittitur; exceptis fortè literis informatoriis, vulgò Bericht-Schreiben / dictis: *in hoc* contradictio valet, & ad supplicam excipere parti adversæ licet, vel si contumax est, in contumaciam processûs decernuntur, ut in puncto supplicæ pro inhibitione factum *in causa* Diepenbrock *contra* Reeß *Appellationis* 22. *Maji Anno* 1645. Simile contigit *d.* 25. *Augusti* 1684. In Sachen der Klöster im Fürstenthum Halberstadt / contra das Forst-Ampt daselbst: in qua citat. & compulsor. in contum. fuerunt decretæ.

10. *Ille* in Camera omnium frequentissimus est, nec Procurator ad judicialem facilè deflectit, nisi per Decretum eò remissûs necessitetur. *Hic* ut plurimum locum invenit, quoties supplicatur in causa cum alia in judicio jam pendente connexa, & Referens viderit, sine contradictio-

dictione partis adversæ, & prævia aliquali cognitione, processus decerni non posse.

11. *In illo* narratis supplicationum, juxta novissimum *Ratisbonensem Recessum* §. Alle Supplicanten. 73. per adjuncta verisimiliter saltem probatis, creditur; *in hoc* non quidem plena causæ cognitio desideratur, ne sic præposterè disputarentur, ante decretos processus, quæ iis decretis & reproductis, ad decisionem principalis negotii, hinc inde disputari necesse est, sed perfunctoria, quæ in aliis ad præmittendas literas informatorias judicem commovere poterit, sufficiens est. Textus elegans *in Recess. Deputat. de Anno* 1600. §. Unsere Käyserl. Cammer-Gerichts-Ordnung ꝛc. 85. in verbis: Und in solchem Werck anders nichts in cognition, als da man sonsten extrajudicialiter umb Bericht schreibet / gezogen werde.

12. Cùm §. 9. mentio fuerit facta *literarum informatoriarum*, de illis hìc incidenter notetur: Quòd tum vel maximè locum habent, si à subditis contra Magistratum, pro Mandato cum vel sine clausula, vel etiam in causis criminalibus, pro citatione ad videndum deduci nullitates, quin & in Appellationibus, si vel à pauperibus pro plenariis processibus supplicatum fuisset, vel dubium esset, an jurisdictio Cameræ ratione privilegii fundata sit. Quanquam in tertio casu, supplicatione scilicet à pauperibus pro appellatoriis processibus facta, compulsoriales potiùs decerni soleant. Sic *d.* 14. *Nov.* 1685. in Sachen der Aeltesten und gantzen Ampts der Knochenhauer in Lübeck / contra HH. Bürgerm. und Rath daselbsten / *pro Mandato de administr. justit. nec turb. in immem. poss. vel quasi* &c. &c. supplicatum quidem fuit, sed decretum: Solle vorhero an Beklagten umb ihren Bericht in dieser Sachen / innerhalb 6. Wochen / von Zeit der insinuation einzuschicken zugeschrieben werden.

Literæ informatoriæ quando maximè habeant locum.

Inf. tit. 11. §. 22. seq. tit. 19. §. 12. seqq.

13. Istæ literæ pro informatione (Bericht-Schreiben) hodiè quàm frequentissimæ sunt, licèt maximo damno implorantium, & non sine confusione processus: interea enim supplicantes, & expensis & tempore frustrantur, Collegium verò majori labore oneratur, quia acta extrajudicialiter cumulantur; quinimò gravanti sic ansa datur injustitiam suam colorandi, & processus impediendi: ac docet experientia, plerumque processus posteà denegari: cùm tamen ab initio partes actoris, ejusque de facto gravati, sint favorabiliores, & stetur narratis.

Incommoda & noxæ illarum literarum.

14. Pro-

Processus Cameræ quomodo signentur.

14. Processus *Cæsareæ Majestatis* nomine, titulo atquè sigillo Cæsareo emittuntur. *Ord. part. 3. tit. 12.* §. Und so solche. 4. subscribente ad Mandatum Imperatoris (*ut stylus habet*) proprium, *Cancellariæ Directore*, & Protonotario, vel, si Cancellariæ Director absens est, solo Protonotario.

Quid Cæsareâ sede vacante obtineat?

15. Quando autem sedes Cæsarea vacat, eo tempore sub Dominorum Vicariorum Sigillis, olim duobus distinctis, hodiè uno duorum insignia præsentante, processus emanant, quocunque, sive ad partes Rheni, Sueviæ aut Franconiæ, sive ad terras Saxonicas, destinentur: ita in tribus novissimis Imperii Vicariatibus servatum, ad obitum *Rudolphi II. Imperatoris*, *Anno* 1612. ad obitum *Matthiæ*, *Anno* 1619. & ad obitum *Ferdinandi III. Anno* 1657.

16. Ratio hujus universalitatis est, quia hoc judicium Camerale, juxta & aulicum, (*quod tamen in interregno vacat, & loco ejus apud Dn. Dn. Vicarios certum judicium Vicariatus celebrari & institui solet*) sunt judicia, quæ ipse Imperator exercere solebat, ad omnium Imperii circulorum usum, in quo nemo terræ suæ prærogativam jure prætendit. Vid. omnino Dn. Uffenbach *de Consil. Aul. cap. 25. de morte judicij Aul. per tot.* ubi singularia. In sectione tamen secunda, pag. 286. ita disserit: quòd licèt Judicium Imperiale Aulicum, quoad exercitium juris, suspendatur, jus tamen ipsum maneat.

Vicariorum Sigillum quale sit?

17. Sigillum illud Vicariorum, *de quo* §. 15. continet duo insignia Electorum, quæ ab Imperio habent, (non propria) nempe Pomum aureum, & duos gladios, insignia Archidapiferi, & Archimarschalli; cum inscriptione *Bavarus* (quod ultimo tempore factum, contradicente *Palatino*) & *Saxo Vicarij vacante Imperio.* Soletque ad notitiam processuum tempore Vicariatus emanatorum, illis in rubro imprimi signum dicti Pomi aurei, add. supra *Lib. 1. tit. 3.* §. 8.

In decernendis proceff. narratis statur.

18. Judex in decernendis processibus plerumque narratis supplicationum nititur, & *partis periculo* illos decernit, quotiescunque jurisdictio Cameræ in dubium vocari potest: maximè, si supplicans *suo periculo* processus sibi decerni petat: & decretis processibus Judex inhæret, donec narrata libelli falsa esse convenerint. Gail. *lib. 1. obs. 31. num. 1.* & *obs. 119. num. 6. & 7.*

Jure autem noviss. narrata aliquatenus probanda.

19. De *jure novissimo* autem hoc eatenus mutatum deprehenditur, ut narratorum aliqualis probatio fieri debeat. *Recess. Imperii de Anno* 1654. §. Alle Supplicanten ꝛc. 79. Vid. *infra tit. 19.* §. 4. Attamen

sæpius

sæpiùs adhuc periculo partis citationes (nunquam vel rarò inhibitiones) emanant, vel ubi judici, de meritis dubitanti, partem appellantem, ne litem agat infrugiferam, monere volupe est, vid. *Lib. 1. tit. 26. §. 62. seqq.*) vel ubi in fundanda jurisdictione adhuc hæsitat, vel aliud quoddam deprehendit, quod Appellanti præjudicaturum, probabiliter prævidet. Ex hoc *d. 7. Julij* 1683. in Sachen Venningen *contra* Bachmann *decretum*: Seynd citatio & compulsoriales, jedoch periculo partis erkennt: quia appellantes ratione debiti se non obligatos credebant, quòd heredes ab intestato fuerint, hereditatem tamen cum beneficio legis & inventarii edierint.

20. Et in processibus decernendis Judex atque Adsessores narrata libellorum diligenter attendunto, & ponderanto, & processus, contra Imperii Constitutiones, vel Jus commune, super similibus casibus & factis dissimiles ne decernant, cavento. *Recess. Imper. Anno* 1570. §. Damit aber alle Verordnungen etc. 78. & §. Alsdann auch etc. *Recess. Imp. Anno* 1594. §. So sol auch zum fünfften. *Memor. Visit. Anno* 70. §. In Verfassung etc. Cisner. *fol.* 62. Judex narrata diligent. ponderare, dissimilia præjudicia cavere debet.

21. Secus si fiat, & æqualitas in processibus decernendis non observetur, Commissarii Imperatoris, & Visitatores, in visitatione Cameræ à supplicantibus requisiti, causam cognoscunto, & Adsessores, quamobrem processus postulatos denegaverint, audiunto, & petitionem actoris, si fundatam esse viderint, processus decernunto, sin minus deneganto, & pro obtinendis processibus supplicantem à limine Judicii repellunto, *d. Rec. Imper. Anno* 1570. §. Da auch in diesem etc. Si secus fiat, Visitatores intercedunt.

22. Solet etiam nonnunquam à Procuratoribus, eorumque Principalibus, in similibus casibus, ubi diversa præjudicia apparent, pro adjunctione plurium Assessorum, vel ut causa in pleno expediatur, supplicari. Quod tamen in arbitrio ipsius Judicis positum est: Sed cùm ejusmodi petitione *Domini Referentes* offendi fortè possint, rara ejus exempla sunt. Quando adjunctio plurium Assessorum petatur.

23. Pertinet huc textus egregius è *Recess. Deput. Imper. de Anno* 1600. §. Sintemal fürter bey währender etc. 146. worinnen Cammer-Richter/ Præsidenten und Beysitzer erinnert werden / sich der Process halber eines gleichmässigen styli in den Rechten zu gebrauchen/und alle contraria præjudicia dadurch zu vermeyden. Et *ex Recess. Imp. de Anno* 1570. §. Wiewol auch etc. 76. ubi cautum: Wie daß eine Gleichheit in Ertheilung der Process durchauß zu halten / in allen wohl-geordneten De æqualitate in processibus servanda præcepta Constitut. Imp.

Gerichten sich gebühre. Item *Recess. novissimò, de Anno* 1654. §. So viel aber etc. 130. ubi ordinatum: Daß die dubia Cameralia, so wol die Proceß, als die Jura betreffend/ von den Herren Assessoribus zusammen getragen/ darüber ein concluſum gemacht/ und zu emendirung aller Mängel in die Chur-Mäyntzische Cantzeley gesandt werden sol.

Præjudicia in decern. proceſſ. magis valent quàm in judicando.

24. Ex quo colligere est, & constat aliàs, quòd *præjudicia* in impetrandis & decernendis processibus ferè majoris in Camera sint authoritatis, quàm in dijudicatura causarum, in qua vel levis circumstantia totam variat causam. Idque ex ea ratione, quòd in decernendis processibus Assessores juniores, vigore cujusdam Memorialis Visitatorum, teneantur sequi stylum antiquiorum Assessorum; In decisione verò causarum, potiùs Constitutiones Imperii observandæ sint.

Sententiæ Camerales an sint simpliciter præjudiciales?

25. An autem decisiones & sententiæ Camerales ita sint præjudiciales, ut modernis Dnn. Adsessoribus à prædecessorum, e. g. *Gail. & Mynsingeri* præjudicatis deflectere fas nullum sit? Elegantis equidem dubitationis, sed negativa vera est. Non enim Adsessores, ad Adsessoratum adsumti, jurant in prædecessorum, sed in propriam conscientiam, nec mentem, vel quandoque errores aliorum, sed jura & constitutiones, consuetudines & statuta loci, quantum rationi conformia sunt, ut attendant, jubentur. *Ord. Cam. P. 1. tit. 13. in pr. & tit. 57.* Quin imò inter alia, *in Ord. Cam.* expressè prohibetur, ut Assessores, non secundùm imaginariam æquitatem, sed secundùm Jura potiùs, & Constitutiones Imperii, sententias ferant.

Negatur.

Præjudicia jus scriptum non mutant.

26. Nam præjudicia, ut commune veriverbium est, jus scriptum non mutant; Sic præjudiciis *Mynsing.* & *Gailii* non usque quaquam fidendum esse, monet Fichardus *consil. German. 59. vol. 1. num. 9.* & Vultej. *1. conf. Marpurg. 34. num. 53.* non esse rarum, *inquit*, ut ipsi Dnn. Adsessores Cameræ Imperialis à præjudiciis suis recedant, *quotidianâ experientiâ ita docente.*

Mynsing. & Gail. sibi invicem in præjudiciis contrarii.

27. Author observationum Cameralium, editarum post *Comm.* Magenhorst. *in ordinationem Cameræ*, ubi incidisset in contraria *Gailii* cum *Mynsingero*, rem ita venustè conciliat. *Olim ita obtinuit, hodiè non item. Obs. 28. & 91.* & Johan. Dauth. in ardua causa Brunsvicensi apud Caspar. Klock. *3. consil. 134. n. 302.* neque Reverendi & summi *Auditorii Spirensis*, neque *Curiæ Romanæ* decisiones sunt authenticæ, *inquit*, cùm suprema illa tribunalia sententias suas sæpè in melius commutaverint. Vide hac de materia Grævæum *ad concluſ. Gailii proëm. n. 36.*

n. 36. 37. 38. *& seqq.* De efficacia præjudiciorum vid. Barbosa voc. *Præjudicium*: & in voc. *res judicata. axiom.* 1. Egregiè Cothmann. *respons.* 13. *n.* 125. *& seqq. & resp.* 72. *n.* 21. *ibi*: Quemadmodum præjudicia supremi Tribunalis non temerè sunt repudianda, sed attentè consideranda: sic quoque non temerè pro Lege vel *Oraculo Delphico* habenda; sunt enim res inter alios actæ, & de actis super quibus concepta & pronunciata nihil constat, ut verissimè dici possit, ea se habere instar alicujus referentis, adeoque nihil certi probare, nisi antè de relato satis constet: Hinc *decisionibus Cameralibus* non ubique locorum temerè inhærendum; cùm *Camera Imperialis*, quemadmodum & alia Judicia, sæpè suas habeant peculiares opiniones, quæ alibi non frequentantur. Fichard. *cons.* 59. *vol.* 2. In nobili illa controversia: *An Mulier præferatur creditoribus, etiam expressam hypothecam habentibus?* Gail. 2. *obs.* 25. *n.* 10. dicit: Quòd Camera non recesserit à negativa, quem sequitur Klock. *Relat. Cam.* 143. *n.* 17. Contrarium per præjudicium affirmat Mynsing. 4. *observ.* 13. consentit Zœs. *ad tit. D. qui pot. in pign. n.* 18. Perezius *in C. h. t. n.* 22. aliique, præprimis Gœd. 1. *consil. Marp.* 24. *n.* 201. qui *Gailij* testimonium vocat subdubium; & *Mynsi.* testimonium plus fidei mereri, ait. Covarruv. *var. resolut. c.* 7. *& c.* 16. *n.* 6. Meier. *in Endoxis*: pro *Gailij* opinione stant, & præjudicia adducit Author *præjudic. Camer. sub verbo*: *Hypotheca.* Wurmser. *Lib.* 1. *tit.* 37. *obs.* 3. cum Hartmanno & Ruland. *de Commissar. P.* 4. *lib.* 6. *c.* 5. *n.* 8. Dn. Lauterbach. *tract. Synopt. de legali hypoth. th.* 14. ubi à sententia Mynsingeri Doct. communiter *asserit* recedere, & anteriorem expressam tacitæ dotis hypothecæ præferre: allegans Merlin. & Carpzov. *Jprud. for. Part.* 1. *const.* 28. *defin.* 65. *& Jus Würtembergic. Municip.* Vid. Besold. *thesaur. pract. voc.* Cammer-Gericht/ ubi in utramque partem etiam allegat. Collector *Consilior. Argentor. Cons.* 86. *n.* 30. præjudicia jure communi censeri & regulari debere, ait: *Maximam tamen utilitatem præbent in sententiis juris declaratoriis, non æquè in sententiis facti decisoriis; quia hoc casu vel minima circumstantia jus variare potest.*

28. Si Judex viderit, processum, propter aliquem defectum, in narratis vel conclusione libelli, decerni non posse, supplicanti autem facilè esse, defectum illum resarcire; per decretum libello supplici inscriptum, significato, processus postulatos *secundùm narrata sive petita*, denegatos esse. *d. Recess. Imper. Spiræ Anno* 1570. §. Und auß sondern ꝛc. 81. Quando processus *secundùm narrata* denegatur.

29. In hanc rem sequentia habentur in *Recessu Visitat. de Anno* 1562. Unter denen Artickeln / Herren Cammer-Richtern und Beysitzern zugestellt / artic. 24. Als auch auff die Supplicationen / darinnen umb Citation und Mandata angelanget / vielmal kein Process von wegen Unförmlichkeit oder Ungeschicklichkeit erkannt / und doch / da geschicklicher supplicirt / dieselbe erkannt werden mögten / und also die Partheyen / ob imperitiam vel negligentiam Advocatorum Rechtloß stehen müssen / so sollen Cammer-Richter jedesmals / wann sie auff solche Supplicationen Process nach Befinden erkennen mögen / dannoch die abschlägige Decreta dermassen begreiffen / damit der Supplicant, woran der Mangel / etwas abnehmen und verstehen möge.

Decretum: wie gebetten / abgeschlagen / & similia quid innuant?

30. Quando decretum datur, *secundùm narrata denegatos processus*: monetur iis verbis supplicans fore, ut processus impetret, si defectum suppleverit aut restituerit, aut errorem correxerit; fit autem juxta stylum hodiernum hoc frequentissimo modo: wie gebetten / abgeschlagen / quod innuit defectum in conclusione & petito, vel processus, quales petiti sunt, non, sed alios, si rogarentur, decerni posse; *item*: Auff vorbrachte narrata abgeschlagen: quod innuit, vitium esse in narratis, vel, quòd requisitum quoddam constitutionis, ex qua supplicatur, omissum fuerit, vel quòd narrata sint vaga, ad nullam specialem Constitutionem directa, vel etiam, quòd narrata cum petito non correspondeant, *item*: Auff vorbrachtes Instrumentum, auff vorbrachtes vidimus, auff vorbrachte caution, & quæ similia sunt, abgeschlagen. Add. *infr. tit.* 20. §. 13.

Pro arbitrio Referentis supplicantes instruuntur vel non.

31. Nisi enim decreta denegatoria ita quandoque conciperentur, ut Procurator supplicans animadvertere posset, quæ causa denegationis sit, durum esset, clientes ob imperitiam vel negligentiam Advocatorum aut Procuratorum juris subsidio in totum destitui, *Recess. Visitat. de Anno* 1562. *art.* 24.

32. Illud tamen hodiè non ita strictè observatur, maximè quoad supplicationem primam, sed videtur arbitrio Domini Referentis relictum, pro personarum, aut rei qualitate discernere, an supplicans sponte & astutiâ, majoris lucri per multas supplicas à cliente extorquendi ergò, in supplicatione quid omiserit, an ex inadvertentia, simplicitate aut inscitia erraverit: hunc enim, vel per decretum, vel per schedulam, vel per Notarium, monstrando defectum, faciliùs & citiùs, quàm illum instruendum esse judico.

33. Quòd

33. Quòd si ultra adhibitam diligentiam supplicans defectum deprehendere omninò nequeat, *de praxi* etiam servatur, ut Referentem, de eo per decretum, schedulam, aut Notarium sibi judicando, eâ quâ par est, reverentiâ & submissione in supplica appellet, cui quandoque quamvis rarò defertur.

34. Quæ *proximis* §§ *dicta*, olim quidem ita se habuerunt, ut non facilè defectus Procuratoribus in specie denotati sint: in nupero tamen *Recessu Imperij* contrarium inter alia injunctum est, vigore cujus hodiè, statim post exhibitionem primæ supplicæ, omnes defectus, vel in ipso decreto, vel per Notarium indicari solent. Praxis hodierna circa hanc rem.

35. Processibus inserenda est causa, vel factum, sive negotium, super quo processus sunt postulati, ut is, contra quem emanant, instructus ad tribunal veniat. *Ordin. part. 3. tit. 12. §.* Und sollen in solchen Ladungs-Brieffen. 2. Causa processibus inserenda est.

36. Tradunt quidem Mynsing. *obs. 85. cent. 5.* Gail. *1. obs. 51. n. 1. & de pac. publ. lib. 2. c. 7. n. 2. & 3.* Specialiter citationi causam inserendam esse; Sed illam ordinatio non solùm citationi, verùm etiam Mandatis, & cæteris processibus inserendam esse, generaliter statuit. Omnibus generaliter.

37. Hæc causa, seu quod idem est, narrata processuum, *docente praxi*, ex supplicationibus partium, & maximè ex supplicatione prima, in expeditione desumitur. Si tamen ad primam supplicam Decretum denegatorium latum esset, & errores in secunda correcti, in reliquis verò narrata primæ supplicationis repetita essent, solet nonnunquam tale decretum dari: Seynd die Processus auff dieser und voriger Supplication narrata erkandt. Causa, seu narrata processuum ex supplicationibus decerpuntur.

38. Ne autem in Cancellaria subdolè à partibus aliena supponantur, quàm de quibus supplicatum fuit, Protonotarium expedientem, si quid hujus deprehendat, ad alteram, quæ in Cancellaria servatur, supplicationem recursum sumere, vid. *commun. decret. anno* 1593. 3. *Martij* publicatum, & Memor. Procurat. Anno 1668. communicatum, & ex hac causa, quòd in *Recess. Imp. novissimo de Anno* 1654. §. Ob aber. 74. de insinuandis unà cum Mandatis supplicationibus dispositum est, ut superfluum, in *praxi* non servatur. Supplicationes cum Mandatis insinuari in usu non est.

39. In decernendis processibus causarum appellationis, & materialia & formalia appellationum, antequam processus decernantur, diligenter examinanda sunt. Gail. *lib. 1. observ. 119. num. 1.* In decern. process. appellationis quæ servanda.

40. Quæritur hîc: An merita causæ principalis, quæ propriè ad ma- In recipiend. appell.

merita causæ ponderari non debent, secund. Gail.

materialia appellationis spectat, in dubium ante litis contestationem vocari, & per consequens in recipienda appellatione, utrùm Appellatio sit frivola nec ne, ponderari debeat? Gail. *d. obs.* 119. *n.* 8. id simpliciter negat.

Rationes in contrarium.

41. Verùm quicquid sit, quia gravamina sunt prima & immediata causa appellationis, quæ si deficiant, aut non sint justa, causa ad superiorem non ritè devolvitur, sed remittenda est, ut inquit Pontifex *in c. ut debitus.* 59. *de appellat.* quia etiam in Appellantibus hoc depravato seculo magna sæpè malitia deprehenditur, cùm magis spe frustrandi judicati, quàm corrigendi, aut emendandi ejus, ad appellationem progrediantur, *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Und nachdem etc. 11. & exinde Camera appellationes ex causis frivolis & frustratoriis interpositas, neque olim admiserit, neque nunc admittere soleat: Judex vix manum à meritis ita abstrahere poterit, ut nullo modo in decernendis processibus ad ea reflectat.

Absurdum, admittere appellat. sine gravamine.

42. Et rectè sic quidem; Nam quid absurdius *primò* foret, admittere Appellantem sine gravamine, & aperire viam calumniæ, in Appellati præsentissimam injuriam: *Secundò*, frivolæ & frustratoriæ appellationes tàm jure Camerali, quàm communi sunt vetitæ, Gylm. *rer. judicat. Cam. lib.* 2. *decis.* 45. *in decisionibus summarijs n.* 69.

Ergò merita causæ omninò expendenda sunt.

43. Si ergò vel ex ipsa sententia, vel libello causa gravaminis injusta appareat, nihil obstat, quò minùs processus denegentur; Et cum hoc convenit jus novissimum, ex *Recessu Imperij de Anno* 1654. §. Alle Supplicanten. 79. ex quo quilibet supplicans tàm in processibus appellationis, quàm Mandatorum & similibus, narrata aliqua ex parte verificet, necesse est. Hinc 5. *April.* 1687. *in causa* Herrn Grafen zu Bentheim Tecklenburg *contra* Freyherrn von Gahlen / decretum: Noch zur Zeit abgeschlagen; sondern wofern Supplicant die angegebene compensation besser bescheinen wird / solle ferner ergehen / was recht ist. Quô posteà præstitô, plenarii appellationis processus decreti sunt.

Quod olim tàm accuratè non observabatur.

44. Hoc olim ita strictè non observabatur, sed in causis Appellationum tantummodò videbatur, an appellatio esset gradatim facta, adesset summa appellabilis, & non obstaret aliquod privilegium. Hodiè tamen, si ratione fatalium & præstationis solennium, defectus non appareat, solet non tantùm sententia prior legi, sed etiam gravamina Instrumento appellationis, vel appellatorio inserta, diligenter examinari, & si quidem frivola appareant, processus denegari, si tamen vel mi-

minimum dubium sit, & justitia pro Appellante parum etiam stare videatur, tum processus potius decernuntur, & partibus liberum relinquitur, rem in processu causæ meliùs deducendi.

Gravamina exprimi debent, ad obtinendam inhibitionem in appel.

45. Ad obtinendam inhibitionem nudis narratis supplicantis non stari, jam ante docuit Gailius 1. *obs.* 144. *num.* 7. & ex eo Frid. Mindan. *de proceſſ. lib.* 1. *c.* 14. *num.* 2. proinde etiam in appellationibus à definitivis, vel vim sententiæ definitivæ habentibus, in quibus aliàs, nisi tertius appellet, gravamina specificare non est opus, ad obtinendam inhibitionem, maximè proficit, causam gravaminis non tantùm exprimere, sed etiam aliqualiter docere. Vid. Frid. Mind. & Gail. *d. loco.*

Quod hodiernę praxi contrarium.

46. Sed his Gailii & Mindani traditis, *hodierna praxis* contraria est, siquidem nudis potius hac in parte narratis stari solet; ut proinde allegati Authores de specificatione, sive enumeratione gravaminum potiùs, quàm eorum verisimili probatione (quæ tantùm in Mandatis sine clausula observari solet, vid. *inf. tit.* 4. §. 4. *h. Lib.* 3.) intelligendi sunt.

Formalia appellationis considerantur.

47. Quoad formalia, in decernendis appellationum processibus observanda, illa in duplici possunt constitui differentia: concomitantur enim, vel *appellationem formaliter interponendam*, vel *eam legitimè interpositam* in Camera introducendam. Ultra enim Judex in decernendis processibus non requirit.

In formalibus interponendæ quænam respiciantur.

1. Quis appellaverit?

48. In formalibus, appellationem interponendam concomitantibus, consideratur *primò*, *Quis appellaverit?* An sit principalis, an tertius? An appellaverit ut Mandatarius principalis, an pro interesse proprio? Si ut Mandatarius, an Mandatum ad appellandum supplicationi appositum, vel Instrumento Appellationis insertum sit? Alterutrum enim requiritur, nisi sit Procurator ad litem, qui cùm sit Dominus litis, vi legis & Procuratorii, quod habet, appellare potest & debet. Si ut tertius pro interesse proprio; An in scriptis appellaverit, an gravaminis sui causas & interesse suum expresserit?

Tertius à definitiva Appellans, in scriptis id facere debet, sc. cum expr. gravam.

49. Licèt enim aliàs, *regulariter loquendo*, non, nisi à sententiis interlocutoriis in scriptis appellari deceat, aliud tamen obtinet in Appellatione à definitiva à tertio facta: cùm enim is Judicio præsens non fuerit, adeoque stante pede appellare non potuerit, sed primùm ex intervallo, habitâ scil. sententiæ cognitione, necessariò in scriptis appellare debet: quod etiam ab eo observandum, qui licèt in judicio præsens fuerit, tamen non, nisi coram Notario appellavit. Debet autem tertius pro-

propterea suum interesse exprimere, ut Judex superior cognoscere possit, an habeat justam causam appellandi.

Quis tertius intelligatur.

50. Tertius autem hîc accipitur, cujus nempè, licèt antea in lite non fuerit, tamen vel maximè interest, sententiam priorem in rem judicatam non transire, ita ut talis tertius, quandocunque velit, appellationi inhærere possit, tenetur tamen in tali statu, causam accipere, quo invenit: *ut alibi dictum.*

1. Consideratur, quando appellatur.

51. *Secundò* consideratur in interponendæ formalibus, *quando appellaverit?* An intra decendium, idque à die latæ sententiæ vel habitæ primùm scientiæ? Si à die habitæ scientiæ, consideratur, an Procuratorem apud Acta habuerit, vel non? Si prius; ignorantia vel scientia principalis non attenditur; notitia enim Procuratoris, plenam potestatem habentis, hoc casu nocet Domino. *L. si Procurator. 10. vers. quod si plenam. C. de Procurat.* Gail. 1. *obs.* 45. *num.* 1. Græv. *ibid.* Si posterius; appellatio à die habitæ primùm scientiæ interposita quidem valet: sed quia facti est, quod Judex divinare aut supplere nequit, hoc in supplicatione exprimatur, necesse est. Si à die latæ sententiæ, constat ultimum momentum diei decimi ad appellandum adhuc utile esse.

Negligentia Procuratoris Domino nocet.

52. Dictum, *factum Procuratoris nocere Domino*: hinc, si in Instrumento appellationis mentio fiat, non nisi à die scientiæ appellatum esse, & simul non exprimatur, utrùm Procurator apud acta fuerit, solet tale Decretum dari: **Noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern wofern** Supplicant, **daß er keinen** Procuratorem apud acta **gehabt / anzeigen wird/ sol ferner darauff ergehen / was recht ist.**

Nisi sit non solvendo.

53. Si tamen ejusmodi Procurator, qui principali fatale interponendæ neglexit, solvendo non esset, potest Principalis pro restitutione in integrum supplicare, quæ pro qualitate circumstantiarum, vel examinatis prius causæ principalis gravaminibus, vel brevi manu, vel per citationem ad videndum se restitui, decerni solent.

Quando hora latæ sententiæ indicari debeat.

54. Quoad computationem temporis sciendum: Si ex instrumento appellationis appareat, decimo die esse appellatum, quòd hora latæ sententiæ indicanda sit; & in hanc rem præmitti solet tale decretum: **Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern wofern** Supplicant horam latæ sententiæ **anzeygen wird etc.**

Si geminata fit appellatio, dici debet, cui in-

55. Prætereà benè notandum, si quis (ut sæpè fieri solet) non tantùm stante pede, sive vivâ voce, sed etiam in scriptis, sive coram Notario & testibus, appellaverit, illi Processus non aliter decerni, nisi

priùs

priùs expresserit, cui Appellationi inhærere velit, idque propter fatale introducendæ appellationis, quod non minùs ac interponendæ, de momento in momentum currit. hærere quis velit.

56. *Tertiò* consideratur, *quomodo appellatum*? An vivâ voce, an in scriptis; si vivâ voce, an per consuetum extractum protocolli hoc sit probatum? Solet enim hoc casu, si quidem à judice obtineri queat, extractus protocolli, unà cum sententia & appellatione interposita, loco instrumenti appellationis produci: nonnunquam etiam, sicut in aliis appellationibus coram Notario factis, Instrumentum appellationis confici. Consideratur, quomodo appellatum? Vivâ voce interposita appellatio. extractu protocolli probanda.

57. *Si in scriptis*: An per Instrumentum Notarii hoc sit edoctum; An instrumento sit insertus tenor sententiæ, (siquidem ad cognoscendum, an Appellatio sit admittenda, tenor sententiæ, non petitio partis seu Libellus inspicitur) an schedula appellationis, cum die & consule, itemque subscriptione Appellantis, quamvis hoc ultimum essentiale vitium esse non putarem.

58. Subscriptionem de schedulæ substantia non esse, jam suprà *dictum tit.* 26. *lib.* 1. §. 24. quod maximè verum, si Appellans fortè absens esset, & ob distantiam loci schedulam appellationis subscribere non possit. Subscriptio schedulæ non simpliciter necessaria est.

59. *Ubi notandum*: In schedula appellationis sequentia exprimenda esse: 1. Sententia à qua, ejusque dies. 2. Quòd requirens desuper appellare velit. 3. Notarius rogari, ut Appellationem hanc coram se interpositam Judici à quo insinuet. 4. Præstet solennia, si quæ sunt. 5. Requirat Acta intra trigesimum. 6. Super his omnibus conficiat Instrumentum. Forma schedulæ appellationis.

60. Porrò, circa Instrumentum dispicitur, an juxta Constitut. *Maximiliani I. de Anno* 1512. sit in membrana exhibitum; chartacea enim non admittuntur, maximè in appellationibus, nisi in loco, ubi appellatum, consuetudo aliud obtineat, vel membranæ copia haberi non possit, vel Adversarius nihil contra Instrumentum chartaceum opponat. Schvvanem. *obs.* 172. *n.* 6. *& seqq.* Cletzelius *de appellat. cap.* 5. *num.* 50. Instrumenta appellationis qualiter debeant esse confecta.

61. Imò, licèt Adversarius non opponat, *quotidianus tamen stylus docet*, defectum hunc à judice, motu proprio, observari; non tamen eo ipso Appellans statim cadit causâ, sed confectio novi Instrumenti in membrana ei injungitur; quod si inter fatalia importare non potest, prorogationem petere, & facilè obtinere licet. Add. supr. *Lib.* 1. *tit.* 26. §. 35. 36. Ex *hodierno stylo*, instrumentum app. in forma libelli

exhibendum. Si confectum sit in forma patenti, describi debet in forma libelli, & utrumque produci: Si chartaceum saltem adfuerit, fit oblatio de producendo alio, debitæ formæ, in *primo termino*.

62. *Præterea*: An juxta *stylum Cameræ*. 1. Annus. 2. Dies appellationis. 3. Dies latæ sententiæ, ejusque obtentæ notitiæ. 4. Judex seu judicium à quo. 5. Judex seu judicium, ad quod appellatum. 6. Nomen Appellantis. 7. Nomen Appellati. 8. Tenor sententiæ à qua. 9. Schedula appellationis. 10. Gravamina, si inserta sunt, & 11. testes hisce nominibus ad marginem indicis instar sint notata & expressa.

infr. tit. 21. §. 26.

Considerat. à quali sententia sit appellatum?

63. *Quartò* consideratur in formalibus interponendæ, *à quali sententia sit appellatum*, an merè interlocutoria, an definitiva, vel ejus vim habente? Si ab interlocutoria simplici, appellabili tamen, an appellatum sit in scriptis, cum insertione gravaminum, siquidem hoc de requisitis & formalibus appellationis ab interlocutoria est.

In formalibus introducendæ, quænam considerentur.

64. In formalibus, appellationem ritè & legitimè in Camera introducendam concomitantibus (*vid. supr.* §. 47. *h.*) consideratur *primò*, an gradatim appellatum? *Secundò*, An Acta, intra trigesimum ab interposita appellatione diem, coram judice à quo sint requisita, & Documentum desuper cum supplica pro processibus exhibitum? *Tertiò*, An summa ordinationi Cameræ vel privilegio Judicis à quo, si quod est, sit conformis, quamvis hoc magis materiale, quàm formale appellationis sapiat. *Quartò*, An solennibus in judicio à quo sit satisfactum, vel per realem præstationem, vel ad minimum per sufficientem oblationem, quod documento, sive Notarii, sive Judicis, docendum. Sic 2. *Sept.* 1682. *in causa* von Kannen *contra* von der Lippe decretum: Noch zur Zeit abgeschlagen: sondern woferne Supplicant die formalia appellationis der Gebühr bescheinen wird/ solle alsdann ergehen/ was recht ist. Quinimò, *vigore noviss. Recess.* processus appellatorii aliter decerni non solent, nisi solennibus actualiter præstitis, ita ut sola oblatio non sufficiat. (Vid. *suprà Lib.* 1. *tit.* 26. §. 69.) *Quintò*, An intra quatuor priores menses, juxta dispositionem Imperii novissimam *de Ann.* 1654. §. So dann sol sich der Appellant &c. 61. processus in Camera rogentur. *Sextò*, An Advocatum sibi in causa patrocinantem Appellans in supplica indicaverit, eumque ad jurandum, vel in eventum, ad videndum se incidisse in pœnam non jurantis citari rogaverit, vel ad minimum se eum in Cancellaria indicaturum obtulerit, *ex resolut. Collegij de An.* 1657. §. Damit auch ferner etc. (In *communi decreto de*

Proc. app. non decern. solennib. actualit. non præstitis.

An.

An. 1659. 13. *Dec.* §. 4. inter alia decretum est, ut non tantùm in causis appellationum, sed omnibus etiam aliis, *extra tamen causas Statuum*, Advocatus exprimatur. Qui tamen, quando litis consors est, & suo solius nomine duntaxat schedulam appellationis composuit, non jurat, tanquam advocatus, secund. Blum. *proc. tit.* 48. *th.* 53. *Septimò*, An libellaverit summariter, justâ atque formali petitione annexâ; (eaque non tantummodo ad citandum, sed etiam condemnandum directa) articulatus enim è judicio explosus est. §. **Zu Beförderung der** Processs &c. 58. *d. Recess. de Anno* 1654. *Octavò*, An in margine libelli gravamina, & inter ea, quæ noviter deducenda, vel meliùs probanda sunt, ordine suo notaverit? *dict. Recess. de Anno* 1654. §. **Zu Befürderung etc.** 59. **Gemein Bescheid** *de Anno* 1655. §. **Dann sollen zum siebenden.** Quòd tempus etiam in margine exprimi debeat, patet ex decreto, *lato d.* 5. *Januar.* 1687. **in Sachen der Herren Gebrüdern von Kramm** contra **Fürstl. Hildesheimische Lehen-Kammer** & Cons. in verbis: **Endlichen solle** Supplicant **das** instrumentum appellationis, **mit Außwerffung der Zeit/ gebührend** marginiren. *Nonò*, si libellare nolit, an in supplicatione, se submissurum ad Acta priora, oblationem fecerit? *Decimò*, An Mandatum ad præstandum juramentum de non frivolè appellando in primo reproductionis termino, casu quo privilegium Judicis à quo talia non requirit (præstitô enim juramentô, de non frivolè appellando in prima instantia, illud principalis in Camera repetere non tenetur; aliud tamen est in Advocato, qui indistinctè in judicio Cameræ ad juramentum præstandum adstringitur, & nisi juraverit, in pœnam unius marcæ auri puri condemnatur. Vid. *Resolut. inclyti Collegij de* 28. *Januarij*, *Anno* 1657. Adde *supr. L.* 1. *tit.* 26. §. 53.) legitimè importaverit, *dict. Recess.* §. **Zumalen aber** &c. 113. quod ultimum, etsi præcisè sub præjudicio desertionis requiritur: tamen non tam ad expediendos processus, quàm ad eos ritè reproducendos necesse est.

Advocatus appellantis in Camera jurare debet indistinctè.

65. Quæritur hîc utiliter: Quia *Recessus novissimus* eo saltem casu, **da das** Privilegium **ein anders nicht erfordert/** sub præjudicio desertionis requirit, ut primo statim termino Mandatum ad præstandum juramentum, de non frivolè appellando, exhibeatur. §. **Zumalen aber etc.** 112. An etiam, sub eodem hoc desertionis præjudicio, idem faciendum in casu, ubi privilegium quidem hæc, & alia solennia in sui judicii loco præstanda requirit, Judex autem Appellantem se ad præstationem eorundem offerentem admittere noluit?

An Appellans ad solennia in judic. infer. non admissus, ad jurandum teneatur se offerre.

Dubium id esse dicitur.

66. Ego (*inquit Commentator*) omissionem eventualis oblationis præjudicio desertionis munitam esse, hactenus in nullo *Scriptorum Cameralium*, nec in *Recessibus Imperij* aut *ordinatione Cameræ* inveni, sed potiùs consuetudine quadam in Cameram introductam esse arbitror, ut meo judicio oblatio illa, quæ in judicio à quo ab Appellante facta, sed non recepta est, sufficiens sit, quantum enim se attinet, Appellans privilegio satisfecit.

Nec ullibi decisum.

67. Interim (*pergit idem*) quia talia definire, meum non est, nec, ut in his Appellantes confidant, author ero, sed neque etiam ex mente aut verbis dicti *Recessus novissimi* hactenus hoc colligere potui: ut, meâ sententiâ, hic casus ibidem indefinitus maneat. Cæterùm, *qui primo statim termino ad præstationem solennium*, ad quæ in judicio à quo non fuit admissus, *se in Camera eventualiter offert*, se, causamque hoc dubio eximit, quia fortè ex mente constituentium *Recessum novissimum*, ratione legis, analogiâ ordinationis, & observantiâ antiquâ, alii aliter quæstionem deciderent.

Usu tamen hodiè obtinet, oblationem fieri debere.

68. *Sanè*, *hodierno jure & usu*, ex multiplicibus desertoriis constat, processus appellatorios non decerni, nisi Appellans in prima instantia solennia præstiterit, vel, si ad eorundem præstationem admitti nollet, in Camera sese obtulerit: neque facilè post *Recessum novissimum* (*antè enim præstatio solennium, maximè, si ab Appellato petita non fuisset, adeò strictè non observabatur*) præstationem juramenti de non frivolè appellando, ejusque ratione Mandati specialis importationem remissa fuisse. Hinc *d.* 3. *Januar.* 1682. in causa **Hennes Erben** contra **Böhmen Erben** / ita decretum: **Seynd die gebettene** Appellations-Process, **jedoch daß die gewöhnliche** solennia (*secundùm privilegium Hassiac. quia appellantes in judicio à quo ad præstationem non admissi*) in termino reproductionis, **dem Erbieten gemäß / allhier** præstirt **werden / erkennt.** Si Judex à quo cunctetur, solennia acceptare, appellansque hanc dilationem probet, *Judex ad quem* nihilominùs progreditur. Ut factum *d.* 23. *Novembr.* 1681. **In Sachen Dorelischer Gebrüdere** / *contra* **Hoffstattische Witt.** his verbis: **Seynd die gebettene** Appellations-Process, **jedoch** / **daß** Supplicant **die würckliche Ablegung der** solennien / in primo termino reproductionis **bescheine** / **hiemit erkennt.**

Processus per Judicem decreti, priusquam

69. Cæterùm processus, antè ex Camera non emananto, sive exeunto, quàm ad postulationem, sive ad instantiam, ut loquuntur, partis litigantis Principalis, aut ejus Mandatarii, aut Advocati & Procuratoris

ratoris Cameræ jurati, de jure principalium instructi atque edocti, & præterea caventis de Mandato in primo termino, itemque ratificatione retroactorum, si necesse fuerit, per Judicem decreti, per Notarium Judicii Imperialis in registro consignati, vel, ut vocabulo fori utar, registrati fuerint. *Ordin. part. 3. tit. 12.* §. Und erstlich ꝛc. Interdum tamen etiam ex officio Judex processus decernit, ut infrà patebit. exeant, registrari debent.

70. Quid, si ad instantiam Procuratorum, processus jam inrotulati essent, illi tamen non redimantur? Tunc factâ jam sæpè desuper à Cancellaria querelâ, de laboribus & tempore utiliter consumpto, injungitur Procuratoribus, ut ejusmodi processus redimant, ne alioquin Cancellaria defraudetur. Processus inrotulati omninò redimendi.

71. Quæ modò dicta, paulò aliter *hodiè servantur*: Aut enim supplicatur in causa planè nova, aut in causa in judicio jam pendente. *In illa* supplicans Procurator, non admodum solennis in judicio usitatæ cautionis ad sceptrum, sed nuda subscriptione verborum *Cavens de rato & Mandato*, cavet. Quod Mandatum ex post facto, unà cum processibus, in primo termino judicialiter produci solet. *In hac* subscribendo supplicationi, se refert ad legitimationem in judicio jam antè factam, quod pro impetrandis omnis generis processibus satis est, *Ord. Cam. part. 1. tit. 22.* §. Es sol auch in jeder Procurator &c. In supplicando, quænam legitimatio Procuratorum hodiè sit in usu.

72. Principales etiam, si ipsimet Spiræ præsentes sint, sæpè sub sui nominis subscriptione, absque Procuratore processus rogant. *Ordin. Camer. p. 1. tit. 22.* §. *6.* frequenter, & ut plurimum tamen, ut supplicam à Procuratore Cameræ jurato subsignari curent, per decretum admonentur. Vid. *infrà tit. 20.* §. *3.* Principales ipsi præsentes an processus rogare possint.

73. An Advocati Cameræ jurati, vel alii sollicitatores, processus per alios in Camera extrahere queant? eleganter quæritur. Scipio *decis. Cam. 174. lib. 3.* affirmat. Verùm, quia de rato & Mandato caveat, qui pro alio supplicat, necesse est; quia etiam supplicantes Procuratores causæ postmodum in judicio adesse coguntur, quod Advocatorum officium excedit: ideò *observantia & stylus quotidianus* hodiè hoc non admittit. An Advocati Cameræ jurati?

74. In processibus nomina & cognomina eorum, ad quos decernuntur, assignantor. *Recess. Imper. de Anno 1566.* §. Da dann ein Procurator, *& sequent. Ord. p. 3. tit. 12.* §. Und wo also. 5. Mynsing. *observ. 66. cent. 2. & observ. 50. cent. 5.* Gail. *lib. 1. obs. 50.* Nomina ad quos processus exeunt, assignanda.

75. Quod enim *ordinatio* specialiter in Citationibus observandum imperat, & adducti auctores monent, generaliter ad omnium pro- Idque in omnium

processuum generibus.

cessuum genera pertinet. Ita, ut processus aliter, & priùs non expediatur, nisi nomina citandorum Cancellariæ indicata fuerint; neque etiamsi (ut aliquoties erroneè factum) hoc omissum fuerit, Reus, veluti in persona non citatus in judicio, comparere tenetur.

Limitatio quoad Civitates, Collegia.

76. Si tamen processus ad Civitates, Collegia, Universitates & familias decernantur, singulorum nomina assignare, necesse non est, sed sufficit, Consulem Civitatis, plebem, Collegium vel Universitatem in genere nominare, Mynsing. *d. l.* & Gailius *d. l.* 1. *obs.* 49. *n.* 6.

Quoad creditores vel heredes incertos.

77. Idem quoque obtinet, si creditores vel heredes interesse prætendentes, incerti, & proinde per Edictum citandi sint. Sic citantur Consules & Senatores Civitatis, Decanus & Capitulum talis Ecclesiæ, Schultetus & communitas tali pagi, creditores omnes & singuli credita prætendentes, possessor rei incertus, qui de facili cognosci nequit &c. Quemadmodum hodiè processus ventilantur, in Sachen Herrn Walpott von Bassenheim / *contra quoscunque Creditores & interesse prætendentes*, wegen Reifenberg *citat.* Item: Herrn Grafen von Wehlen / *contra* Wehlischer Gütere Käuffere und Creditores.

Citatio ad Sempronium & *uxorem* an valeat?

78. An autem valeat citatio, directa ad Sempronium & uxorem, non expressô uxoris nomine? Ita sanè: quia in citationibus perinde est, vel citandi nomen exprimere, vel per aliam demonstrationem in processibus adscriptam personam ita indigitare, ut constet, citatum esse, verè illum, qui citandus fuit. Græveus ad Gail. *concluf.* 49. *num.* 5.

Jurisdict. non fundatâ processus denegandi.

79. Processus jurisdictione Cameræ non fundatâ, non decernuntur, sed decreti cassantor. *Ordin. p.* 2. *tit.* 1. §. Es sol auch demnach etc. 1. Quòd si tamen, quoad fundatam jurisdictionem, res ita intricata & dubia sit, ut vix dignosci queat; in dubio pro jurisdictione Camerali pronunciandum, & processus salvandi sunt. Uti præclarè in causa Gemmingen contra Fleersheim *suo voto tuetur, Referens* apud Caspar. Klock. *relat.* 57. *num.* 5.

In dubio pro jurisdictione Camer. pronunciandum.

80. Judices enim Cam. semper proniores esse debent, ad pronunciandum pro sua Jurisdictione, cùm ipsimet jurisdictionem & superioritatem Imperii sartam tectam contra quoscunque servare, peculiari juramento adstrictissimè obstringantur. Vid. Thom. Michaëlis 1. *cons. Klockij consil.* 2. *in fin.* Ruland. *de Commissarijs & commiss. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3.

Officium Assessorum

81. In decernendis processibus Judices ne nimis scrupulosi difficilesque sunto. *Memor. Visitat. Anno* 1557. §. Und dann/daß auch etc. 26.

De-

Denaiſ. *processuum decret. negat.* §. 2. Supplicationes pro iis impetrandis exhibitas ſine mora expediunto, *Recess. Imperij de Anno* 1654. §. Zu dem End ꝛc. 62. Adſeſſores novitii in dubiis, pro concipiendis decretis difficilioribus, vota cum Senioribus conferunto. *Memor. de Anno* 1570. §. In Verfaſſung ꝛc. — in decernendis processibus.

82. Porrò, ut confuſio, in Cancellaria, & alibi metuenda, evitetur, clauſulas ſalutares ſupplicationibus annexas ne attendunto. *Deput.* Abſchied *de Anno* 1557. *Spiræ.* §. Wiewol dann in der Viſitation &c. — Clauſula ſalutaris an attendenda?

83. Hìc probè notanda regula, magnam ſcil. eſſe diſtinctionem inter clauſulam ſalutarem, *peto mihi juſtitiam meliori modo adminiſtrari*, libellis judicialibus annexam, & ſupplicis extrajudicialibus appoſitam. In judicialibus enim libellis tantarum virium eſt, ut illis adjectâ, omne jus libellanti proficuum, in judicium deductum eſſe cenſeatur, ita, ut ſi fortè ſupplicans actionem minùs convenientem elegiſſet, at clauſulam hanc ſalutarem in fine libelli appoſuiſſet, Judex eam actionem, quæ actori omnium optimè convenit, eligere poſſit, quod etiam de aliis remediis in jure conſiſtentibus, intelligendum. Aliud obtinet in ſupplicis pro proceſſibus extrajudicialibus; ibi enim, licèt hæc clauſula apponatur, nihil tamen juvat, ſi petitio non aptè facta, ſeu narrata petito proceſſui non conveniunt, vel alia requiſita deſint. Vid. *infr. tit.* 6. §. 29. *& tit.* 20. §. 15. — Diſtinctio circa hanc clauſulam.

84. Proceſſibus ſuper religionis negotio poſtulatis, opera dator, ut quam primum, quod æquum eſt, decernatur. *Memor. Viſit. Anno* 61. Denaiſ. *d. tit.* 224. §. 3. — Proceſſus in cauſis religionis maturandi.

85. In his cauſis, religionis negotium ſpectantibus, ut & in cauſis politicis, ſi unus alterve Statuum Imperii, ſive ut Principalis, ſive ut interveniens intereſſatus ſit, *vigore Inſtrumenti Pacis*, ita obſervandum, ut ſi contrariæ oriantur ſententiæ, *Catholicis* quidem in unam, *Auguſtanæ verò Confeſſionis Aſſeſſoribus* in aliam abeuntibus, cauſa remittatur ad *Comitia Imperij univerſalia*, prout factum in cauſa *Civit. Sp. contra Decanos, Capitula & clerum ibidem*, die Achtung/ und Ch. M. Obmannſchafft betreffend. *Verba decreti Cameralis ita ſe habent*: Mögen Supplicanten ihre Nothdurfft/ ob ſie wollen/ vermöge Oßnabrückiſchen Frieden-Schluſſes/ *artic.* 5. §. 20. *verſ. viſitatio Conſilij aulici*, &c. auff künfftiger Reichs-Verſammlung vor- und anbringen. *In Conſilio*, den 23. *Auguſti Anno* 1659. — Cauſæ religionis attingentes negotium quando ad Comitia remittendæ?

86. Narratis ſupplicationum, poſt proceſſuum denegationem mu- — Si narrata mutentur

post denegat. processuum. mutatis, &, exempli gratiâ, à pignoratione ad fractam pacem desolutoriè translatis: ne quid temerè præcedenti decreto contrarium statuitur. *Memor. Visit. Anno* 1568. Denaiſ. *ibidem* §. 4. Nisi fortè narrata secundæ constitutioni conformia essent.

Si præjudicia allegentur in repetita supplicatione. 87. Processibus denegatis, si denuò supplicetur, & stylus contrarius, vel similiter processus decreti allegentur, Judex vel Vicarius tum eosdem, tum alios plures, veluti senos, octonos, denos, *styli peritos* Adsessores adhibeto: hi rem summo studio perpendunto, & ad juris æqualitatem reducunto. *Recess. Imperij An.* 1570. *Spiræ*, §. Alsdann auch etc. Den. *ib.* §. 5.

88. Processus, quamvis in genere decreti, nisi personis nominatis, ne exeunto. *Recess. Imp. Anno* 1566. §. Da dann ein Procurator &c. Hoc est, si fortè processus adversus citatum, quem supplicans in Cancellaria nominaturum promisit, decreti sint, antequam nomen & cognomen citati indicetur, in Cancellaria ne expediuntor. Vid. §. 74. 75. *h. tit.*

89. Verùm enim verò processuum decernendorum impetrandorumve ratio per varias & singulas processuum species pleniùs & rectiùs cognoscetur, *de quibus deinceps videamus.*

TIT. III.

De variis & summis processuum generibus.

§. 1.

Genera processuum. PRocessus decernuntur, vel { *inter partes litigantes,* / *parti ad tertium.*

Eorum divisio. 2. Processus, qui partibus ad partes decernuntur, sunt vel { *multarum causarum communes,* / *unius causæ proprij.*

Subdivisio. 3. Multarum causarum communes, sunt vel { *Citationes,* / *Edicta.*

TIT. IV.

De citationibus, earumque variis formis, ubi de citationibus ad reassumendum, & denunciationibus.

§. 1.

Citationes quid sint. CItationes sunt processus, quibus partes litigantes ad judicem citantur sive vocantur, & terminus in judicio comparendi præfigitur.

2. Le-

2. Legitimæ citationis *requisita*, quæ in Camera observantur, sunt vel extrinseca vel intrinseca. Citationis requisita.

3. Extrinsecum unum est, justa scilicet & legalis insinuatio. De qua vid. *Ord. Cam. P. 1. tit. 38.* Extrinsecum.

4. Intrinseca sex sunt, & quoad ea requiritur: I. Nomen Judicis citantis, primò, ut possit citatus videre, an Judex competens sit nec ne. Gail. *lib. 1. obs. 48.* In dubio tamen citatus tenetur comparere, & causam, sive Exceptiones suas declinatorias, quas habet, & quare in judicio comparere non teneatur, allegare. Mynsing. *cent. 6. obs. 7.* Gail. *d. obs. 48. num. 8.* Idque maximè in Imperiali Camera, utpote auditorio omnium supremo, generali & universali; in ea enim omnes Citationes sub nomine Imperatoris emanant, cui comparendi respectus vix in notorio denegari poterit. Intrinsecum. I.

5. *Secundò*, requiritur nomen Judicis citantis, ut citatus cognoscat citationem ex jussu judicis procedere; quæ enim authoritate partium privata fit, non valet. *Plures rationes vid. apud* Gail. *d. loc.*

6. Regula tamen modò dicta locum non habet, nec ad faciendam citationem specialis judicis jussus desideratur, si Nuncius generali mandato provisus esset, putà lege municipali fortè constitutum, vel consuetudine præscriptum sit, quòd Nuncius absque speciali Mandato Judicis aut Senatus in quibuscunque causis citationem faceret, **einen vorladet / oder einem vor Rath gebietet** / qualem consuetudinem *Spiræ* & *Argentorati* vigere, *praxis horum* locorum docet. Vid. Græv. *ad concluf. Gail. 48. consid. 1. num. 4.*

7. II. Nomen & cognomen ejus, qui citatur. Gail. *obs. 49. Lib. 1.* Nam si sub nomine Petri citaretur, qui vocatur Johannes, citatio non valet, nec arctatur citatus ad comparendum; nisi per aliam demonstrationem, e. g. officii, vel huic similem, in citatione adscriptam, constaret, citatum esse verè illum, qui citandus fuit. Græveus *ad Gailium d. loc.* II.

8. III. Nomen & cognomen partis citantis. Gail. *d. l. 1. obs. 50.* cui subjunge Schraderum *de feudis P. 9. cap. 7. n. 38.* III.

9. Citationibus tamen ad reassumendum non semper principales citari facientes inseruntur, sed sæpè, **der umb gemeldte** Citation **anrufende Anwaldt.** Quamvis minùs rectè ita fiat; cùm citati maximè interfit, principales, quorum nomine Citatio ad reassumendum impetrata est, scire, ut de eorum qualificatione cognoscere, vel aliàs defensioni-

Abusus circa citationes ad reassumend.

bus se instruere possit. Solet tamen prius adhuc quotidie in Cancellaria practicari, licèt jam sæpiùs illi correctio hac in parte injuncta fuerit; sibique petentes Citationem ad reassumendum imputare debent, si hâc viâ detur ansa citato, ad se informandum, longius tempus petendi.

IV.

10. IV. Citationis causæ. Gail. *ibidem.* Textus *in Ordin. Cam. p. 3. tit. 12.* §. **Und sollen etc.** 2. cui jung. Mynsing. 5. *obs.* 85. Schraderum *d. loc.* & Græveum ad Gail. 1. *obs.* 51.

Causa citationis ex supplica sumitur.

11. Causa hæc desumitur ex Libello supplice citantis, & de stylo novissimo, ex *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **Diesem nächst.** 29. libellus summarius supplicationi pro citatione vel est adjungendus, vel si libellare non est volupe, in supplicatione oblatio facienda, quòd narrata

De libello notabilia.

citationis loco libelli in primo termino velimus repetere; Imò hoc ultimo casu citatio libelli vices sustinet, ideò in conclusione seu petito Libelli supplicis non tantùm pro citatione, sed etiam pro condemnatione partis adversæ instandum esse, *idem Recess. noviss. d. loc.* disponit, quod pro concipiendis supplicationibus & extrahendis Citationibus hoc tempore probè notandum, quia ob has & alias informes petitiones quotidiè denegari solent. Sic in effectu quæstio olim inter Dd. controversa, libellus an citationi sit inserendus, vel cum citatione transmittendus, per *dispositionem novissimam*, maturandi processus ergò, affirmativè decisa, & in Cameram praxi introducta est.

V.

12. V. Locus Judicii. Gail. *ibid.* Cujus tamen sex sunt fallentiæ, 1. quando Judex certo semper in loco solitus est jus dicere, 2. si citatus de loco judicii certam haberet notitiam, vel 3. domus habitationis Judicis citato nota. Aut 4. ex certis indiciis constaret, ubinam comparendum esset. 5. Quando ex *dato* citationis locus judicii colligi posset, vel 6. citatus, si quidem voluisset, à quovis de loco Judicii facilè certioratus fuisset. Græv. *ad Gailium d. loc.*

13. In Aula Cæsarea hoc requisitum, quoad *locum judicij*, servari ferè nequit; quia enim Aulicum Judicium comitatur Cæsarem, quocunque locorum residendi animo vadit; ideo Citationes ad hoc emanant, ut citatus compareat responsurus in loco, ubi pro tempore Judicium hoc exercebitur.

VI. Terminus in processibus appellatoriis, Citationi-

14. VI. Dies atque terminus citationis. Gailius *ibidem.* Qui terminus in processibus appellatoriis, præcisè: (*vid.* §. 19. *inf. h. t.*) in citationibus & Mandatis cum clausula, ut plurimum 60. in Mandatis sine clausula & Citationibus ad reassumendum 30. dierum est. Vid. *Recess. Imper.*

Imper. de Anno 1654. §. So dann ꝛc. 61. & §. Würde hierauff ꝛc. 31. quamvis aliquando etiam pro distantia vel vicinitate loci extendatur aut abbrevietur, maximè in Mandatis cum clausula, ubi sæpè 30. dies citato præfiguntur. bus & Mandatis cum vel sine clausula.

15. Magna post nuperum commune decretum *de Anno* 1659. confusio inter Procuratores oriri cœpit, dum putârunt, terminum legalem ibidem noviter introductum etiam ad reproductionem, & ea, quæ in primo termino agenda sunt, extendendum esse; verùm distinctio inter hæc duo sanè non levis est; *terminus* namque *legalis*, non nisi ad ea, quæ post primum terminum judicialiter importata sunt, intelligitur, & plerunque longior est, quàm terminus citationi, ratione reproductionis, inseri solitus. Distinctio termini legalis & citationi inserti.

16. Sed illa supra enumerata sex requisita, citationis propria non sunt, sed quorundam aliorum etiam processuum communia.

17. In Citatione plurium, locis disjunctorum, una omnibus certa ad comparendum dies præfigitor: totidemque nuncio exempla, & cum his originale reproducendum, insinuanda traduntor. *Ord. p. 3. tit.* 12. §. Als auch nach etc. ubi statuitur, ut hoc casu congruus, & non brevis terminus detur.

18. Præterea benè observandum, reproductiones, siquidem executiones sive insinuationes processuum pluribus diebus, successivè factæ fuerint, non unâ die, sed pluribus, prout tempus, sive terminus ab una vel altera insinuatione currens, finitus est, fieri debere: aliàs enim reproductio, ratione primæ vel secundæ insinuationis, nimium serò fieret, adeoque vel proclama non decerneretur, vel absolutio à citatione, ad petitionem partis, obtineretur; v. g. Titius una actione convenit Cajum, Sempronium & Lucium, insinuatioque processus, in quo mensis ad comparendum præfixus erat, primò 11. Aprilis, secundò 14. tertiò 20. demum die ejusdem mensis, ob eorum distantiam, facta est. Si reproductio demum 20. Maji fieret, ea quidem ratione ultimi subsisteret, respectu duorum priorum verò sine dubio nimium serò facta, adeoque frustranea esset; debent itaque, ut huic remedeatur, Procuratores ter reproductiones facere. Reproductio processuum, quomodo fieri debeat.

19. Sic etiam, licèt, si unus tantùm citatus sit, eidem originale citationis relinqui, & reproductio in copia tantummodo fieri debeat; aliud tamen obtinet, si plures citentur; tunc enim originale illis tantummodò exhiberi, loco illius copia insinuari, & executio seu insinuatio Quando vel originale vel copia citationis, reproducenda sit?

tit. 29. §. 6. infr.

processus ipsimet à Nuncio inscribi solet. Et hoc, quod suprà de reproductione diversarum insinuationum dictum est, in citationibus & Mandatis tantùm locum habet. Quia enim in *processibus appellationis*, terminus duorum mensium, processui insertus, loco fatalium est, adeoque de momento in momentum currit, ille strictissimè observandus, vel prorogatio, si justa impedimenta adsint, petenda est. Vid. *Lib. 1. tit. 28.*

Terminus citationis in proceſſ. appellat. fatalis est.

Citationum formæ & fines in causis.

20. Citationum variæ formæ, & varii formis conjuncti fines sunt: nam pro causarum qualitate variantur.

Fractæ pacis publicæ.

21. Sic, ut Cameræ *Imperialis stylus est*, in causis fractæ pacis publicæ, citantur accusati ad videndum, *se omnes ac singulos, propter commissum crimen fractæ pacis publicæ, in pœnam, jure communi, Ordinatione & Constitutionibus Imperij de pace publica constitutam, præcipuè verò Cæsareæ Majestatis, & Imperij bannum incidisse, sententia & jure declarari, & publicè denunciari, vel ad producendum exceptiones, quamobrem illud fieri non debeat*; Vel ad videndum, *declarari in pœnam privationis*, vel *se privari omnibus gratijs, privilegijs, & juribus, quæ à Cæsarea Majestate, ejusque majoribus, & Imperio recognoscit, aut ad producendum exceptiones, quamobrem illa declaratio fieri non debeat*, &c. Quo posteriori modo citari solent personæ *Ecclesiasticæ*, itemque fœminæ, fractæ pacis publicæ accusatæ. Ubi maximè notandum, quod 17. *Febr.* 1669. in Sachen N. von H. Klägern / wider F. und W. H. Gebrüdere von S. C. Beklagte / *citat. nunc mand. de exequ.* talis citatio judicialiter decreta sit; Verba sententiæ ita sonant: So viel aber die in ipso actu executionis vorgangene thätliche oppoſition und Widersetzlichkeit anlangt / ist dem Käyserl. Fiscal sein am 16. *Febr. Ann.* 1666. beschehenes Begehren abgeschlagen / sondern ihme gegen die Beklagten so wol / als auch deren Kellnern und andere Thäter / citatio ad vidend. se declarari in pœnam banni, ex officio hiemit erkennt.

Purgationis fractæ pacis publicæ.

22. In causa purgationis, (vid. *infr.* §. 43. *seqq. h.*) fractæ pacis publicæ suspectus, & accusatus, *citatur ad purgandum*. Quod fieri potest, vel coram Cæsare, Camera, vel etiam (*si quidem ad pœnam pecuniariam, non verò banni agatur*) coram ordinario. Porrò quemadmodum declaratio banni soli Cæsari & Cameræ Imperiali competit; ita etiam ejusdem absolutio. Confer huc, quæ supra *lib. 1. tit. 7. §. 7.* dicta sunt.

Relaxationis ad effectum agendi.

23. In causis relaxationis ad effectum agendi, citatur reus, *ad videndum*, relaxari juramentum vel excipiendum.

24. In

24. In causa dationis & confirmationis tutorum & curatorum, citantur nominati, *ad videndum se ordinari tutores*, vel ad excusandum: & testamento tutor constitutus, si non admittatur, nec tabulæ testamenti exhibeantur, ad exhibendum.

Dationis & confirmationis tutorum & curatorum.

25. In casu, ubi minor conveniendus non habet Curatorem, *citatur*, *ad nominandum curatorem ad litem*, vel videndum sibi ex officio dari. *Ubi notandum*, non tantùm hanc Citationem, sed simul etiam actionem contra minorennem consultiùs proponi; aliàs enim, ordinato Curatore ad litem, processus prior expirat, & ratione actionis instituendæ nova citatio duplici sumptu impetrari debet.

Ubi minor conveniendus non habens curatorem?

Cautela.

26. In causis pignorationum, citatur pignorator, *ad docendum de paritione, & articulandum de jure pignerandi capiendive, vel ad videndum se, ob non præstitam paritionem, in pœnam declarari. Ordin. part. 2. tit. 22.* Gail. *de pignorat. obs. 13.* Denais. *Mandata super constit. pignorat.* §. 2. Ast hodiè propter sublatum modum articulandi, solet potiùs poni, *ad dandum summarias suas causas juris pignorandi.*

Pignorationum.

27. In causa restitutionis in integrum, *ad viden. se restitui.*

Restitutionis in integrum.

28. In causa exonerationis Mandati Procuratorii, *ad videndum exonerari.* Licèt enim, regulariter loquendo, nulli Procuratorum, maximè post litis contestationem, per quam Domini litis fiunt, licitum sit, sine præscitu Collegii Cam. ab officio suo desistere: illud tamen ob justas causas, gravium fortè injuriarum, inimicitiarum & aliarum ejusmodi, inter Principalem & Procuratorem exortarum, nonnunquam concedi, & tali casu Principalis à Procuratore ad videndum se exonerari à procuratorio, citari solet. Prout in simili, si tutor tempore administrationis justas recusationes tutelæ causas acquirat, pupillum citare potest, ad videndum se exonerari à tutela, & solet hoc casu, nisi alii contutores adhuc adessent, pupillo curator ad litem dari.

Exonerationis à Procuratura vel tutela.

Procuratores ob quas causas exonerentur?

29. Debitores, ære alieno obruti, qui dilationem quinquennii, vel ut vulgò appellant, *quinquennale sive moratorium* (v. Guido Papa *quæst. 79. & 109.*) ab Imperatore impetrârunt, citantur, ad creditorum instantiam, ad satisdandum, vel fidejussorem præstandum. Quemadmodum processus in Camera decreti sunt, civibus *Francofurtanis*, contra civitatem *Erphurdiam. Anno 1570. vid. l. quoties, & l. universa. C. de precib. Imperat. offer. Dd. ad easdem.* Et vicissim solent à debitoribus citari creditores in diversis locis degentes, ad Cameram, ad videndum, fieri cessionem bonorum.

Debitorum, qui moratorium ab Imperatore obtinuerunt.

Ad impetrandum moratorium quid requiratur?

30. Sed noveris, inducias illas quinquennes, *ut illud hìc addam*, nulli, nisi qui testimonio Magistratûs sui, vel aliis documentis fidem fecerit, se non vitio, sed fortunâ, & calamitate ad inopiam perveniſſe, concedi, & aliter concessas nullas irritasque esse, vide Reform. Polit. *An.* 1548. §. 22. Denaiſ. *tit. induciæ.* Per nuperum tamen *Recess. de A.* 1654. ejusmodi moratoria penitus sublata fuêre. Intellige, quoad debita tempore belli contracta aut cumulata. Vid. suprà *Lib.* 1. *tit.* 12. *in cap.* 4. *fin.*

L. diffamari.

31. In causis L. diffam. citatur Reus sive diffamator, ut compareat, ad videndum & audiendum, sibi, postquam diffamatio probata fuerit, certum terminum præstitui ad deducendum, & prosequendum Jus per diffamat. prætensum, coram Judice Cam. Imperialis, (intellige, si causa immediatè ad Cameram pertineat) vel coram Judice competente, & nisi eâ ratione in termino constituto processerit, perpetuum silentium sibi imponi. Daß der Beklagte oder diffamant auff N. Tag selbst / oder durch einen vollmächtigen Anwaldt erscheine / zusehen und hören / ihme / nachdem die obgenannte diffamation in Recht ferner würde dargethan werden / einen benannten termin, seine durch solche diffamation angemaßte Spruch und Forderung an gebührenden Orten in Recht zu thun / fürzunehmen und ansetzen / und im fall er das alsdann nicht thäte / ein ewiges Stillschweigen zuerkennen und auffzulegen ꝛc. Vide Blarerum *ad l. diffamari cap.* 5. *num.* 50. *& num.* 71. ubi in causis l. diffamari interdum Citationem, cum commination pœnæ in judicio Cameræ Imperialis decerni dicit: *& num.* 54. *& 61.* ubi eandem cum Mandato impetrari in Camera tradit.

Beneficii Auth. Hoc nisi.

32. Vix tamen casus dari poterit, ubi, præter pœnam perpetui silentii, alia adjecta esset, prout etiam alia pœna vel Mandati cujusdam (*v. c. de restituendo, amplius non turbando, non offendendo*) adjunctio aliter locum habere non posset, nisi jurisdictio Cameræ, tàm in judicio diffamationis, quàm ratione causæ principalis fundata esset.

33. In Citatione ad videndum sibi concedi *beneficium auth. Hoc nisi* &c. citatur pars adversa ad videndum dari insolutum, deficiente paratâ pecuniâ, bona reliqua mobilia & immobilia; weilen Impetrans der beständigen / und jure communi fundirter intention ist / an statt abgehender baarer Zahlung / seine Creditores durch Dargebung seiner noch übriger beweg- und unbeweglicher Güter / auch Debitoren und Schulden / *juxta dictam auth. & ejus requisita* zu befriedigen.

Quæ

Quæ citatio etiam fundatur in *Recess. novissimo de Anno* 1654. §. So viel nun etc. 168. Sed qui in hoc processu obtinere vult, requisita hujus *authenticæ*, de quibus inter alios videndus Mævius, *in discussione levamin. inop. debitorum. cap.* 4. *sect.* 10. *per totum.* exactè probet, necesse est. Sic in causa Reiffenbergischer Erben contra Köthen von Wanscheidt/ ut hujus citationis requisita Impetrans probet, per sententiam injunctum 11. *Febr. An.* 1655. & in causa S. contra Creditores 20. *Octobr. An.* 1657. citatio eam ob causam, quòd requisita non fuerint probata, cassata fuit.

34. Ad confirmationes contractuum citatur adversa pars ad videndum fieri confirmationem, Gail. *lib.* 2. *obs.* 1. vel contrà, ad videnda. rescindi vel cassari videlicet contractum, si bona alienentur, quorum alienatione interdictum est. Ad confirmationem contractuũ.

35. In Citationibus ad *videndum transsumi*, e. g. privilegia vel similia, citantur Interesse prætendentes in genere, vel in specie, die Befreyungs-Brieffe in originali an Schrifften/ Insiegel/ und Handzeichen zu besichtigen / zu transsumiren / und Richterl. decretum darüber ergehen zu lassen / denen Transsumpten Glauben zuzustellen / und welches Orts man interesse dargegen zu haben vermeynen mögte/ solches in Rechten fürzubringen / und endlichen Endscheid darüber zu gewarten. Wurms. *lib.* 2. *pract. obs. tit.* 20. *obs.* 1. *num.* 4. ubi refert præjudicium: Thom. Merckelbach. *apud Casp. Klock.* 1. *consil.* 11. *num.* 23. Ad videndum transsumi privilegia.

Exemplationes privileg. in Camera impetrantur, citatis quorum interest.

36. Sic Nobiles Imp. immediati ad Rheni tractum, & in Wetteravia, impetrârunt *in Anno* 1550. 7. *Septembr.* citationem ad videndum transsumi privilegia, adversus omnes interesse prætendentes edictaliter. Solent tamen hodiè potiùs confirmationem privilegiorum petere, prout non ita pridem à Nobilibus Circuli Franconic. & Suevici factum fuit. Alioqui etiam Commissiones ad transsumendum decernuntur. Vid. Klock. *d. l.*

37. In *Citationibus ad reassumendum*, citantur partes, ad reassumendam & prosequendam causam in eo statu, in quo ad hujus aut alterius partis seu Procuratoris obitum relicta fuit. Vid. *Disputat. pro loco* Domini Erici Mauritii, *Profess. Kilonienſis* (*hodiè illustr. Cam. Imp. Assessoris*) *de citat. ad reassumend.* & *infrà* §. 64. Intellige autem, citationem ad reassumendum decerni, nisi duo Procuratores communes à parte constituti fuerint, & alter adhuc superstes sit. Vid. Ruland. *de commiss. l.* 2. *c.* 5. *n.* 5. *part.* 1. ubi præjudicium annotavit in causa Brandenb. cont. Nürnb. 21. *Aug.* 1583. Ad reassumendum.

38. Sic

Ad videndum se privari Emphyteusi.

38. Sic citantur partes, ad videndum se privari e. g. Emphyteusi, de quo exstat præjudicium, *de Anno* 1606. allegatum à Thom. Merckelbach. apud Klock. 2. *Consil.* 48. *num.* 203.

Ad reddendum rationes. Vid. se incid. in pœn. L. ult. D. de in jus vocando. L. ult. C. de pœna judicis, qui malè judicavit.

39. Item, ad reddendum rationes, desuperque quietandum &c. item se incidisse in pœnam *l. ult. D. de in jus vocando. vigore cujus prohibetur*, ut filio, vel etiam Vasallo, patrem vel Dominum sine venia in jus vocare non liceat. Quod tamen in *Camera Imperiali*, tanquam summo Dicasterio, adeò strictè non observatur, ita, ut veniæ petitione, licèt omissâ, pœna tamen legis hujus, quæ in filio est exheredatio, in Vasallo verò privatio feudi, locum non habeat. Item, se incidisse in pœn. *L. ult. C. de pœna judicis, qui malè judicavit.* Ubi de pœnis Judicis corrupti agitur, & similium. Non obstante, quòd nonnulli Dd. statuant, pœnas dictarum & similium odiosarum Constitutionum Imperii desuetudine quâdam obsoletas esse, vel aliàs in non usum venisse; *Qualia ipsis defendenda relinquuntur.* Sic etiam datur Citatio ad vidend. se incid. in pœn. *L. ult. §. ult. C. d. in jus voc.* de qua vid. singularia ap. Uffenbach. *de Consil. Aulic. c.* 12. *pag.* 155. cui utì magis frequens, ratione præventæ litis, respondet, Citatio ad vidend. se incidisse in pœnam *Recessus Imper. novissimi.* §. Ebenmässig sollen. 166.

Ad vidend. se immitti in hereditatem vel confirmari ex L. fin. C. de Edicto divi Hadr. tollendo.

40. Item ad videndum se immitti in hereditatem vel confirmari ex *L. fin. C. de Edicto divi Hadr. tollendo.* Vid. Caspar. Klock. *cons.* 28. *num.* 8. *tom.* 2. plura vid. apud Gylm. *præjud. Cam. verb. Citatio.* & quis enumerabit citationum formulas pro qualitate actionum varias, multiplices & diversas, quæ omnes facilè impetrantur, Jurisdictione benè fundatâ, & narratis ex parte, *ut vult Recess. de Anno* 1654. edoctis. Quod tamen non, nisi de Mandatis S. C. neutiquam verò de citationibus, ubi nudis narratis stari solet, nisi fortè subditi contra Magistratum supplicarent, intelligendum est. Vid. suprà *h. L.* 3. *tit.* 2. §. 46.

Ad videndum se immitti in bona hypothecata &c.

41. Præter supradictas formulas Citationum dantur etiam plures aliæ, *v. c.* ad videndum se immitti in bona hypothecata, manuteneri in possessione, vigore testamenti, vel contractus apprehensa, fieri cessionem bonorum, item ob divisionem hereditatis, rescindi contractum dolosè & injustè initum.

Denegatæ justitiæ.

42. In Causis denegatæ justitiæ citatur Reus ad prosequendam causam.

Ad purgandum ob suspicionem

43. In Causis citationis ad purgandum (suprà §. 22. h. t.) ob suspicionem, articuli causas purgationis continentes, quos vulgò purgatoriales

riales appellant, citationi inferendi sunt, & præterea securitas publica citato denuncianda & præstanda. *Ordin. part. 2. tit. 10. in princip.* **Doch daß er dem Richter etc.** Mynsing. *obs. 81. cent. 2.* (ubi notandum, in causa purgationis additionales articulos ad purgatoriales quidem admitti, sed Reum ad eos respondere non compelli, sine nova citatione.) Gail. *lib. 2. de pace publ. cap. 7. num. 3.* fractæ pacis publicæ.

44. Olim ex *Ordinat. Cam. dict. part. 2. tit. 10.* citati ad purgandum, Electoribus & Principibus exceptis, coram adesse, & in persona, articulatis suspicionum causis respondere jubebantur; *Per Recess. Visit. de An. 1560.* autem hoc immutatum, & citatis, ut in primo termino per Procuratorem respondere possint, indultum est, ipsis in persona demum adesse jussis, ubi purgatione juratâ opus erit. *Dict. Recess. Visit.* **Wiewol dann etc. 13.**

45. Citatio hæc ad purgandum de suspicionibus & indiciis fractæ pacis publicæ, olim, **wegen des Faust-Rechts /** valdè frequens erat, & tenebatur ejusmodi citatus, impetratâ ab adversa parte, vel etiam Fiscali simili citatione, in Aula Imperiali vel Camera comparere, & suspiciones fractæ pacis, quòd scil. armatura ipsius, non intuitu offensionis alienæ facta sit, per testes, ut vocabant, compurgatoriales, qui unà cum citato juramentum purgatorium præstare tenebantur, vel aliis legitimis probationibus purgare. *Quod tamen in hodierno Imperij statu vix amplius observatur.* Testes compulsoriales in caus. fract. pacis hodiè vix in usu.

46. In Causis appellationum, Citationibus fatalium prorogationes inferendæ sunt. *Memor. Visit. Anno 1559.* Denais. *proces. emanatio*; Sed causa prorogationis inferenda non est. Vid. supr. *Lib. 1. tit. 27. §. 30.* Prius propterea fieri debet, ut Appellatus scire possit, an fatalia introducendæ adhuc currant, posterius verò propterea inconveniens esset, quòd judex causam latæ sententiæ vel decreti allegare non tenetur. Prorogationis fatalium appellationis.

47. Quòd si prorogatio fit, processibus in Cancellaria jam dum expeditis, hoc casu de stylo consueto supplica cum originali decreto per Nuncium insinuantem Appellato, simul cum processibus intimatur, vel ad minimum in 1. termino reproducitur, quamvis hoc ultimum non satis tutum sit. *dict. tit. 27. libr. 1. §. 27.*

48. Citatio in Camera Imperiali ad totam causam, & unica atque generalis ad omnes & singulos Judicii actus sive terminos decernitur, ita ut etiamsi sententia definitiva pronuncianda sit, citatio tamen nova, ad audiendum sententiam, non requiratur. Mynsing. Citatio ad totam causam in Camera Imperiali decernitur.

obs. 33. *cent.* 4. Gail. *lib.* 1. *obs.* 51. *num.* 10. Blarer. *ad l. diffamari cap.* 6. *num.* 42.

Plures Citationes requiruntur: I. in causis fractę pacis.

49. Causæ tamen quædam sunt, in quibus plures Citationes in Camera requiruntur, & decernuntur, veluti I. in causis fractæ pacis. *Ord. part.* 2. *tit.* 10. §. Würde sich aber ꝛc. Mynſ. *obs.* 81. *cent.* 2. & *obs.* 33. *cent.* 4. Intellige, in processu purgationis, in quo, si citatus ad purgandum in termino præfixo non comparet, articuli in causa purgationis adhibiti in contumaciam pro confessis acceptantur, contumax pro obnoxio habetur, & iteratò citatur, ad videndum se incidisse in pœnam banni Imperialis. *Ord. Cam. d. tit.* 10. §. Würde sich aber ꝛc. 1.

II. In causa L. diffamari, & generaliter, ubi citato, non comparenti, perpetuum silentium imponitur.

50. II. In causa L. diffamari. In qua citatus, ad primam citationem non comparens, antequam perpetuo silentio mulctetur, denuò citatur: bina enim citatio ad impositionem perpetui silentii requiritur, juxta Gail. 1. *obs.* 12. *n.* 4. *& DD. in genere.* Mynſ. *d. obs.* 81. Blarer. *ad L. diffamari c.* 6. *n.* 40. Idque non tantùm in causa *L. diffamari*, sed omnibus etiam casibus, ubi citato non comparenti perpetuum silentium injungitur. Sic *in causa* St. *contra suos Creditores, ad videndum fieri cessionem bonorum*, licèt decreto proclamate, quidam ex citatis Creditoribus, & quidem sub pœna perpetui silentii non comparuerint, contra eos tamen non statim in contumaciam processum, sed emanantes secundâ vice citati fuêre: quia tamen nec tunc comparuerunt, citans decreto proclamate elapsis sex juridicis, ad juramentum cessionis bonorum admissus, & citatis perpetuum silentium injunctum fuit.

51. Et in hoc causarum genere, ut illud hîc obiter addam, citatio non aliter, quàm ex fundamento juris communis decernitor. *Memor. Visit.* Item nachdem etc. Cisner. *fol.* 345. confer Gail. *obs.* 10. *lib.* 1. *num. final.* Si scil. Jurisdictio Cameræ adversus diffamatorem immediatè fundata est; aliàs in causis turbatæ pacis publicæ, atrocium injuriarum, & similibus casibus, publicum scandalum spectantibus, contra personas Austregis gaudentes ex *sola ordinatione Cameræ* supplicandum esse, suprà jam dum indicatum est.

52. Licèt non levis sit distinctio, an processus ex L. diffamari *de jure communi*, (quod ad omnes indistinctè causas eatenus applicari potest) vel vigore *Ordin. Cam.* non nisi ad gravissimas quasdam causas, sese extendentis, petiti fuerint? Nullibi tamen provisum reperitur, & stylo potiùs quotidiè contrarium practicatur, quòd contra personas immediatas non minùs ac mediatas, ex jure communi citatio ex L. diffa-

mari

mari impetrari possit ; sed hoc potiùs observatur, ut si citatus diffamans privilegium Austregarum habeat, Jurisdictio Cameræ non, nisi quoad Judicium diffamationis, fundata sit, & causa principalis ad judices ordinarios sive Austregas remittenda sit, nisi fortè jurisdictio Cameræ etiam quoad causam principalem prorogata fuisset.

53. Sic in *causa F. contra F. citat. super L. diffamari*, quia non tantùm diffamatus, sed etiam diffamans per verba, scriptis suis in judicio diffamationis adjecta, Jurisdictionem Cameræ tacitè prorogâsse visi sunt, diffamanti certus terminus, ad proponendam suam in judicio Camerali actionem, constitutus fuit, licèt aliàs negotium hoc & causa principalis, ob privilegium Austregarum utrique parti competens, ad *judices ordinationis* remittenda fuisset. Sic etiam nuperrimè in causa E. H. D. contr. L. citatio extracta fuit ad vidend. proponi actionem.

54. Plures citationes requiruntur III. in causa restitutionis in integrum contra lapsum fatalium appellationis prosequendæ, Gail. *lib.* 1. *obs.* 143. *n.* 1. Ita ut priùs impetranda sit citatio ad videndum restitui, & postmodum, obtentâ restitutione, citatio in causa principali. Restitutionis in integrum.

55. Sed anne etiam adversus omissam appellationem, (vid. infr. tit. 23. §. 10.) & sic adversus neglecta fatalia interponendæ, talis citatio in Camera impetrari poterit ? Author in hoc sequitur Gailium, *qui d. loc. num.* 1. talem restitutionem coram Judice à quo petendam esse adserit : sed utut rarum sit, talium meminisse ; tamen verius est, liberum esse Appellanti, ubinam, sive coram Judice à quo, sive coram Judice ad quem eam petere velit, uti post Bartolum *in l. Præses.* 5. *C. de Appellationibus.* Alexandrum *in l. si ut proponis.* 4. *C. quomodo, & quando Judex.* Bald. & Angelum *in l.* 1. *C. si sæpiùs in integrum restitutio*, &c. tuetur Mauritius *in tract. de restit. in integr. cap.* 239. *in fin.* & consentit Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 17. allegans, se meminisse, minores ob omissam appellationem in Camera restitutos esse. Cùm enim per remedium restitutionis, ut sententia Judicis à quo injustitiæ arguatur, via sternitur, pergrave esset, judicem à quo propriæ iniquitatis habere cognitorem ; Imò vix illa à judice à quo speranda esset ; Et cùm superior sit ille, qui iniquitatem seu injustitiam hanc corrigit ; quidni & ille esset, qui de mediis ad hoc perveniendi, & sic de ipsa restitutione cognosceret, juribus speciatim nullibi refragantibus. Restitutio an detur adversus omissionem appellationis. Ubi petenda ?

56. In Judicio Imperiali etiam *citationes per Edictum*, in locis publicis affigendæ, decernuntur, veluti in causis fractæ pacis, si in per- Per Edictum qui citentur.

personam, vel ad domum solitæ habitationis executio citationis fieri nequeat, Im fall die citation dem Citirten nicht unter Augen / oder in seine gewöhnliche Behausung verkündt werden mögte etc. *Ord. p.* 3. *tit.* 10. *in princ. vers.* Welche Ladung auch. Gail. *lib.* 1. *obs.* 57. Fortè, ob periculum violentiæ, belli, pestis, vel alterius cujusdam causæ; licèt enim citatus domi non reperiatur, sufficit tamen uni ex ejus famulis insinuationem factam esse.

Qui ulteriùs citentur edictaliter.

57. Item, citantur per Edictum Vagabundi, latitantes per dolum, ne citatio ad se perveniat, impedimentum præstantes ne citentur, personæ terribiles, quibus sine periculo citatio ad domum fieri nequit, extra Imperium degentes, possessores rei incerti, absentes, & in loco non tuto degentes : *in genere personæ incertæ*, quæ inquirendo vix certiorari possunt, vel si tantus sit citandorum numerus, ut non nisi maximis sumptibus & difficultate inexplicabili singuli citari queant, maximè concurrente quorundam incertitudine. Semper autem tria loca, in quibus citatio affigenda, in supplica designanda sunt, aliàs citatio denegatur & decernitur, wofern Supplicant die Oerter / in welchen die citatio anzuschlagen / benennen wird / sol ferner darauff ergehen / was recht ist. Tale decretum latum in causa Mackolm / contra Diepoltische Creditores, 5. *Julij Anno* 1651. *& causis centum alijs.*

58. Per Edictum, Regis Galliarum & Ducis Brabantiæ subditos, Cameram aliquando citâsse, observavit Gail. *lib.* 1. *obs.* 36. *num.* 7.

Communis forma citationis.

59. Sic, *inquam*, Citationum formæ, pro causarum qualitate & varietate formantur, & quarundam causarum speciales & propriæ sunt, quæ rectiùs ex *usu & praxi*, quàm præceptis addiscuntur. Sed citationis multarum causarum forma communis est, *ut veniat citatus, ad petitionem sive postulatum actoris responsurus*. Scilicet in termino in citatione præfinito, si processum in contumaciam evitare velit. Vulgatum enim est, citationem hæc duo continere, ut citatus *compareat*, & ut compareat *in termino*. Mynsi. 5. *obs.* 86.

60. Pauperibus ad Cameram provocantibus Citationes non decernuntur, sed tantùm compulsoriales, ne sumptibus graventur: & ex actis ad Cameram delatis, perfunctorièque examinatis, si verisimiliter de justa litigandi causa constet, tunc demum citatio pauperi decernitur. Ordin. *part.* 1. *tit.* 41. *in princip.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 31. *num.* 8.

Si provocatus provocantem

61. Sed quid, si provocatus præveniat provocantem, & Judici Appellationis per literas vel supplicationem statum causæ significet, alie-

allegando causas relevantes, quamobrem appellanti processus decernendi non sint, quòd scil. sententia, à qua appellatur, non sit ordinationi aut privilegio conformis, & ad acta se referat, an ille audiendus fuerit, vel in dubio processus decernendi? Gail. *ibid. n. 9. & seq.* audiendum esse negat. præveniat, an audiendus.

62. Hoc enim decretum denegatorium ad maximum partis Appellantis præjudicium causam definiret, alterâ parte inauditâ, quod absurdum est. Quicquid tamen sit, callidis clientibus, eorumque patronis, hoc usu frequentissimum est, ut vel maturè per literas informatorias à Judice à quo ad *Cameram* emissas, antequam pars, quæ jam appellavit, processus obtineat, (cujusmodi relationem Judicis à quo non probat Mevius *part. 1. decis. 204. & decis. 213. quem vide.*) Judicem de statu informent, vel partem appellantem, *supplicando pro Mandato de exequendo, Mandato manutenentiæ rei judicatæ, Mandato immissoriali*, vel pro statu causæ simili, in Camera præveniant, quo ipso dum datâ operâ remonstrant qualitatem causæ inappellabilem, si non ipsum quæsitum Mandatum, tamen, ut plurimum, hoc lucrantur, ut processus parti appellanti difficiliùs succedant, vel inhibitio denegetur, vel etiam quandoque literæ informatoriæ, vulgò **Bericht-Schreiben** / ad judicem priorem præmittantur. *Mandatum de exequendo tamen differtur*, nisi clarè doceatur, fatalia introducendæ elapsa jam esse, eoque in casu non, nisi cum clausula decerni solet. Quomodo appellati præveniant appellantem, eique impetrationem processuum appellationis reddant difficilem. Nota.

63. Supplicationes pro denegandis processibus ita directè exhibere, cum periculo mulctæ conjunctum est, uti ex aliquot præjudiciis notum est: nisi tamen relevans aliqua excusatio supplicantis præmittatur. Sic *in causa* **Bader und Wund-ärtzt zu Bremen** *contra* **das Balbier-Ampt daselbsten** *appellationis*, ante decretos processus à parte appellata *pro cassanda, vel saltem suspendenda inhibitione supplicatum*, & supplicatio hæc non attenta, sed ad judicium remissa, & 15. *Junij Anno* 1658. loco exceptionum producta fuit. Sic I. D. Z. contra I. M. R. supplicationem exhibenti, cum rubro, *pro denegandis appellationis processibus*, mulcta arbitraria propterea dictatam esse, constat. Supplicationes pro denegandis processibus exhibere periculosum est.

64. Procuratore, aut alterâ parte, ante litis contestationem, vel illo etiam post eandem defunctis: Procurator alter citationem ad reassumendum ante omnia, si velit, postulat. *Memor. Visit. Anno* 75. Denais. *Citatio ad reassumendum* §. 1. Intellige, contra heredes, si ante conclusionem causæ pars vita defungatur, etiamsi Procurator vita defunctæ

partis per contestationem litis Dominus factus sit. Gail. *lib.* 1. *obs.* 109. Post conclusionem autem parte vel Procuratore decedentibus causa etiam sine citatione ad reassumendum concipiendo sententiam in Procuratorem, seu partem superstitem, deciditur, citatis in Executione respectivè vel partibus vel heredibus. Vid. *judic. & Adsess. Mem. de Anno* 1578. §. **Und demnach etc.** 6. Denaisi. *d. loc.* cum quo convenit *Recess. Deputat. de Anno* 1600. §. **Nachdem auch etc.** 76. & *Recess. noviss. de Anno* 1654. §. **Damit auch etc.** 93.

Sententia quando in Procuratorem concipiatur.

65. Et hoc etiam (*quoad Procuratorem sc.*) in causis injuriarum, siquidem criminaliter agatur, licèt Principalis in Judicio præsens sit, propterea observari solet, ne alioquin Principalis super injuria condemnatus, incurrat infamiam: quia enim per litis contestationem Procurator Dominus litis fieri censetur, non minùs in illum atque Procuratorem sententia fieri potest. Quæritur autem, occasione hujus, quousque Procurator in criminalibus recipiatur? Et distinguendum est inter judicia capitalia & non capitalia. Neutro casu à parte accusatoris Procurator intervenit; à parte verò rei, si pœna sit pecuniaria & infra relegationem, causa Principalis per Procuratorem rectè peragitur. Si verò supra relegationem, defensor non recipitur, nisi ad allegandum causas absentiæ. *L.* 13. §. 1. *de judic.* vel etiam eo casu, quo absens potest damnari. *L.* 33. §. 2. *ff. de Procurat. L.* 3. *C. de accusator.* Fachin. 1. *controv.* 24. 25. 26. Umm. *ad proc. disp.* 3. *th.* 5. *num.* 28. 29. 30. Gail. 1. *de P. P. c.* 10. *per tot.* Schnobel *Disp. pand.* 3. *th.* 18. 19.

Causis noviter post Recess. noviss. introductis citationes ad reassumend. cess.

66. Hodiè, quia Mandata Procuratoria non tantùm in personam clientis, sed & heredum, item non tantùm in Procuratorem ipsum, sed etiam casu, quo decederet, in Substitutum concipienda, & ad causas exhibenda sunt, ut sic instantia de jure novo in heredibus, (quod intelligendum de universalibus: nam singulares ad reassumtionem denuò citari debent) & Procuratorum Substitutis, sine sufflamine reassumendæ litis, continuari possit, *ideo Citationes ad reassumendum* in omnibus causis, noviter post *Recessum novissimum* introductis, aliisque in genere, in quibus tale procuratorium exhibitum, cessant. Et quoties casus accidit, quo vel pars ipsa, vel Procurator moriantur, pars adversa adversus heredes vel Substitutum Procuratoris demortui processum continuat. *Recess. Imp. de An.* 1654. §. **Damit auch etc.** 99.

67. Procurator, cliente mortuo, intra tres menses heredes nominato, Judici autem, etiam nominatione hâc non exspectatâ, in perso-

nam

nam Procuratoris sententiam publicare liberum esto. *d. Recess.* §. **Damit auch etc.** 93.

68. In causis antiquis, vel per mortem partium vel Procuratorum desertis, citatione ad reassumendum opus adhuc est, quoties I. neutrius partis apud acta Procurator existit, *vid. Jud. & Adsess. Mem. de Anno* 78. §. **Und demnach sich etc.** 6. *Recess. Deput. de Anno* 1600. §. **Gleichermassen.** 77. II. Si pars altera, vel hujus Procurator, ante finalem causæ submissionem moriantur, nec se ad acta, ut nunc moris est, antè legitimaverint. Secus in causis antiquis.

69. Quid autem eo in casu, ubi Procurator cavendo saltem comparuit, & decessit, dicendum? Et hoc casu in causis omnibus, sive antiquis sive novis, citatione ad reassumendum opus esse, nullus dubito: cautio enim, quæ præstita est, nullum hactenus obligavit substitutum, contra quem lis continuari posset. Constitutio enim substitutorum, non, nisi in Mandatis Procuratoriis, *vigore Noviss. Recessus*, fieri solet, hacque de causa, si Procurator, spe habendi Mandati Procuratorii, sub certo tempore, caviset, illud verò postea in termino cautionis non importâsset, solent non tantùm recessus interea, tanquam à non legitimato Procuratore habiti rejici, sed is insuper in pœnam retardatæ litis, si quidem pars petat, vel etiam pro arbitrio judicis condemnari. Quid si Procurator cavendo saltem comparuerit & decesserit. Constitutio Substitutorum noviss. Recessu præcepta.

70. Quid, si præstitâ cautione moriatur Principalis? Hoc casu, vi præstitæ cautionis, Procuratorem esse obligatum, importare mandatum à demortui heredibus, ipsa cautio indigitat; cavens enim hæc pollicetur, quòd velit importare procuratorium, ad normam *styli novissimi* expeditum, quod ambitu suo non minùs heredes quàm Principalem complectitur. Quid, si Principalis moriatur, præstitâ cautione.

71. Optima tamen via, declinandi ambages Citationum ad reassumendum, è *praxi novissima* emergit. *Primò*, quia specialia procuratoria è judicio sunt explosa, & *Recess. noviss. Ratisbon. de Anno* 1654. §. **Und demnach.** 101. ordinatum, ut generale Mandatum ad omnes causas præsentes & futuras, à quolibet Procuratorum, se in causis legitimante, producatur; Exinde quilibet causam reassumpturus indagat, num adversarius forsan in causis aliis in Camera clientem agat, & quendam è numero Dnn. Procuratorum hoc generali Mandato jam dum instruxerit, (*quod in Statibus Imperij, Civitatibus & Communitatibus vix fallit*) eoque adinvento, sub hac ferè formula contra ipsum agit. **Weisen Herr D. N. N. von N. N. mit general-Gewalt versehen/** Via declinandi Citationes ad reassumendum. tit. 29. §. 14. & 21. infr.

sehen/ als wil von ihm vernehmen/ ob er auch zu dieser Sachen copiam signatam solch seines habenden gemeinen Gewalts zu legen / bereit sey/ si annuit, benè est: sin secus, implorat officium Judicis, ut per sententiam ad hoc constringatur, in quo Judex, amore promovendæ causæ, ita facilis est, ut etiam adversus Procuratorem, se legitimare tergiversantem, mulctam sæpè dictando reservet. Quod etiam *in Aula Imperiali* fieri debet. Per *Noviss. Recess.* tamen indulgetur partibus, uni vel alteri causæ, ex certis legitimis rationibus Collegio Camerali denunciatis, certum quendam Procuratorem destinare.

Quo ordine reassumantur causæ, secundùm praxin hodiernam.

72. *Secundò*, quia hoc genus reassùmendi causas non, nisi in *ordine Novarum* cursù & recursu suo præ reliquis tardiore locum invenit, causam reassumpturi per interlocutum Domini Judicis ad hoc opportunum quærunt occasionem hoc agendi in *ordine*, quem vocant, *sententiarum*; interlocutum, quod occasioni inservit, tale est: In Sachen N. N. contra N. N. ist der Bescheid/ würde sich jemand/ auff Absterben voriger Anwäldte / zu dieser Sachen legitimiren / daß alsdann ferner darinnen ergehen sol/ was recht ist. Quo publicato, statim in ordine sententiarum legitimatio ex parte causam reassùmentis fieri, & contra partem adversam, ejusque Procuratorem generalem, ut suprà dictum, implorari potest.

Citatio ad reassùmendum rogatur vel judicialiter vel extrajudicialiter.

73. Citatio ad reassùmendum vel judicialiter vel extrajudicialiter rogatur: *judicialiter* in publica rogatur audientia per Recessum oralem, & à Judice, seu Præsidente Audientiis Adsessore *ex continenti per verb.* Erkandt / *decernitur.* Excipiuntur autem causæ fractæ pacis, in quibus ejusmodi citationes ad reassùmendum contra heredes, non, nisi extrajudicialiter, & cognitione pleniori desuper habitâ, decerni solent. *Extrajudicialiter* rogatur per supplicam, & inter hos modos prior omnium expeditissimus est.

Authoris nominatio & Laudatio.

74. Sic contra nominatos vel laudatos in judicio, citatio decernitur, ut causæ defendendæ adsint, intellige, si reo sua spontè non adsistant: quam citationem proprio nomine *denunciationem* vocant. Hinc emanant Citationes ad assistendum & indemnisandum.

Nominationis & laudationis differentia.

75. Differunt autem authoris nominatio & laudatio. *Nominat authorem* reus, conventus actione reali, ob rem, quam possidet nomine non suo sed alieno, putà, si conveniatur is, qui rem tenet conductam, aut depositam, aut commodatam, aut precariò datam. Vid. Mynsing. *obs.* 58. *cent.* 2. *& obs.* 24. *cent.* 3. *obs.* 14. *cent.* 5. *& obs.* 33. *cent.* 6.

Lau-

Laudat verò authorem, qui convenitur actione reali, ob rem, quam accepit à tertio, qui author ipsi esse dicitur, utpote à quo causam habeat: Et rem si habet ex titulo lucrativo, laudatio ante litem contestatam proponenda est: At si ex oneroso, tàm post, quàm ante litis contestationem locum habet: de laudatione & nominatione auctoris vide in Speculat. *part. 6. membr. 5. & 6.*

Denunciatio duplex est.

76. Porrò denunciatio duplex est; aut enim fit ad effectum declinandi judicium, & substituendi denunciatum, aut fit ad effectum adsistentiæ seu defensionis. Prior locum habet in speciali illa dicta nominatione, quæ fit ab eo, qui alterius nomine possidet, utpote *Colono, inquilino, depositario, commodatario*, &c. Si enim Colonus ratione prædii, quod colit, inquilinus ratione ædium, quas inhabitat, depositarius ratione rei apud se depositæ, in judicio conveniatur, nominando Dominum, effugiunt Judicium, & statim liberantur, *l. 2. C. ubi in rem actio*, &c. modò ante litem contestatam fiat. (Postea enim fiunt Domini litis, adeoque in judicio stare tenentur) *d. leg. & ibi* Vultejus. Maranta *in Speculo membr. 6. part. 6. num. 1.* Mynsing. *in cap. quoniam* frequenter extr. ut lite non contestata.

Denunciatoriales cujus sumptibus expediendæ.

77. Cujus verò sumptibus hoc casu denunciatoriales expediendæ? Elegantis quæstionis est; Nam cùm sola nominatio conventum actione liberat, & ab instantia absolvit, videtur actori, si actionem prosequi velit, onus citandi suum Adversarium non ineptè injungi; Econtrà in judicio frequentius & de jure verius est, impensis Coloni, Inquilini, Depositarii vel Commodatarii hoc faciendum; Actiones enim reales personam detentorum non declinant, quousque Domino, se actione ex re sua pulsari, per Judicem non denunciaverint. Secundò, etiam nominatio hæc causa est, quare denunciatoriales hæ à judice emittantur, sumptus etiam proinde ferant, cui causam dederunt, necesse est. (*Debent tamen sumptus ejusmodi Inquilinis, Colonis meritò à Dominis, locatoribus, iterum refundi.*) Ita sentit Paulus de Castro *in l. si quis alterius 2. C. ubi in rem actio & C.* Berlich. *1. conclus. pract. 24. num. 130.* Perez. *ad Cod. d. t. ubi in rem actio l. 2.*

Denunciationis diversi effectus ex diversitate casuum.

78. Et ut denunciationis materia, quia apud Camerales rarior est, *in praxi* tamen suum frequentem usum habet, quantum huic tractatui convenit, paulò altiùs repetatur; vel convenitur, & actione pulsatur reus *proprio* vel *alterius nomine*. Si *posterius*, vel convenitur actione reali, aut in rem scripta, vel merè personali: *Si actione reali*

vel *personali mixta* aut in *rem scripta*, tunc nominando rei Dominum, & petendo ipsi per Judicem denunciari, à lite eximitur, ipsius allegationi, quòd alterius nomine possideat, quantum ad hoc creditur, & interim, donec denunciatio ad notitiam denunciato perveniat, in causa supersedetur. *Si personali*, aut convenitur ex contractu, quem alterius nomine, fortè ex Mandato, gessit, aut ex delicto, quod alterius nomine ex Mandato tertii fortè perpetravit. *Si ex contractu*, quem alterius nomine gessit, convenitur, nominatio quidem, in specie ita dicta, non habet locum, quia actio personalis afficit, & sequitur personam conventam, nec proinde, etsi nominet autorem, à judicio eximitur, dandæ tamen sunt ipsi denunciatoriales adversus Dominum, ex cujus Mandato & jussu cum alio contraxit, ut de defensionibus Domini possit instrui, & postmodum, si succumbant, commodè regressum sumere; sic Procurator ad negotia super contractu nomine & jussu Domini inito rectè impetrat dilationem ad denunciandum Domino, ut possit de suis defensionibus copiam suppeditare. *Si ex delicto*, quod alterius nomine perpetravit, vel commisit ad jussum alterius, convenitur, eo casu, quia Mandatum alterius non proficit ad excusationem, nec etiam nominatio authoris locum habebit.

Ulterior expositio materiæ de denunciatione.

79. *Si priori modo*, hoc est, *proprio nomine* quis convenitur, tunc vel tantùm jus illud, quod conventus jure habet & possidet, atque à jure alterius, quem laudare intendit, separatum est, in quæstionem deducitur; Aut de tota rei summa, seu de re in solidum, in qua laudatus suum etiam interesse habet, idque vel propter evictionem, quam debet, vel ob jus, quod in præsenti sibi reique inhærere contendit, litigatur; *Priori casu*, denunciatoriales non admittuntur, quia denunciati jus extra litem est, & ideo, nulla rei ad ipsum spectat defensio. Sic e. g. si superficiarius ratione juris, quod in superficie habet, conveniretur, denunciatio ad Dominum proprietatis fundi non datur, cùm jura utriusque diversa sint, & defensio principaliter non ad Dominum fundi, sed ad superficiarium spectat. *Posteriori autem* in omnibus casibus, ubi ratione evictionis denunciatus, seu laudatus obligatus, vel laudati principaliter interest, ne res auferatur, denunciatoriales jure dantur, non quidem ad effectum, ut reus conventus ab instantia absolvatur, & judicium in denunciatum confundatur, ut inter alios sentit Gamma *decis.* 265. sed ut liti adsistat, causamque simul defendat.

In concedendis de-

80. Quia verò haut rarò hæ denunciatoriales, ad effectum re-

tar-

cardandæ litis petuntur, ut sic dum de assistentia disputatur, causa principalis, in præjudicium actoris quiescat, *Dominus Judex* in impertiendis vel denegandis illis ad hoc maximè reflectit: *Primò*, an onus adsistentiæ seu defensionis causæ denunciato jure incumbat? *Secundò*, an justo tempore rogatæ sint? *Quoad prius* enim notum est, denunciatoriales non dari ad effectum nudæ scientiæ litis, sed defensionis & adsistentiæ, quem effectum si lucrari nequeant, vanum esset, ipsas decernere. *Quoad posterius*, mera calumnia esset, post conclusionem causæ, vel etiam post sententiam, imò, post publicationem testium, ubi jus laudati non ampliùs integrum aut salvum est, ad sufflaminandum processum eas admittere. nunciatorialibus quid attendat Judex.

81. Ita Thomas Michaël, *qui referens relationis primæ* apud Klockium in *causa* Elverfeldt *contra* Oldenbokumb/ Doctori Krämer/ petitionem suam, ratione decernendarum denunciatorialium, denegavit, quòd justam causam non adduceret, onus defensionis laudatæ Cæciliæ Groll incumbere. Eodem modo referens apud Gylman. *rer. judicatarum Cameræ lib.* 1. *decis.* 28. *num.* 28. 8. *&* 14. cum aliis consentientibus denunciatoriales denegavit, quòd nimis serò rogabantur, cùm jam in causa concluſum esset: *In causa S.G. contra C.B.* von E. cui jung. simile præjudicium *in causa* Schultheiß und Gericht der vier Dörffer O. L. E. *Appellanten contra* Casp. Balthasar von E. *Appellaten*/ apud Meichsner. *tom.* 3. *decis.* 17. *n.* 1. *&* 15. Præjudicia negatorum denunciatorialium.

82. Formulas denunciatorialium vide apud Gylmann. *tom.* 1. *Symphor. p.* 2. *pag.* 264. ibidemque supplicationes pro iis impetrandis, & consule de hac materia post alios Marant. *in Specul. p.* 6. *membr.* 5. *&* 6. Vincent. de Franchis *decis.* 523. Berlich. 1. *concl. pract.* 24. Tiber. Decian. *cons.* 97. *num.* 3. *vol.* 3. & Johan. Meichsn. *tom.* 4. *decis. Camer. decis.* 8. *per tot.* Denunciatorialium formulæ ubi inveniendæ.

83. Denique notandum: Ante hac Cameram processus, *quos denunciatoriales* appellabant, emittere consuevisse, quibus Judex parti in judicio succumbenti, & Procuratorem apud acta non habenti, sententiam latam esse significabat: Ast hodiè illos in desuetudinem abiisse ferunt. Alio sensu dicti denunciatoriales hodiè in desuetudinem abiêre.

****

TIT. V.

De Mandatis cum clausula.

§. 1.

Edictorum definitio & divisio.

EDicta sunt, quibus Judex aliquid edicit, sive id jubendo fiat, sive vetando, suntque vel *Mandata* vel *Monitoria.*

Mandata quid sint, & quotuplicia.

2. Mandata sunt præcepta, quibus Camera Imperialis, plerumque ad instantiam supplicantis, alterum sub certæ pœnæ comminatione, vel quid dare, vel facere, vel omittere jubet. Eaque ab effectu & forma rectè *dividuntur* in *inhibitoria* seu prohibitiva, quibus Judex coërcet, insidet, vetat; *compulsorialia*, quibus instat, jubet, imponit, urget & compellit; *Executorialia*, quibus exequitur; & *Mixta*, quibus partim jubet, partim vetat, ut sunt exempla usu frequentissima &c. nimirum, Mandata de non offendendo, non turbando, item Mandata inhibitoria, juncta cum Mandato restitutorio de relaxando.

Quid Mandatum cum clausula.

3. Mandata decernuntur vel cum clausula vel sine clausula. *Mandata cum clausula* sunt, quæ annexam habent clausulam, ut vulgò appellant, justificatoriam.

Quænam clausula justificatoria?

4. Clausulæ justificatoriæ formula hæc est: Ut reus Mandato pareat, rem ablatam restituendo, captivum relaxando, actorem non turbando, vel in termino constituto compareat ad allegandum causas, *quamobrem Mandato parere non teneatur*, *Ord. part.* 2. *tit.* 23. *in pr.* Gail. *obs.* 19. *lib.* 1. *n.* 2.

5. Et ut Tyronibus utriusque Mandati differentia eò magis cognita sit, formula in Camera de præsenti usitata, si inseratur, lectori benevolo non injucundum duxi.

Formula Mandati cum clausula.

6. Hierumb so gebieten wir von Römischer Käyserl. Macht/ auch bey Poen zehen Marck Löthiges Golds/ halb dem Käyserl. Fisco, und zum andern halben Theil ihme Klägern unnachläßig zu bezahlen/ hiemit ernstlich/ und wollen/ daß Ew. Liebden Andacht/ und Ihr/ (*si plures sint, quibus mandatur, aliàs,* daß du) den nächsten nach überantwort- oder Verkündigung dieses/ ohne einigen Verzug/ Ein- oder Wieder-Red allerseits angelegten Arrest alsobald/ mit Bekehrung alles deßwegen erlittenen Kostens/ Schadens und Abgangs relaxiren/ die Mandata und Processus, dadurch Supplicant in würcklichem Genuß wi-

widerrechtlich turbirt wird/ cassiren und auffheben / deme also gehorsamlich nachkommen/ als lieb deroselben und Euch seyn mag / obangedrohete Poen zu vermeyden. Im fall dieselbe und Ihr aber/ durch diß Unser Gebott beschwert zu seyn / und warumb demselben / anbefohlener massen / nicht zu geleben wäre/ erhebliche und beständige Ursachen und Einreden / zu haben/ vermeynen solten / alsdann so heischen und laden Wir vielbesagte Ew. Liebden/Andacht/und Euch von berührter Käyserl. Macht/ auch Gericht- und Rechts-wegen hiemit/ daß dieselbe und Ihr auff den sechzigsten Tag/dem nächsten nach beschehener insinuation dieses/ deren Wir Ihro und Euch 20. vor den ersten / 20. vor den andern/ 20. vor den dritten / letzten und endlichen Rechts-tag setzen/und benennen peremptorie, oder ob derselbe kein Gerichts-Tag seyn würde/ den nächsten Gerichts-Tag darnach / selbsten / oder durch einen vollmächtigen Anwaldt / an demselben Unserm Käyserl. Cammer-Gericht/ erscheinen/ solche dero und Euere Ursachen und Einreden / in Rechten gebührlich vorzubringen/darauff der Sachen mit allen ihren Gerichts-tagen und Terminen / biß nach endlichem Beschluß und Urthel/ außzuwarten. Clausula justificatoria.

Formula Mandati sine clausula.

7. Hierumb/ so gebieten Wir ꝛc. ꝛc. *ut suprà, mutatis narratis, pro qualitate rei demandandæ diversis* &c. &c. deme also gehorsamlich nachkommet / als lieb Euch seyn mag / obangedrohete Poen zu vermeyden / daran geschicht Unsere ernstliche Meynung. (*Nota primam differentiam.*) Wir heischen und laden Euch darbenebens von berührter Unser Käyserl. Macht/auch Gericht- und Rechts-wegen hiemit auff den dreyssigsten Tag (*nota secundam de stylo novo differentiam*) dem nächsten nach beschehener insinuation dieses / deren Wir Euch 10. vor den ersten/ 10. vor den andern/ 10. vor den dritten/letzten und endlichen Rechts-tag setzen/ und benennen peremptorie, oder ob derselbe kein Gerichts-tag seyn würde/den nächsten Gerichts-tag darnach/selbsten/oder durch einen vollmächtigen Anwaldt/ an mehr-besagtem Unserm Käyserl. Cammer-Gericht zu erscheinen/glaubliche Anzeig und Beweiß zu thun/ (*nota tertiam differentiam*) daß diesem Unserm Gebott/alles seines Innhalts gehorsamlich gelebt seye/oder/wo nicht/alsdann zusehen/ und hören / umb Euers Ungehorsams willen (*nota quartam differentiam*) in vorgemeldte Poen gefallen seyn/mit Urthel und Rechtsprechen

erkennen und erklären / oder aber (*nota quintam differentiam*) beständige erhebliche Ursachen / ob Ihr einige hättet / warumb solche Erklärung nicht geschehen sol / fürzubringen / und endlichen Entscheids darüber zu erwarten.

Mandatorum S. & C. clausula differentiæ.

8. Differentiæ inter Mandata sine & cum clausula, benè notandæ sunt: quarum *prima* est, quòd in prioribus paritio *simpliciter* & absolutè injungatur, in Mandatis verò cum clausula non, nisi *restrictivè* ad clausulam mox subsequentem, nisi scilicet aliquas justas exceptiones habeat: *Secundò*, in Mandatis sine clausula pro primo termino unus, in Mandatis cum clausula duo menses regulariter præfigi solent: *Tertiò*, in Mandatis S. C. præter alia, injungitur, ut statim in primo termino doceatur de paritione, secus ac in Mandatis C. C. *Quartò*, in prioribus annectitur eventualis declaratio pœnæ, quatenus de paritione doctum non fuerit. *Quintò*, in Mandatis sine clausula datur tantummodo licentia proponendi exceptiones sub- & obreptionis, quare scilicet declaratio pœnæ locum non habeat, in Mandatis C. C. verò latissimus campus excipiendi conceditur.

Mandatum C. C. quando in citationem resolvatur.

9. Mandata cum clausula, reo in constituto termino comparente, Mandata sive præcepta non manent, sed in citationem simplicem resolvuntur (*hic siquidem illius clausulæ justificatoriæ effectus est*) intellige tamen, non simpliciter & absolutè in citationem resolvi, sed saltem, quoad partem, non quoad Judicem, & effectum duntaxat suspendi. Donec scil. de validitate vel invaliditate Mandati constet, seu impetrans Mandati narrata justificet, & vera probet; ut *Consultum Camerale* statuit *Anno* 76. Denaisi. *Mandata cum clausula* §. 2. Gylm. *rer. judicat. Camer. lib.* 2. *decis.* 21. *n.* 7. *& præjud. Camer. verb. Mandata cum clausula pag.* 187.

10. Itaque, si is, cui cum clausula Mandatum est, causas relevantes, quamobrem Mandato parere non teneatur, excipiens non opposuerit, Mandatum ratione Judicis manet firmum, ita, ut Judex reo per sententiam injungere possit, ut Exceptionibus non obstantibus, Mandato pareat. Gail. *lib.* 1. *observ.* 19. *num.* 5. *& lib.* 1. *de pace publica cap.* 5. *num.* 20. Sed contra hanc opinionem Gailii disputat Frider. Mindan. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. Adde *relationem pro Assessoratu.* 6. apud Klock. *num.* 1. *& seqq.*

In Mandat. C. C. ordinarius pro-

11. Ordinaria tamen judiciorum tela in hisce Mandatis justificatoriis, quadantenus adhibenda, jurisque ordo servandus est, ferè non

non aliter, ac si à simplici citatione processus inchoatus esset, excepto, quòd reus suas causales seu Exceptiones, quare Mandato parere non sit obstrictus, producere jubeatur, libello actoris, seu impetrantis non exspectato, *Recess. Imp. de Anno* 1594. §. Dieweil auch ꝛc. 79. Libellus enim in hisce Mandatorum causis, utut de stylo veteri secus fuerit, per dictum *tamen Recessum* necessarius non est. In ejus vicem enim succedunt narrata Mandati. Vid. infr. tit. 42. §. 2.

cessus aliquatenus locum habet.

In Mandatorum causis libelli loco sunt narrata mandati.

12. Excipiuntur ab hac regula, *præced.* §. 11. proposita, juxta Gylman. *in præjud. Cam. verb. Mandata cum clausula. Primò*, Mandata de relaxando captivo, quod & confirmat Gailius 1. *observat.* 78. *per tot.* Frider. Mindan. *de proceff. lib. 2. cap. 8. num. 6, & 7.* ubi neque Austregas hisce Mandatis, etsi cum clausula sint, obstare adserit, idque ob favorem subjectæ materiæ, & periculum, quod in longiori mora hisce in casibus metuendum. *Secundò*, excipiuntur Mandata executorialia; cùm enim in ipsa executione juxta *Ordinat. Cameræ p. 3. tit. 3.* non, nisi processus summarius admittatur, ergò nec in hisce Mandatis, quæ ad satisfactionem rei judicatæ diriguntur, alius desiderandus erit. *Tertiò*, excipiuntur Mandata cum clausula super novi operis nunciatione, & *Quartò* Mandata, ratione administrandæ justitiæ, licèt meo judicio ratione novi operis vix Mandata cum, sed potiùs sine clausula, (ut infrà *tit.* 10. §. 12. videbitur) dentur. *Judic. & Adsessor. Memoriale de Anno* 79. §. Ferner ist bey etc. 7. *Resolut. dubiorum Anno* 1583. §. Wann neben etc. Vid. Gylm. *d. loc.* & Klock. *in votis Cameralibus relat. 5. num.* 11. & Mandata de administranda justitia hodiè ut plurimum sine clausula emittantur.

Species mandator. C. C. in quibus ordo juris non servatur.

13. In causis fractæ pacis Mandata cum clausula justificatoria de relaxandis captivis, imò, quoad hoc sine clausula de ampliùs non turbando & restituendo, unà cum citatione in Camera decernuntor, quæ quidem Mandata principaliter, & separatim à Citatione, deficiente jurisdictione, concedenda non forent. Gail. *L. 1. de P. P. c. 6. in pr.* Ut proinde, si requisita citationis super fracta pace, scil. vis publica, coadunatio hominum, & dolus malus probata non sint, etiam ejusmodi Mandata, veluti accessoria, unà cum citatione cassari, necesse sit.

In causis fractæ pacis Mandata decernuntur cum citatione.

14. Eadem tamen Mandata duobus casibus immediatè absque citatione in Camera decerni, Gail. *ibid.* notavit. (*Add. infr. tit.* 20. §. 46.)

Nonnunquam etiam absque citatione.

15. I. Quando Actor in libello supplici factum, super quo ejusmodi mandatum sibi decerni postulat, Constitutioni pacis publicæ con-

1.

conformat, & narrat, quòd violentâ & armatâ manu, hominibus coactis, per insidias dolo malo, & de industria captus, aut rebus suis simili modo vis illata sit: quia enim Jurisdictio Cameræ, super hujusmodi narratis, fundata est, non tantùm ex *Constitutione fractæ pacis*, sed etiam *ex tit. 23. Ordin. sive* auff die vier Fälle/ siquidem factum sit, omni jure prohibitum, periculum in mora, damnum irreparabile, vel res vergat in magnum scandalum, & præjudicium reipublicæ; meritò etiam absque citatione Mandata supplicanti decernuntur, ex Constitutione Imperatoris Caroli V. Anno 1548. T. Daß am Käyserlichen Cammer-Gericht nicht allein auff die Poen / sondern auch umb zugefügte Schäden etc. 10. Gail. *dict. L. 1. de P. P. cap. 6. num. 5.*

16. Ubi notandum, Mandata de non offendendo, de relaxando, non turbando, simul & semel super *Constitutione fractæ pacis, & tit. 23.* propterea fundari non posse, quòd singulari Memoriali Visitatorum constitutum, *ut nemini liceat in 4.* casibus sese fundare, si factum ad specialem Constitut. etiam dirigi possit: quod non tantùm in dictis Mandatis, sed etiam in omnibus aliis indistinctè locum habet.

Nota.

II. 17. II. Quando reus immediatè subjectus est Jurisdictioni Cameræ, ita, ut in Camera in prima instantia conveniri possit. Gail. *ibid.* Debet autem hoc casu reus non tantùm esse immediatus, sed etiam non gaudere privilegio Austregarum.

Observanda Judici, in decern. vel deneg. Mand. C. C. & process. ex constit. fractę pacis.

18. In Mandatis cum clausula, aliisque processibus ex Constitutione fractæ pacis decernendis vel denegandis, Judex ex circumstantiis narratæ & perpetratæ violentiæ, ex verbis, mente, & dispositione Constitutionis de pace publica, & juris communis dispositione se informato, (*utrùm scil. supra dicta requisita, præsertim dolus adsit*) *Recess. Imp. Anno 1594. Ratisbonæ* §. Ebener massen ist man etc.

19. Sic in *causa Capitul. N. Confluentiæ contra* Breidebach *Citat. super fracta pace juncto Mandato de non offendendo, amplius non turbando*: licèt violentia & coadunatio hominum adfuerit, factumque de nocte perpetratum: processus propterea super *hac Constitutione* denegati fuêre, quia Nobilis de Breidebach prætendebat jus quoddam impediendi, ne fructus decimales ex ipsorum territorio eveherentur, adeoque dolus non ita clarè constabat. Cùm tamen ex post facto dictum *Capitulum* sese, respectu præfatorum Mandatorum, *in tit. 23. Ordin. & ad 4. casus* fundâsset: Mandata, sed non nisi C. C. decreta fuerunt.

20. In

20. In causis, plenè & ordinario Judicio discutiendis, non temerè Mandata cum clausula, sed faciliùs citationes decernendæ sunt, *Consult. Cam. Anno* 76. Denaisi. *Mandata cum clausula* §. 1. Et vix certa regula dari poterit, juxta quam vel Citationes vel Mandata super certa constitutione qualificentur ; sed vaga sunt, per varias factorum species decurrentia. In quib. caus. citat. potiùs quàm Mand. C. C. decern.

21. Practica horum mandatorum pro faciliori exitu judiciorum adinventa est, eaque ut plurimum, ubi supplicans indubitatè jus commune, vel etiam pactum, transactionem, testamentum, notoriam consuetudinem, vel contractum pro se habet, vel in causis ex sui natura summariæ cognitioni subjectis, valent. Debent tamen hæc omnia nullo modo dubitabilia esse: aliàs enim, si vel minimum dubium appareat, citationes potiùs quàm Mandata decerni solent: prout etiam Mandata C. C. tunc locum non habent, si Reus gaudeat privilegio Austregarum; nisi accessoriè tantummodò, unà cum aliis Mandatis S. C. petita forent, *prout plerumque Mandata inhibitoria sine, cassatoria verò cum clausula decernuntur.* Practica horum mandat. C. C. ad quid inventa.

22. Effectus duo alternativè includit, scilicet, ut pareat Mandato, vel si nolit parere, sistat se certo die coram Judice propositurus exceptiones, ob quas se non teneri putat. Cognitio plena requiritur, nec Judex ad paritorias deflectit, nisi ubi ex juribus partium, hinc inde plenè discussis, viderit, ex parte rei nihil esse adductum, quod paritionem remorari jure queat. Estque in arbitrio judicis, utrùm pro qualitate circumstantiarum paritoriam, vel, quemadmodum in citationibus fieri solet, sententiam definitivam potiùs ferre velit. Vide de his plenè *authorem relat.* 5. apud Klock. *num.* 1. *seqq.* Gylm. *in præjudic. Camer. verb.* Mandata cum cl. Scipio *Lib.* 3. *decis. Rot. Spir.* 216. Gail. 1. *obs.* 19. *&* 78. *ibique Græv.* Schvvaneman. *observ. Cam.* 113. Effectus Mandati C. C.

23. Mandata S. C. lite pendente, extrajudicialiter non decernuntur, & si ita pro iis supplicetur, remittuntur judicialiter, & sæpè etiam medio in processu decernuntur, licèt de eo quidam dubitent; Hinc in *causa Beck contra* Abbt zu Weingarten / ratione supplicationis pro Mandato S. C. die abgeführte Register belangend / vor D. Hoffmeister / Referens D.P. existimat, daß die Referenten solten abgeschlagen haben / ipse non vult in medio processu decernere Mandatum S. C. quòd sit insolens, & exorbitans, ideo vult denegare, sed reservare ei jus competens. Ruland. *in Comment. ad Ferrar. lib.* 3. *cap.* 6. *in pr.* Mandata S. C. pendente lite non decernuntur extrajudicialiter.

TIT. VI.

De mandatis sine clausula.

§. 1.

Mandatorum S. Clausula definitio.

MAndata sine clausula sunt, quæ clausulam justificatoriam annexam non habent, & quibus Judex reo paritionem, è vestigio præstandam, præcisè imperat, & quibus sine exceptione parendum est, die ohne alle Einrede/ oder einige Wiederred/ oder Verhinderung zu vollziehen.

Mandatis S. C. qualis citatio annectatur.

2. Mandatis S. C. annectitur Citatio, non ad contradicendum, vel allegandum causas, quamobrem reus Mandato parere non teneatur, ut fit in Mandatis cum clausula; sed ut in termino, qui in Mandato in specie designatur, compareat ad docendum de paritione jam facta, & nisi docuerit, ad videndum se in pœnam Mandati declarari. Quemadmodum in Mandatis ex *Constitutione pigneratitia*, Mandata sine clausula decernuntur, cum annexa citatione ad docendum de paritione, vel videndum se declarari in pœnam Mandati. Gail. *lib.* 1. *obs.* 15. *num.* 5. De quo repete formulam *Germanicam* in titulo præcedenti adductam.

Communis Mandatorum S. C. forma.

3. Hæc communis omnium ferè Mandatorum S. C. forma est. In quibusdam additur, ut compareat Reus ad allegandum causas, quamobrem declaratio in pœnam Mandati fieri non debeat, in quibusdam verò hæc clausula omittitur: vide Frider. Mindan. *de Mandatis lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 7. Quod, ut infra dicetur, in Mandatis prohibitoriis & negatoriis, propterea nonnunquam observari solet, cùm opus non sit, ut is, cui Mandatum est, de paritione doceat, sed eo ipso, quo impetrans desuper ampliùs non conqueritur, paruisse censeatur.

Citatio ad doc. de parit. non necessaria.

Mandatis C. C. super factis nullo jure justificandis qualis citatio annectatur.

4. Consuevit ante hac Camera Imperialis super factis nullo jure justificandis (quorum Catalogus junctis præjudiciis apud Schvvanem. *obs. Cam.* 125. *& seqq.* & Petr. Frid. Mindanum *de process. lib.* 2. videri potest) Mandata sine clausula, & reo illis non obtemperante, postea seorsim citationem ad docendum vel videndum se declarari, decernere: sed ut partes duplicibus sumptibus non graventur, & lites abbrevientur, *sancitum est*, ut ejusmodi Mandatis sine clausula semper citationes ad docendum de paritione vel videndum annecterentur, & illa seorsim non decerneretur. *Recess. Imperij Anno* 1570. §. Ferners statuiren etc. 83. *Mem. Visit. Anno* 1580. §. Da auch einig Mandat. Cisner. *ad Tit. Ord. fol.* 512. *Recess. Imp. Anno* 1594. *Ratisbonæ.* §. Demnach aber etc. Gail. *lib.* 1. *obs.* 15. *num.* 8.

5. An-

5. Annectuntur Citationes, quando nimirum locum habent: non enim semper locum habent, ut videre est in compulsorialibus ad edendum, quibus citatio non annectitur: quemadmodum etiam Mandata sine clausula prohibitoria interdum citationem annexam non habent. *Utì dictum* §. 3.

6. Eo ipso enim, quo is, cui prohibitum est, impetrantem amplius non turbat, novo processu amplius non est opus; ita tamen, ut si ex post facto, non obstante emanato Mandato prohibitorio, nova turbatio fiat, tum turbans citandus sit ad videndum se declarari in pœnam Mandato insertam. *Qua de causa, de stylo hodierno, Citationes omnibus Mandatis, quæcunque tandem sint, regulariter inseri solent.* Hodiè citationes regul. omnib. mand. inserendæ.

7. Unde Gylman. *voc. Mandata S. C. pag.* 192. pulchrè ait: Sed quicquid sit, ego rem istam altiorem indaginem requirere arbitror, neque puto, Citationem illam ad docendum de paritione, aut videndum se incidisse &c. etiam Mandatis prohibitivis & negativis annexam, sine fructu esse. *Primùm* enim ad hoc prodesse potest illa citatio, ut comparere teneatur Reus, & sese declarare, num parere velit nec ne, allegando causas justas. *Secundò*, quoniam in negativis nullâ aliâ ratione executio fieri potest, quàm ut Reus præstet cautionem, de non ampliùs molestando, quod videtur rationem habere, ne scil. impetrans, quasi in perpetuum sit in illa hæsitatione, ignorans, an Reus ipsum turbaturus sit nec ne. Et in hanc sententiam itum est: non tamen decisivè, sed consilii loco, ut per hoc obvietur litibus &c. Quare mandat. etiam prohibit. sint inserendæ?

8. Mandatorum itaque prohibitorum citationem annexam non habentium exempla *de stylo hodierno* rara sunt; nam in genere, sive inhibitoria sive prohibitoria sint Mandata, citatur reus, seinen / theils geleisteten / theils willfährigen Gehorsam glaublich darzuthun / oder wo nicht / und da dem Käyserl. Gebott zuwider gehandelt werden solte / alsdann zu sehen und hören / se declarari, ut in aliis &c. inhibitionibus, appellationis processibus annexis, nulla citatio ad docendum vel videndum inseritur; sed demum, ubi arctior inhibitio rogatur, citatio ad videndum se incidisse in pœnam simplicis annecti solet, si scilicet petatur: aliàs secùs.

9. Supplicantes autem pro his & similibus Mandatis, semper hujus citationis ad docendum vel videndum meminerint necesse est, aliàs ad supplicam talem, ut informem, processus denegantur &c. *Jud. & Assess. Mem. de Anno* 1519. §. In was sondern. 8. Et ex eo fluit, quòd Supplicantes pro Mandatis S. C. citat. simul rogant.

quòd Mandata arctiora non habeant ampliùs insertam citationem ad videndum se incidisse in pœnam Mandati simplicis, sed loco hujus præcedit declaratio & arctius sub pœna banni regulariter, quamvis nonnunquam pro causæ circumstantia, vel ex proprio Judicis motu, vel ad petitionem partis, sub pecuniaria aggravata vel dupli pœna emanet.

Mandata arctiora quâ ratione hodiè decernantur?

10. Solent tamen, præsertim de *stylo hodierno*, (quò ad declarationem banni non ita facilè venitur) ejusmodi Mandata arctiora, maximè sub graviori pœna pecuniaria, etiam sine prævia declaratione pœnæ, nonnunquam decerni, cum hac citatione, ad videndum se incidisse & declarari in pœnam Mandati simplicis: prout etiam Mandata de exequendo, sine prævia declaratione pœnæ, decerni solent, ita tamen, ut omnia consistant in arbitrio Judicis, & diligenti examinatione circumstantiarum.

Quid mandetur reo in causis pignorationum, quoad pignora & captivos.

11. In causis *pignorationum*, sine clausula justificatoria, & sub pœna certa & pecuniaria, quæ Mandato semper inseri solet, mandatur reo, ut è vestigio, & sine omni exceptione, pignora restituat, & captivos, posteaquam veteri modo receptum & consuetum juramentum, eine alte gewöhnliche Urfehde / præstiterint, nec antè & aliter, quàm si promiserint, se iterum sistere, quatenus hoc jure & judicio decretum fuerit, relaxet: & simul citatur reus, ut in termino præfixo in judicio compareat, tum ad docendum de paritione, tum ad jus pignorationis, ita uti decet, (*In possessorio scil. tantummodo, petitorium enim ad judicem ordinarium spectat & remittitur*) deducendum, vel ad audiendum atque videndum, se in pœnam Mandati declarari. *Ordin. part. 2. tit. 23.* Gail. *de pign. obs.* 13. *num.* 2.

Captivi restitut. sine ejus dispendio facienda.

12. Mandatis sine clausula, *ex Constitutione pigneratitia*, inter alia inserenda sunt hæc verba: *Ut restitutio vel relaxatio fiat sine captivi sumptu atque dispendio*, ohne Entgelt. *Recess. Imp. Augustæ Anno* 1596. §. Als auch im zwey und zwantzigsten etc. 127. Ex quo venit, quòd cùm restitutio sit quasi proprium, & de natura Mandati pignoratitii, illud in specie, sive *Mandatum restitutorium*, tanquam superfluum, nunquam decernatur, sed potiùs verba, *de restituendo*, *ampliùs non turbando*, in supplica, si ibidem posita sint, deleantur.

Rei pignoratæ quomodo intelligenda.

13. In causis pignorationum, si partim res tertiæ, partim res ipsa pignorata fuerit, veluti, si quis jus lignandi sibi vindicet, & plaustra & equi, unà cum ligno litigioso auferantur & pignorentur, Mandata de restituendo solummodò de re, quatenus est tertia & innocens, intelligen-

ligenda, & pignoratori restitutio rei ipsius non statim mandanda. *Recess. Imper. Anno* 1594. *Ratisbon.* §. Da aber in Pfandungs-Sachen etc. 80.

14. Sic in causis *arrestorum* Mandata sine clausula justificatoria decernuntur, quibus reo mandatur, ut rem vel personam arrestatam è vestigio, & postquam arrestatus sufficientem cautionem præstiterit, relaxet, cum annexa citatione ad docendum de paritione, vel ad videndum & audiendum se in pœnam Mandati declarari, *Recess. Imper. Anno* 1570. *Spiræ.* §. Wann auch die Arresta. 85. *Et Recess. eod.* §. Als auch. In causis arrestorum quid reo mandetur?

15. Subditis contra Magistratum, neque ex constitutione Imperii pigneratitia, neque arrestorum, Mandata de relaxando decernenda sunt. *Memor. Visit. Anno* 77. §. Nachdem auch zu Regenspurg etc. 28. Cisn. *fol.* 341. Possunt tamen ex *Ordinationis tit.* 23. imò etiam ex dicta *constitutione Arrestorum* agere, cum hac tamen limitatione, ut priùs Magistratui scribatur pro literis informatoriis. Add *infr.* §. 35. *seq. h.t.* Subditis quomodo in hisce duabus causis contra Magistratum subveniatur.

16. Et Mandata de relaxando sine clausula, ex constitutione arrestorum decernenda sunt, etiamsi cautio nondum præstita, neque documentum aliquod interpositæ vel oblatæ cautionis exhibitum fuerit. *Recess. Imper. Anno* 1594. *Ratisb.* §. Dergleichen sollen auch etc. 92. Gail. *de arrest. cap.* 4. *num.* 1. Mandata S. C. de relaxando arresto quando decernenda.

17. Si tamen cautio, pro qualitate & gravitate causæ, quodammodo dubia, aut non sufficiens esse videatur, tam decretis, quàm Mandatis specialis hæc clausula, auff vorgehende genugsame würckliche caution, quatenus sufficiens cautio, & re ipsa præstita fuerit, inserenda. *d. Recess. Imp. Anno* 1594. §. Dergleichen sollen auch bemeldte etc. 92. Mandatur relax. ad cautionem suff. faciendam.

18. Licèt enim, regulariter, Mandata S. C. sub conditione decerni non possint, aliud tamen obtinet in Mandatis de relaxando; ibi enim ob favorem captivorum, & in odium arrestantis, licet adjicere quasi conditionem hanc, ut scil. præstitâ sufficienti cautione, Mandato de relax. pareatur. Vel: Ist gebettenes Mandatum, gegen Leistung würcklicher gnugsamer caution, so viel die strittige Erbschafft betraget/ dann/ wegen deroselben an Ort und Enden/ wo sich gebühret/ zu Recht zustehen/ hiemit erkannt: uti tale decretum latum *in causa* Böningh *contra* Böningh/ 9. *Junij Anno* 1658. quo ipso, quantitas præstandæ cautionis, & quòd illa non ultra, nisi de se sistendo juri in foro competenti (de quo suprà Lib. 1. tit. 11.) requiratur, non obscurè indigitatum est. Et servatur hic modus decernendi, sive cautio nulla Hinc sub conditione mandat. hoc decern.

fuerit oblata, vel oblata quidem, de qua tamen, pro qualitate rei, an sufficiat, dubitandum est. *d. Recess.* §. **Dergleichen etc.**

19. In Mandatis de relaxando arresto decernendis, res tertia innocens non adeò exactè attendenda est, *Recess. eod.* §. **Also auch so der Nachsteuer** ꝛc. 61. *Vers.* **So viel die** requisita &c.

Iteratâ pignoratione vel arresto iterato quomodo pro novis processibus supplicand.

20. Si ostensâ semel paritione, ob iteratam pignorationem, aut arrestum iteratum, vel simile postea (ob idem Jus) factum admissum, in alia quidem causa, sed ubi de eodem jure, & inter easdem personas agatur, pro novis *Mandati sine clausula* processibus supplicandum fuerit, & extrajudicialiter supplicetur, (id quod supplicanti liberum est, & ad accelerandum causæ processum valet) pœna prioris Mandati aucta & gravior alteri Mandato inserenda. *Recess. Deputat. Imp. An.* 1600. §. **Dieweil auch bey unserm Käyserl. etc.** 55.

21. Exceptiones etiam, per sententiam semel rejectæ, si in hac causa, ubi de eodem jure agitur, denuò pro sufflaminanda & retardanda paritione producantur, paritio enixiùs, quàm antè urgenda: imò, si talibus judicium lacessere, reus non desinat, in pœnam declarandus est. *dict. Recess. Deput. Anno* 1600. §. **Dieweil auch.**

Arctiores judicialiter petendi.

22. Sin processus arctiores postulentur, judicialiter postulandi sunt, & sub pœna banni decerni solent. Solent tamen pro qualitate circumstantiarum, nonnunquam etiam extrajudicialiter peti & decerni, maximè arctiores compulsoriales: quæ propterea judicialiter peti non possunt, quòd processus nondum judicialiter reproducti sunt: propterea arctiores, ut jam suprà dictum §. 10. non tantùm sub pœna banni, quàm regulariter, nisi judici aliter videatur, declaratio pœnæ simplicis præcedit, sed etiam majori pœnâ pecuniariâ decerni possunt, maximè, ubi ad declarationem pœnæ banni non ita facilè deveniri solet.

Compulsoriales arctiores quare judicial. nequeant decerni?

Processus super instrumentis guarentigiatis.

23. Super Instrumentis guarentigiatis Mandata sine clausula in Camera decerni, suprà lib. 1. tit. 12. patuit. Elegans in hac materia præjudicium *nota*, *in causa Brandis contra Dn. Electorem Colonienſem* apud Mindan. *de process. lib.* 2. *cap.* 70. *num.* 8. in quo ad talem obligationem, non tantùm Mandatum de solvendo pœnale, sed etiam, unà & simul, eventuales executoriales ad Principem Brunovicensem petitæ & decretæ sunt.

Notabile I.

Executoriales eventuales, an hodiè decernantur?

24. Hujusmodi *executoriales eventuales*, vel etiam *Mandatum arresti eventuale*, licèt sæpiùs, præsertim contra Civitatem *Argentinensem*, à nonnullis Creditoribus, quorum obligationi, inter alia, clausula

sula adjecta erat, ut solutione debito tempore non factâ, creditores, sine prævio processu, statim Mandatum executoriale, vel arresti, ad *Electorem Moguntinum*, & *Landgravium Hassiæ*, vel alios Principes, directum, petere possint, sæpiùs tentatum fuerit, *hodiè* tamen non facilè decernuntur.

25. *Nota etiam* in simplici mutuo, si clausulæ executivæ obligationi insertæ sint, Mandata sine clausula concedi ad capitale & interesse, sed saltem à die moræ: in annuis reditibus autem, non ad capitale, quia hoc ex parte emptoris irreluitivum est, nisi clausula ex *Recess. Deputat. de Anno* 1600. §. Ferners ist biß anhero etc. 34. (ut scil. solutione pensionum duobus, aut pluribus annis non factâ, wann ein Zinß den andern erreichet / integrum sit Creditori, solutionem capitalis quoque petere) obligationi inserta sit; sed ad interesse solùm, & hoc non à die moræ, sed à die obligationis, idque in odium usurarum; *annui enim reditus non sunt usuræ, sed merx, & quod pro his datum, pretium dicitur*: quæ duæ differentiæ in mutuo, & annuis reditibus notatu dignissimæ sunt.

In mutuo simplici, cujus obligationi clausulæ executivæ insertæ, quid mandetur? Notabile II. Quid in causa annuorum redituum.

26. *De interesse moræ* olim variè disputatum fuit, quonam sese extenderet, v. c. per annum? Cui difficultati tandem per *Recessum Imperij de An.* 1600. aliquo modo subventum, & quincunces pro uno anno, *ratione moræ*, determinati fuerunt, si tamen, posset quis interesse saltem *damni emergentis* (interesse enim *lucri cessantis* dictam moderationem excedere non possunt) & claris probationibus deducere vellet, nullum dubium est, & multis præjudiciis confirmatum, eum ad hoc admittendum esse.

Quantum interesse moræ per annum.

27. Accedit *tertium notabile*, quòd Judæis ex mutuo pensiones *à die obligationis* adjudicantur; quia ipsorum alimenta in hoc genere contrahendi ferè unicè consistunt. Non tamen ultra, *quàm 5. pro cent.* etsi privilegium haberent in contrarium; de quo vide citata aliquot *præjudicia*, in den Franckfurter Actis von der Juden Stätigkeit / & recentiùs *in causa* Nacken *contra* Joseph Juden / *appellationis*, ubi sententia prior reformata, & non nisi 5. pro cento adjudicata sunt. *Anno* 1627. 27. *Junij*. (Imò in *causa* Isaac und Samuel Juden zur Glocken in Speyer *contra* Zanthen von Mörlin / item Aaron zu Eschnau *contra* Heylbronn / *citat.* per sententias respectivè 10. *Decembr.* & 5. *Septembris* 1662. latas, interesse tantùm à tempore moræ adjudicatum fuerat.

Notab. III. Judæis à quo die ex mutuo pensiones adjudicentur? A die obligationis. Interdum tempore moræ.

28. De

Præjudicia adjudicat. à tempore obligat.

28. De eo autem, qnòd à die obligationis interesse ipsis adjudicetur, elegans est *præjudicium in causa* Schwalbachischer Vormünder contra Creditores *Citationis ad liquidand. & alienand. bona pupillaria*, 5. *Julij Anno* 1621. verba sententiæ: Daß die gebettene alienation und Veräusserung ihrer Pfleg-Kinder Güter / zu Abtilgung derselben auff ungefährlich 4000. Gulden / weniger oder mehr / belauffender Schulden / vorzunehmen / und ins Werck zu richten / und mit den darauß gelösten Geldern den citirten / und erscheinenden Creditorn umb ihre liquidirte und gestandene Forderung / an außstehendem Haupt-Geld / wie auch auffgewachsenen *interesse à tempore moræ*, aber die Juden betreffend / von Zeit auffgerichteter Obligation anzurechnen / jedes Jahrs 5. von C. jedoch auff Abkürtzung dessen / so sie allbereits hiebevor wider die Reichs-Constitutionen zu viel empfangen / Bezahlung und Abstattung zu thun hiemit bewilligt und zugelassen. Item *in causa* Isaac und Samuel Juden *contra* Weingarten *citationis*, ist den Juden / wegen eines Capitals / die interesse vom jüngern Reichs-Schluß / von einem andern aber / à tempore litis contestatæ adjudicirt worden. Vide tamen Johann. Herm. Stamm *de servit. personali lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 3. *n.* 9. 10. *&* 11.

In decernendis processibus super instrumentis, quibus clausulæ jure prohibitæ insertæ, quid observetur.

29. Cæterùm quæstionis fuit, si supplicetur pro Mandatis sine clausula de solvendo, super obligationibus, vel obligationum instrumentis, quibus inter cætera puncta clausulæ quædam jure prohibitæ continentur, an, quemadmodum in aliis supplicationibus, (quibus plus petitur, quàm decerni queat) separatio & distinctio punctorum fieri, & aliquid saltem decerni debeat, quia & aliàs clausula salutaris in supplicationibus non multum operetur? Vid. *sup. tit.* 2. §. 83. An verò propter hanc clausulam supplendum (*utì in foro loquuntur*) & processus generaliter decernendi; an verò omninò denegandi, quia pacta illicita uno præsertim actu in contextu addita, (*putà usurarum*) totum contractum suspectum reddant, & quasi substantiam totius immutent, aut certè non parum iis detrahant, quapropter partes litigantes potiùs ad ordinariam juris viam, quâ omnia pleniùs hinc inde discutiuntur, remittendæ videantur, præsertim verò, cùm in his Mandatorum causis exceptiones valde stringantur? Sed *communior opinio est*, hoc casu, præcipuè verò, si quid usurarii intervenerit, separationem & distinctionem non ineptè in processibus fieri posse.

Comm. opinio, separationem punct. esse faciend.

Communis opinionis ratio 1.

30. I. Quia ipsæ Imperii Constitutiones distinctionem illam ob-

observent, ac statuant, ut si quid in ejusmodi contractibus usurarium, vel de *obstagio*, & similia reperiantur, Judex usque ad modum legitimum, & jure permissum, officium atque auxilium extendat atque impertiatur, & non ultrà. Etsi namque obstagii pactum (vigore cujus promittit debitor, se unà cum certis formulis, si solutioni non pareat, in certo loco convento sistere, ibique tàm diu sumptibus propriis permanere, donec solutio facta sit, vel liberatio à creditore obtenta) obligationum literis antiquitùs communiter inseri solitum; tamen ejusmodi pacta, tanquam exorbitantia, postmodum abrogata fuêre. Pactum obstagii quid.

31. II. Quia aliàs utile per inutile non vitietur. Ratio 2.

32. III. Quia ex salutari clausula supplicationum illud tantùm, quod petitum non est, neque ex narratis sive relatis percipi potest, ex mero officio non supplendum: ubi verò certa atque distincta in specie narratis inseruntur, & exprimuntur, aut narrata relativè, & petitiones ad Cameram diriguntur, eo casu id, quod in specie expressum positumque est, ab eo, quod ineptum illicitumque esse censetur, commodè separari possit ac debeat. Ratio 3.

33. Vide *Conclusum Cameræ dub.* 13. in quo *Ordines Imperij Deputati* opinionem Cameræ per majora & *stylum Cameræ* usitatum confirmârunt, statuentes, ut istis casibus separatio fiat. *Spiræ Anno* 1595. Add. *Recess. Deputat. Ann.* 1600. §. **In Fällen/da umb etc.** 33. & *Consultum Cameræ An.* 94. apud Denais. *executio Instrumentorum* §. 2. ob clausulas, *ait*, Instrumento insertas illicitas, non eò minùs ex reliquis ejusdem non prohibitis pactis Mandata sine clausula suis casibus decernenda.

34. Juxta *stylum tamen hodiernum*, si in obligatione pacta quædam usuraria, & clausulæ illicitæ reperiuntur, supplicans illis renunciabit, aliàs decernitur: **Wofern** Supplicant **den** pactis usurariis renunciiren **wird/ sol darauff ergehen/ was recht ist.** Ita decretum *in causa* **Dieten zum Fürst** / *contra* **Reusen von Pl.** & *Consortes* 25. *Februarij Anno* 1651. & factâ renunciatione Mandatum 27. ejusd. impetratum fuit, quæ hodiè quotidiana sunt. Supplicans pro processibus hodiè pactis usurariis & clausulis illicitis renunciare debet.

35. Observandum porrò, subditis contra Magistratus Mandata sine clausula non facilè, nec priùs esse decernenda, quàm informatio illorum audita fuerit, (adde supr. §. 15. h.) ne ad rebellandum illis fenestra, sive janua, eâ ratione aperiatur. *Recess. Imp. Ratisbon. Anno* 1594 §. **So sol auch zum fünfften etc.** 86. *Memor. Visit. Anno* 68. Denais. *Mandata sine clausula* §. 5. Gail. 1. *obs.* 13. *num.* 5. Quod confirmatum per *Recess.* Quo pacto subditis contra Magistratus Mandata S. C. decernenda?

Quando absque liter. informat. decernantur?

Imper. de Anno 1654. §. **Benebens etc.** 99. Nisi peteretur Mandatum ulterius aut arctius, vel esset periculum in mora, & concurrant tales circumstantiæ, ut Judex ad decernenda ejusmodi Mandata induci possit: Sic *in causa Subditorum in Comitatu* **Schönburg** *contra Dominum*, subditos captivantem, Mandatum ulterius inhibitorium, unà cum salvo conductu, absque ejusmodi literis informatoriis, decretum fuit.

Subditus, an censeatur quis ob bona in territ. alterius sita? Negatur quæstio.

36. Quia autem nemo verè & propriè subditus est ratione rei, quam fortè in territorio alterius possidet, sed propriè subditum domicilium constituit. Gail. 2. *obs.* 35. *num.* 2. Sic etiam, si fortè cum Domino territorii ratione rei sitæ lis incidat, literæ informatoriæ non habent locum contra forensem, etsi litigaret cum ipso territorii Domino, super rebus ibidem sitis. Sic in *causa* **Nagel** *contra* **Osnabr.** literæ informatoriæ, primâ vice decretæ, ad hæc narrata, *scilicet supplicantem non esse subditum Episcopi, etsi bona quædam in ejus territorio, ut propria, possideat*, omissæ, & 6. *Junij* 1659. Mandatum pœn. de servando Capitulat. è contra nihil innovando nec attent. sed restituendo, *cum clausula* decretum fuit; (Quod tamen præjudicium non quadrat ad doctrinam suprà §. 35. positam, scil. subditis contra Magistratum, sine præviis literis informatoriis, Mandata S. C. decernenda non esse: cùm in dicto casu Mandatum C. C. tantùm [ubi ejusmodi literæ non requiruntur] decretum fuerit.)

Vocatur in dubium.

37. Illa autem quæstio, *an, & quatenus quis, ratione bonorum in territorio alterius sitorum, pro subdito haberi possit?* altioris indaginis est, & à *Statibus* nondum decisa. Quin imò citatus *Gailius* in judicio revisorio, (quicquid anteà durante Assessoratu, hac de re senserit) contrarium defendit, *in causa* **Ortenburg** *contra* **Bayern**/ *Mandati super Constitution. pignor.* ubi in Camerali Judicio, non obstantibus Exceptionibus, sub- & obreptionis, quòd pignoratio non nisi in bonis in Bavaria sitis, facta, & pignoratus Comes eatenus pro subdito habendus sit, adeoque Constitutio pignoratitia, quæ ex utraque parte immedietatem requirit, locum habere non possit, dicto Duci Bavariæ paritio injuncta, in revisorio Judicio verò hoc reformatum, & Mandatum, ob rationes suprà adductas, cassatum fuit.

Præjudicium pro affirmativa ejusd. quæstionis.

Mandata de restit. aut relaxando aliquando C. aliquan-

38. Mandatô de restituendo, aut relaxando, cum clausula, & annexa citatione obtentô, super eodem facto (si res ferat) etiam sine clausula Mandatum impetrare licet. *Consult. Cam. Anno* 1583. Denais. *Mandata super pace publica* §. 4. Solent quidem Mandata de relaxando re-

regulariter S.C. decerni: si tamen res aliquo modo dubia sit, & *reus non gaudeat privilegio Austregarum*, possunt, pro qualitate circumstantiarum C. C. decerni; ita tamen, ut, re meliùs perspectâ, Mandatum alterius, siquidem primo non pareatur, etiam S. C. impetrari possit. do S. C. impetrantur.]

39. *Quæsitum est*: An non solùm in causis pignorationum, verùm etiam aliis Mandatorum causis, relaxatio vel paritio per Mandatum imposita, sine sumptu, ohne Entgelt / fieri debeat, ita ut etiam illud, quod ratione ipsius juris principalis, putà collectæ, mulctæ, debiti nomine &c. extortum est, restituendum sit. *Negativa* his rationibus asseri posse videbatur: I. Quia hæc verba, ohne Entgelt / sine sumptu *tit.23. Ordin. part.2.* omissa, & propterea etiam non sine causa Mandatis sine clausula in quatuor illis casibus hæc clausula, ohne Entgelt/ non inseratur. II. Quia ejusmodi Mandata (quæ aliàs stricti juris essent) non extendenda, sed sufficeret, quòd relaxatio per Mandatum imposita, sequuta & præstita fuerit. III. Quia Magistratus aliâ ratione adversus refractarios se tueri, atque jus suum exercere, & conservare nequeat. IV. Quia sæpiùs delinquentibus propter delictum tam carceris pœna, quàm mulcta infligatur, & ita carcer non ad gravamen, quasi insontis tendat, neque in eum finem adhibeatur, ut per illum captivo mulcta vel aliud quippiam sic extorqueatur. Quæstio, de restitutione, sine sumtu, ohne Entgelt/ facienda. Sententia negativa.

40. Sed communibus votis pro *affirmativa* concluſum fuit. I. Quia ejusmodi verba, ohne Entgelt / in *ordinatione* satis expressa sunt, reo ipso, quòd illa imperet, ut ejusmodi Mandatis sine omni Exceptione pareatur, quæ verba, tanquam magis universalia, quàm illa, *sine sumptu, aut dispendio*, ohne Entgelt / non solùm de captivis, sed de omnibus restitutionibus, de quibus omnibus *ordinatio* ibidem agit, intelligenda sint; quamobrem etiam *Ordines Imperij* his verbis generalioribus uti voluerint. II. Quia relaxatio plenariè intelligenda sit, ita, ut captivus in pristinam libertatem & statum, in quo ante capturam fuisset, restitueretur; quod dici vel esse non possit, quamdiu carceris nomine illi aliquid absit, pecuniæve aliquid ab eo expositum sit pro cibariis, vel pro mercede ostiario carceris, aut pro mulcta impensum. IV. Quia capientis odium & captivi favor principaliter attendatur, & ideo restitutio, *cum omni causa* facienda sit. V. Quia aliàs facilè aliquid in fraudem fieret, & innocentes forsan personæ, ob controversiam inter alios exortam, onerarentur, aut nimis affligerentur. VI. Quia carcer semper pro pœna cumulativa allegari posset, & ita semper dupli ci Affirmativa communior.

pœnâ, non tantùm ab utroque litigante de jure aliquo, sed etiam ab uno eodemque gravaretur.

41. Vid. *Conclus. Cam. dub.* 40. & *Recess. Imp. Anno* 1600. §. Auch ist Zweiffel vorgefallen etc. 59. ubi pragmatica Imperii sanctio est, quòd hujus generis Mandatis clausula, ohne Entgelt / perinde, ut in pignorationum causis inesse intelligenda atque censenda sit, ejusque vi extorta, quovis modo (prævià tamen, & priùs præstità cautione, de restituendo ablatâ, in casum succumbentiæ) restituenda sint. Vid. Gail. *de pign. obs.* 16.

TIT. VII.

De Monitoriis.

§. 1.

Monitoria quid sint. Differentia inter monitoria & Mandata C. C.

MOnitoria sive monitorialia sunt, quibus Judex non tàm mandat sive imperat, quàm monet, ut reus, quod debet, solvat, aut præstet: quanquam *Monitoriorum* nomine etiam *Mandata cum clausula* quidem intelligi velint, attamen ita differre, dicant, ut Mandata cum clausula cum aliqua cognitione causæ, monitoria verò ex abrupto, sine ulla cognitione, non secùs atque citationes decerni putent. Confer. Frid. Mindan. *lib.* 2. *de proces. c.* 7. *n.* 1.

Monitoria quando decernantur.

2. Hujusmodi processus Camera decernit I. contra Status Imperii, qui in præstandis collectis sive contributionibus, conservandæ Cameræ Imperiali destinatis, aliisve moram nectunt. *Ordin. part.* 1. *tit.* 17. §. Und nachdem ꝛc. Adde *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Wegen des modi exequendi &c. 10.

3. II. Pro exigendis debitis Cancellariæ. *Recess. Ord. Deput. Imper. An.* 1557. §. Im fall aber etc. 42. *& seqq.* Denais. *Cancellariæ debita.* §. 5.

4. III. Advocatis & Procuratoribus, contra litigatores principales, salarium debitum ipsis non solventes. *Dict. Recess. Dep. Imp. Ann.* 1557. §. Im fall aber etc. 42. Gail. *lib.* 1 *obser.* 1. *num.* 3. Denais. *Monitoria* § *unic.* Nec exceptio, *diu non præstiti patrocinij, laboris exigui,* & quæ sunt similes, in Bestallungen / so unauffgekündiget seynd stehen geblieben / attenduntur in Camera: sibi enim imputet pars, quòd Procuratore forsan negligente, vel gravitate negotii hoc non exigente, salario non renunciaverit. Ita judicatum *in causa* Christoph H. *contra Ladislaum Comitem* zu H. apud Gylm. *tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 12. *vot.* 1. *folio* (*mihi*) 271. & adhuc nuper *in causa G. contra L. Anno* 1659. 7. *Julij.*

Advoc. & Procurat. salarium exigentib. quæ except. non obsint?

5. Nota

5. Nota quoque: In condemnatione solutionis annui salarii, etiam interesse à die moræ venire. Ita judicatum *in causa Doctoris* Meyers *Advocati Cameræ, contra* Kempten/ 16. *Octobris* 1644. & causis quàm plurimis aliis. Interesse salarii non soluti ratio habetur.

6. De taxatis quidem laboribus Advocatorum & Procuratorum non est dubium, quòd executoriales aut monitoria à Camera Imperiali decernantur. *Vid. Ord. part.* 1. *tit.* 46. Gail. 1. *obs.* 44. *n.* 6. *& seqq.* Ad pacta autem salaria, auff Bestallungen/ conceduntur tantùm citationes, ad videndum exigi salarium ex *Mem. de Anno* 1559. §. Den Procuratorn etc. 12. Cùm enim multæ Exceptiones contra ejusmodi pacta salaria opponi queant, durum foret, si Judex, *Mandando S. C.* statim ab executione inciperet. Quid verò, si certum salarium non fuerit constitutum: quomodo tunc procedendum? Sanè cum Gylmanno *tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 12. *n.* 6. pro fori consuetudine labores taxandos esse, credere licet; quæ olim ita observabatur: Wo keine Bestallung/ da pflegt man von einer jeden Sachen des Jahrs 2. Gulden Wart-Geld/ darneben von einem jeden Blat aller Producten abzuschreiben 4. Kr. für den ersten Recess ein halber Gulden/ für den Gewalt ein halber Gulden/ für einen paritori-Bescheid und libells-production ein halber Gulden/ über das für einen jeden gemeinen Bescheid/ und gemeinen Recess, auch für eine jede Missif ein Ortsgulden. Noch ferner für eine jede Definitif 1. Gulden/ dann für einen jeden Recess und Missif zu extrahiren 3. Kr. zu rechnen; sonsten aber lässet man es/ ausserhalb den Vorlagen und Copeyen-Gelder/ bey denen Bestallungen bewenden. Und solches alles verstehet sich von Cammerwährung/ den Reichsthaler zu 1. Gulden 9. kr. angeschlagen. Dieweil jedoch solches bey den Partheyen allerhand ungleiche Gedancken erwecket/ so ist/ zu deren Verhütung/ rathsamer/ daß alles auff gemeine Landswährung gesetzet werde. Damit aber dieses Orts keinem Unrecht geschehe/ so kan man die Cammerwährung mit der Landswährung dergestalt vergleichen/ daß für den ersten Recess 1. Gulden/ für ein End-Urtheil 1. Gulden/ für einen gemeinen Recess und gemeinen Bescheid ein halber Gulden/ für den Gewalt 1. Gulden/ für eine jede Missif ein Ortsgulden/ neben den 3. Kr. extrahir und Copey-Geld/ und für einen jeden Ruff Gulden 1. Reichsthaler in specie gesetzet und verrechnet wird. Quamvis autem Gylman. *cit. loc. circ. fin. n.* 6. *Speculatorem secutus*, hoc saltem ad Advocatos restringat; ex rationibus tamen, quas habet Gail. 1. Procuratorum labores quomodo taxari soleant?

obs. 43. *n.* 6. 7. 8. etiam ad Procuratores Cameræ pertinere, ambigendum non est.

7. IV. Monitoria Camera decernit, contra Judices inferiores, à quibus ad Cameram provocantes, immoderatâ taxâ gravantur, quibus ejus, quod ultra modum acceptum est, restitutio ab illis exigitur, *Resolut. dub. Anno* 63. *Visit. Cam.* Denais. *Actorum æstimatio* §. 4. & forsan aliis casibus. Camera enim eo casu, quo Acta immodicè taxata sunt, moderationem penes se habet, etsi Judex à quo judicialiter contradicat. *Ita in resolut. ampliss. Collegij.* Gylman. *Symph. tom.* 1. *p.* 3. *post vot.* 3. *n.* 1. *& seqq.* præjudic. *in causa* Vogt *contra* Ratgens Erben von Lübeck. Vide *Lib.* 1. *tit.* 25. §. 51.

Hactenus de processibus, qui multis causis communes sunt, sequuntur proprij.

TIT. VIII.

De Mandatis de non offendendo, Avocatoriis & auxiliatoriis.

§. 1.

PRocessus unius causæ proprii, sunt vel criminales, vel civiles.

2. Criminales sunt, qui in causa criminali, *fractæ scilicet pacis publicæ*, decernuntur, quales sunt, 1. *Mandata de non offend.* 2. *Mandata avocatoria.* 3. *Mandata auxiliatoria.*

Mandata de non offendendo, quid sint.

3. I. Mandata de non offendendo sunt, quibus Camera Imperialis Reo, qui vim alteri publicam minatur, & inferre in animo habet, sub pœna banni vel privationis, sine clausula mandat, ut à proposito violento desistat, & jure atque judicio potiùs, quàm violentiâ & de facto jus suum persequatur. *Ord. part.* 2. *tit.* 9. §. Und ob sichs zutrüge. 2. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. num.* 3. *cap.* 3.

4. Mandata de non offendendo in causis L. diffamari, plerumque unà cum citatione decernuntur; Siquidem petantur, & causa ad hoc qualificata sit. Gail. 1. *obs.* 10. *num.* 8.

Effectus illorum mandator.

5. Hæc nihil præjudicii adferunt Reo, contra quem decernuntur. Quamvis enim sub pœna banni aut privationis decernantur, attamen, si contra Mandatum violentia, & vis publica nihilominus illata fuerit, ad pœnam banni vel privationis agi non potest, sed contra Mandatum violatus, si vim illatam jure atque judicio persequi velit, denuò Cameræ supplicare, & de vi contra Mandatum sibi illata conqueri, necesse habet. Et vis illata, si armata, atque publica, & ex dolo proposito-

sitoque profecta fuerit, citatio contra offendentem decernitur, *ad videndum audiendumque*, se incidisse, & declarari in pœnam Mandati, *banni* scilicet vel *privationis*. Sed si vis illata publica non fuerit, neque armata, neque ex dolo illata, processus negantur, & supplicans ad ordinarium Judicem remittitur. Quia illis fractæ pacis publicæ requisitis deficientibus, deficit Jurisdictio. Gail. *lib. 1. de pace publica c. 2. n. 17. & c. 3.*

6. Potest tamen etiam Mandatum de non offendendo, sub pœna pecuniaria, impetrari, quo facto, si Mandato paritum non sit, sed nihilominus alteri vis publica inferatur, tunc citatio ad vidend. se declarari in pœnam Mandato insertam, impetrabitur, *quod hodiè, ob gravitatem pœnæ banni, consultius est.*

Quando subditis contra Magistratus decernantur mand. de non offend.

7. Ut hæc Mandatorum de non offendendo materia *juris Cameralis studiosis* pleniùs pateat, supplicare pro hoc Mandato possunt omnes, sive mediati sive immediati, qui vim publicam jure metuunt: subditis tamen contra Magistratus suos talia Mandata de non offendendo, nisi gravissima subfuerit sævitia, quæ nulla probabili causa excusari possit, aut minæ atrocissimæ, quæ transgressionem pacis publicæ adæquarent, non facilè decernuntur: uti in hoc *augustissimo Collegio* observatum semper esse, tradit referens *in causa* Johann Löbler *contra* Ihr. Churfürstl. Gn. zu Trier etc. apud Gylm. *tom. 2. p. 1. Symphor. vot. 10. num. 14. & c.*

Rogantur & conceduntur, vel per se solùm, vel cum aliis processibus.

8. Rogantur & conceduntur, vel per se solùm, & principaliter, vel per consequentiam, cum aliis processibus, *etiam cum citatione super fracta pace*, vid. infr. tit. 20. §. 37. ad hoc, ut supplicans in futurum securus sit. Et quidem contra omnes indistinctè: non enim horum pœna pecuniaria est, sed fractæ pacis & banni, quæ per se fundat Cameræ jurisdictionem. Dantur tamen faciliùs contra Status Imperii potentiores, & maximè contra tales, qui ad excitandum tumultum sunt proclives. Privatos enim in hanc insolentiam irrupturos, & minas executuros esse, nulla facilè urgens præsumptio est. Vid. *Lib. 1. tit. 7. §. 86.*

Narrata minarum quomodo qualificanda.

9. Narrata minarum debent esse qualificata, auff den Land Frieden: omnia tamen fractæ pacis requisita, tam scrupulosè exigere Domini Camerales noluerunt *in resolut. dubiorum*, quæ exstant apud Gylm. *Symphor. tom. 2. p. 3. tit. 2. folio* (*mihi*) 30. sed sufficit, si per indicia, conjecturas & præsumptiones, de futuro periculo aut scandalo, offendi metuentis, taliter qualiter doceatur. Vid. *de resol.* & literas

ad

ad *Elect. Mog.* desuper à Camera expeditas, *apud eundem citato loco*, cum quibus convenit *Recess. Imp. de An.* 1594. §. Wañ sich auch etc. 83.

Minæ privatæ non attenduntur.

10. Minæ privatæ, quæ consistunt in verbis, nec quicquam seditiosi important, non attenduntur. Sic *in causa* Hildesheim *contra* Hildesheim / contra concionatores, qui verbales injurias in concionibus effuderunt, Mandatum denegatum apud Gylman. *Symphor. tom. 2. p. 1. vot. 11. per totum.*

Ad obtinend. mandat. de non offend. narrata aliqualit. probanda.

11. Propter gravitatem pœnæ & notam, quæ illis, contra quos talia Mandata emanant, quodammodo inuritur, ne etiam ob nimiam frequentiam fortè vilescant, narrata taliter qualiter ab initio verificanda sunt, idque non tantùm *de novo*, sed etiam *veteri stylo*. Sic in pleno Senatu, *Anno* 1576. concluſum esse testatur correferens apud Gylman. *in causa* Worms *contra* Johann Casimir / der Chur-Pfaltz *Administratorem*, *tom. 1. tit. 4. in vot. ad supplicat. 9. num. 6.* & Ruland. *de Comm. & Commiss. lib. 3. n. 1. c. 17. n. 7.* inquit, Mandata de non offendendo sine documento minas continente, non facilè decerni. Vid. Gail. 1. *obs. 4. num. 1.*

Mandata de non offendendo sunt favorabilia & odiosa.

12. Hæc Mandata ab initio, & in decernendo, sunt favorabilia; quia nihil, nisi quod de jure per se prohibitum, prohibent. Propter pœnam tamen, postmodum odiosa redduntur; ex quo fluit, quòd nemo in pœnam hujus Mandati declaratur, nisi rursum citatio, *ad videndum se incidisse & declarari*, præcesserit. Vid. Gail. 1. *obs. 4. & resol. dub.* apud Gylman. *tom. 2. p. 2. tit. 2. num. 11.*

Quæ pœna loco banni pœnæ substitui soleat?

13. Loco pœnæ banni, pro supplicantis arbitrio, substituitur sæpè certa pœna pecuniaria, 50. 100. und mehr Marck Löthiges Golds: Sic *Fiscali &* Rabenhaupt *contra* H. Darmstadt *& Consortes*, 10. *Decemb. An.* 1653. *Mandatum pœnale*, de abducendo milite, & non ampliùs offendendo contra pacem publicam, & ejusdem Instrumentum in diæta Monasterienſi & Osnabrugensi erectum, sub pœnâ 100. Marcar. auri puri, fuit decretum.

An propter terrorem armorum habeant locum?

14. Sed, anne etiam propter solum terrorem armorum, etsi effectu ipso nemo læsus sit, directè citatio super fracta pace, juncto Mandato de non ulterius offendendo, impetrabitur? Ita sanè; pax publica enim æquè per solum terrorem armorum frangitur, ac per effectivam & realem læsionem, *l. 3. §. 4. & 5. ff. de vi & vi armata.* Vide præjudicia à Schwanemanno *in observ. Cam. obs. 42. & seqq.* hanc in rem citata. Debet tamen justus adesse terror, & præconcepta læsio ad ultimum

quaſi

quasi actum processisse. *Cæterùm* mandato de non offendendo videtur affine aliquatenus esse, mandat. *de non tumultuando*, cujusmodi nonnunquam Magistratui decernitur, prout ex notabili sententia apparet: In Sachen Bürgermeister und Rath der Stadt W. am Rhein / Klägern / wider S. H. und Conf. Beklagte / Mandati simplicis pœnalis de relaxando captivo & non ampliùs tumultuando contra Magistrat. sine clausula: Seynd die von Dr. D. am 11. Maji nächsthin eingebrachte exceptiones sub- & obreptionis, als anzüglich und taxativ mit vorbehaltener Straff nach Ermässigung hiemit verworffen / darauff Dr. P. sein der Bestraffung halber gethanes Begehren noch zur Zeit abgeschlagen / sondern ihme Dr. D. glaubliche Anzeig zu thun / daß dem außgangen / verkündt- und reproducirten Käyserl. Mandat gehorsamlich gelebt seye / Zeit ad primam post ferias Pentecostes von Ampts-wegen hiemit angesetzet / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß gedachte Beklagte jetzt als dann / und dann als jetzt in die Poen berührtem Mandato einverleibet / hiemit erklärt / fernere Proceß auch erkennt / daß sie ihrem Gegentheil die Gerichts-Kosten an diesem Käyserl. Cam̃er-Gericht auffgeloffen / nach Rechtlicher Ermässigung zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn sollen; jedoch daß / wofern beklagte Bürgerschafft dem inhafftirten Spruch und Forderung zu erlassen nicht gemeynet / auff ihr Begehren und Præstirung dessen / so in den Reichs-Satzungen deßwegen versehen ist / klagende Bürgermeister und Rath / ihne Stadt-Schreibern in einer solchen engen custodi bewahren sollen / daß man sich seines Entkommens nicht zu befahren habe / mit dem Anhang / wo hierinn etwas versehen werden solte / sie Klägere darumb angesehen werden / und solches bey dero Röm. Käys. Majest. zu verantworten haben sollen. Publ. 25. Maji 1677. Sic etiam 13. *Aprilis* 1687. nomine Herren Bürgermeistere und Rath der Stadt Wetzlar *contra* die Metzger-Zunfft daselbsten / Mandatum pœnale cassatorium & inhibitorium, S. C. annexâ citatione ad vidend. se incidisse in pœnam violatæ jurisdictionis Imperii, reproductum fuit.

15. II. *Mandata avocatoria sunt*, vid. sup. §. 3. quibus Camera sine clausula, sub pœna banni, & amissionis omnium privilegiorum, mandat arma & seditionem in Imperio moventibus, ut militem collectum dimittant, & militibus isto modo stipendia merere sub pœna banni vetat, & ab armis avocat. Suntque vel *generalia* vel *specialia*; Specialia contra certos diriguntur, & ut plurimum contra illos, qui militem

Mandata avocatoria ad quid decernantur?

Quæ specialia?

Quæ generalia.

colligunt. Generalia sunt, per quæ omnes militantes, & auxilium ferentes, sub pœna banni seu proscriptionis, avocantur. Unde Mandata avocatoria sive de militia avocanda appellantur, gemeine Abforderungen.

16. De hujusmodi Mandatis est in *Ordin. part.* 2. *d. T.* 9. §. Wo aber der oder die ꝛc. & *in Recess. Imp. Aug. An.* 1548. Vid. Gail. *lib.* 1. *de pace publica cap.* 4. *num.* 1. *&* 5.

Pœna Mandatis avocatoriis non parentium.

17. Mandatis avocatoriis si non obtemperetur, ad pœnam banni, aliasque juris communis pœnas, tàm contra Duces belli, quàm milites agitur atque proceditur. Gail. *ibid.*

Mandata auxiliatoria quid?

18. III. Mandata auxiliatoria, quibus Camera Imperii *Statui* imperat, ut alteri *Statui* vicino, vim publicam metuenti, vel sustinenti, auxilium ferat: de quibus *Ord. part.* 2. *d. T.* 9. *d.* §. Wo aber etc. *vers.* Dergleichen ꝛc.

19. Huc pertinet notabilis sententia, quæ sequitur: In Sachen Ferdinandi von Degenfeld / Klägern / wider Hannibal von Degenfeld und Conf. Beklagte / Mandati de resistendo ab omnibus violentiis facti, legitimè procedendo, non offendendo Ministros & subditos simultaneos sine, de cassando verò C. C. ut & Mandati ulterioris & respectivè simplicis de lite pendente non innovando, so dann Mandati auxiliatorii S. de resarciendo verò cum C. Item Mandati de exequ. ejusdemque extensionis & commissionis; Ist Lic. Albrechten sein der publication und communication halber beschehenes Begehren / als ohnnöthig / abgeschlagen / sondern die von wegen der HH. außschreibenden Fürsten des Schwäbischen Cräyses / als Executorn und verordneter Commissarien am 26. Jan. 1683. und 6. Junii jüngst eingekommene paritions-Anzeig in so weit hiemit angenommen / daß sie ihrem darbey gethanem Erbieten würcklich nachkommen / und denen ergangenen Urtheln / Käyserl. Mandato de exequ. und desselben extension gemäß / zuforderst den Kläger in die ihme eigenthätig entzogene possession vel quasi seines halben Guts Tiernaw / und aller dessen pertinentien / der von dem Beklagten / pendente lite & demandatâ jam executione denen Reichs-Satzungen zugegen fürgenommener Veräusser- und anderer Neuerungen ungehindert / wieder einsetzen und darbey manuteniren und handhaben / so dann den Beklagten zu allem deme / was ratione plenariæ redintegrationis in pristinum statum cum omni causa so wohlen in Ecclesiasticis als Politicis, und sonsten dißfalls in obgedachten Ur-

Urthelen / Mandati de exequ. & ejus extensione ihme ferners anbefohlen und aufferlegt / nachdrücklich anhalte; deme vorgangen / ferners mit Bezahlung und Annehmung des Kauffgelds / sambt gebührenden Zinsen / fünff von hundert (jedoch / daß hiervon zwey von gedachtem 100. biß zu Außtrag der Sachen depositum werden) sambt in continenti liquidirenden interesse, Kosten und Schaden / retradirung vorermeldten possession vel quasi und übrigen Puncten / so wol die Herrschafft / als Unterthanen / Pfarherren und Bediente betreffend / mehrbesagter am 7. Julii 1682. ergangener Urthel / darauff gefolgten Mandato de exequ. und dessen extension allerdings gemäß / weiters fordersambst verfahren solle: Jedoch Hn. Maximilian Emmanuel / Churfürsten in Bäyern / wie auch der Freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben Orts Kocher / und den übrigen Gebrüdern von Degenfeld ihren habenden Spruch und Forderungen / als viel dieselbige im Rechten gegründet / hierdurch unbenommen / sondern nach vollendter dieser execution Rechtlich außzuführen vorbehalten; Endlich solle D. Zeller wegen Hn. Friederich Carlen / Hertzogen zu Würtenberg / als mit-außschreibenden Fürsten / seinen gemeinhabenden Gewalt / in heutiger oder nächstkünfftiger Audienz zu dieser Sachen auch legen. Public. 7. Julii 1684.

Hactenus de processibus unius causæ criminalibus.

TIT. IX.

De inhibitione litigiosæ possessionis.

§. 1.

PRocessus *civiles sunt*, *vid.* §. 1. *tit. præced.* qui in causis civilibus decernuntur, videlicet in causis *litigiosæ possessionis* & *operis novi nunciationis*.

2. Processus, qui in causa litigiosæ possessionis, partibus ad partes, sive inter partes decernuntur, *inhibitionis* nomine appellatur.

3. *Litigiosæ possessionis inhibitio* est, quâ Camera Imperialis alterutri, vel utrivis parti, immediatè Imperio subjectæ, imperat, ut à possessione abstineant tantisper, donec Judex de possessionis controversia & jure cognoscat. *Ord. part. 2. t. 21. in princ.* Litigiosæ possessionis inhibitio quid sit?

4. Contra alterutram partem Judex inhibitionem decernit & emittit, quando alterutra ex Imperii Constitutione de litigiosa possessione, *primo vel secundo capite*, citationem impetravit, quemadmodum Contra quem decernatur.

sæpiùs impetratur, & contra illam partem inhibitio decernitur, quæ in deductione atque probatione possessionis succubuit, vid. *Ord. ibid.*

Constitutionis super litigiosa possessione tria sunt capita.

5. Hoc loco benè *notandum*, Constitutionis hujus tria capita, longè inter se distincta esse; In *primo* enim & *secundo* agitur in *possessorio ordinario*, & non nisi in tertio, in *summarijssimo*.

Caput 1.

6. Est autem *primum caput* litigiosæ possessionis, si duo Status super controversa possessione litigarent, ab uno tamen vel altero meliores probationes adductæ fuissent, intellige, in *possessorio ordinario*, quo casu, qui minus probavit, meritò inhibetur.

Caput 2.

7. Ratione *secundi* capitis fundatur Jurisdictio Cameræ, si subditi sub diversis Dominis siti, inter se de possessione litigarent, & quilibet Dominorum suis subditis vi armatâ assistere vellet.

Caput 3. quod propriè huc spectat.

8. *Tertium*, sive ultimum caput, quod propriè ad hanc Constitutionem, super litigiosa possessione, spectat, tunc locum habet, si utrinque possessio summoperè dubia sit, ac proinde, ad præcavendum majus malum, sequestratio possessionis necessaria est; Sic *in causa B.D. contra W.* wegen Auffnahm eines Evangelischen Pfarrherrn / *Mand. cassat. & inhibit. &c.* Licèt W. non minùs atque Marchio Durlacensis, in Camera supplicaverit, & donec causa finiatur, sequestrationem possessionis petierit: quia tamen D. ratione controversi juris installandi & examinandi Parochum, pro fundamento possessionis suæ, meliores probationes adduxerat, petitum ab illo Mandatum *inhibitor. fine: cassator. verò C. Clausula* decretum, & postmodum tota causa per elegantem sententiam, in ejusmodi casu *patronatus ac juris Episcopalis*, decisa fuit.

Quando ex cap. ult. utrique parti inhibeatur?

9. Sed contra utramque partem inhibitio decernitur ex Constitutionis *capite ultimo*, si videlicet inter partes immediatè Imperio subjectas, possessio vel quasi ex justis causis dubia sit, & armorum periculum immineat, seditioque in Imperio metuatur: quo casu Camera, alterutra parte postulante, vel ex officio, contra utramque partem inhibitionem vel sequestrationem decernit. *Ordin. d. T. 21. §. ult.* Gail. *lib. 1. obs. 5. n. 2.*

10. Observandum autem, si constet, alteram partem possidere, & possidentem ab altera turbari, inhibitionem non decerni, etiamsi armorum periculum subsit, quia eâ ratione possidenti injuria fieret. Gail. *d. obs. 5. num. 5. & 6. Lib. 1.* intellige, ex *cap. ult. Constitutionis*, de qua Gail. *in illa observat.* agit, ut *ex princ.* apparet.

11. Quo-

11. Quomodo hæc Constitutio à turbata possessione, quæ ad ordinarium, vel Judices ordinationis pertinet, distinguatur? vide Schvvaneman. *obs. Cam.* 56.

TIT. X.

De Mandatis prohibitoriis, & demolitoriis, in causa novi operis nunciationis.

§. 1.

PRocessus, quos Camera decernit ex Edicto, *de novi operis nunciatione*, In Sachen / die Verkündigung eines neuen Baues betreffend ꝛc. sunt mandata vel *prohibitoria* vel *demolitoria*.

Mandata, ex Edict. novi operis nunciat. sunt duplicia.

2. Prohibitoria, sive inhibitoria, ut appellant, decernuntur contra vel *Ædificatorem* vel *Nunciatorem*. Illa dicuntur prohibitoria operis, hæc inhibitoria turbationis.

Prohibitoria.

3. Prohibitoria *contra ædificatorem* sunt, quibus in ædificatione novi operis cœpti, sed nondum perfecti, pergere ædificans prohibetur. Gail. 1. *obs.* 16. *num.* 1.

4. Isthæc decernuntur, si ædificator, cui novum opus nunciatum est, post denunciationem, legitimo modo, vel *verbis*, vel per *prætorem*, vel per *jactum lapilli* factam, contra nunciationem, nullâ ejus *remissione impetratâ*, ædificare obstinatè perrexerit. Gail. 1. *obs.* 16. *n.* 1. Edictum namque novi operis nunciationis adversus futura opera constitutum est, non adversus præterita: *hoc est*, adversus ea, quæ nondum facta sunt, ne fiant; nam, si quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, cessat edictum novi operis, & interdictum, quod vi aut clam locum habet. *Ulpian. in l.* 1. §. 1. *ff. de nov. operis nunc.* Gail. *d. obs.* 16. *n.* 11.

Prohibitoria contra Ædificatorem, quando decern.

5. Remissio autem nunciationis triplex est. I. Quæ ipso jure fit, *putà*, si notoriè injusta sit nunciatio. II. Quæ fit, causâ cognitâ, per Judicis sententiam. III. Quæ fit per satisdationem extrajudicialem, vel per pignora, vel per fidejussores, *l.* 5. §. 19. *ff. de nov. oper. nunciat.* Gail. *d. obs.* 16. *circa finem.*

Remissio nunciationis quotuplex?

6. Mandata super nunciatione novi operis, à Prætore implorato, tantisper, dum reus præstationem legitimæ cautionis de demoliendo offerat, decernuntor. *Mem. Visit. Anno* 1579. §. Ferners ist bey. 7. Cisner. *fol.* 341.

Mandata prohibit. cautione legitimâ solvuntur.

7. Prohibitoria *contra Nunciatorem* sunt, quibus ædificantem in novi operis ædificatione impedire, nunciator prohibetur.

Quid prohibitoria contra Nunciatorem?

Quando decernantur.

8. Decernuntur hæc, si nunciator intra constitutum tempus de suo jure non docuerit, & oblatam cautionem idoneam, *de opere demoliendo*, accipere recuset. De jure communi, tempus hoc constitutum, est trium mensium spacium: sed hoc in *Camera* non ita præcisè observatur.

9. Quemadmodum igitur superiora novum opus inhibent: ita hæc novi operis impedimentum & turbationem prohibent, & ædificationem permittunt, unde etiam *permissoria* appellantur.

Demolitoria seu restitutoria quid?

10. Mandata *demolitoria* sunt, quibus novi operis absque remissione nunciationis ædificati demolitio imperatur. Gail. *d. obs.* 16. *num.* 13. quæ etiam vulgò *restitutoria* appellantur.

11. Hæc cum prohibitorio prioris generis (de quo in §. 3.) simul & conjunctim postulata, ut interdum postulantur, simul & conjunctim decernuntur.

12. Triplex hoc Mandatorum genus in causis, ex edicto novi operis nunciationis, Camera Imperialis sine clausula decernere consuevit. Gail. *d. observ.* 16. *num.* 11. *&* 13. Vid. *supra tit.* 5. §. 12. *h. lib.* 3.

Requisita Mandat. inhibit. contr. ædificant.

13. Et ut paucis requisita utriusque generis Mandatorum complectar: in decernendo Mandato demolitorio, inhibitorio & restitutorio 1. reus sit immediatus. 2. Denunciatio sit verbis vel facto, per jactum lapilli, legitima facta. 3. Documentum factæ denunciationis sit exhibitum. 4. Opus tempore nunciationis sit inceptum, non absolutum. 5. Narretur, reum spretâ nunciatione in perficiendo opere perrexisse. Et 6. quantum opus post factam nunciationem sit extructum, documento doceatur.

Requisita Mand. contra denunciator.

14. In decernendo Mandato de non impediendo ædificari &c. 1. Supplicans sit in possessione, vel quasi, juris ædificandi. 2. Ædificet in solo & fundo suo, non ad tertii æmulationem aut injuriam. [Vel etiam contra permissionem in una vel altera civitate factam: plerumque enim in urbibus grandioribus, præsertim Civitatibus Imperialibus, certa altitudo & modus ædificandi haberi solet, quo non observato, & peritis in arte hoc attestantibus, debet ædificans opus suum, nisi vicini sui consentiant, iterum demoliri.] 3. Cautio de demoliendo, & se juri sistendo, sit parti adversæ oblata & insinuata. 4. Instrumentum factæ oblationis adjungatur, & 5. nuncians sit immediatè sub Camera.

15. De hac materia, vide famosam *causam* Cölln *contra* Gülich/

Man-

Mandati inhibitorij, den Bau zu Mülheim betreffend / apud Klock. *relat.* 40. *per tot.*

Enumeratis processibus, qui inter partes, sive parti contra partem decernuntur, audiamus nunc de illis, qui parti ad 3. decernuntur.

TIT. XI.

Processus ad tertium quinam sint, & de inhibitionalibus.

§. 1.

PRocessus *ad tertium* sunt, qui partibus decernuntur ad tertium, sive eum, qui cum processus impetranti nihil litis est, nisi forsan tertius ille, judicis officio fungens, malè judicando, litem suam fecerit, aut processibus emanantibus non paruerit: *quâ ratione fit*, ut tertius partem litigantem quodammodo se constituat, & contra illum, tanquam partem, ad instantiam partis, processus citationum & Mandatorum sine clausula (pro qualitate, scil. circumstantiarum, & si *Syndicatus* vel delictum à judice in malè judicando commissum, ita grave ac enorme esset, ut etiam, tanquam factum, omni jure prohibitum, per Mandatum S. C. Auff die vier Fälle / vindicari possit) decernuntur. Processus ad tertium quid sint?

2. Processus ad tertium Judicii cursum vel *inhibent* vel *promovent*. Judicii cursum inhibentes, *inhibitionales* sive inhibitiones appellantur. Quotuplices?

3. Inhibitiones sunt, quibus Judex superior, inferiorem inhibet, ne in lite disceptanda ulteriùs procedat. Vel: *Inhibitio est Mandatum pœnale sine clausula*, per quod Judici & parti, sub certa pœna, præcipitur, ne quid in causæ, per appellationem in Cameræ adsumptæ, præjudicium, lite pendente attentet: quæ descriptio *stylo Cameræ* magis conformis est. Solet autem pars appellans, si attentet, pœnam desertionis, *uti suprà dictum*, uti & pars appellata, quatenus vel simpliciter appellavit, vel appellationi alterius inhæsit, incurrere. Inhibitiones quid sint.

4. Inhibitionem esse *Mandatum sine clausula*, dictum: Quia in Camera talis inhibitio sine clausula justificatoria decerni solet. Gailius 1. *obs.* 154. *num.* 7. Schvvanem. *de proceff. Cam. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Porrò dictum: esse *mandatum pœnale*; quia nec inhibitio, nec cætera Mandata emanare solent, absque annexa pœna certarum marcarum auri puri; quarum una valet 72. Goldgulden / & *juxta observantiam*, solvitur Imperialibus 96. aureo pro duobus currentibus computato. Descriptio inhibitionis explicatur. Valor marcæ auri hodiernus.

5. Hoc verò an Edicto monetali conveniat? aliis dijudicandum re- Qui edicto monetali

conveniens non est.

relinquo. Est enim in illo Edicto, **oder in der Müntz-Ordnung** / *de An.* 1559. §. **Hierauff ordnen und setzen wir.** 66. expressè provisum, ut florenus in auro **ein Goldgulden** / non majori vel minori pretio, quàm 75. **Kreutzer** / adeoque floreno & 15. **Kreutzer** accipiatur: licèt passim in Imperio contrarium practicetur, ita ut quibusdam in locis florenus in auro non tantùm summam habeat, sed etiam, ubi privilegium & solennia, (*prout in Civitate Hamburgensi, Francofurti*) inter alia depositionem floreni in auro exigunt, Ducatus pro eo dari debeat.

Cancellariæ arbitrium rat. pœn. mand. inser.

6. Cæterum hoc loco recapitulari potest, quod jam dictum *l.* 1. *tit.* 7. §. 106. in arbitrio Cancellariæ esse, an Mandatis pœnalibus summam 8. vel 10. Marcarum auri inserere velit? Si tamen à supplicante major summa petita fuisset, eam non, nisi arbitrio Referentis & Collegii, extendi posse.

Ulterior explicatio inhibitionis supra descriptæ.

7. Ulterius dictum in §. 3. *Judici & parti præcipi*: nam regulare est, ut inhibitiones simul contra Judicem & partes dirigantur, licèt aliquando parti, & non Judici inhiberi posse, tradat Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 19. *num.* 1. *&* 2. Veluti, si Judex non tantùm appellationi detulisset, sed etiam simul declarâsset, contra interpositam appellationem, in respectum superioris Judicis, nihil agendum; licèt etiam hoc casu, ut infra sequetur, pro arbitrio Judicis inhiberi possit. Præterea inter inhibitionem tantummodò parti, nec Judici simul insinuatam, non levis est differentia, quòd priori casu, si Judex ad instantiam partis attentet, non contra ipsum, sed tantummodò partem; in posteriori verò, contra utrumque, ad pœnam inhibitioni insertam, agi possit.

An & quando parti soli inhiberi possit?

Appellatione non receptâ, inhibit. locum non habet.

8. Dictum est: *in causæ per appellationem assumtæ*; quia inhibitio non concedi solet nec potest, si processus reliqui denegentur: Judex enim, ubi recipit appellationem, inhibere potest, & non aliter: & quamdiu quæstio pendet, *an sit recipienda appellatio*, Judici à quo inhiberi processus ulterior nequit. Gylm. *rer. jud. Cam. lib.* 2. *decis.* 42. *in decis. summar. super dubijs appellat. n.* 77.

Quæ fieri possint à parte & Jud. à quo inhibit. non obst.

9. Additur in descriptione inhibitionis, *præjudicium*: Quoniam multa possunt fieri à Judice à quo parteque appellata, inhibitione non obstante: nam inhibitio tantùm prohibet ea, quæ sunt facti, non ea, quæ sunt juris. Oldrad. *Consil.* 136. *num.* 12. Cardinal. Tusc. *tom.* 4. *Conclus. pract.* 140. *num.* 1. unde is, qui solùm civiliter possidet, si post inhibitionem apprehendat possessionem naturalem, (vacuam nimirum si nam-

sinamque Appellatus in possessione naturali constitutus foret, & ab Appellante eâ vi & alio modo dejiceretur, aliter se res habet) non attentat, sed possessionem suam continuat, juxta Card. Tusc. *d. loc. Inhibitio enim & litis pendentia neminem suo jure privant.* Add. §. 37. h.t. infr. Inhibitio suo jure neminem privat.

10. Sic omnia, quæ fiunt in faciliorem appellationis exitum, à judice à quô, jure permittente, fiunt. Herculan. *de attent. cap.* 28. *num.* 102. Scacc. *de appellat. quæst.* 3. *num.* 34. Modò non cognoscat de viribus appellationis. Sic Judex à quô potest providere, ne quis in sua possessione turbetur; potest, ad petitionem victoris, describere fructus: potest, pendente appellatione, examinare testes ad perpetuam rei memoriam: potest debitorem appellantem de fuga suspectum capere, si dilapidationis indicia adsint: potest rem ipsam & fructus sequestrare. Hæc enim omnia in faciliorem appellationis exitum tendunt, ut demonstrat Scacc. *de appellat. q.* 3. *num.* 26. 28. 31. 34. *& passim.* Lancell. *p.* 2. *cap.* 20. *lim.* 4. *& cap.* 12. *in* 4. *lim. princ. in pr.* Potestas Judicis à quo, post inhibitionem, ulteriùs declaratur.

11. Item omnia, quæ, pendente lite geri non prohibentur, si facta sint, contra inhibitionem facta non dicuntur. Sic non dicitur factum contra inhibitionem, si actus fiat ex consensu appellantis; vel si Judex quid faciat in Appellantis favorem, *& quæ sunt similia.*

12. Item: pars non prohibetur possessionem suam continuare, quia est actus juris, nec attentat, si fortè effregerit objectas ab Adversario seras in domo, in cujus est possessione, juxta Ant. Fabrum *in C. rer. judicat. lib.* 1. *tit.* 10. *def.* 11. *per tot.* Gylman. *rer. judicat. Cam. lib.* 2. *decis.* 45. *in decisionibus summarijs in fin. adjectis in pr.* Sic *in causa* Hamburg und Lübeck / *contra* Sachsen-Lauenburg / den Sachsenwald betreffend / Civitatibus pro attentato habitum non fuit, quòd se in possessione juris lignandi ex d. sylva adunatâ vi defenderint, & vias concluſas apperuerint.

13. Denique dictum est: *Lite pendente*; ubi namque lis finita, vel causa deserta est, Jurisdictio ipso jure redit ad judicem priorem. Gylm. *in Symphor. t.* 1. *p.* 2. *tit.* 16. *vot.* 3. & cessant omnia, quæ appellationis beneficio competere ante potuissent. Referens *in causa B.* Juden *contra* Hanß *B.* apud Gylm. *Symphor. tom.* 5. *relat.* 1. *n.* 3. Concluditur descriptionis explicatio.

14. Hoc processuum inhibitionalium genus à superiori (in tit. 10.) planè diversum est, licèt nomina utrobique eadem sint. Illud de possessione contendentem, vel novum opus ædificantem; hoc Judicem ulteriùs, quàm licet, procedere conantem inhibet: Illud parti ad partem Distinctio inhibitionis præcedentis & hujus tituli.

litigantem decernitur, hoc parti ad judicem inferiorem: illud in causis simplicis querelæ, hoc in provocationum causis locum habet.

Inhibitio alia est generalis:

15. Dividunt Dd. inhibitionem *Primò*, in generalem & specialem. *Generalis* est, quæ fit verbis & terminis, ut ajunt, generalibus, ne quid fiat in præjudicium appellationis. *Specialis* est, per quam hoc vel illud in specie fieri vetatur. Illa in Camera usu frequentissima, hæc rarior est: quamvis aliquando eveniat, ut si à sententia, varia capita continente, appellatum, & Appellatio in totum recepta sit, tamen non, nisi ad certum quoddam caput sententiæ inhibeatur. Sic in *causa* Bockenemb *contra* die Hildesheimische Regierung / 2. *Aprilis Anno* 1652. ita decretum: Ist die gebettene inhibitio, so viel den halben Zehenden zu Urstätt betrifft / erkandt / des übrigen Begehren halber läßt man es bey vorigem Decret bleiben.

alia specialis.

16. Quamvis verò præjudicium hoc convenire non videatur; eo ipso enim, quo ratione aliorum capitum decretum prius approbatum fuit, clarè constat, appellationem non in totum fuisse receptam: Potest tamen allegata hæc doctrina locum habere, *si plura* essent appellationis capita, & unum vel alterum causam dubiam contineret, *vel eatenus* Appellatus in possessione esset, *vel etiam* eo respectu tantummodò sententia inlocutoria lata; quòd enim his tribus in casibus inhiberi non possit, statim sequeretur.

Inhibitio est vel legis,

17. *Secundò* dividunt inhibitionem in eam, quæ est legis vel hominis. Illa est, ubi Jus ipsum inhibet, ut patet *ex rubro & tot. tit. nihil innovari appellatione interpositâ &c.* Et ut plurimum effectum suum exerit in Appellationibus à definitivis, nam in his ipso jure manus Judicis clauduntur. Tilem. de Benign. *obs. supplic. cent.* 1. *obs.* 56. hæc est, ubi superior, cooperante jure, inhibet; Et licèt cum illa priori, etiam in Appellationibus à definitivis, propter insignes, quos habet in revocandis attentatis effectus, frequenter concurrat, tamen in appellationibus ab interlocutoria appellabili, ut maximè effectum suum exerit: in ea enim, appellatione non obstante, Judex à quo procedere potest, donec inhibeatur. Camill. Borell. *tom.* 2. *decis.* 35. *num.* 131. Gylm. *lib.* 2. *decis. Camer. decis.* 42. *in dubijs circa appellationes num.* 86. *&* 87.

vel hominis.

Hæc ubi maximè effectum habeat?

De duplici ratione attentata revocandi.

18. Quin imò, etiamsi à definitiva appellatum, & post decendium, ante insinuationem à Judice vel parte contra quid agatur, attentatum non, nisi judicialiter, & per sententiam revocari solet: Licèt aliqui *Assessorum* contrariæ sint opinionis, putantes, etiam hoc casu (si

enim

enim intra decendium, vel post insinuatam inhibitionem attentetur, dubium nullum est) Mandatum attentat.revocat. extrajudicialiter posse decerni. Similiter etiam in sententiis interlocutoriis Judici intra decendium attentare minimè licet. Add. *lib.* 1. *tit.* 23.

19. *Tertiò*, dividunt in judicialem & extrajudicialem. Illa cum causæ cognitione in judicio decernitur, hæc citra telam judicii extrajudicialiter; Illa, juxta *stylum Cameræ* sententiam, hæc decretum, super Mandato attentat. revocatorio, requirit; Et quia hic modus expeditior, semper extrajudicialiter an impetrari queat, fit experimentum: nec supplicans ad judicium deflectit, nisi eò remittatur. Inhibitio est vel judicialis, vel extrajudicialis.

20. *Quartò*, dividunt in tacitam & expressam; illam Dd. dicunt esse, quando Judex causam, ex certa scientia, ab inferiore avocat, quâ avocatione illi tacitè inhibere videtur, ne procedat ulteriùs. *Hæc*, quæ fit verbis expressis, oretenus, vel in scriptis. Quæ fit oretenus, in Camera usum non habet; inhibitiones enim Camerales sub sigillo Cæsareo semper in scriptis emanant: neque etiam tacita; Intellige in causis appellationum: nam in Constitutione super litigiosa possessione, si fortè Jurisdictio controversa esset, vel uterque relevantia juris fundamenta, pro tuenda possessione allegaret, dubium nullum est, quin talis causa à Camera avocaretur. Sic etiam in denominatione tutelæ inter duos litigiosa, ne pupilli indefensi maneant, Cameram vel Aulam Imperialem Tutores dare, jam suprà dictum. Alia est tacita. Alia expressa. In appellat. caus. inhibit. tacita locum non habet. Secus in aliis causis.

21. Utrùm literis informatoriis, vulgò **Bericht-Schreiben/** tacita quædam insit inhibitio, ne quousque informetur superior, ulteriùs procedatur? Ita quidem judicavit non nemo, quòd & his literis informatoriis cautelæ ergò sæpè clausula: *ne interim procedatur*, vel motu proprio, vel ad supplicantis preces, annecti soleat, uti factum *in causa* **Br. contra Cölln** 12. *Novembris Anno* 1657. verba decreti: **Noch zur zeit abgeschlagen / sondern sol Bürgermeister und Rath der Stadt Cölln/ ihren nochmahligen Bericht/ vor Vollstreckung anbefohlener** Execution, **innerhalb 4. Wochen einzuschicken/ zugeschrieben werden.** Literæ informatoriæ an tacit. inhibit. secum trahant?

22. Verùm enim verò, si ejusmodi literis informatoriis per se tacita quasi inesset inhibitio, sanè non opus foret, addere expressam clausulam, *de intereà non procedendo*: prout in causis criminalibus, ob periculum vitæ, plerumque fieri solet. Honestius tamen esse, ut inferior in honorem & reverentiam superiori debitam, post insinuationem dictarum literarum ulteriori processu, nedum executione abstineat,

monitum est Nobil. Dn. Dekherri Proc. inf. inform. c. 2. p. 92. qui omninò vidend. Nec exemplis destituimur, quæ probent, inferiores, acceptis *literis pro informatione*, executioni supersedisse. Hujusmodi extat in *causa* Leinenweber *contra* Stadt Franckfurt / *Mandati de exequ. rem judicat. exigi idon. caution. & ulterior. administ. justit. C.C.* in qua nomine *Magnifici Senatûs ejusd. civitatis, d.* 30. *Jun.* 1679. sequ. recessum (quem vocant) judicialiter effatus est *JCtus, prudentiâ juris, rerum usu, integritate vitæ plus quàm celebris, Amplissimus Dn. Jo. Ulr. Zellerus*: Alldieweilen seine großgünstige Herren Principalen von selbsten Erbietens seynd / wann es dieses höchste Gericht / cognitâ causâ gn. befehlen wird / mit der durch ein Schreiben umb Bericht bißher suspendirten execution also fortzufahren: Als ist die ex adv. gebettene communic. &c.

23. Inhibitiones hæ, quemadmodum etiam illæ superioris generis, de quib. tit. præced. sine clausula decernuntur. Gail. *lib.* 1. *obs.* 134. *num.* 7. *& seqq.*

Inhibitiones dantur vel simplices vel arctiores.

Harum differentiæ.

24. Et tùm simplices tum arctiores decernuntur. Quæ *quinta divisio est*: & differunt hæ duæ species, ratione pœnæ & temporis: *Simplex* inhibitio vel processibus annectitur, vel eos, si ab initio obtineri non possit, subsequitur; *arctior* non, nisi impetratâ & insinuatâ simplici, locum habet. *Illa* certam pecuniariam pœnam, 10. scilicet Marcarum auri, comminatur transgressoribus; *hæc* pœnam banni, vel etiam majorem pœnam pecuniariam, *præsertim hodiè, ubi ad bannum non ita facilè deveniri solet.* Illa nullam habet annexam citationem ad docendum vel videndum: arctiori accedit citatio ad videndum, se incidisse in pœnam simplicis. Ambæ tamen, ut plurimum extrajudicialiter rogantur; Sed arctior plerumque judicialiter remittitur, & demum cum causæ cognitione, auditâ scil. alterâ parte, decernitur.

25. Arctiores, si simplicibus non pareatur, (ut suprà §. præc.) & cum annexa citatione ad videndum, se in pœnam declarari, decernuntur. Sed pro arctiori inhibitione, unà cum citatione, non secus, atque pro arctioribus compulsorialibus decernendis, nova petitio exhibenda est. Gail. *d. observ.* 134. *num.* 2.

Inhibitiones quando decernuntur?

26. Inhibitiones in Camera decernuntur, sive à sententia definitiva, sive interlocutoria vim tamen definitivæ habente, appellatum fuerit, & indistinctè decernuntur, sive Judex à quô appellationi detulerit, sive non detulerit. *Recess. Imper. Anno* 1594 §. Die *inhibitiones.* 92. Gail. *lib.* 1. *observ.* 144. *in princ. & num.* 3.

27. An

27. An autem, ubi à definitiva appellatur, inhibitione opus sit, dubitari potest, sola enim Appellatio executionem in his suspendit. Gylman. *in lib. 2. rer. jud. Cam. decis. 42. in dub. de Appellat. num. 62.* & Tilem. de Benign. *cap. 1. obs. suppl. obs. 56.* ea propter in *causa N. contra A.* **zu Bamberg** inhibitionem, ut superfluam, denegatam dicit. Inhibit. an necess. in appellat. à definitiva?

28. Verùm, quicquid sit, inhibitionem hominis Appellantem magis sub potestate Judicis ad quem constituere, quàm nudam inhibitionem legis, res ipsa docet: est enim primò inhibitio præceptum armatum, quod quilibet reverenter habere debet, si pœnam evitare velit, etiam in casu, ubi subreptitium esset, vel constaret de non jure petentis. Vide *relationem in causa* **Landau** *contra* **Löschen.** 14. *apud* Klock. *num. 56. & 57.* & inter consilia ejusdem verba emergetica *tom. 2. cons. 4. num. 16. & 17. Secundò*, post intimatam inhibitionem attentata, si notoria sint, vel ex continenti probari possint, per viam Mandatorum extrajudicialiter revocantur. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 31.* §. **So mit und etc.** 2. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **Und wann gegen außgelassene etc.** 53. quod inhibitione non emissâ nec insinuatâ, non nisi judicialiter, prævia imploratione, in scriptis fieri potest: Idque non per viam Mandatorum extrajudicialium, sed præcisè per sententiam. Rationes quare sit utilis.

29. Per delationem quidem Judex à quo sibimet manus in tantum ligat, ut etiam causam non devolubilem, juxta Gomez. 3. *var. resol. cap. 13. num. 32.* exequi postmodum nequeat: (intellige, nisi remissio sequatur.) Attamen superioris est, præcavere inhibendo, ne judices inferiores contra propriam veniant delationem, neque partes, quas delatio Judicis vix stringit, attentando liti præjudicent. Sic de jure & *praxi Cameræ* verum est, sive judex à quô appellationi detulerit sive non, inhiberi posse, text. express. *in Recess. Imp. de Ann.* 1594. *d.* §. **Die** inhibitiones. 92. Inhibetur, etiamsi Judex à quo detulerit app.

30. Quamvis autem dissentiat Tilem. de Benign. *cent. 1. obs. supplicandi* 60. *Recess. tamen Imp.* adhuc in viridi observantia est. Sic in *causa* **Wümpelberg** *contra* **Wolters** Appellationi à Senatu Bremensi delatum, & nihilominus inhibitio in Camera decreta est. Idem factum *in causa* **Peter Ketterbachs des ältern Sel. Erben/** *contra* **Otto Aschen Freesen auch Sel. Erben** / 5. *Januarij Anno* 1654. adde vetus præjudicium ex Gylman. *præjud. Cam. verb. inhibitio* §. *quando appel. per judicem à quô delatum* &c. imò delatione factâ, facilius inhiberi posse arbitror, quia Camera per hoc de sua jurisdictione aliquadantenus certior redditur, & causa ad Cameram devolvitur. Dissentit Tilem. sed frustra.

Inhib. non decern. si appell. ab interloc. simpl.

31. Si verò ab interlocutoria simplici, sed tamen appellabili appellatum fuerit: hoc casu, *secundùm Jus commune*, inhibitio non decernitur, nisi evidens periculum in mora fuerit, vel inde damnum irreparabile sit consecuturum, id quod tamen ante docendum. *dict. Recess. Imper. Anno* 1594. §. **Wann aber von gemeiner.** Gail. *d. observ.* 144. *num.* 9. ubi rationem reddit, quamobrem, si ab interlocutoria simplici, appellabili tamen, appelletur, inhibitio non sit decernenda. Quia, *inquit*, Judici appellationis de veritate gravaminis constare debet.

Ratio.

Hujus rationis ratio est, quòd tales appellationes ab interlocutoriis derogent jurisdictioni ordinariæ, quare odiosæ sunt, & Judex admittendo & audiendo exceptiones partis appellatæ, de veritate gravaminis, & utrùm causa devoluta sit, meritò prius cognoscit, antequam inhibeat. Vid. Anton. Fab. *in C. rer. jud. lib.* 8. *tit.* 5. *d.* 1. *n.* 6. *in allegat.* Gylman. *rer. judic. Camer. lib.* 2. *decis.* 42. *in dubijs circa appellationes num.* 83. *&* 92. *& seqq.* Eundem *in præjudic. Cam. verb. inhibitio.* Frider. Mindan. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 3. Mynsi. 3. *obs.* 87. *n.* 7.

33. Exceptiones, de damno irreparabili & evidenti periculo in mora, §. præced. allegatæ, propter dictum *Recessum Imperij de Anno* 1594. extra dubium sunt: sed illud evidens periculum in mora, quomodo & qualiter intelligendum? Ego de eo casu accipio, si hæc interlocutoria in continenti executioni mandari debeat: hoc enim casu etiam in Appellationibus ab interlocutoria inhiberi posse, tradit Tilem. de Benign. *obs. Cam. Imp. pent.* 2. *obs.* 28.

In possessorio retin. possess. non decern. inhibit.

34. Inhibitiones non decernuntur I. in possessorio retinendæ, quando appellatus est in possessione. *Recess. Imp. Anno* 1594. §. **Die** *Inhibitiones.* 92. Gail. *lib.* 1. *obs.* 144. *num. fin.* In aliis verò adipiscendæ & recuperandæ possessionis remediis, si injustè se gravatum quis sentiat, & appellet, jure etiam impetrat inhibitionem.

Quare non decern.

35. *Sed quæritur*, (*primò*) quæ ratio, quòd in possessorio retinendæ secus sit? Ratio hæc est, quia merita causæ hîc concernunt causam supplicantis pro inhibitione, in quô, si inhibitio decerneretur, esset hoc sententiam ferre, & Appellato, qui se possidere in causa principali unicè contendit, possessionem inhibendo impedire, vel abjudicare ante cognitionem, quod absurdum est.

36. *Secundò*, quia dictum §. 34. non inhiberi, si Appellatus sit in possessione, quæritur, quî ante finem causæ sciri hoc possit, cùm uterque in hoc interdicto retinendæ se possidere contendat? Resp.

Ar-

Arbitrium discreti Judicis in hoc multum valere: Si enim Appellatum in possessione esse, qualitercunque cognoscit, vel dubitat, uter possideat, ita ut pro Appellato major militet præsumptio, non inhibet, sed solùm, si Appellans se in possessione esse docuerit, idque per documenta verisimilia.

37. Sic in causa S. Blasii **Stifft zu Braunschweig** contra **Bortfeldt** diu frustra inhibitione supplicabatur, tandem, ubi documenta non levia pro sua possessione produxissent Appellantes, inhibitio *Mense Martio Anno* 1654. decreta fuit: Ratio hujus est, quia per sententiam à qua, hoc casu, Appellans à possessione destitutus est: Quod vim definitivæ habet. Quamvis, impetratâ licèt inhibitione, & hoc casu *nemo teneatur possessionem suam, quam legitimis argumentis tueri contendit, dimittere*: de quo dictum *supra* §. 10. *h.t.*

38. *Tertiò*, notandum in hoc remedio possessorio retinendæ, ob currentes qualitates *Ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 21. conformes, sæpè per viam simplicis querelæ inhibendo & sequestrando procedere Cameram: Ergò, si eædem qualitates & circumstantiæ in processu appellationis concurrant, quidni idem fieri posset? Inhibit. in poss. retin. specialis casus.

39. Sed utrùm hæc ratio adæquata, ex eo dubitatum est, quòd magna sit discrepantia inter inhibitionem in causis Appellationum, & litigiosæ possessionis. In hac enim utrique inhiberi plerumque solet, nisi unus vel alter meliora possessionis fundamenta adducat, adeoque neutri præjudicium infertur: Secus ac in causis appellationum, ubi tantùm in personam Appellati inhibitio dirigitur. Qui tamen in dubium vocatur.

40. *Quartò*, etiam in possessorio retinendæ aut inhibitio, aut, quod utilius est, Mandatum speciale inhibitorium S. C. **auff die vier Fälle** / aut Mandatum sequestri impetrari potest, quando Appellatus bona quæstionis dilapidare incipit, vel Appellanti tale præjudicium infert, quod finitâ causâ, aut omninò, aut sine maxima difficultate non posset reparari. E. g. Si sylvam quæstionis excidendo arbores, & ligna divendendo, reddat inutilem, vid. Gailium 1. *obs.* 145. *in fin.* Frid. Mindan. *lib.* 2. *de proces. cap.* 27. *num.* 8. Alius casus inhibitionis in dict. possess.

41. *Quintò*, inhiberi potest in possessorio retinendæ, si non ab ipsa sententia, sed ab excessu executionis appelletur. per *L.* 5. *C. quorum appellat.* Althus. *in Dicæolog. lib.* 3. *c.* 56. *n.* 32. Frid. Mind. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 8. Prout etiam supra dictum, posse simpliciter appellari à Commissariis Cæsareis, etiam vigore Jurisdictionis ordinariæ, Inhibet. in poss. retin. si app. ab excess. execut.

non

non tantùm ratione Austregarum datis, si in executione sibi demandata excessissent.

Si pœna vel mulcta sententiæ adjecta.

42. *Sextò*, si sententiæ mulcta vel pœna adjecta sit: hoc enim casu sine difficultate inhibitiones in Camera in hac materia decerni, testatur Casp. Klock. *tom. 3. conf. 181. n. 129.* Hinc, licèt Principes quidam, v. g. *Elector Colonienſis, Princeps Juliacenſis*, & nonnulli alii, privilegium habeant, ne in possessoriis causis appelletur; hoc tamen non observatur, si multa, continens summam appellabilem, sententiæ adjecta fuisset, uti *in causa W. contra M.* observatum.

Si appellatus appellant. molestet.

43. Et *Septimò*, quoties Appellatus propriâ authoritate, vi publicâ aut privatâ, Appellantem molestat, ipsi vim infert, res aufert, etsi id fiat sub specie executionis, tamen quia per se vetitum, & scandalosum est, talia committere, ex *Ord. part. 2. tit. 23.* contra ipsum Mandata inhibitoria decerni possunt. Prout idem in certa facti specie consulit. Klock. *d. loc.*

In actionibus confessor. & negator. non facilè inhibet.

44. Coincidunt cum hoc possessorio retinendæ, & in decernenda vel deneganda inhibitione quasi conveniunt, *actiones confessoriæ & negatoriæ*, quia proximè ad jura possessoria accedunt: & si in his facilè inhiberetur, quàm facilè alicui in possessione servitutis aut libertatis præjudiciari posset. Vid. Rosacorb. *in pract. forens. cap. 96. num. 10.*

Si de jurisdictione Judicis ad quem non constet, inhibit. non decern.

45. II. Non decernuntur inhibitiones (vid. §. 34. supra) si de jurisdictione Judicis ad quem non satis constet. *d. Recess. Imp. Anno* 1594. §. Die *inhibitiones.* Gail. *d. obs.* 144. *num.* 4. Ita, ut in decernendis processibus justâ ratione Judici sit hæsitandum, an causa devoluta sit? aliàs, si probabiliter constat, Jurisdictionem fundatam esse, inhibetur, reservatâ quæstione istâ judicio, si Appellato eam movere libet.

Jurisdict. non fundatâ appellatio non recip.

46. Et ut pleniùs constet, quomodo hodiè in hoc ipso procedatur, distinguendum: Aut certò constat, Jurisdictionem non esse fundatam, aut dubitatur: Si prius, nec Appellatio recipitur, nec inhibetur. Gylm. *rer. judic. Cam. lib. 2. decis. 54. num. 44.* Si posterius, juxta *Recessum novissimum Anno* 1654. §. Schließlich und zum Eilfften etc. 117. ubi ex privilegio, & sic ex interesse Judicis à quo dubitatio oritur, Camera literas informatorias, Bericht-Schreiben / ad Judicem à quo præmittit, antequam inhibeat.

Si dubium ex privileg. lit. inform. præmitt.

Ratio cur lit. inform. in appell. sint raræ?

47. Quia verò privilegia Statuum, ut valorem consequantur, & in Camera attendantur, insinuari, & pro insinuatis acceptari debent, non facilè casus orietur, ubi in causis appellationum (aliud enim obtinet in causis

causis Mandatorum S. C. à subditis, contra eorundem Magistratum petitorum) ejusmodi literæ informatoriæ decernuntur.

48. Si dubitatio aliunde sit, Camera appellationem quoad effectum devolutivum admittit, donec in contradictorio aliud sit evictum. Imò, si inhibitio impetrata, sed Appellatio postmodum exceptionibus non devolutionis relevantibus impugnata sit, *praxis docet*, Mandata de revocandis attentatis difficulter decerni, sed hujus generis supplicationes, ut sæpè ad judicium remitti, ut cognoscatur de jurisdictionis veritate; hoc enim puncto non discusso, ulteriùs procedere, periculosum judicat Camera. Gylman. *Symphor. 2. p. 2. vot. 31. num. 1. & seqq.*

Si dubium aliunde, negatur inhibitio.

49. III. Si Appellatio jure communi prohibita sit, *Recess. Imp. eod. d.* §. Die *Inhibitiones.* Mynsing. *obs.* 87. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 144. *num.* 4. Est verò prohibita vel ad utrumque effectum suspensivum & devolutivum, vel ad effectum suspensivum solum: *Ad utrumque effectum sunt prohibitæ* omnes appellationes frivolæ & frustratoriæ; e.g. Si in notoriis velit appellari, si evidenter convictus appellet, si Appellatio fieret contra propriam confessionem, contra proprium chirographum. (Quod nullam pateretur exceptionem, *v. g.* Solutionis, chirographi vi metuque extorti, beneficii restitutionis in integrum.) Et quæ similia: in quibus omnibus appellationes non tantùm non recipiuntur, sed etiam, si fortè receptæ sint, & calumnia deprehendatur, mulcta manet Appellantes certissima; Quæ pro qualitate circumstantiarum, una, duæ vel tres marcæ auri puri esse, insuperque etiam Advocati unâ vel alterâ auri Marcâ, pro arbitrio judicis, puniri solent. *Recess. Imper. Anno* 1654. §. **Und nachdem etc.** 120. Et hæc causa est, quòd *hodiè* gravamina maturiùs quàm olim, porrigere, à Statibus nupero *Recessu Imperij* injunctum fuerit.

Inhibitionis locus non est, si appell. jure comm. prohibita sit.

Ad effect. devolut. & suspensiv.

50. Præterea *de jure communi prohibentur* Appellationes, *à sententijs merè confirmatorijs*, maximè, si tres conformes sententiæ latæ fuerint: quod tamen in judicio Camerali (ne Status erigendo plures curias & Judicia, privilegio de non appellando abuti possint) non attenditur. *Si gravamen à lege veniat*, sive illud, in quo quis gravatum se sentit, ab ipsa lege præcipiatur: veluti, si quis adjudicatâ heredi falcidiâ & Trebellianicâ, appellâsset, vel etiam à rescissione contractûs mutui, cum filio-familias vel fœmina, contra prohibitionem *Senatus-Consulti Macedon.* vel *Vellej.* initi.

Casus, quibus jure communi prohibitæ appellat.

51. Ulteriùs prohibentur, in *possessorio summarijssimo*, quod tamen, quia hodiè processus non ita celeriter finiuntur, in Camera non attenditur, licèt inhibitio non facilè decerni soleat. *In contumacia vera*; Duplex est enim contumacia, vera & ficta: prior, ubi realiter quis contumax est; posterior verò, si hoc non, nisi ex præsumptionibus colligi possit, utì infra *tit.* 51. magis videbitur. *Quando Judex sententiæ* prioris paritionem injungit; ab arbitris enim (nisi enormis læsio inferatur) regulariter non appellari: aliàs enim ab hac regulariter non appellari, suprà *lib.* 1. *tit.* 35. dictum: Aliud obtinet in sententia *arbitratoris*; cùm enim talis non secundùm leges, sed ex bono & æquo tantùm procedat, appellatio quoque facilè conceditur.

52. Prohibetur appellatio *ab executione*, nisi excedatur, vel executio, ut nonnunquam fieri solet, statim annexa esset. *A citatione simplici*; debet enim & potest citatus, in honorem Judicis licèt incompetentis, opponere suas Exceptiones: aliud proinde obtinet in sententia *competentiæ*, quin enim ab ea appellari possit, dubium non est. *Ubi pactum de non appellando* intercessit: Si quis Appellationi renunciavit.

Casus jure Camerali prohibitæ appellationis.

53. De *jure Camerali* prohibitæ sunt appellationes, in rebus *minoris momenti*, ubi summa appellabilis non est. *In causis criminalibus*, quæ tendunt ad pœnam corporalem: in aliis enim Appellationes prohibitæ non sunt, nisi fortè pœna pecuniaria succesisset in locum pœnæ corporalis. In *matrimonialibus*, quatenus tendunt ad confirmationem vel dissolutionem matrimonii; Si enim alimenta, aliasve ejusmodi quæstiones, Judici laico subjectas, intuitu matrimonii exortas, laicus sententia definiret, appellatio quoque reciperetur. *Quæ omnia ex ll. & Dd. repetenda sunt. Hìc enim ea sigillatim tractare, compendiosa methodus non admittit.*

Appell. quando ad effect. suspensio prohibita.

54. Quoad *effectum suspensivum* vid. §. 49. h. t. appellatio est prohibita in causis piis, favorabilibus, & quæ dilationem non ferunt: Quamvis enim inter has plurimæ sint, quæ ad utrumque effectum appellationem vix admittant, *juxta Dd.* si tamen ex causis moventibus admittuntur, inhibitio denegatur. Sic *à sententia*, per quam quis ad conferendum frumentum in annonæ subsidium condemnatus est, à sententia de *præstandis alimentis* (maximè, si egenos & pauperes concernat) de præstandis *collectis*, *contributionibus Turcicis*, & similibus, de præstandis *decimis* (maximè, si non seculares, sed clericos, & horum alimenta concernant) de suscipiendo *officio tutoris*; Licèt enim justas

Tutor

Tutor datus excusationes habeat, favore tamen pupillorum legibus provisum est, ut antequam dimittatur, nihilominùs administrare, vel, si quid interea pupillo neglectum, solvere teneatur: De *præstanda dote*, si per sententiam attentata revocentur. (Hoc enim maximè favorabile, & in lege fundatum est.) *In genere*, in omnibus causis, quæ publicam utilitatem principaliter concernunt, vel ita comparatæ sunt, ut quicquam *pietatis* præ se ferant, nec dilationem admittunt, *in Camera rarò inhibetur*: regula tamen certa tradi nequit, ut in hac materia verè loquitur Lancellott. *de attentatis p. 2. cap. 20. n. 182. & text. est in Recess. Imper. de Anno* 1570. §. **Damit aber alle etc.** 78.

55. IV. In Appellationibus *extrajudicialibus* omninò antè non decernitor inhibitio, quàm jurisdictio & appellatio satis fundata & justificata, & lis contestata sit, aut saltem Adversarius auditus fuerit. *d. Recess. Imp. Anno* 1594. §. **Wann aber von gemeinen etc.** Gail. *d. obs.* 144. *n.* 8. *& obs.* 120. *num.* 5. In Appellationibus extrajudicialibus, quat. decern. inhibit.

56. Appellatur autem, à Judice vel superiore, extrajudicialiter gravante, vel quando gravat non ut Judex, sed ut pars, seu quilibet privatus, vel quando gravat ut Judex. (Vid. *supr. L. 1. tit. 4. c. 7. de Austreg. n.* 26.) *Primo casu* hæc appellatio impropriè ita dicta appellatio est, cùm nuda provocatio ad causam, nuda querela, seu nuda conventio sit, in qua Camera saltem Judex est, si pars appellata non gaudeat Austregis. Et in hoc duæ regulæ firmandæ: *Prima* est, si appellatus habet suum ordinarium forum extra Cameram, vel gaudet Judicio Austregarum, quòd tunc appellatio non sit recipienda, sed supplicans ad Appellati Judicium ordinarium remittendus. *Secunda*, si Jurisdictio Cameræ in prima instantia est fundata, quòd eo casu citatio, non verò inhibitio sit decernenda. Extrajudicialium appellationum diversitas. Si Judex gravet tanquam pars.

57. In Appellationibus enim extrajudicialibus, nisi fortè esset periculum moræ, & damnum irreparabile immineat, regulariter inhiberi non solet. Et ita omnes tenent Camerales. *Vide post* Gail. 1. *obs.* 44. Mynsing. 4. *obs.* 43. Gylm. *præjud. Cam. verb. appellatio extrajudicialis*, & *in lib. 2. rer. judic. Cam. decis. fin. num.* 12. *& seqq.* ubi vide de hac materia elegantia. Referens *in causa* **der Dorffschafften Wall und Hackersbüttel** / *contra S. Blasii* **Stifft in Braunschweig** / apud Klock. *relat.* 82. *n.* 23. *&* 24.

58. Unicus dissentit. Mindanus *lib. 2. de process. cap. 27. num.* 9. Cujus rationes meo judicio non contemnendæ essent, nisi *stylus* prævaleret.

leret. Quòd enim hæc appellatio nuda provocatio ad causam est, non impedit, quò minùs privatis molestationibus, & illicitis violentiis liti præjudicantibus in futurum inhibeatur.

Quid si gravet tanquam Judex.

59. *Posteriori casu*, ubi Appellans conqueritur, se ab Appellato, vel ut judice solùm, vel ut judice & parte simul, per se aut ad alterius instantiam (quæ duo perinde se habent) extrajudicialiter gravatum esse, non antè est inhibendum, es sey dann zuvor verisimiliter erwiesen/daß die Obrigkeit/als ein Richter/oder als ein Richter und Widersacher zugleich den Appellantem beschwert habe. Hæc qualitas enim fundat Jurisdictionem Cameræ, de cujus veritate ideo priùs quadantenus constare debet, quia multi, in fraudem Austregarum & primæ instantiæ, suppositis hisce falsis Cameræ suggestis processus impetrant, qui postmodum ex defectu Jurisdictionis cassandi sunt.

60. Constare autem debet non *plenè*, & *in contradictorio*, aliàs enim omnes inhibitiones hoc casu judicialiter decernendæ essent, quod *praxi quotidianæ* contrarium est: sed sufficit, si ex qualitate causæ & circumstantiis facti, vel aliter, hoc verisimiliter edoctum sit. *d. Recess.* Sic *in causa L. contra* die Fürstl. Abtissin zu E. 27. *Maij An.* 1653. à tali extrajudiciali gravamine appellatum, & inhibitio cum processibus decreta fuit: *Idem observatum in similibus.*

61. Quid verò, si Judex procederet extrajudicialiter in casibus, ubi judicialiter procedere debuisset? Et hoc casu inhibitionem optimè decerni, notavit Tilem. de Benign. *O. C. J. pentec. 2. obs. 28. n. 3. ubi vide præjudicium ab ipso allegatum.* Nisi fortè in uno aut altero loco consuetudo in contrarium obtineret, & non nisi extrajudicialiter procedi consuevisset: *prout in multis Principum Aulis contingit.*

In causis nullitatum inhibit. non decern.

62. V. Inhibitiones cessant in causis nullitatum, quando ratione nullitatis principaliter appellatum est: quia sententia in rem judicatam transivit, cujus executio nullitatis prætextu impediri nequit, & res judicata jus inter partes facit. Mynsing. *obs.* 64. *cent.* 4. Gail. *d. obs.* 144. *num.* 6. & *obs.* 127. Adde Gylman. *præjud. Cam. verb. inhibitio.* Klock. *relat.* 135. *n.* 3. Frider. Mindan. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 5.

Excip. 1. Nisi nullitas sit notoria.

63. Excipitur *primò*, si nullitas notoria sit. Gail. 1. *obs.* 113. & 144. *n.* 7. *in fin.* ita inhibitio simul cum citatione decreta in *causa* Dortmundt *contra Officialem Colonienſem*, & in *causa* Böhlen Erben *contra* Eißkirchische Erben 4. *Junij Anno* 1589. teste Tilem. de Benign. *obs. Cam. Imp. pent. 2. obs.* 29. & Gylm. *præjud. Cam. verb. inhibitio in causa*

Pe-

Petershagen *contra* Hertzog Henrich *Julium* zu Braunschweig 9. *Junij Anno* 1589. teste Ruland. *de Commiss. & Comm. t.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. & in *causa* Ravensberg *contra Officialem* zu Costnitz/teste Doctore N. von Endten/ *in relat. causæ* Bentheim *contra* Münster apud Gylman. *tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 17. *num.* 9.

64. Novissimè citatio ad vidend. deduci principaliter nullitates, junctâ inhibitione & compulsorialibus, decreta in *causa H. contra H. M. Febr.* 1659. in qua inter alia nudæ adsertioni Anabaptistæ, cum remissione juramenti, directè contra Imperii constitutiones fides habita erat: quare per decretum simul Fiscalis sui officii, ut scilicet contra talem Magistratum procedat, admonitus fuit. Vid. *Lib.* 1. *tit.* 8. §. 17. Novum præjudicium est Hübner contra Pülsen 16. *Febr.* 1661. ubi Appellatus bey Mannen Warheit juraverat, quare super nullitate citatio & compulsoriales petitæ ac decretæ sunt, & insuper Fiscalis contra Judicem inferiorem Hamburgensem officii sui admonitus fuit. Præjudicia in causis nullitatis notoriæ.

65. Et licèt notorietas dijudicatu difficilis sit, tamen exemplificatur utplurimum; si Judex *notoriè incompetens* vellet exercere Jurisdictionem in personas sibi nullo jure subjectas, vel sumere sibi notionem causæ, quæ notoriè esset alterius fori. E. g. Si *Ecclesiasticus Catholicus* adversus homines *Augustanæ Confessionis* vellet exercere Jurisdictionem per pacem religiosam notoriè suspensam: si inferior vellet cognoscere de condemnatione, vel absolutione banni Imperialis: si qui notoriè causæ pars est, simul velit esse causæ Judex, quam *ocularem nullitatem* appellat Dr. N. Auer in eadem causa apud Gylm. *d. loc.* Notorietas nullitatis dijudicatu difficilis.

66. *Secundò*, excipitur, si nullitas appareret ex actis; quod enim ex actis apparet, notorium dicitur. Gail. 1. *obs.* 113. *num.* 2. vel ex ipsa sententia, appellationis Instrumento inserta, de quo apud Gylm. *rerum judic. Cam. lib.* 2. *decis. fin. n. fin.* Sic *in causa* Sattlers von Wimpffen *contra* Sattlern/ quæ deserta pronunciata in Camera, querela nullitatis postmodum principaliter intentabatur: & quia ex Actis Cameræ jam antè exhibitis nullitas apparebat, citatio simul & inhibitio decretæ sunt, teste Mynsing. 4. *obs.* 64. Except. 2. nisi ex actis appareat.

67. *Tertiò*, excipitur, si nullitas ex continenti probari posset, hoc est in præsentia, in ipso actu impetrandæ citationis: si enim ulteriori indigeret indagine & litis sufflamine, ex continenti probatam dici non posset, nec inhibitio concederetur. Vide Meichsner. *lib.* 1. *decis.* 28. *n.* 46. Gylman. *Symph. tom.* 5. *suppl.* 48. *num.* 2. *fol.* (*mihi*) 270. Mynsing. 4. *obs.* 64. & Mindan. *lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 5. Except. 3. si nullitas in contin. probari potest.

Except. 4.

68. *Quartò* excipitur, si gravamen in querela nullitatis introductum ita comparatum sit, ut executio ejus sit irreparabilis. Arg. *Recess. Imp. de An.* 1594. §. **Wann aber etc.** 93. quod eleganti præjudicio in *causa criminali*, capitis periculum inferente, illustratur apud Gylm. *tom.* 2. *Symphor. p.* 3. *tit.* 3. *suppl.* 4. *in vot.* & apud Rosacorb. *in pract. forens. cap.* 9. *per tot.* Hinc venit, quòd plerunque in ejusmodi causis, donec literæ informatoriæ à judice priori Cameræ exhibeantur, inhiberi solet. Et in *causa religionis* animarum periculum concernente, apud eundem *tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 17. *vot.* 1. *n.* 19. *in relat.* dictæ causæ **Bentheim** contra **Münster.** (Prout ex simili ratione, in *nupero Recessu Imperij*, in causis religiosis, revisionibus de sententiis Cameralibus quæsitis, effectus suspensivus, secus ac in causis præteritis, *adhuc hodiè* conceditur. Item in *causa restituendi castri inexpugnabilis* apud eundem Gylman. *rer. judic. Cam. lib.* 2. *decis.* 42. *in dubijs circa appellationem num.* 19. etiamsi etiam hoc casu nullitas adeò notoria non esset, juxta eundem ultimo citato loco.

69. Extenduntur hæc ad omnes causas periculum vitæ, famæ & honoris inferentes, imò ad quamvis injuriam, quæ aboleri non potest: à Frid. Mind. *lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 5. Hiltrop. *de process. p.* 2. *tit.* 5. *n.* 10. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 1. *de execut. rei judicat. num.* 16. & aliis, quamvis in iis impetrandis *hodiè in materia* nullitatum maxima difficultas sit.

Adversus tertium pro suo interesse Appellantem, & pendente Appellatione, aliquid innovantem non decernuntur inhibitiones.

70. VI. Non decernuntur inhibitiones adversus tertium pro suo interesse Appellantem, &, pendente Appellatione, aliquid innovantem. Gail. *lib.* 1. *obs.* 72. *n.* 6. *& obs.* 144. *n.* 10. Acta enim inter alios, aliis non præjudicant, nisi fortè tertius ejusmodi, appellationi inhærens, haberet causam ab Appellante.

Non decern. si sententia execut. nequeat mandari.

71. VII. Inhibitio non decernitur, nec etiam decerni potest, in omni sententia, quæ nequit exequi, ut sunt sententiæ absolutoriæ, vel factum negativum continentes. Tilem. de Benign. *obs. Cam. Imp. pent.* 2. *obs.* 28. Gylm. *in Symphor. tom.* 5. *supplication. in vot.* nisi tamen pars etiam in expensas condemnata, & in hoc gravata sit. Idem *de benign. d. loc.* Gylm. *præjud. Cam. verb. inhibitio.*

Si sententia realiter & plenè jam esset executa.

72. VIII. Item vix aut difficulter decernitur inhibitio, si pateat, sententiam realiter & plenè jamdum esse executam: respicit enim futura, non præterita. Modò tamen hæc executio non sit facta intra currens decendium, appellatione jam interpositâ & Judici intimatâ:

hoc

hoc casu enim non tantùm inhibitio, sed & Mandata de revocandis attentatis decernuntur, uno actu cum processibus insinuanda. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 20.* §. Item so sol etc. 4.

73. An autem in dubio inhibitio decerni vel denegari debeat? Quæstio hujus loci utilissima est. Quòd deneganda sit, videtur ex eo suaderi, quia succumbens malam causam habuisse censetur, ut etiam pendente appellatione, præsumptio maneat pro Appellato. Negusant. *resp. jur. quæst. 90. num. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. num. 26.* Verùm sanior opinio est in contrarium, quam in terminis comprobat Author *decis. ult. apud* Gylm. *lib. 2. rer. judic. Cam. n. fin.* Vultej. *de jud. lib. 3. cap. 1. num. 26.*

Inhibitio an in dubio decerni vel denegari debeat.

74. Vulgatum enim est, elaborandum esse Judici, quo causam in eo statu retineat, in quo tempore gravaminis fuit, & quòd in dubio favendum sit appellationi, ejusque connexis. Unde eleganter (*licèt in alijs terminis*) inquit Refer. apud Gylm. *tom. 1. part. 1. tit. 3. fol. (mihi) 256.* Satiùs esse partes audire, quàm obduratis auribus omnia sursum atque deorsum verti permittere.

Rat. cur in dubio decernenda sit inhibitio?

75. Nec laudare possum quorundam judicum facilitatem, processus denegandi: cùm hic non sit modus amputandi lites, negare gravato justam, quam per appellationem quærit defensionem: nam ita multi cedunt foro neglecti, quibus defensio per justitiam debebatur. Satiùs est, Appellantes audire, & detectâ calumniâ pœnam temerè Appellantium in ipsos masculè dictare. Imò cùm, *inhibitione denegatâ, processus cæteri leve solatium ferant*, ob judicum inferiorum in exequendo facilitatem; quis non in dubio eam decernendam esse mecum arbitrabitur?

Inhibitione negatâ, cæteri processus app. leve solatium ferunt.

TIT. XII.

De Promotorialibus, von *Promotorial*-Schreiben.

§. 1.

PRocessus judiciorum cursum (*vid. tit. præced.* §. 2.) promoventes, vel *officium tertij excitant*, vel *negotium Judiciale tertio committunt.*

Processuum Judicior. cursum promov. divisio.

2. Qui officium tertii excitant, sunt *Promotoriales* vel *Compulsoriales.*

Subdivisio.

3. Promotoriales sunt, quibus Judex Cameræ inferiori Judici, justitiam protrahenti aut deneganti, & superiorem, quàm Cameræ Judicem, non habenti imperat, ut supplicanti jus atque justitiam admi-

Promotoriales quid sint.

minister, & certum temporis spatium administrandæ præfigit. Mynsing. *obs.* 57. *cent.* 3. Gail. 1. *obs.* 28. *num.* 7. *vide supra de Causis protractæ vel denegatæ justitiæ. Lib.* 1. *tit.* 15. Quòd si tamen Judex intermedius Rei consanguineus, suspectus, vel alioquin inhabilis esset, vel etiam justitiam administrare nollet, non minùs, ac in appellatione, etiam in hoc casu, omnium superior Judex statim ab initio adiri poterit, per tradit. Schvvanem. *obs.* 69. *per tot.*

Quib. cas. Judex sup. sine promotor. statim causam deneg. just. recip. poss.

4. Hi processus etiam in Camera decernuntur, si Judex Judicii processum protrahat, veluti, si studio & malitiosè sententiæ publicationem, vel sententiæ, quæ in rem judicatam transiit, executionem protrahat. Mynsing. *obs.* 82. *cent.* 5. Gail. *d. obs.* 28. *num.* 7. *& quotiescunque justitia protrahitur.*

Promotor. decern. in casu protr. processûs.

5. *Melius tamen* in casu, ubi executio protrahitur, peterentur Mandata executorialia. Ubi notandum, distinctionem esse inter *Executoriales* & Mandata *de exequendo. Priores* tunc locum habent, si sententia in Camera lata sit, solentque tam in partem, quam Judicem dirigi, & *vigore novissimi Recessus*, sententiis definitivis semper annectuntur. *Mandatum executoriale* impetratur contra Judicem, sententiam suam non exequentem, quod nonnunquam per abusum etiam *Mandatum de exequendo vocari* solet: Mandatum de exequendo propriè sic dictum, impetratur contra Executores sententiæ Cameralis, qui, vigore dicti *Recessus novissimi* Principes Circulares, **die außschreibende Fürsten** / esse solent. Vid. *Lib.* 1. *tit.* 12. §. 22.

Differentia inter executoriales, Mand. executor. & Mand. de exequ.

6. Et quia pro maturanda justitia adinventæ sunt promotorial. decernuntur saltem contra eos, qui adeuntur ut Judices, non qui adeuntur, ut pars: e. g. *pro præstando debito.* Aliàs non Judex, sed pars diceretur denegare justitiam. Et iniquè mediato Judici auferretur sua Jurisdictio, qui nondum imploratus est.

Contra quos decernuntur promotor.

7. Habent locum in iis, quæ ad contentiosam, non quæ ad voluntariam Jurisdictionem spectant. Sic, cùm alicui denegabatur testimonium **seines Wolverhaltens**/ promotoriales in Camera petitæ, denegatæ sunt, apud Gylm. *Symph. tom.* 5. *supplic.* 25. Decernuntur etiam in causa feudali, si pares curiæ sint negligentes in administranda justitia: juxta mentem Doctoris Merckelbach. *tom.* 2. *consil.* Klockii *consil.* 28. *num.* 11.

In quibus causis locum habeant.

8. Decernuntur etiam in commissionibus, si commissarius semel susceptam commissionem nolit perficere vel continuare. Ruland. *de*

comm.

comm. & commiss. part. 1. lib. 2. cap. 27. n. 6. Si verò commissionem insinuatam sibi, suscipere nolit, non promotoriales, sed Mandata pœnalia, de suscipiendo commissionem Cæsaream sibi injunctam, contra eum emittuntur.

9. Decernuntur autem contra quosvis Judices, immediatè Cameræ subjectos, vel etiam mediatos, ratione exceptionum *suprà* §. 3. allegatarum, modò causa sit talis, quæ sui naturâ ad Cameram devolvi possit. Hinc in causis *criminalibus*, pœnam corporalem importantibus, item *matrimonialibus*, aliisque causis *Ecclesiasticis*, Cameræ jurisdictioni non subjectis, promotoriales non decernerentur.

10. Dantur etiam contra Judices Austregarum. Ruland. *d. loc.* Gylm. *Symph. tom. 1. p. 2. tit. 2. supplic. 2.* Etiam contra *Consiliarios Principis*, etsi ex sua persona sint mediati, quia Principem in judicialibus repræsentant, & ab iis ad Cameram immediatè appellatur. (*Contrarium proinde obtinet in ijs principibus, & eorum consiliarijs, à quibus, ratione privilegij, ad Cameram appellari non potest.*)

11. In causis *criminalibus* & *matrimonialibus* (utì dictum §. 9.) non decernuntur, nisi *priores* tantummodo pœnam pecuniariam, quæ invicem corporalis non successerit, *posteriores* verò punctum alimentorum, aliasq; ejusmodi quæstiones, judici Camerali subjectas, in se continerent; tunc enim non minùs in his, ac aliis, promotoriales impetrari possunt. Promotor. non decern. in caus. crim. & matrim.

12. Ratio, quòd promotoriales in modò dictis causis non decernuntur, est, quia etsi decernerentur, tamen effectum devolutivum lucrari non possent, *ordinatione* hæc genera causarum à Camera arcente. *Mandata tamen de administranda justitia* & legitimè juxta Constitutionem Carolinam procedendo, & similia, in causis criminalibus, æquè ac in aliis, locum habent. Vid. Gylm. *1. p. 2. tit. 3. supplic. 2.* de quo elegans novissimum præjud. *in causa* Pfältzer *contr. Episc. Osnabr. M. Aug.* 1658. Jt. Krüger *cont.* Mecklenb. Ejus ratio.

13. Ordinariè hodiè mensis spatium, intra quod judex justitiam administret, in promotorialibus præfigitur: pro causæ qualitate tamen, & longius indulgeri potest. *Recess. Deputat. de Anno* 1600. §. Ob auch *Promotoriales.* 27. Tempus promotorial. præfigend.

14. Sæpiùs etiam Judex per Notarium & testes super administranda justitia requiritur, & si intra mensis spatium eam non administrat, per exhibitionem supplicæ & Instrumenti Notarii super requisita, sed non administrata, seu denegata justitia brevi via *citatio sup. protr. vel denegat. justit.* Ratio ambages promotorial. vitandi.

justit. rogatur; Sic ambages promotorialium evitantur, & causa directè ad Cameram devolvitur.

Mandata pœn. de admin. justit. loco promotorial. petita.

15. Eodem modo, loco promotorialium rogantur Mandata de administranda justitia pœnalia, cum vel sine clausula, adversus Judicem, etsi officio non fungatur, agitur ad pœnam. Satiùs tamen est, pro citatione super denegata justitia supplicare, siquidem requisita (interpellatio scil. Judicis à quo, ejusque probatio) adsint, tunc enim causa statim ad Cameram devolvitur.

16. Equidem Referens apud Rosacorb. *in praxi forensi, cap. 19. n. fin. In Camera*, inquit, *ne per promotoriales causæ in infinitum eò deferantur, & hoc medio Judices inferiores se causis exonerarent, faciliùs hæc Mandata quàm promotoriales decerni*; Quod an verum sit, *praxis* me dubium reddit. Si enim causa in lite adhuc hæreat indecisa, faciliùs promotoriales, si autem in ea judicatum sit, faciliùs Mandata de administranda justitia & exequendis decretis dantur.

Ut Mandat. de admin. justit. ita etiam promotor. fac. impetr.

Reproductis promotor. quid agendum?

17. Verùm, utut sit, promotoriales æquè facilè, ac Mandatum de administranda justitia, in Camera impetrari possunt, licèt etiam nullum documentum requisitionis, coram Judice à quo factæ, exhibitum fuerit: iis tamen reproductis, solent Procuratores ulteriora reservare, & neque proclama petere, vel ulterius judicialiter experiri, sed docta Judicis prioris requisitione, pro citatione super denegata vel protracta justitia extrajudicialiter supplicare. Plura de promotorialibus, vid. ap. Schvvanem. *obs.* 70. *& tribus seqq.* Item *proces. Cam. lib.* 1. *cap.* 9.

TIT. XIII.

De Compulsorialibus.

Compulsoriales quid sint?

1. COmpulsoriales sunt, quibus Judex superior inferiorem Judicem, aliumve Judicis officio non fungentem, ad officium juris præstandum, comminatione pœnæ compellit: ad editionem *scilicet*, actorum Judicii, litisve aliarumque rerum, (veluti, rationum, missivarum, *ut vocant*, instrumentorum, investiturarum, statutorum civitatis & similium rerum. Gail. *lib.* 1. *obs.* 134. *num.* 11.) ad agendum aliquid sive præstandum, exhibendum faciendumve aliquid.

Ad quid emittantur?

Quibus decernantur.

2. Decernuntur hujusmodi processus *provocantibus*; ad impetrandum Acta à judice inferiore, sed non, nisi supplicans doceat, se Judicem à quo diligenter & legitimè requisivisse, ut sibi acta ederet. *Ord. part.* 2. *tit.* 31. *in princ.* & non solùm in causis provocationum, ve-

verùm etiam simplicis querelæ, denegatæ sc. & protractæ justitiæ, ut suprà libr. 1. tit. 25. annotatum est.

Dantur S. C.

3. Et decernuntur in Camera absque clausula justificatoria, quia judex acta edere jure tenetur. Gail. *lib.* 1. *obs.* 134. *n.* 3. *Hodiè tamen*, in causis appellationum, adeò stricta ratio probationis, diligenter & legitimè factæ requisitionis, quæ anteà fuit necessaria, §. *præc.* non habetur.

Hodiè facilis sunt impetrationes.

Quando petendæ.

4. Compulsoriales olim non nisi in primo termino petebantur, per quod non levem moram processus passi fuêre: *Hodiè* verò, in causis appellationum, compulsoriales ad edendum acta & rationes decidendi, unà cum citatione sub desertionis præjudicio petendæ, ut evitentur antiqui circuitus. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **Deßgleichen etc.** 60.

Quando illar. petit. omittere possit appel.

5. Si tamen acta jam edita sint, vel Appellans certò confidat, judicem etiam sine compulsorialibus ea editurum, vel gravamen *merè extrajudicialiter*, *sine actis*, commissum sit, Appellatus *suo periculo* illarum petitionem omittet. Sic in *causa* **Ridt** *contra* **Morlau**/ *in causa* **Stammers** *contra* **Schlick**/ 12. *Sept. An.* 1657. & ab extrajudiciali gravamine, *in causa* **der** *Universit.* **Rost.** *contr.* **B. und R. daselbst**/ 3. *Nov.* 1657. citatio & inhibitio *sine compulsorialibus* decretæ sunt. His jungendum memorabile præjudicium, **in Sachen der Hn. Gevettern von Streitberg**/*contra* **Fr. Mariam Amaliam von Streitberg**/ in qua, ad supplicationem pro citatione & inhibitione, nec non prorogatione fatalium, *d.* 13. *Novemb.* 1677. *à Dn. D. Schaffero* exhibitam, decretum fuit: **Woferne** Supplicant, **ohnerachtet angegebener Ermangelung einiger Acten / den** actum requisitionis **dannoch bescheinen wird / sol alsdann ergehen / was recht ist: Immittelst seynd die** fatalia, **wie gebetten / erstrecket.** *In Consilio*, **den** 16. *Nov.* 1677. Ast cùm postea d. 21. ejusdem mensis, idem plenarios Appellationis processus, citat. inhibit. & compulsor. rogâsset, decretum obtinuit: **Ist die gebettene** citatio & inhibitio, **ohngehindert der nicht** requirirten **Acten / dieser Sachen sonderbarer Beschaffenheit nach / hiermit erkennt.** *In Consil.* 5. *Decembr.* 1677.

Quomodo mandetur Judici in compulsorialibus simplicibus & arctioribus.

6. Quamvis autem absque clausula, & sub pœna pecuniaria judici inferiori mandatur, ut intra certum terminum acta edat: attamen judice Mandato non obtemperante, non statim declaratio fit in pœnam, neque arctiores compulsoriales, *sub pœna banni*, decernuntur, sed petitio in scriptis exhiberi, vel vivâ voce proponi solet, pro arctioribus compulsorialibus, cum annexa citatione ad videndum se incidisse in pœnam compulsorialium simplicium. Gail. *lib.* 1. *obs.* 134. *num.* 3. & 4.

7. Similiter, si emanatis arctioribus non pareatur, Judex non solet statim in pœnam banni condemnari, sed, præviâ declaratione pœnæ simplicium, priùs citari ad videndum se declarari in pœnam banni: quod propterea meritò observatur, ne alioquin, per unam tantùm citationem, quis pœnam gravissimam banni incurrere possit.

Arctiores compulsor. quando decern.

8. Ejusmodi igitur petitione, *ut in* §. 6. Judici oblata, arctiores compulsoriales decernuntur, posteaquam de legitima requisitione, & insinuatione simplicium compulsorialium, Judici fides facta est, & arctioribus illis citatio inseritur, ad videndum se incidisse in pœnam simplicium, vel allegandum causas justas, quamobrem hoc fieri non debeat; & Judici iterum mandatur, ut legitimè requisitus acta pro debita mercede edat, si pœnam banni evitare velit. Gail. *ibid.*

Pœna simplic compuls. ut evitetur.

9. Quamobrem in termino arctioribus compulsorialibus præfixo Judex à quo causas impedimenti & moræ, propter quam Acta non ediderit, allegare, pœnamque simplicium sic evitare poterit. Gail. *d. obs.* 134. *lib.* 1.

Arctior. parum præjud.

10. Arctiores igitur compulsoriales nihil admodum præjudicant, quia editio in termino facta, à pœna, uti dictum est, liberat.

Pro ulterior. compulsorialibus quando supplicetur.

11. Si compulsoriales ad edendum Acta emanaverint, & Acta non integra & perfecta, sed manca & imperfecta edantur, Supplicatio non pro *arctioribus*, sed pro *ulterioribus* compulsorialibus Judici offerri solet, cum reservatione exceptionum adversus Acta, quæ jam edita sunt, & insuper edentur. Vel rogantur hæ ulteriores compulsoriales in judicio designando Actorum defectus, qui modus frequentior est.

Ulterior. sæpè arctiorib. præmittuntur.

12. Nec solùm hæ ulteriores compulsoriales locum habent, ubi Acta quidem edita, sed manca sunt: Sed & sæpè actis planè non editis, præmittuntur, *pro arbitrio Judicis*, arctioribus. Et ad hunc modum, præsertim *hodiè*, cùm non facilè ad pœnam banni deveniri soleat, non tantùm in compulsorialibus, sed etiam aliis processibus, v. c. Mandatis C. vel S. Clausula loco arctiorum, *sub pœna banni*, ulteriores vel arctiores, *sub pœna graviori pecuniaria*, emanare solent.

Si rat.decid. non edit. ulteriores decern.

13. Decernuntur etiam ulteriores compulsoriales vel ex officio, vel ad petitum Appellantis, si simul cum Actis rationes decidendi à Judice non fuerint editæ, *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. Deßgleichen ꝛc. ꝛc. Sic ex officio decretæ in causa W. contra B. *M. Decembr. Ann.* 1658.

Ulteriorum pœna.

14. Ulterioribus, *de stylo*, nulla gravior pœna quàm simplicibus, 10. sc. Marcarum auri, inseritur; excepto, daß Judicibus, ohne Entgelt/

die

die Acta herauß zu geben/ gebotten wird: Arctioribus, sub pœna banni expeditis, hæc clausula, ohne Entgelt/ non inseritur, *quod mirandum.*

15. Quòd si Acta, absque culpa producentis, deperdita, vel *in Lectoria Camerali amissa sint*, novæ compulsoriales, ad denuò edendum, adversus judicem à quo in Camera rogantur. Ita decretæ in causa *Helenæ* Olingerin contra Franckfurt/ 10. *Junij, An.* 1626. vel si omninò reperiri vel haberi nequeant, causa ex integro agenda est. Novæ compulsoriales quando rogandæ.

16. In casibus, ubi non integra Acta, sed particularis tantùm res, documentum vel Scriptura, *vid.* §. 1. *h.* petitur, pro *Mandato compulsoriali* S. C. potiùs, quàm pro compulsorialibus (licèt in effectu unum & idem sint, & tantùm ratione formæ differant) supplicandum erit, prout in causa Korff contra Hörde / factum Mandat. compulsor. nonnunquam patend.

17. Hîc *practicorum* observa discrimen inter compulsoriales & requisitoriales: Compulsoriales dicuntur literæ Mandatoriæ, à Judice emissæ, ad eum, qui Instrumentum habet, & ipsius Jurisdictioni subest: Requisitoriales verò emissæ à Judice ad eum, qui Instrumentum habere dicitur, & ipsius Jurisdictioni non subest. Discrimen inter compulsor. & requisitorial.

18. Dictum *in* §. 1. Compulsoriales etiam dari ad aliquid præstandum: *Exempli causâ*, ad testificandum, veluti, si ab inferiore Judice Commissarius aliquis deputetur, ad examen testium, & in numero testium aliquis immediatè Imperio subjectus, qui citatus comparere nolit: Commissarius non potest testem ad perhibendum testimonium compellere, idque propter defectum Jurisdictionis & potestatis: Quia inferior Judex, qui Commissarium deputavit, Jurisdictionem in testem non habet; quamobrem tali casu vel Commissarius, vel ipsa pars testes producens, Cameram, tanquam superiorem Judicem, adire, & per viam supplicationis Mandatum pœnale sive compulsoriales contra testem illum contumacem petere potest. Gail. *lib.* 1. *obs.* 89. *num.* 1. vide Frid. Mind. *lib.* 2. *cap.* 47. 48. 49. *& seq.* add. omninò Ruland. *de Commiss. P.* 2. *L.* 2. *c.* 7. *n.* 11. Compulsor. ad aliquid præstandum, exemplo declaratæ.

19. Sed quæritur, quisnam hoc casu depositionem testium susceperus sit? An judex Cameræ, vel Commissarius judicis inferioris? Posterius ex ipso textu clarum esse videtur, alioquin enim compulsorialibus opus non esset. Quicquid sit, & in Camera obtineat, hoc non ubique locorum practicatur, sed testes non, nisi à Judice loci examinantur, eorumque dicta clausa Commissario, vel Judici requirenti, mitti solent.

TIT. XIV.

De Commissionalibus, von Commissional- oder Commissions-Brieffen.

Ubi de Commissionalibus, earumque formis: itemque de Commissarijs & rebus ad Commissiones atque Commissarios pertinentibus.

§. 1.

PRocessus, quibus tertio Judicii negotia committuntur, (vid. *tit.* 12. §. 1.) sunt, 1. *Literæ Commissionales*, 2. *Mutui compassus*, 3. *Sequæstrationes*, & 4. *Arresta*.

Commissionalium definitio.

2. *Commissionales* sunt, quibus Judex uni, vel pluribus Commissariis nominatis, partis alicujus litigantis probationem recipiendam committit.

Considerandæ hic sunt I. Commissionum species & formæ.

Species Commissionum. Ordinariæ quid? Extraordin. seu Commiss. ad perpet. rei mem. quid? Extraordin. quib. casib. decern.

3. Sunt autem Commissiones, vel *ordinariæ* vel *extraordinariæ*. *Ordinariæ* sunt, quæ juris ordine observato postulantur & decernuntur: *Extraordinariæ* verò, quas vulgò Commissiones ad perpetuam rei memoriam appellant, sunt, quæ extra ordinem, sive juris ordine non observatô, postulantur & decernuntur.

4. Hæ decernuntur vel in causa jam in Camera pendente, vel non; utrumque enim *Recess. Imp. Deputat. de An.* 1600. §. Es sollen auch Commissiones &c. 132. admittit. Posteriori casu, quia litispendentia in Camera nulla est, præcisè extrajudicialiter roganda est Commissio ad memoriam. Priori verò in arbitrio petentis est, an in judicio vel extrajudicialiter eam rogare velit? licèt hic modus ultimus, propter sui celeritatem, prævaleat.

5. *Si in Judicio*; coram Deputatis petitionem in Scriptis exhibet, nomina testium, eorumque ætatem, & articulos probatoriales adjungit, & Judex dato intra quindenam, vel longissimè intra alterum tantum spacio adversario, si velit, excipiendi, in hoc puncto, citra moram decernit, quod justum est. *Jud. & Assess. Mem.* 13. 23. *Junij*, *Anno* 1585. §. Letzlich demnach ꝛc. 16. *& seq.* Denais. *Jur. Cam. tit.* 81. *Commiss. ad perpet. rei memoriam. Et Recess. Deput. de An.* 1600. §. Wann judicialiter &c. 90.

6. *Si extrajudicialiter*: Supplicam cum solita subscriptione, scil.

scil. *cavendo de rato & Mandato*, extrajudicialiter exhibet, nomina testium, eorumque ætatem specificat, & articulos probatoriales adjungit, expectans decretum super Deputatione Commissariorum. De istis Commissionibus *ad perpet. rei memor.* vid. Gail. 1. *obs.* 92. *& tractatum de Commission.* Nicolai de L'escut. *Part.* 2. Rutg. Rulant. *Part.* 2. *Lib.* 1. *de Commiss. per tot.*

7. Testes ad perpetuam memoriam recipiuntur, quando vel ob decrepitam ætatem, corporisque ægritudinem, mortalitati proximi esse judicantur, vel ob diuturnam peregrinationis absentiam suo tempore haberi nequeant, ut veritati testimonium perhibeant. *Memor. Visit. Anno* 1585. §. Derhalben ꝛc. Gail. *lib.* 1. *obs.* 92. *n.* 3. Confer Ferrarien. *Practic. Quando testes producuntur ad æternam rei memoriam.* Sic etiam tempore *belli & pestis*, testes ad memoriam, licèt juvenes & sani sint, ob imminens periculum, recipi solent. An etiam, ob *metuendam oblivionem*? Negativa verior est: nullam enim nec ego vidi, nec investigare potui commissionem ex hac causa in Camera decretam, *inquit* Ruland. *de comm. & commiss. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 4.

Quando secum habeant respectu Actoris, commiss. ad memor.

An ob metuend. oblivionem?

8. Sciendum tamen, hoc omne *de actore* ita constitutum esse, ut is commissionem hanc impetrare nequeat, nisi ætas, contagio vel metuenda absentia testium ipsi jacturam probationum minentur. In reo aliud est: nam hic indifferenter, & sine discrimine ætatis, valetudinis, aut absentiæ testium, commissionem hanc impetrabit, quia *quando conveniatur, non est in potestate ipsius.* Gail. 1. *obs.* 92. & exinde norunt Advocati, potiùs rei quàm actoris partes clientibus suis, in supplicationibus hujus generis, adsignare, ut hâc prærogativâ gaudere possint.

Cur aliud sit respectu rei?

Infr. t. 20. §. 63.

9. In juribus incorporalibus, sæpè quælibet pars actor & reus est; quare in his hoc discrimen non ita attenditur, sed testes ad memoriam examinari impetrabit, qui qualitercunque se turbatum conqueritur, vid. præjud. apud Gylm. *t.* 1. *p.* 2. *t.* 9. *suppl.* 6. vidi etiam sæpè *practicari*, ut si unus commissionem impetraverit, alter etiam (siquidem requisita utrinque adsint) pro ea instet, ut sic probationes conjunctim expediantur, quod utilissimum, & *notatu dignum est.*

Utrique parti quando decernantur?

10. Commissiones ad memoriam petentibus decernendæ sunt, nullo discrimine habito, nata sit, an nascitura actio. *Consult. Cam. Ann.* 1590. Denais. *Commissiones ad memoriam.* §. 3. Debet autem actio, ut examen prosit, necessariò *intra annum proponi*, qui tamen utilis est ab initio, & *Actori* non, nisi valenti agere, currit; Continuus verò ex

An decernantur actione natâ vel nasciturâ?

Actio quo tempore instituenda?

post

Infr. tit. 26. §. fin.

post facto: *aliud obtinet in Reo*, cùm enim in illius potestate non sit, quando Exceptiones proponere velit, ideò nullum quoque certum tempus ipsi hac in parte præstitutum est, nisi fortè exceptio posset proponi per modum actionis; ut in Except. non numeratæ pecuniæ, doli mali &c. obtinet, ut pulchrè explicat Gail. *lib.* 1. *obs.* 92. *n.* 4. & 10.

An lite jam institutâ & pendente comm. ad mem. pet.

11. *Sed quæritur*: An Commissio ad perpetuam rei memoriam peti & decerni possit, lite jam institutâ & pendente, ut ita ratione & viâ ordinariâ ad probandum perveniatur? Dubia hæc inter Dominos Camerales quæstio fuit; sed tandem per majora *conclusum est*, hoc casu Commissiones extraordinarias & postulari & decerni posse: quia non minus periculi sit in mora, quàm lite nondum cœptâ, præcipuè verò, quia ante litem contestatam ad probationem viâ ordinariâ procedi nequeat, & priusquam eò deveniatur, interdum aliquot anni labantur; & præterea Exceptionibus contra Commissarios oppositis, non parum temporis teratur, durante interim periculo, quia judicis arbitrio permittitur, ut ex asserti periculi qualitate æstimet, an quid decernendum sit, nec ne. *Conclusum Cameræ dub.* 108. vid. *Recess. Spiræ Ann.* 1600. §. Es sollen auch *Commissiones* &c. 130. Ubi Judicis arbitrio permittitur, an decernendæ sint nec ne?

Commiss. ad mem. in caus. pend. hodiè extrajudic. vix decernuntur.

12. Quia tamen *hodiè* non tantùm processus, sed ordo etiam audientiarum maximè abbreviatus est, ita, ut litis contestatio non tantùm in primo termino fieri regulariter soleat, & quotidiè à quocunque Procuratore peti quid possit: ideò non facile hodiè, causâ jam judicialiter introductâ, ejusmodi Commissio ad memoriam extrajudicialiter decerneretur, cùm facilius in judicio illud ipsum fieri, & pars adversa desuper audiri, & legitimo modo procedi possit. vid. *Lib.* 2. *tit.* 9. *cap. sing. de ord. rer.* §. 51. infr. *tit.* 23. §. 9.

13. Provocanti, qui fatalia labi passus est, & restitutionem in integrum petenti, commissionem ad perpetuam rei memoriam in causa principali decernendam esse, censet Gail. *lib.* 1. *obs.* 143. *n.* 5. Restitutio namque in integrum, licèt nondum concessa, impedit tamen executionem: convenit proinde, ut eam petenti juris remedia non denegentur.

Commissionum formæ.

14. Ad Commissionum *formas* quantum attinet, decernuntur & *in communi*, & *in meliori* sive *pleniori & optima* forma.

Commissio in communi forma quid?

15. Commissiones in communi forma sunt, quibus Judex Commissario mandat testium receptionem, examinationem & ocularem inspectionem. Gail, *lib.* 1. *obs.* 94. *n.* 1.

16. Ad

16. Ad impetrandam comissionem in communi forma, ubi quæstio limitanea, & ocularis inspectio incidit, schemate seu delineatione, ein Abriß/ ab utraque parte pro informatione Domini Judicis producendâ opus est. *Recess. Imper. de An.* 1654. §. Wann es umb Grentzen ꝛc. 46.

17. Ocularis inspectio omnium firmissima probatio est, per text. in *l. si irruptione. §. ad officium. ff. fin. regund. l. quæ tutor. §. 1. C. de administrat. tutor.* & ea, quæ tradit Gail. *lib. 1. observ. 26. num. 9.* Hæc cuicunque probationi prævalet. Azo. *in summa C. ad L. Aquil.* Alexand. *Cons. 124. volum. 1. & consil. 85. volum. 2.* Matth. de Afflict. *Rubr. 21. num. 71. lib. 1.* Joan. Borch. *Instit. lib. 3. de gradib. cognat.* ad verba: *Quòd veritas magis oculata fide, quàm per aures animis hominum instigatur.* De oculari inspectione, vid. *Tract.* Nicol. Lescut. *lib. 1.* Ocularis inspectio firmissima probatio.

18. Commissiones in meliori & optima forma sunt, quibus commissario conceditur plenior potestas, *intellige*, non solùm testes recipiendi & examinandi, & in rem præsentem eundi, verùm etiam Instrumenta transsumendi. Gail. *d. obs. 94. n. 1.* Commiss. in meliori & optima.

19. Sed quæsitum est, an clausula, de *Instrumentis transsumendis*, commissionibus inserta, communem commissionis formam mutet? Commissionibus in communi forma in Camera decretis clausula instrumenta transsumendi interdum annexa fuit, quia clausula illa communem formam commissionis non mutare visa est; eò quòd nihilominus non parum discriminis adhuc sit, inter has & alias, quæ in meliori vel optima forma decernuntur, utpote in quibus plenior potestas commissario concedatur, nimirum, non solùm ea, quæ ipsi proponuntur transsumendi, verùm etiam partes compellendi, ut Instrumenta quæ habent edant, & transsumenda proponant, aliaque præterea faciendi, quæ in commissionibus communis formæ non comprehenduntur: & judicatum est, hoc Juri & Doctorum opinioni consentaneum esse, & multoties Cameræ stylo ita observatum fuisse. Clausula de instr. transsum. an mutet commun. commiss. form. Sententia negat.

20. Sed per majora *conclusum*, potestatem illam transsumendi solummodò meliori & non communi formæ, quæ non nisi inspectionem ocularem continere potest, attribuendam esse, aliàs in aliam & diversam meliorem scil. transire: neque verò per commissiones in meliori forma commissariis potestatem fieri, partes ad editionem Instrumentorum compellendi, utpote quod non nisi ordinario Judici competit, & in specie peti atque decerni debet, quod ferè nunquam fit; sed solùm generaliter, scilicet tantùm ad transsumendum, super quo etiam Sententia affirm.

tunc commissiones in meliori forma decretæ fuerunt, quemadmodum etiam Visitatores Cameræ statuerunt, *ad obtinendam Commissionem in meliori forma, in specie causam significandam esse, quamobrem originalia in ipso judicio produci nequeant*, eamque causam solam sufficere voluerunt ad decernendum in forma meliori, ut scilicet ita transsumptio fiat per Commissarium, recognitione præviâ; aliàs enim, si etiam compulsus inesset, alia simul, & gravior causa ad committendum exprimenda foret, & in hanc partem plura etiam præjudicia extare existimant.

Sententia media.

21. Fuêre tamen, qui hoc temperandum, & mediam quandam viam inveniendam esse arbitrati sunt, hanc videlicet, ut si commissio non expresè in communi forma, sed *his verbis* (in communi forma) *omissis*, solummodò commissio cum clausula transumendi, petatur, decernenda sit. Sed prior sententia per majora placuit. *Concluſum Cam. dub.* 111. vid. *Rec. Deput. Imp. Spiræ Ann.* 1600. §. Wir erklären auch ꝛc. 133. Ubi pragmatica Imperii Constitutio est, ut clausula *transsumendi Instrumenta* (cùm optimæ duntaxat formæ conveniat) commissionibus in communi forma conceptis ne adnectatur.

Decisio.

Commiss. in meliori forma quib. casib. locum hab.

22. Commissiones igitur in meliori & optima forma decernuntur, quando litigatores instrumentis atque documentis originalibus, *ut vocant*, quæ non sine itineris, maximèque longinqui periculo transportantur, intentionem & causam probare necesse habent, veluti, quando libri censuales aut feudales, aliave documenta in archivo aliquo publico inspicienda, transumenda & producenda, aut scripturæ vel sigilla non recognita per testes probanda, aut aliæ circumstantiæ fuerint. *Memor. Visit. Ann.* 1556. §. Auff daß auch &c. 17. Cisner. *fol.* 437. *Recess. Imp. Anno* 76. §. Mit was Gefahr &c. 55. *Memorial. Visit. Anno* 1578. §. Und dieweil &c. 17. Cisner. *fol.* 438.

Singul. præjudicium commiss. optima forma.

23. Meminit etiam quidam *Adsessor anonymus* apud Marilian. *obs.* 1. in suis observationib. *præjudiciorum*, in causa Fucker contra Ulm/ & in causa Hatgau contra Hanau / in quibus 6. *Augusti*, 1550. & 10. *Febr. Ann.* 1553. Commissario ad examinandum testes Deputato Camera Imperialis concessit potestatem, absolvendi à Juramento subditos Ducis Bavariæ, qui ad factam legitimam requisitionem illos relaxare noluit.

24. Probatoriorum transsumptione permissâ, eorundem designatio apud Acta deponenda Cancellariæ exhibetor. *Mem. Visit. An.* 1578. §. 17. Denais. *Commissio in meliori forma.* §. 3.

25. Com-

25. Commissiones extraordinariæ, ad perpetuam rei memoriam, in meliori & optima forma, ad instrumenta transsumenda, non decernuntur, quia nullum interitûs periculum subest. Gail. *lib.* 1. *obs.* 94. *n.* 1. Aliquando tamen decretæ sunt in causa der Ritterschafft des Hertzogthums Bergen contra die Ritterschafft der Grafschafft von der Marck / 26. *Jun. Ann.* 1578. idque propter bellorum periculum allegatum his verbis: Die Brieffliche Urkundten aber durch Verlängerung der Zeit auch leichtlich bey diesen geschwinden nachbarlichen Empörungen abhändig gemacht / verlegt / verlohren / oder sonsten Schaden nehmen mögten / id est, Documenta autem literaria temporis progressu, & ob bella vicinis imminentia, facilè surripi, seponi, perdi aut damnum pati possint. Commiss. ad mem. non decernunt. in opt. form. & quare? Exceptio.

26. Vide *Tract.* Nicol. de Lescut. & Rulandi *Part.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 11. *seq.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 92. Gylm. *Symphor. tom.* 1. *p.* 2. *t.* 9. *suppl.* 15. ubi idem hoc præjudicium, *sub rubro*, Bergischer Räthe contra Clevische Räthe / citatur, & supplica in tenore adjicitur. Jung. Gylm. *præjudic. Cam. verb.* Commissio ad perpetuam rei memoriam. *pag.* 84. ibi: Commisioni ad perpet. rei mem. non solet *annecti clausula*, Brieffliche Urkundten zu transsumiren / nisi quando propter bella & alia impedimenta, loco moveri nequeunt. *Item*, cùm periculum est in mora, ne pereant, tum decernuntur.

Considerandum II.

Commissarii à quo, quomodo, quinam & quales deputandi.

27. Etsi regulariter partes Commissarios nominent, & ordinari petant; attamen aliquando etiam Judex Cameræ, ad instantiam partis, Commissarium nominat & ordinat, si videlicet testes in loco sint, aut non longè à Camera absint. Vide Ruland. *de Commiss. Part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. Et ut plurimum unus aut duo ex numero Procuratorum aut Protonotariorum, scil. in causa & lite inter personas Cameorales, vel alias pendente, & casu quo testes *Spiræ* examinari possunt; aliàs enim extra locum *Civitatis Spirensis* Protonotarii ad Commissiones nunquam ad hoc deputantur. vid. infr. §. 39. *h. t.* Quis Commissar. nominet & ordinet. Quibus casibus Judex ordinet?

28. Duo, pluresve Commissarii nominati conjunctim & divisim in Camera deputantur, & propterea alter alterum subdelegare potest. Et licèt delegatus ab ordinario alium subdelegare regulariter non possit, attamen Commissarius Cameræ subdelegare potest, nisi expressè Quot, & quomodo deputentur?

commissioni contrarium insertum, vel causa esset criminalis, ubi hoc non permittitur. Mynsing. *obs.* 41. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 97. *n.* 7 ubi Commissariorum subdelegationes in Camera locum habere testatur.

Virtus clausulæ, sampt und sonders.

29. Imò propter *hanc clausulam*, sampt und sonders / pars impetrans, parcendorum sumptuum ergo, unum ex Deputatis Commissariis, missis reliquis, ad expediendam commissionem eligere, & per ipsum solum, sine vitio nullitatis, eam expedire potest. Hujus enim clausulæ natura est, ut non omnes tantùm, sed specialiter etiam singuli sint electi, quod notatu utilissimum. vide Ruland. *P.* 1. *lib.* 2. *c.* 24. *n.* 4.

Declaratur exemplis.

30. Sic in causa Köpffischer Töchter contra *Creditores*, *appellationis*: in puncto Liquidationis, *Anno* 1645. Commissio ad duos commissarios decreta, sed vigore hujus clausulæ per unum tantùm sine vitio nullitatis expedita fuit, *quod hodiè quotidianum hujus rei gnaris.* Imò, cùm in causa W. contra H. C. 5. *Maij*, *Anno* 1658. extrajudicialiter commissio ad duos, sine hujus clausulæ insertione, decreta, sed unus commissariorum in suscipienda ea impeditus esset, 27. *Augusti*, 1659. rescriptum, & extensio hujus commissionis, cum insertione hujus clausulæ petita & obtenta fuit.

Si in plurib. nominat. unus tantùm idoneus reperiatur.

31. Pluribus commissariis repudiatis, si unus tantùm inter illos idoneus, & omnibus exceptionibus major reperiebatur, parti, à qua nominati fuêre, per decretum tempus præstitutum fuit, ad nominandum plures non suspectos simul cum illo, qui idoneus censebatur. Sed quia hâc ratione probatio & processus protrahebantur, *placuit*, hunc in commissariis deputandis procedendi morem atque stylum, antè observatum, abrogare atque antiquare, & idoneum inventum deputari: Imputet enim sibi, qui plures idoneos non nominaverit; & quilibet tenetur eas personas nominare, quarum unaquæque per se & sola, commissionis negotio expediendo par atque sufficiens esse queat, ut eâ ratione processus acceleraretur.

Ille hodiè ad commissionem deputatur.

Interdum plures, rejectorum loco, nominandi.

32. Quòd si verò talis fuerit, ut alias ob causas necessum sit, plures nominari, vel Principalis ipse plures simul cum illo, qui supereſt, & quia idoneus, repudiatus non est, nominandos esse duxerit, terminumque alios nominandi postulaverit, cum comminatione præclusionis viæ probandi, vel unius istius deputandi, terminus postulatus præfigitor. *Concl. Cam. dub.* 109.

33. Vide *Recess. Deput. Imper. Ann.* 1600. §. Nachdem hiebevor ꝛc. 131. Cujus summa est, ut pluribus commissariis rejectis, si unus re-

reperiatur idoneus, aliorum nominatio decreto ne exigatur. Quòd si Judex ex causa plures nominandos esse cognoverit, parsve obtulerit, tamen comminatio non præclusionis viæ probandi, sed unius illius deputandi, subnectatur. Denaif *Commiss. recusatio.* §. 5.

34. Adversus commissarios in genere duntaxat, quòd sint conjuncti, ne excipitor, nisi in continenti probetur. *Decret. Cam.* 3. *Oct.* 1583. Denaif. *ib.* §. 4. Idque sub pœna ordinationis, vide Gylm. *tom.* 1. *p.* 3. *post vot.* 23. *n.* 19. *fol.* (*mihi*) 123. Qualis exceptio contra Commissarios opponi possit.

35. Si exceptiones minùs relevantes contra Commissarios oppositæ fuerint, non statim, nominatis præteritis, alii & procul absentes ex officio surrogantor. *Mem. Visit.* 1562. §. Wann von. 11. Cisn. *fol.* 437.

36. Commissarii ad commissiones extraordinarias nominati, periculo partis impetrantis admissi deputantor, & hoc expressè interlocutoriæ inseritor; Adversa enim pars à judicio abest, & hoc casu non auditur, *Memor. Visit. An.* 1579. §. Die Käyserl. Commissarien und Visitatorn 1. Cisner. *fol.* 439. Et ita deputantor, ut parti adversæ liberum relinquatur, testium examini Notarium adjungere, *excepto casu contumaciæ.* Comiss. ad extraord. commiss. periculo partis dep.

37. Nam si contra *contumacem* in Camera eo usque processum fuerit, ut commissione decretâ commissarii deputentur, non permittitur contumaci, ut Notarium examini adjungat, neque in commissionis decreto adjunctio Notarii reservatur, quemadmodum aliàs reservari solet. *Conclus. Camer. dub.* 112. vide *Recess. Deput. Imper. Anno* 1600. §. Da *in contumaciam comparentis* &c. 134. Commissarius tamen hoc casu Adversarium ad Actum productionis citato, & adjunctus à contumace ultrò adhibitus ne rejicitor. *Recess. Deputat. Anno* 1600. §. Jedoch sol auff solchen Fall. ꝛc. 135. Denaif. *Commissariorum Adjuncti.* §. 2. Vide infra: *Commissariorum salarium. num.* 5. Contumax Notarium examini non adjungit. Limitatio.

38. Commissarii idonei, rerum judicialium periti, constituuntor, non minus enim litigatorum interest, commissarium illis idoneum constitutum esse, quàm Judicem. Ordin. *P.* 3. *T.* 16. §. Dieweil auch ꝛc. 3. Commissariorum qualitas.

39. Procuratores Cameræ Imperialis, præcipuè verò multarum causarum negotiis occupati, item Notarii, Protonotarii, Lectores, &c. & similes Judicii Imperialis personæ, commissarii non deputantor, nisi certis de causis *Judici & Adsessoribus* sic visum fuerit, & absque negotiorum judicialium impedimento fieri possit, & suspicio absit. Ordin. *d. Tit.* 16. §. So sollen ꝛc. 4. *Memorial. Visitat. Anno* 1559. §. Uber dieses ꝛc. 34. Cisner. *fol.* 440. & *Memor. Visit. Anno* 1564. §. Die Protonotarien Personæ Camerales quando Commissarii deputari possint.

rien &c. 13. Cisn. *fol.* 174. In causis tamen inter personas Camerales, vel à Civitate Spirensi per appellationem ad Cameram devolutis, solent plerunque Advocati & Procuratores Cameræ deputari. *vid. supr.* §. 27. *h.t.*

40. Procuratores novitii, nullis vel paucis causarum negotiis occupati, ad Commissiones admittuntur, ita tamen, ut illi & aliæ personæ Camerales, sub prætextu commissionis demandatæ, visitationi se non subtrahant. *d. Memor. Visitat. Anno* 1559. Cisner. *fol.* 440. Nulli enim ex Cameralibus, sive sint Assessores, Procuratores, Advocati & alii, licitum est tempore visitationis, sine visitatorum permissione, abire.

Cautela in nominand. Commissariis, in termino constituto.

41. Si Commissariis nominandis certum tempus præfigendum sit, ut in Judicio Camerali fieri solet, quando nimirum Judex animadvertit, in Commissariorum nominatione moram necti; & Procuratores intra terminum constitutum Commissarios nominare non possint, quia de illis à suis principalibus certiores nondum sint redditi, hâc cautelâ utuntur, ut nominent in termino constituto Commissarios sibi notos, & postea, si à partibus alii illis nominentur, hos superioribus addi petant. Rutger. Ruland. *de commiss. l.* 2. *c.* 4. *n.* 7.

In Causis paup. quid observetur ratione Commissariorum?

42. In Causis pauperum, Camera Commissiones ad Magistratum, sub quo testes domicilium habent, vel alium non procul ab illis absentem, decernere solet, ne pauperes sumptus facere cogantur. Gail. *lib.* 1. *obs.* 43. *n.* 19.

Quid ratione sumptuum.

93. Quinimò Commissarii, in causis pauperum, non minus ac Advocati, & Procuratores, gratis laborare tenentur, ac proinde eâ potiùs de causa in vicinia accipiuntur, ita tamen, ut si pauper victoriam obtinuerit, condignos sumptus refundere teneatur. Gail. *h. l.*

Qui Commissarii deputari nequeant.

44. Commissarii, qui nominanti & petenti propter subjectionem, ministerium vel alio modo suspicionis vitio, (putà ratione consanguinitatis, interesse, vel quòd similem casum fortè habeant,) laborant, non deputantor. *Memor. Visit. Anno* 1579. §. die Käyserl. Commissarii. 12. Cisner. *fol.* 439. Hinc ad facilius impetrandum decretum, in supplicis plerunque allegari solet, Commissarium neque ratione subjectionis, Ministerii, vel alio vitio affectum esse: & nisi hoc fiat, decreto injungi solet: Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern / wofern Supplicant, daß die angegebene Commissarii seinen Principalen weder mit Dienst / noch in andere Wege unterworffen / oder sonsten ohntauglich / anzeigen / und / wie sich gebühret / probiren wird / soll ferner &c.

Con-

Consideratio III.

Quid Commissario in Commissionalibus præcipuè mandandum.

45. Judex inter alia Commissariis mandabit, ut parti, contra quam testes producuntur, tempus sive terminum congruum constituant, & nomina testium transmittant, ac testes super articulis & interrogatoriis, eâ quâ decet diligentiâ examinent, & præterea, ut non minus quàm Notarius, examini junctus, religione jurisjurandi præstiti dicta testium, tantisper dum publicentur, secreto secum habeant. *Mem. Visit. An.* 1579. *dict.* §. 12. Cisner. *fol.* 439. Qui Juramentum præstare debeant in Commissionibus.

46. De hoc Juramento, & quinam id præstare teneantur, vide Ruland. *lib.* 5. *cap.* 10. *P.* 1. Tenentur autem omnes hoc facere, nisi à partibus remissum fuerit, *præter Commissarium*, cujus fidei, tanquam à Judice delegato, meritò statur. Commissarius non jurat.

47. Distinguuntur autem articuli ab interrogatoriis, de quibus §. 45. *Priores* enim à producente testes dari; *Posteriora* verò, vel à parte adversa, vel ab ipso judice, maximè si ejus discretioni hoc committatur, super articulis fieri solent: suntque Interrogatoria *generalia* & *specialia*: *Illa* fiunt super persona testis, utrùm scil. non sit producenti consanguineus, amicus vel inimicus, infamis, vel aliâ de causâ ad dicendum testimonium inhabilis? *Hæc* fiunt ex causa principali controversa, & super quovis, si Reo videtur, articulo, pro diversitate circumstantiarum ibidem concurrentium. Vide plura ap. Ruland. *de commiss. Part.* 3. *lib.* 1. *per totum.* Differentia inter articulos & interrogatoria. Interrogat. general. quid? Quid specialia?

48. In Commissionibus melioris sive optimæ formæ Commissario mandabitur, ut Instrumenta transsumpta examini inserat & unà cum examine transmittat. *Memor. Visitat. Ann.* 1556. §. Auff daß 17. Cisner. *fol.* 437. In commiss. opt. form. quid mand. Commiss.

Consideratio IV.

De Commissariorum Officio.

49. Commissarius ad receptionem probationum partes citato, & convenientem illis terminum in citatione constituito, *supra* §. 45. Et noverint Commissarii Cameræ, quòd testes etiam immediatè Imperio subjectos, vigore commissionis, citare possint: Quia hujusmodi commissiones emittuntur, sub nomine & sigillo Imperatoris, qui Superiorem non habet, & cujus Jurisdictioni hoc casu meritò parent omnes. Commiss. officium quoad citat. & constit. termin. An testes immediat. Imp. subj. ? citare possit?

vide

vide Rutger. Ruland. *de commiss. P.2.lib.2. cap.5. num.10.11. & cap.3. num.25.* & Gail. *lib.1. obs.98. & T. seqq.* §.2. Quod etiam ad Clericos, ita tamen extenditur, ut ab eorum ordinario prius hâc de re indultum, quod idem est, ac requisitoriales, seu literæ mutui compassus, impetrentur. Ruland. *Part. 1. lib. 5. cap. 4.*

An Clericos?

Quid admitt. ad proband. deb.

50. Ad probandum autem nihil admittito, quod vel est irrelevans, vel impertinens, vel super quo partes non discrepant. *Recess. Imp. de Ann. 1654.* §. Den Punctum Probationum betreffend ꝛc. 45.

Super articulorum admissione quis cognoscat?

51. Cujus sit cognitio super articulis, utrùm relevantes sint nec ne? *Dubitari hîc potest.* Et licèt, vigore *paragr. ex novissimo Recessu allegati*, articulorum notoriè impertinentium rejectio Commissario concedatur, in reliquis tamen Judicio Camerali ejus cognitio tantummodò competit, omnique alteri Judici Commissarium deputanti, & si pars adversa non citatur, hoc non observatur. Ruland. *P.3 lib.1.c.5.n.1.* qui dicto *lib. 1. c. 7.* pulchrè deducit, additionales articulos non, nisi in Camera, & quidem tantùm ante litem contestatam, neutiquam verò etiam coram Commissario proponi posse.

Rotuli forma.

52. Rotulum sub hac forma, ut quemlibet articulum probatorialem dicta testium sub iisdem, quibus usi sunt in deponendo testes, verbis subsequantur, expedito. *d. Recess. de Ann. 1654.* §. Im übrigen. 52. Eundem ordinem in interrogatoriis servato. *d. Recess. d. loc.* idque omne, ut Judex in conquirendis per multas paginas testium depositionibus hoc medio sublevatus sit.

De transm. rotuli in commiss. ad memor.

53. In Commissionibus ad perpetuam rei memoriam, Commissarius non solùm rotulum examinis, verùm etiam utriusque Notarii Protocollum, præsentibus Notariis obsignatum, ad Cameram Imperialem transmittito. *Memor. Visit. Anno 1579.* §. Derhalben in dem Fall &c. Cisn. *fol. 440.*

Qui judicialiter non producitur.

54. Commissiones illæ, si extrajudicialiter impetratæ fuerint, ut sæpius impetrantur, Rotulus ad Cameram transmissus non judicialiter producitor, sed Lectori, scripto eam rem professo, in tabellario adservandus, & in codicem referendus, committitor. *Mem. Visit. Ann. 1580.* §. Die *Procuratorn.* Cisner. *fol. 514.* vide Gail. *lib. 1. obs. 93.*

An rotulus examinis ad memor. deponenti ex Lectoria ad ejus petit. sit restit.

55. Sed *quæsitum est*, an rotulus ad Cameram transmissus, si ex Archivo reposcatur, ad nuda narrata, sine ulteriori indagine, an & ad quid reposcens opus habeat, restituendus sit? Quòd deponenti restituendus, etiamsi tertius contradicat, vel contra protestatus fuerit, & liber iste,

iste, quoad proprietatem pro communi non habendus, sed solius producentis sit, qui redemit, & operarum quoque mercedem solvit, nec aliorum præsentiâ opus sit, quàm quorum interest, & quia recognitio atque publicatio ejus non in Camera, sed tantùm coram suo & ordinario judice locum habeat, adeoque editio ejus deneganda non sit, *quidam putant.* Sententia ajens.

56. Alii verò periculosum esse existimavêre, Rotulum producenti sive supplicanti, ad nuda narrata restituere, quando non constat, an lis cœpta & pendens sit, aut ad quid is, qui reposcit rotulum, illo opus habeat, & quia metuendum, ne hoc modo dicta testium revelentur, vel aliâ ratione, quis eo abuti posset, forsan ad instruendum testes, vel ad differendam litem fortè nondum cœptam, donec testimonia depereant: Quamobrem tutius esse arbitrati sunt, ut rotulum reposcens documentum adferret à Judice, coram quo lis est, causam esse cœptam, & attestationibus opus esse, vel partem adversam in editionem consentire. Sententia negans.

57. Nam attestationes, id est, testium dicta utriusque partis communia esse, nec solo sumptu produc. sed & partis adversæ, quæ citata fortè non solùm comparuerit, (quod præsumitur) sed etiam adjunctum adhibuerit, operamque ei præstitam exsolverit, aut aliquid expenderit, & interrogatoria exhibuerit &c. *Decret. Cam. publ.* 30. *Mart. An.* 1593. *Conclus. Cam. dub.* 10.

58. Vide *Recess. Dep. Imp. Ann.* 1600. §. Als auch offtmahls Commissiones &c. 28. ubi pragmatica Imperii constitutio est, ut ad præcavenda varia pericula, imposterum ejusmodi attestationes reposcens documentum proferat à Judice, coram quo lis pendet, causam esse pendentem, & attestationum illarum editione opus esse, aut adversarium ipsum non contradicere. Decisio Imperii Deputator.

59. Præterea ut *praxeos* studiosi, quasi per compendium cognoscant, quæ sint partes Commissarii in expedienda comissione, sequentia notanda sunt. *Primò*, Commissionem à Pedello, (siquidem Commissarii sint in urbe Spirensi,) seu Nuncio Cameræ, eam insinuante, reverenter recipit. 2. Testes citat per nuncium, ad hanc commissionem speciali Juramento obstrictum, citatione in scriptis, sub manu & sigillo suo. 3. Citationi adjungit *memoriale*, ein Gedenckzettul/ (in quo continentur citationes) ad quemlibet testem. 4. Parti producenti diem, in quo examen inchoabitur, *per literas certificatorias* significat, eumque, ut adsit, monet. 5. Parti adversæ, ad videndum produci & jurare testes denunciat, copiam commissionis & articulos, ad formandum interro- Compendium Commissarii partium in expedienda commissione.

gatoria, transmittit. 6. Si testis unus aut alter in comparendo contumax fuerit, ad implorationem producentis, pœnale monitorium, seu secundam citationem pœnalem, procedendo ad mulctam emittit. 7. In Actu examinis, Commissarius nudato capite, in honorem *Cæsareæ Majestatis* stando commissionem publicat. 8. Ipsemet, vel per Notarium commissionis, partibus eam prælegit. 9. Si prima dilatio jamdum expiraverit, & secunda concessa sibique insinuata sit, ut examen subsistat, & illam partibus ex scripto recitat. 10. Notarium commissioni adjunctum Juramento obstringit. 11. Mandatum à producentis Procuratore productum parti adversæ ad recognoscendum exhibet, si nihil opponatur, quod relevat. 12. Catalogum productorum testium ex scripto recitat, sciscitaturus, an omnes comparuerint. 13. A partis adversæ Procuratore Mandatum (quod parti producenti ad recognoscendum simul exhibet) & interrogatoria recipit; si pars adversa non comparet, vel saltem protestatur de nullitate, in contumaciam examinando procedit. 14. Testes in præsentia utriusque partis Juramento obstringit, vel actu uno, vel distinctis, scil. si testes alicujus dignitatis simul cum rusticis sint producti; hoc enim casu digniores actu separato, & postmodum rusticos jurare facit. 15. Si excessivus testium numerus sit, superfluos rejicit. 16. Loca oculari inspectioni commissa inspicit, & testes atque artifices, quibus indiget, sibi adjungit. 17. Documenta, Registra & Scripturas, si hoc commissioni insertum sit, transsumit, & 18. ex his actibus omnibus & singulis, in Codicem eo ordine, uti numerantur, collectis, rotulum conficit, confectum claudit, & sigillo munitum producenti impertitur, in Camera exhibendum.

Considerandum V.

Commissariorum Salarium.

Salarium Commissariorum.

60. Commissariis, dum absunt, dumque Rotulos prælegendo conferunt, diurni, & præterea in singulos testes singuli floreni: tum pro denunciatione, certificatione, testium citatione, rotulique subscriptione simul, sigilloque, *florenus ubique unus*. II. Pro Instrumento transsumpto, *semiflorenus*. III. Pro aliis rebus transsumptis in singula folia *octoni*: descriptis *quaterni*: Denique pro schedulis, quibus terminus comparendi præfigitur, Tag-Zettuln/*quini cruciati sive cruciferi* præbentor. IV. Pro Examine in mundum redacto, pro foliorum ratione, *cruciati bini vel terni*: pro colligatione *florenus unus* taxator.

61. V.

61. V. Notario adjuncto, æstimationis istius dimidium: cæteris, qui ultrò adhibiti fuerint, & Scribis, nihil adjudicator. *Taxatio in Visitatione Anni* 1583. *exhibita & approbata.* Denaïs. *Commissariorum Salarium.* Notarii adjuncti Salarium.

62. Porrò de malitia multorum, quæ in petendis & tractandis commissionibus perpetratur, nonnihil hîc dicendum venit. Utut enim Commissariorum officium salutare, & pro expediendis per compendium probationibus aureum sit, multi tamen eo abutuntur, quando remorandæ causæ ergò, commissiones non necessarias rogant, articulos probatoriales confusos, & magno suo numero impertinentes, & inadmissibiles exhibent: Commissarios inhabiles & suspectos, vel in distantibus locis, unde facilè convenire nequeunt, habitantes nominant: hoc modo partem adversam, ad excipiendum incitatum, replicando fatigant, & si Judex, interloquendo, aliorum Commissariorum nominationem injungit, tergiversantur, tandem impartiales nominant, vel Judicem, ut ex officio ordinet, morâ suâ compellunt. Improbus commissionum abusus recensetur & reprehenditur.

63. Decretâ commissione impedimentum ex impedimento fingunt, commissionis in Cancellaria expeditionem non sollicitant, expeditam tardè redimunt, primam, secundam, tertiam, quartam dilationem, & hujus denique prorogationes multas, mentiendo & fingendo, à favorabili, vel æqui animi Judice eliciunt, commissione inchoatâ aliena commissioni innectunt.

64. Commissarius, in expeditione plus æquo tardior (quia de qualibet diæta suum capit) testes, quando lubet, citat, monitoria emittit, contra non comparentes ad mulctam procedit, sed sine executione: comparentes in turba audit, rotulum expedit, & sigillo suo clausum impetranti exhibet.

65. In medio Commissionis cursu, si Commissarius postulatis non annuit, impetrans, sub specie cujusdam gravaminis, appellat, pro citatione & inhibitione supplicat, impetratâ citatione (*inhibitiones enim in hisce casibus rarissimè impertitur Camera*) cum Commissario tractat, ut spontè desistat, si nolit, denegat alimenta, sumptus commissionis & jura diurna. Vel in medio cursu exhibet articulos additionales, rogando in Camera, ut Commissio decreta ad eos etiam extendatur, vel si jam exspiraverit, ut nova decernatur.

66. Rotulum à Commissario sibi exhibitum, in *Ordine Novarum* sui Procuratoris tardè exhibet, quem vellet ad Calendas Græcas clau-

sum, aperiri & communicari rogat: si adversarius non urget, sollicitare ipsi etiam sacrum est. Aperto & communicato rotulo, scripturam probatorialem è rotulo, dictisque testium, similia dissimilibus, ac paria disparibus conjungendo, cum tanta prolixitate, ut Codices aliquot exhauriat, conficit, veritatem cortice verborum obducit, cariem mendaciorum intus occultat, coronides novas annectit, tantâ multitudine, ut proportione habitâ ad Libellum sextuplò major sit.

67. Et quia non leve artificium in hisce scriptis desideratur, ipse studiosè, non secundùm requisita actionis intentatæ, sed in confusione juxta testium dicta progrediendo, & comportando ad singula farragines argumentorum, ista adornat, hoc intentus studiô, ut Acta mole sua crescant, & *futuro Referenti terribilia* reddantur; in puncto probationis producta plurima commutat, & fugiens lucem, semper concludere detrectat. *Sic*, ut notum, *vitam hominum devorat, quandoque una cõmissio.*

TIT. XV.

De Processibus dilationum.

§. 1.

AD processus commissoriales pertinent processus, quos vulgò vocant dilationum.

Dilationes quando petantur, decernantur.

2. Etsi enim primæ dilationes probandi simul cum ipsa commissione petantur (vid. infra *tit. 26. de dilat. probandi*) decernanturque, & Commissionalibus inserantur, atque Commissario nuncientur; secus tamen observatur in secundis, tertiis, & quartis dilationibus, quæ non commissionalibus, sed separatis literis emittuntur, & propterea, ut separati processus à commissionalibus distinguendos, & seorsim hic proponendos esse dixi.

Processus dilationum quid sint?

3. Processus igitur dilationum sunt, quibus dilationes ultra primam concessæ, Commissario nunciantur. *Vulgò hi processus secunda,* vel *tertia*, vel *quarta dilatio* in Camera inscribuntur.

Dilatio in genere quid.

4. *Dilationes generaliter* quietem à litibus significant: hîc, terminos recipiendis probationibus constitutos, denotant: *De quibus infra*, ubi de terminis agetur, dicendi locus fuerit. *Et notabis hîc*, Commissarium, finitâ aliquâ dilatione, examinando testes, aliaque commissionis negotia expedienda procedere posse, modò ipsi constet, aliam dilationem aut prorogationem in Camera concessam esse, etiamsi processus illarum nondum ipsi redditi fuerint, quod tamen in

Quid hoc loco notent?

Commissarius an finitâ dilatione ultra procedere possit?

Pro-

Protocollo, ab ipso consignandum est; ut præjudicium in Camera in causa Seen contra Wiedt / observavit & annotavit. Ruland. *P.* 1. *lib.* 2. *de commiss. cap.* 7. *n.* 25.

TIT. XVI.

De literis mutui Compassus, von Compaß- oder Bitt-Brieffen.

1. LIteræ mutui compassus sunt, (*vid. tit.* 14. §. 1.) quibus Judex de causa cognoscens, aliusve, cui id muneris commissum est, ad alium & alterius provinciæ, sive territorii Magistratum, sive Judicem scribit, cujus Jurisdictioni testes subsunt, ut illis mandet, ut coram Commissario ad dicendum testimonium compareant, vel alienæ provinciæ Magistratus ipse, testes illos examinet, aut examinandos curet, ejusve subsidium aut auxilium in administrando jure atque justitia requirit. Literarum mutui compassus definitio.

2. Dicuntur etiam literæ subsidiales, literæ requisitionales, imploratoriæ & remissoriæ. Synonimia.

3. Literis mutui compassus compellatus, locum illis relinquere tenetur, per *Novell.* 90. *de testib.* §. *Et quoniam.* 5. Effectus.

4. Literas mutui compassus Camera decernit, & emittit, vel Commissario constituto emittendi potestatem facit, si testes examinandi Jurisdictioni Cameræ subjecti non sint, vel personæ Ecclesiasticæ coram Judice laico testes nominentur & producantur, quemadmodum præjudicia in Camera extant, de quibus vide Rutgerum Ruland. *de commiss. P.* 1. *lib.* 5. *c.* 4. *add. supr. tit.* 14. §. 49. Literæ mutui compassus quando emittantur.

5. Itemque, si bona, in quibus executio facienda, extra Imperium sita sint; quemadmodum decernuntur in causa fractæ pacis, quando executio in bona proscripti extra imperium sita, facienda sit. Gail. *l.* 2. *de pace publ. c.* 17. *n.* 35. ubi literas mutui compassus etiam subsidiales & remissorias appellat. Confer cum Gail. Mynsi. *obs.* 68. *cent.* 3. & Hier. Schurf. *cons.* 33. *cent.* 1.

TIT. XVII.

De Sequestratione.

1. PRocessus Sequestrationis sunt, quibus custodia personæ, vel rei, de qua lis est, tertio alicui, quem sequestrum appellant, ad tempus usque ad finem litis committitur. Hinc sequestratio, quæ fit per judicem, possessionem non adimit ei, qui possidet. Guido Fojan. *de* sequestratio quid sit? Possessionē non adimit possidenti.

sequestr. lib. 1. *cap.* 1. *num.* 21. *per l.* 17. §. 1. *ff. depositi. l.* 22. *ff. de noxal. act. l.* 9. *de R. Vend.*

In quibus causis, & quando decernatur.

2. Hujusmodi processus Camera decernit in causis litigiosæ possessionis, alterutrâ parte postulante, vel ex officio, quando inter partes immediatè Imperio subjectas possessio dubia est, armorumque periculum subest. Ordin. *Part.* 2. *T.* 21. §. *ultim.*

Permittitur altera parte non audita.

3. Ergò sequestratio hîc permittitur, non citatâ & auditâ parte altera? Ita est, ob armorum periculum, quoties enim evidens periculum in mora est, taliter fieri potest. Vide post alios terminatim Anton. Fab. *in C. rer. Judicat. lib.* 4. *tit.* 3. *definit.* 6.

Armorum periculum requirit.

4. Verùm, quemadmodum in eodem causarum genere inhibitiones, ita sequestrationes non decernuntur, nisi de armorum periculo saltem summariè, putà per Epistolam, doceatur, vel aliàs judici constet. Sic aliquando in Camera Imperiali sequestratio cujusdam puellæ sponsæ, de qua lis exorta fuit, decreta est. Gail. *lib.* 1. *obs.* 12. *n.* 15. 16.

Sequestratio puellæ.

TIT. XVIII.

De Arrestis.

§. 1.

Processus Arrestorum quid sint.

PRocessus arrestorum sunt, (vid. *tit.* 14. §. 1.) quibus arrestatio personarum vel rerum Magistratui, in cujus territorio sunt, committitur.

Cui & ad quem decernantur?

2. Sic Arrestorum processus aliquando *civi cuidam Norico* N. N. in Camera decreti sunt ad omnes Imperii Status, cont. N. *Roseneck Polonum*, (qui Norico contra jus & æquitatem cautionem extorserat) quibus Camera omnibus & singulis Imperii Ordinibus imperavit, ut Poloni istius bona omnia, tàm mobilia quàm immobilia, in ipsorum territoriis reperta, so viel deren hinter die Ständte des Reichs kommen wären / oder noch kommen würden / & quicquid in omnibus haberet uspiam, usque ad certam aureorum summam, quæ Mandato designabatur, ubicunque locorum essent in universo Imperio, wo/ und hinter wem die in dem Heiligen Reich und Teutscher Nation gelegen und betretten würden / Arresto detinerent, & ea nec mutari, nec alienari, nec loco moveri permitterent, mit nichten verändert / veräussert noch vernuckt / durch sie selbst / heimlich oder offentlich auff keinerley Weiß / biß so lang N. von Polnischer seiner Rechtfertigung abstünde / und seinen Gegentheil der aufferlegten Caution erledigt / oder biß auff andern des Cammer-Gerichts Bescheidt ꝛc. Neque per se ipsos, neque

Decernuntur contra extraneos.

per

per alios, neque clàm, neque apertè, neque quâcunque aliâ ratione, sub pœna 40. Marcarum auri, donec Polonus Roseneck à lite contra Noricum in Regno Poloniæ mota desisteret, aut Noricum à cautione imposita liberaret, aut Camera secus decerneret, cum annexa citatione *contra Polonum* excipiendum, si arresti mandato, se gravatum esse, existimaret.

3. Eodem modo, *sub rubrica* **Holländer** contra **Pfaltz-Neuburg**/ processus Arresti ad Palatinum decreti adversus Creditores extra Imperium subsistentes, qui Documenta & Registraturas tertio Creditori, per sententiam ipsis Prælato & immisso, edere contumaciter recusabant. 10. *Mart. An.* 1649.

4. Hujusmodi processus in Camera etiam decernuntur, ad Instantiam Creditorum, contra Debitores vagabundos, & latitantes, ut ubicunque locorum in Imperio prehendi, & juri sisti queant, manus illis injiciantur, **daß sie auff Recht allenthalben im Heiligen Römischen Reich angehalten werden mögen**/quemadmodum contra eosdem in Aula Imperatoris Diplomata, **offene Patenten / oder Käyserlichen Befelch** decerni, testatur Gail. *lib. 2. observ. 44. num. 3. in Tract. de pign. observ. 1. num. 6.* Contra Debitores vagabundos.

5. Habent nonnullæ Civitates, præsertim *Francofurtum* & *Colonia*, inter alia hoc Privilegium, ut etiam extraneos, si in eorum territorio deprehendantur, ob debita civilia, arrestare possint, quod præsertim Coloniæ facilè fieri, & nulli hac in parte parci solet, turri quâdam, **Hacht** appellata, ad hoc deputatâ. vid. *Lib. 1. tit. 11. §. 41. 69.* Privilegium Civitatis Francofurti & Coloniæ quoad Arresta.

6. Lubet subjicere memorabile exemplum *Mandati de arrestando & extradendo sine clausula in* causa *Fiscalis* contra **Chur-Mäyntz** *& Conf. Anno* 1650. emanati:

Wir Ferdinand der Dritte/ von GOttes Gnaden/ Erwählter Römischer Käyser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien / zu Hungarn / Böheim / Dalmatien / Croatien / und Sclavonien / ꝛc. König / ꝛc. Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ Steyr/ Kärnten / Crain und Würtenberg/ꝛc. Graff zu Habspurg/ Tyrol und Görtz / ꝛc. Entbieten denen Hoch- und respectivè Ehrwürdig- auch Durchleuchtig- und Hochgebohrnen / Unserm lieben Neven/ Vetter/ Schwager/ Oheimb/ Churfürsten/ und Andächtigen Johann Philipps/ Philipps Christophen / Maximilian / und Carl Ludwigen / Ertzbischoffen zu Mäyntz / Tryer / Pfaltzgraffen bey Rhein / Hertzogen in Ober- und Nieder-Bäyern / des Heil. Römischen Reichs durch Germanien / Gallien / auch des Königreichs Arelaten Ertz-Cantzlern und Ertz-Truchsessen / ꝛc. N. N. Bischoffen

zu

zu Würtzburg/Straßburg/Speyer/Costantz und Basel; Wilhelm und Friederichen/Marggrafen zu Baden/Hochberg/und Grafen zu Spanheim; Eberharden/Hertzogen zu Würtenberg/Teck/und Grafen zu Mümpelgart; So dann N. N. den Ehrsamen/Gelehrten/Unsern und des Reichs/Lieben Getreuen/Ihrer L. Liebd. und And. verordneten Statthalter/Cantzler/Räthen/und sämptlichen Beampten: Ingleichem N. N. Bürgermeister und Räthen der Städte/Wormbs/Speyer/Cölln/Hamburg/Straßburg/Heylbron/Schlettstatt/Costantz und Collmar: Nicht weniger N. N. allen und jeden Unsern/und des Reichs Chur-Fürsten und Ständen/Unser Gnad/und alles Guts. Hoch- und Ehrwürdig/Durchleuchtig/Hochgebohrn- und Andächtige/Liebe Neve/Vetter/Schwäger/Oheimb/Chur- und Fürsten/auch Ehrsam/Gelehrt und Getreue.

Unserm Käyserl. Cammer-Gericht hat desselben Advocatus Fisci, der auch Ehrsam/Gelehrt/Unser und des Reichs lieber Getreuer Licentiat Balthasar Hatteysen/Ampts- und Pflichten-halben/unterthänigst klagend zu erkennen geben/gestalt dann auch die Gerichtliche Protocolla, und verübte Handlungen/in desselben Cammer-Gerichts- und Erhaltungs-Sachen/mit mehrerm nach sich führeten/wie hoch zu jeder Zeit von undencklichen Jahren hero/Unserm Käyserl. Fisco continuirlich obgelegen/die Stadt Basel bey dem Heil. Römischen Reich/in schuldigster Devotion, Subjection, und Gehorsam/auch zu Beybringung deren demselben zugehörigen Reichs-Steuren/Anlagen/und Cammer-Gerichts Unterhaltung/beständig zu conserviren und hand zu haben. Ob nun wol Bürgermeistere und Rath daselbsten/vermittelst dero Mit-Bürgermeistern Wettsteins/bey denen zu Münster und Oßnabrück längst abgehandelten Friedens-Tractaten/umb die Exemption anfangs von dieses mehrgedachtes Unsers Käyserl. Cammer-Gerichts Jurisdiction, nachgehends à toto Romano nostro Imperio, sich besten Fleisses beworben; weilen gleichwol vermög des unter dato Oßnabrück den 31. Augusti, des entwichenen ein tausend sechs hundert und acht und viertzigsten Jahrs/von Unsern E. Ew. L. Liebd. And. und Euern zu obbedeuten allgemeinen Friedens-Handlungen verordneten Gevollmächtigten Gesandten/Räthen und Bottschafften/an dieselbe/und also vor beschlossenem solchem Frieden abgelassenen Erklär- und Anmahnungs-Schreiben/so wol von Unsert/als auch beyder außwendigen Cronen/dann Deroselben und Euer/als des Heiligen Reichs gesampter Stände wegen/ihnen Bürgermeistern und Rath der Stadt Basel/sothane Universal-Befreyung anderer Gestalt nicht/als auff gewisse Maß/und mit Reservation dreyer darinn bemeldten Conditionen/und sonderlich/daß sie zuforderst ihr zu dieses Unsers Käyserlichen Cammer-Gerichts Unterhaltung von vielen Jahren rückständiges/in allewege schuldiges Contingent ehistens abstatten/und entrichten solten/bewilliget/und auff solche Weise dem Instrumento Pacis einverleibet worden/auch ferners auff deren vom dreyssigsten Septembris selbigen

gen Jahrs / mit gäntzlicher Præterition angeregten vorbehaltenen Puncti erfolgte verwerffliche ungenugsame Erklärung / bemelte Gevollmächtigte / die darwider eingeführte Rationes und Motiva auff vorhergehende reiffe Berathschlagungen / und mit den Königl. Schwedischen Plenipotentiariis gepflogene Communication, auch deren einmüthige Beliebung / so gar noch beschlossen / unterschrieben / und ins Reich publicirten allgemeinen Frieden / in Krafft an die Stadt Basel / im Namen und von wegen des Heiligen Reichs gesampten Chur-Fürsten und Ständen / den sieben und zwantzigsten Martii, Anno 1649. abgangenen Schreiben / dero Wichtigkeit nicht befunden / daß in deren Ansehung / und des an eben selbige Stadt / den achten Septembris, im Jahr 1647. ex locis Tractatuum zugefertigten Schreibens / dieselbe von annoch obliegender Beytragung ihres zu gedachten Unsers Käyserlichen Cammer-Gerichts Alimentation, viel Jährig außstehenden uralten Anschlags ledig gezehlet werden solte / oder könte / zumahlen sie desselben Præsidenten und Assessorn, zwar zu der Zeit die allbereits wider die Stadt Basel erkändte Processs auffzuheben / auch mit Erkennung neuer einzuhalten / wolmeynend erinnert / em solches gleichwol weiter nicht / dann biß auff anderwärtige Unsere Erklärung / und erlangten allgemeinen Frieden im Reich / gezogen und verstanden worden; Dieweil nun Unsere Intention niemahlen gewesen / noch seye / oder seyn könte / die Stadt Basel / als zum Reich unzweiffentlich gehörig / ohne Vorwissen und Genehmhaltung E. Ew. L. Lieb. und des Heil. Reichs übrigen Ständen / à toto Romano nostro Imperio, welches gleichwol anfangs nicht / sondern allein die Exemption à Camerali Jurisdictione gesucht worden / zu eximiren: Inmassen dieselbe nach Inhalt vorangeregten im Augusto Anno 1648. außgelassenen Schreibens / in jetzt erwehnte Befreyung à Camerali Jurisdictione zwar lediglich / in die nach der Hand gesuchte Exemption, à toto nostro Romano Imperio aber / niemahlen anderer Gestalt / dann mit den drey angehängten vorbedeuten Conditionen gewilliget / die außländische Cronen auch mit ihnen dißfalls dergestalt einig / daß die Schwedische in Ansehung der Sachen Billigkeit vor Adimplirung solcher Conditionen zu einiger Guarantiæ, über den / der Baßlischer Exemption halben / dem Instrumento Pacis eingerückten Passum zu halten nicht verbunden seyn wolte / mit dem fernerm Anhang / dafern sich die Baseler der vorbedeuter massen bedingter Exemption versichert zu machen gemeynt / zuvorderst dieses obberührtes Unsers Käyserlichen Cammer-Gerichts Præsidenten und Assessoren / das zu dero Unterhalt designirt / bißhero vorenthaltenes Contingent, innerhalb dreyer Monaten / von dato des sieben und zwantzigsten Martii gedachten 1649. Jahres erlegen / gut machen / und in allen dreyen Conditionen sich bequämen solten; im widrigen aber / auff verspürendes ferner unbefugtes tergiversiren nicht verursachen mögten / selbig durch die im Reich zugelassene Executions-Mittel / in einem und anderen zu befördern: Inmassen dann auch solchem zu folg / vorerwehnt verordnete gevollmächtigte Abgesandte / Räthe und Bott-

schafften / besage dem unter eben bedeutem dato des sieben und zwantzigsten Martii, Anno 1649. an offtbesagt Unsers Käyserlichen Cammer-Gerichts abgelassenen Schreibens / buchstäblichen Inhalt nach dasselbe dahin angewiesen / wofern Bürgermeistere und Rath der Stadt Basel / die obliegende Schuldigkeit in Abtragung solcher selbst thätig zurück gehaltenen Cammergerichtlichen Unterhaltungs-Restanten / innerhalb der vorhin bestimmter dreyer Monaten vollständig nicht leisten würden / wider dieselbe / weilen sie ohne dem mehrbedeuter conditionirter Exemption nicht versichert seyn könten / nach verflossener solcher Zeit zu dero förderlichster Einbringung und Præstirung / durch im Reich und Rechten zugelassene Zwangs-Mitteln strenglich zu verfahren / und zu procediren. Weiln dann nun angeregte drey Monat weit über Jahr und Tag / nach gebührlich beschehener überliefferung offtgedeuten an die Baseler außgefertigten Schreibens / längsten verstrichen / auch immittelst auff die von Unserm Käyserlichen Cammer-Gericht / unter dato Speyer / den sechs und zwantzigsten Maji, Ann. 1649. an die Stadt Basel gethane und eingehändigte / gantz bewegliche schrifftliche Erinnerung und Remonstration, nicht die geringste Anzeig zu tragender Schuldigkeit ex pura Contumacia & Contemptu erfolgt / sondern solche / wie alles obige / verächtlich verwindschlagt worden / dergestalt / daß Unserm Käyserlichen Fisco, obliegenden schweren Pflichten halben / unverantwortlich seye / solchen vorsetzlichen Tergiversationen länger nachzusehen / zumahlen in Krafft mehrangeregten Schreibens / vielberührt Unser Käyserlich Cammer-Gericht nicht allein von Uns / E. Euer L. Liebd. And. und Euch / als sämptlichen Chur-Fürsten und Ständen vollkommene Gewalt / Fug und rechtliche Macht / durch Zwangs-Mittel / wie die Formalia mit sich brächten / auff längst erreichten Fall wider die Baseler / zu völliger Einbringung dieses Cammergerichtlichen Unterhaltungs gantzen Außstands halben zu verfahren / cum omni causa & plenitudine potestatis erlangt / sondern auch die Sach an ihm selbsten also beschaffen / daß in Erwegung auff einige andere Wege zu schuldigster Abstattung dickberührten Rückstands nicht zu gelangen / dannenhero tam ex Capite rei judicatæ, weilen klagendem Unserm Käyserlichen Fisco zum öfftern auff dessen Gerichtlich beschehen Anhalten / der uralte Anschlag der Stadt Basel cum cognitione causæ testibus Protocollis beharrlich adjudicirt / und zuerkänt worden / quam virtute publici concluſi, quod paratissimam habere debeat Executionem, per extraordinaria remedia, adeoque Mandata de Arrestando & Extradendo sine Clausula procedirt werden solte / könte / und mögte / bevorab dieses Unsers höchsten Gerichts Jurisdiction hierzu sattsamlich begründet und fundirt wäre. Solchem nach umb diß Unser Käyserlich Mandat und Ladung an E. Euer L. Liebd. Andachten und Euch zu ertheilen / in Unterthänigkeit anruffend erlangt / daß selbige Proceſs heut dato nachfolgender Gestalt erkänt worden seynd. Hierauff so gebieten Wir Deroselben und Euch / sampt und sonders / von Römischer Käyserlicher Macht / und

bey

bey Pöen fünffzig Marck Löthiges Golds / ermeltem Unserem Käyserlichen Fisco, unnachläßig zu bezahlen / hiemit ernstlich / und wollen / daß sie und ihr den nächsten nach überantwort- oder Verkündung dieses / Bürgermeistere / Rath / und sämptliche Bürger / Einsassen und angehörige Beywohnere der Stadt Basel / an Personen / auch deren sampt und sonders / Haab und Güttere / wie und wo dieselbe in Unserm Heiligen Römischen Reich betretten / und gefunden werden mögten / mit würcklichen Arresten / ohne einige Außflucht und Einred / belegen / dieselbe darinn biß zu erlangter völliger Abstattung des zu dieses Unsers Käyserlichen Cammer-Gerichts Unterhaltung gäntzlichen Rückstands beständiglich verwahren / und auff blosses Begehren des impetrantischen Fisci, oder dessen Bevollmächtigten / ohne einige weitere Cognition außfolgen lassen / auch alle mögliche Land- Fürst- und Obrigkeitliche Hülff / Beystand / und was sonsten gestalten Sachen nach / vermög der Rechten / Reichs-Abschieden / und ob deducirter Erklär- und Anweisung / zu dieses Unsers und des Heiligen Reichs höchsten Gerichts Conservation zum besten gedeyen mag / eyfferig leysten / und erweisen / deme allem also gehorsamlich nachkommen / als lieb denselben und euch seyn mag / obangedrohete Pöen zu vermeyden. Daran geschicht Unser ernstliche Meynung.

Wir heischen und laden dabeneben E. Euer L. Liebd. Andachten / und euch / sampt und sonders / von berührter Unser Käyserlichen Macht / auch Gericht- und Rechts-wegen hiemit / auff den dreyssigsten Tag den nächsten nach beschehener Insinuation dieses / deren Wir ihnen und euch / zehen vor den ersten / zehen vor den andern / zehen vor den dritten / letzten und endlichen Rechts-Tag setzen / und benennen peremptoriè, oder ob derselbe kein Gerichts-Tag seyn würde / den nächsten Gerichts-Tag darnach selbsten / oder durch einen vollmächtigen Anwaldt / an demselben Unserm Käyserlichen Cammer-Gericht zu erscheinen / glaublich Anzeig und Beweiß zu thun / daß diesem Unserm Käyserlichen Gebott alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt seye / oder wo nicht / alsdann zu sehen und hören E. Euer L. Liebd. Andachten / und euch umb dero Ungehorsams willen / in vorgemelte Pöen gefallen seyn / mit Urtheil und Recht sprechen / erkennen und erklären / oder aber beständige / erhebliche Ursachen und Einreden / ob dieselbe und ihr einige hätte / warumb solche Erklärung nicht geschehen solte / vorzubringen / und endlichen Entscheids darüber zu gewarten. Wann E. Euer L. Liebd. Andachten und Ihr kommen / und erscheinen / alsdann also / oder nicht ; So wird doch nichts destoweniger auff des Gehorsamen Theils / oder seines Anwalds Anruffen und Erfordern / hierinnen im Rechten mit gemelter Erkäntnüs-Erklärung / und anderm gehandelt / und procedirt / wie sich das seiner Ordnung nach gebühret. Darnach Sie sich / und Ihr Euch zu richten. Geben in Unserer und des Heiligen Reichs Stadt Speyer / den sieben und zwantzigsten Tag Monats Septembris, nach Christi unsers lieben HERRN Geburth / im sechszehenhundert und

fünffzigsten / Unserer Reiche des Römischen im vierzehenden / des Hungarischen im fünff und zwantzigsten / und des Böheimischen im drey und zwantzigsten Jahren.

Ad Mandatum Domini Electi
Imperatoris proprium.
Johann Conrad Albrecht von Lautterburg
Verwalter subscrip. m. pr.
(L. S.)
Johan Conrad Linden, Judicii Imperialis
Cameræ Protonotarius, man. pr.

TIT. XIX.

De Literis pro informatione Judicis, von Schreiben umb Bericht.

§. 1.

Lit. pro inform. Judic. ad proceſſ. pertin.

AD processus pertinent literæ, quas *pro Judicis informatione* appellant. Nam causæ quædam sunt, in quibus Judex processus postulatos antè non decernit, quàm circumstantias facti à Magistratu edoctus fuerit: quamobrem hos *processus prodromos* non ineptè nominaveris.

Hæ literæ decern. in cauſ. relax. juram.

2. Hoc processuum genus Camera decernit, in causis *relaxationis Juramenti ad effectum agendi*; in his enim, antequam citationem decernat, ad Dominum territorii, à quo supplicans in vincula conjectus fuit, literas mittit, quibus de facti qualitate & circumstantiis certior reddi cupit, & certum temporis spacium præfigit, causarum & distantiæ locorum ratione habitâ, additô, nisi intra constitutum terminum Judicem informaverit, fore, ut petita relaxatio Juramenti decernatur. Ordin. Cam. *Part.* 2. *T.* 24. *Memor. Visit. Anno* 1575. §. Ob wol in der Ordnung ꝛc. 7. Cisner. *fol.* 343. Gail. *lib.* 1. *observ.* 22. *n.* 4. *& obs.* 31. *n.* 7.

3. Ita factum in causa Sackenreuter contra Eyben/ 19. *Augusti*, 1658. decretum tale est: Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern sol dem Beklagten von E. umb seinen standhafften gründlichen Bericht/ warumb Kläger also verurphedet worden / innerhalb 2. Monat zu thun / zugeschrieben werden / mit dem Anhang / daß sonsten nach Verflieſſung solcher Zeit / auff des Supplicanten weiter Anhalten/ umb die gebettene Relaxation, und anders / was recht seyn wird/ endlich decretirt werden solle.

4. At-

4. Atque sic casum habemus, quo non statur narratis Supplicationum; cùm regulariter in extrahendis sive decernendis processibus, ad fundandam Jurisdictionem Cameræ, fides habeatur nudis supplicationum narratis, donec in processu contrarium probetur. Gail. *lib.* 1. *observ.* 31. Intellige de veteri stylo, *hodiè* namque propter *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. Alle Supplicanten ꝛc. 79. narrata verisimiliter probanda sunt. vid. Blum. *de Process. tit.* 64. *thes.* 16. *& supra tit.* 2. §. 18. *infr. tit.* 20. §. 21. Hîc non statur narratis supplic.

5. Idem processuum genus aliquando emanavit, in causa *denegatæ justitiæ* litigatoris cujusdam pauperis *N.* Wiedmanns contra *N.* Erben *Judicem* &c. Antequam enim Camera contra Judicem citationem ad prosequendum litem decerneret, ad Magistratum scripsit, & de circumstantiis facti, intra spacium mensis, edoceri voluit. Locum habent in caus. den. just. & quando?

6. Unde apparet, hujusmodi literas in Camera nunc parti ad partem, nunc parti ad tertium, & non solùm in causis relaxationis Juramenti ad effectum agendi, verùm etiam in aliis decerni. Et generaliter in causis pauperum hujusmodi processus decernendos esse statuitur, *Recess. Ord. Deput. An.* 1600. §. Dann ob wol in Unserer ꝛc. 9. In causis pauper. præprimis usurpantur.

7. Item emittuntur hi processus, quotiescunque subditi pro Mandatis sine clausula contra Magistratum supplicant. *Memor. Visitat. Anno* 1575. §. 7. Denaisi. *Mandata sine clausula* §. 5. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. Beneben sollen Cammer-Richter &c. 105. vers. Wie auch insonderheit &c. Non tamen omnis facultas decernendi, pro re nata, Mandata immediatè Cameræ per hoc adempta est, quia mooò *dictus Recessus*, ut subditis *non facilè* (nicht leichtlich) talia Mandata sine præmissis literis informatoriis decernantur, in verbis innuit: Præjudicia etiam in promptu sunt, in quibus talia Mandata, missis literis modò dictis, adversus Magistratum immediatè decreta fuerunt. In causis subditorum contr. Magistr. supplicantium. Exceptio.

8. Vix tamen post *Recessum novissimum* ejusmodi allegata præjudicia demonstrari poterunt; licèt, non negarim, aliud fortè observandum esse, si periculum vitæ, armorum, damni irreparabilis, vel aliæ ejusmodi graves circumstantiæ hoc exigerent: est enim in *arbitrio judicis positum, quod latissimum est.*

9. An etiam, ubi pro ulteriori vel arctiori Mandato supplicatur, hæ literæ locum inveniant? *Dubitari potest*; Camera enim de circumstantiis facti jam semel edocta est: Verùm, quia in ulterioribus Mandatis impetrandis nova narrata, super quibus Magistratus utique An, ubi pro ulteriori vel arctiori Mandato supplicatur.

audiendus, non infrequentia sunt, sic etiam, quandoque in his locum inveniunt.

Supplic. ad judicium remissio loco har. literar. est.

10. Nisi loco ejus supplicam *judicialiter remittere* Judici placeat; hoc enim plerumque in locum harum literarum succedit. Sic in causa Hatgau contra Hanau/cùm subditi der vier grossen Dorffer in Hatgau contra Dominum, pro arctiori sive ulteriori Mandato supplicarent, Mandatum denegatum, & ad Dn. Comitem, ut de statu causæ rescriberet, Bericht-Schreiben decretum est.

An in causa Religionis.

11. An in causa religionis, & ubi periculum in mora est, locum habeant? Vid. vota in causa Schweinfurt contra Würtzburg / apud Gylm. *tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *vot.* 1.

An præventionem inducant hæ literæ.

12. An præventionem inducant, eleganter etiam quæritur? Dubium facit, verneuerte Reichs-Hoff-Raths Ordnung/ *tit.* 2. *circa fin.* §. So wollen wir auch &c. ibi &c. allbereit daselbst durch außgewürckte und insinuirte Citationes. Gail. 1. *observ.* 11. *n.* 6. *obs.* 29. *n.* 5. *item obs.* 74. *n.* 18. qui ubique *per solam citationem induci præventionem*, docet, Græv. 1. *concluss.* 29. Mynsi. 4. *observ.* 26. Sed vide Carpzov. *lib.* 2. *tit.* 3. *resp.* 49. Ubi apud Cæsarem, & in Camera per solam libelli oblationem vel supplicationem, præventionem induci statuit; quamvis dissentiat Schvvanem. *observ. Camer.* 4. *num.* 3. *lim.* 3. Juxta Mascard. *concluss.* 1226. *num.* 10. *&c. vol.* 3. Item consulentes in causa Lipp contra Holstein.

Præventionem illis induci, probatur.

13. De hac quæstione præventionis, vide causam Alter Stadt Hanau contra Hanau / e. g. impetravit quis è Camera ein Bericht-Schreiben / atque adversario suo insinuari curavit: hic ad *Aulam Cæsaream* deflectit, & antequam processus in Camera impetrentur, citando partem adversam prævenit. Ego per simplex hoc extrajudiciale præceptum des Bericht-Schreibens / Judicium aulicum satis præventum esse arbitror: quia *primò* Judex, decernendo has literas, jam incœpit de causa cognoscere, quod præventionis argumentum est: *Secundò*, ad obtinendam præventionem, juxta Gylman. *præjud Camer. verb. præventio*, etiam extrajudicialia præcepta sufficiunt, ubi allegat Guid. Pap. *decis.* 104. & Frid. de Senis *consil.* 140. *Tertiò*, *hæ literæ informatoriæ* æquè in se *citationem*, ac alii processus, *continent*, quia pars, adversus quam extrahuntur, citatur ad demonstrandum causæ statum, quod ad inducendam præventionem satis esse, nemo non dixerit: adde post Blum. *Process. Cam. tit.* 25. *n.* 52. *seqq.* Dn. D. Dekherr. *Proc. inf. informato. p.* 80. *seqq.*

14. Lo-

14. Locum etiam habent hæ literæ, quando subditi adversus Dominum, pro commissione ad perpetuam rei memoriam, extrajudicialiter supplicant, juxta Ruland. *de comm. & commiss. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 5. *in fin.*

15. Processus in hisce literis utrobique talis est. Literæ hæ expediuntur in Cancellaria clausæ, inclusis Supplicationibus, & earum adjunctis: insinuatio fit per Nuntium Cameræ, aut Notarium immatriculatum; Relatio copiæ in hunc usum servatæ per Nuntium inscribitur. Terminô lapsô impetrans, offerendo copiam cum relatione Nuncii, insinuationem edocet, & denuò supplicando, aut petita sibi decerni, in contumaciam non comparentis seu rescribentis, aut si de causæ statu ab adversario rescriptum sit, ejus communicationem rogat. Si nihil rescriptum, nec quicquam Judici oblatum sit, processus, ut plurimum decernuntur: (quamvis contumacia in ejusmodi actibus extrajudicialibus adeo strictè, ut in judicialibus non observetur, sed potiùs literæ informatoriæ sub ulteriori contumaciæ pœnæ commination exigi soleant.) Si contra, quod rescriptum est, communicatur: communicatione obtentâ, impetrans ad rescriptum adversarii respondet, ad quæ, si Judici videbitur, processus decernit vel denegat, vel etiam quandoque secundâ vice, **umb ferneren Bericht/** has literas præmittit, idque omne extrajudicialiter.

Processus literar. pro inform. rat. expedit.

Insinuationis.

16. Illud denique addendum; quòd informatio clausa transmitti debeat, & non nisi obsignata in Camera recipiatur. Hinc in causa **Pfaltz-Veldentzischer Unterthanen** contra **Pfaltz-Veldentz** D. Gamsio, 31. *Maij*, 1662. exhibenti **ein offen Bericht-Schreiben/** decretum fuit eodem die: **Solle D. Gams dieses eingegebenen Berichts ungeachtet/ innerhalb der den** 13. hujus **jüngst** prorogirter **Zeit/ einen verschlossenen Bericht/ dem Herkommen gemäß/ einbringen.** Idem contigit in causa **Schreiber** contra **Erbach.** Vid. supra laudat. Dn. Dekherrus *dict. tract. pag.* 94. Cæterùm quæ de incommodis istiusmodi literarum pro inform. hodie plus quàm frequentium, alibi dicta, vid. *supra h. l. tit.* 2. §. 13.

Literæ informator. exhibentur obsignatæ.

Hactenus de ratione processûs decernendi: videndum nunc de ratione impetrandi.

****

TIT.

TIT. XX.

Quomodo Processus impetrandi, & Supplicationes pro processibus impetrandis formandæ sint.

§. 1.

Processus impetr. per litigat. ipsos vel eor. mandatar.

QUemadmodum Processus extrajudicialiter, vel in causis jam pendentibus *judicialiter* (ut supra dictum est, *tit.* 2. §. 2. *& seqq. hujus libri*) *decernuntur*: ita etiam impetrantur, aut per *litigatores ipsos*, aut eorum Mandatarios, *Advocatos* nimirum & Procuratores Cameræ juratos, deque principalium suorum jure edoctos atque instructos, & de mandato & rato principalium nomine caventes. Ord. *P.* 3. *tit.* 12. §. Und erstlich.

Nota incid. de mandat. attent. revocat.

2. Quod dictum, *judicialiter decerni* processus in causis pendentibus, ab eo excipi debent, *mandata attentator. revocator.* ut quæ, siquidem attentata post inhibitionem commissâ fuerint, causâ appellationis introductâ, extrajudicialiter decerni, alibi docuimus. *hoc lib. tit.* 11. §. 19.

Quomodo litigat. impetrent proc.

3. Dictum insuper: *ipsos litigatores impetrare processus*: hoc intellige; siquidem sint Advocati, Procuratores, vel aliæ personæ Cameræles; Reliqui enim omnes curare debent, Supplicas per Procuratores subscribi: quod nisi fiat, solent ipsis iterum tradi, additâ Notarii admonitione de subscriptione à Procuratore ordinario facienda. add. supr. *tit.* 2. §. 72.

De Advocator. hodiè necessar. subscript.

4. De *Advocatis* notandum: quòd illi, vigore *communis Decreti de Anno* 1659. 13. *Decembr.* §. 4. vers. Dic *Supplicationes pro Processibus* &c. unà cum Procuratoribus, non tantùm in supplicis pro Processibus, sed etiam in omnibus aliis judicialibus productis, ut eorum cavillationibus & calumniis eò melius obviari possit, sua nomina subscribere tenentur.

Supplicationes, quil. impetr. proc. quid sint? Supplicatio alio sensu quid sit?

5. Processus per Supplicationes in Camera impetrantur. Ordin. *P.* 1. *tit.* 22. Quæ sunt Preces, quæ Judici pro obtinendis processibus scripto offeruntur, vel vivâ voce proponuntur. Aliàs supplicationes sunt preces, quibus condemnatus Judici vel superiori supplicat, pro emendatione sententiæ, contra quam appellatio locum non habet: Quod *idem est, ac petitio revisionis*: & debent, vigore *novissimi Recessus*, Acta ad impartialem universitatem, ut sententiam desuper concipiat, transmitti: quæ si ita visum fuerit, sententiam à qua confirmare vel reformare potest. *De quo dictum libr.* 1. *tit.* 20.

6. Sup-

6. Supplicationes, quæ ſcripto offeruntur, tàm extrajudicialiter, quàm judicialiter exhibentur: Sed quæ vivâ voce fiunt, judicialiter, ſive in audientiis judicialibus, tantùm proponuntur, quemadmodum citationes ad reaſſumendum, ac commiſſiones, & interdum arctiores proceſſus (maximè in cauſis Mandatorum C. vel S. C. ſi de paritione in primo termino non doceatur, *hoc v. g. modo: quia non excipi, ſed de paritione doceri debet, ſe petere declarationem pœnæ & arctius, cum expenſit:*) in Audientiis poſtulantur, ſecundùm Ordin. *Tit. 35. P. 3.* Offeruntur vel ſcripto vel vivâ voce, item vel judic. vel extrajud.

7. In Supplicationibus conſiderandum, tum *quomodo formandæ*, tum *quomodo Judici offerendæ*. In Supplicationibus formandis, opera danda eſt. I. Ut Juri communi & Conſtitutionibus Imperii conformentur. *Memor. Viſit. de Anno* 1550. §. Hierauffordnen. 17. Supplicationes quomodo formandæ?

8. II. Ut ordine, atque concinnè concipiantur. *Memor. eod.* Quamobrem in ſupplicationibus, *intellige illis, quæ ſcripto offeruntur*, communes illæ omnium orationum partes obſervandæ ſunt, exordium *inquam*, propoſitio, narratio & concluſio, quarum materia, pro variis cauſarum generibus, varianda fuerit. Quæ partes obſervandæ?

9. *Exordium* honorificam Judicis compellationem, officium atque titulum, partiumque litigantium nomina continet, in quibus idem obſervandum, quod in citationibus: ut ſcilicet mentio fiat, tam Judicis, quàm etiam Actoris & rei. Exordium.

10. *Propoſitio*, controverſiæ ſummariam deciſionem ex jure communi, vel aliquâ *Imperij Conſtitutione* ſpeciali, & interdum ex utroque, paucis definit, & actionis, quam Actor intendit, ſummam, & quaſi fundamentum ponit; Veluti in ſupplicationibus, pro obtinendis proceſſibus ex Conſtitutione Imperii de pace publica, propoſitio eſt: *Juris tum communis, tum Imperij ſpecialis diſpoſitione conſtitutum eſſe, ne quis alteri vim publicam inferat.* In cauſis litigioſæ poſſeſſionis, itemque pignorationum: *Ne quis alterum in poſſeſſione rerum ſuarum, vel quaſi turbet.* In cauſis arreſtorum: *Proceſſum ab executione inchoandum non eſſe, & ſingulari Imperij Conſtitutione de arreſtis caveri, ne quis Imperij Status*, &c. Et in cauſis provocationum: *Non ſolùm de jure communi, verùm etiam ex Imperij ordinatione cuivis gravato ad ſuperiorem provocare fas eſſe* &c. Propoſitio.

11. *Narratio*, in cauſis *ſimplicis querelæ* facti, ex quo controverſia nata eſt, circumſtantias & qualitates commemorat: & in cauſis *provocationum* continet querelam de gravamine quopiam, vel de Narratio.

legitima processus ratione non observata, vel utroque conjunctim, vel de læsione aliqua, veluti in petitionibus *restitutionis in integrum.* Denique, quicquid præter exordium & conclusionem in Supplicatione est, narratorum nomine hîc intelligitur, & vulgò appellatur.

Perspicua & brevis esse debet.

12. In narratione non solùm *perspicuitas*, & cumprimis forma aptè concludens Judici placet, verùm etiam *brevitas*, ita tamen, ut hæc nihil ad obtinendum processus, & Jurisdictionem Cameræ fundandam necessarium prætermittat; quemadmodum contrà narratio obscura & verbosa displicet, unde illa supplicationum decreta: **Wofern der** Supplicant **förmlich / und eingezogener** supplicíren **wird / sol darauff ergehen / was recht ist.**

Formulæ decretorum denegatoriorum.

13. Solent nonnunquam etiam hæc decreta dari: **Wie gebetten / oder / auff vorbrachte** Narrata, **abgeschlagen.** *Prius* innuit, narrata non convenire petito Mandato, sed aliud fortè Mandatum peti posse; *Secundum* verò, in narratis non esse mentionem factam de requisitis, ad petitam Constitutionem vel Mandatum necessariis, vid. sup. *tit.* 2. §. 30. *h. l.* Præterea notandum, in Camera non nisi in lingua *Latina* vel *Germanica* supplicari posse; Secus si fiat, hæc nonnunquam decreta dantur: Adhuc denegamus, sed quatenus supplicationem in Latinam vel Germanicam linguam verterit, fiet desuper quid juris.

Quâ linguâ supplicandum sit?

Conclusio.

14. *Conclusio* complectitur petitionem processuum, qui vel in genere, vel, ut consultius sæpè est, in specie significantur: & interdum hanc *clausulam salutarem* (ut appellant) annexam habent: *Super quibus omnibus rogo, Jus & Justitiam mihi administrari, non tantùm petito, sed omni meliori modo atque formâ, quâ fieri potest vel debet;* Ex Imperii Constitutione *Augustæ*, *Anno* 1551. promulgata. §. **Nachdem wir unter** &c.

Clausulæ salutaris abusus.

15. Sed sciendum est, posteaquam Supplicantes illa clausula abuterentur, legem illam antiquatam esse, per *Recess. Imp. Spiræ Anno* 1557. §. **Wiewol dann in der** Visitation &c. *per totum.* vide *Mem. Visit. Anno* 1556. & Cisner. ad Ordin. *Part.* 1. *T.* 22. *fol.* 142. & Gail. *lib.* 1. *obs.* 61. *n.* 12. Ubi fori Tyrones diligenter admonitos vult, clausulas salutares tantùm in Libellis locum habere, non in supplicationibus, quæ pro obtinendis processibus Judici offeruntur. vid. suprà *hoc libr. tit.* 2. §. 83.

Hæc clausula ubi locum habeat?

Ejus vis & virtus in libellis.

16. Clausulæ hujus salutaris in libellis maxima vis & virtus est; per eam namque omne Jus in judicium deductum esse censetur, ita quidem, ut licèt Actor fortè actionem sibi contrariam in conclusione libelli

libelli expreſſiſſet, eo tamen non obſtante, in arbitrio judicis ſit, illam potiùs actionem eligere, quæ pro Actore omnium optima eſſe poteſt. De clauſula hac ſalutari pluribus tractat Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 61. *num.* 10. *&* 11.

17. Dixi anteà, *omne Jus* per hanc clauſulam in judicium deduci: aliud enim obtinet in iis, quæ ſunt *facti*, quæ non, niſi eo modo, quo ab Actore propoſita, in judicando obſervanda ſunt. Hinc fluit illa quæſtio: An oporteat judicare ſecundùm Acta, & actitata, vel propriam potiùs conſcientiam? Et licèt, de jure ſtricto loquendo, prius obſervandum eſſe regulariter teneant Dd. conſultius tamen erit, Judicem hoc in caſu, ſi Acta propriæ ejus conſcientiæ, ſeu indubitatæ notitiæ ſint contraria, à judicando abſtinere. vid. *formula Juramenti Dn. Aſſeſſ. infr. lib.* 4. *tit.* 3. §. 30. Clauſul. ſalut. non pertinet ad qu. facti.

18. Narratio & concluſio ſupplicationum aliquid difficultatis habent, & plus artis requirunt, quàm cæteræ partes, quapropter in his, præcipuè autem narratione aptè formanda, diligentia adhibenda. Narratio & concluſ. artem requirunt.

19. Inter cætera verò accuratè atque expreſsè narrandæ ſunt qualitates, tàm perſonarum, quàm cauſarum, & ſingula requiſita, Jurisdictionem Cameræ tribuentia. Nec ſufficit, in *genere* adſerere, *Jurisdictionem eſſe fundatam*: Sed ex quo capite, & ex quibus fundamentis, an ex immedietate rei, an ex cauſæ *continentia*, *connexitate*, litis pendentia vel aliter? *In ſpecie* adjiciendum eſt.

20. Diſtinguitur (quod hîc obiter addimus) *continentia* cauſæ, à *connexitate*: quòd prior vel ratione perſonarum, vel rerum, in diverſis territoriis ſitarum, Jurisdictionem Cameræ fundet; connexitas verò propterea, quòd cauſa ſive negotium in Camera introducendum, habeat quandam dependentiam & connexitatem ab alio, ibidem jam introducto, ita quidem, ut hæc duo invicem ſeparari non poſſint. De continentia verò cauſæ vid. ſup. *Lib.* 1. *ſingular. cap.* tradita. Differentia inter continentiam & connexitatem cauſæ.

21. In narratis autem ideo diligentia adhibenda eſt, quia hæc Jurisdictionem Cameræ fundant, iisque ſtatur tantisper, donec contrarium probetur, & niſi notorium fuerit, rem aliter ſe habere, quàm ſupplicans narravit. Gail. 1. *obſ.* 31. Mynſing. *obſerv.* 9. *cent.* 2. ubi quæſtionem hanc: *An ſufficiat*, allegare qualitatem Jurisdictionem tribuentem, ad obtinendos proceſſus à Judice, vel ea ſit probanda, & neceſſaria ſit cognitio Judicis? In utramque partem diſputat, & pro negativa concludit. Vigore tamen *Receſſus noviſſ. de Anno* 1654. in cauſis Manda- Supplicationum narrata fundant Jurisdictionem. Quando narrata hodiè ſint probanda?

torum S. C. narrata, præsertim ea, quæ ad fundandam Jurisdictionem Cameræ tendunt, verisimiliter probanda sunt. add. supr. *tit.* 19. §. 4.

22. Porrò in quibusdam causis quædam narrationis specialia, & quasi propria observanda fuerint.

Narrata fractæ pacis religios.

23. Sic in causis fractæ pacis publicæ religiosæ, inter alia, in specie narrandum, turbationem religionis intuitu, ab aliquo Imperii Statu alteri ejusdem Status illatam esse. *Constitutio Imperij de pace publica religiosa.* Vid. supr. *lib.* 1. *tit.* 6. *de causa fractæ pacis publicæ religiosæ.*

An sit narrand. turbari aliquem intuitu religionis.

24. An autem in hoc causarum genere, ad processus impetrandum, omninò necesse sit, ut supplicationi prædicta illa clausula inseratur? Dubitatum est: Sed crebrius placuit, in supplic. pro processibus ex *hac Constitut.* impetrandis, citatione videlicet & mandato de relax. subdito, sub religionis prætextu capto, hujusmodi clausulam omitti posse, & sufficere, si ex facti narratione, rerumque circumstantiis, aut verbis æquipollentibus, hæc qualitas colligi queat: utpote, si narretur, turbationem fieri in persona supplicantis, vel ejus subditi contra Constitutionem Religionis: quia ad fundandam Jurisdictionem Judicis sufficit, allegare qualitatem Jurisdictionem tribuentem. Gail. 1. *observ.* 3. *num.* 1. Vid. *Lib.* 1. *dict. tit.* 6. §. 29.

25. Sufficit itaque duo ex supplica constare, scilicet 1. Supplicantem actorem & reum esse immediatos. 2. Turbationem esse factam adversus Constitutionem pacis religiosæ.

Constit. P. P. relig. tantùm locum habet int. Stat. diverf. relig.

26. Sed an Catholicus contra Catholicum, vel Augustanus contra Augustanum, ita supplicare & processus ex hac Constitutione obtinere possit? quæritur. Negat hoc ipsum Referens in causa **Schweinfurt** contra **Würtzburg**/ apud Gylm. *Symph. tom.* 1. *p.* 1. *vot.* 1. *tit.* 3. *fol.* (*mihi*) 209. quia pax ista per contractum inita est, scilicet, si ambæ partes adversus se invicem contendant: atque ex ea causa Catholicis contra Catholicos, & vice versâ, processus in Camera hactenus denegatos dicit.

Restit. ex cap. amn. ad caus. relig. non pertin.

27. Pari ratione August. Confess. addictis contra Catholicos, vel vice versâ, non competit restitutio ex capite Amnistiæ, per Instrumentum pacis introducta, quatenus ad Religionem tendit. In politicis namque illius tantummodo ratio habetur, an intuitu & occasione belli ademptum quid fuerit.

28. Quæritur etiam, si narrata videntur sapere causam Religionis, supplicans autem petat ex alia causa, seu alia constitutione, e. g.

pigna-

Pignorationis, proceſſus ſibi decerni, *an audiendus ſit*? Quòd ſit audiendus pluribus concluſum eſt, ſi modò ſupplicatio ſua habeat requiſita, Conſtitutioni, ex qua proceſſus rogat, conformia, quia utrumque *ordinarium remedium* eſt, apud Gylman. *tom. 1. p. 1. tit. 4. in votis ad ſupp.* Auff die Pfändung &c. in cauſa E. S. contra *Fulda fol. (mihi)* 283. & in cauſa Worms contra Pfaltz &c. *eod. loc. fol. (mihi)* 312. & in cauſa *D. S.* contra *O. eod. loc. fol. (mihi)* 341.

29. Dicitur autem propterea *ordinarium remedium*, quòd ſcil. ſuper certa quadam peculiari Conſtitutione, *fractæ ſcil. pacis religioſæ*, fundatum ſit. Si enim, cùm quis in certa quadam Conſtitutione ſeſe, utì hîc, fundare poſſet, *ad 23. tit. Ord.* Auff die vier Fälle / confugere vellet, hoc ei non concederetur, ſed proceſſus denegarentur, quòd dict. remedium, *ad 23. tit. Ord. ad 4. caſus*, ſit extraordinarium, ac proinde ab ordinario remedio ad illud confugere non liceat: *Intellige*, ſi quidem remedium ordinarium locum habere poſſit; Si verò requiſita ad modò allegat. *tit. 23.* qualificata eſſent, dubium nullum eſt, quin ex eo ſibi conſulere quis poſſet. vid. *lib. 1. tit. 7. §. 103.*

Actio ex Conſtit. fract. P. P. relig. eſt rem. ordin.

Actio ex tit. 23. P. 2. ord. extraordin. eſt

30. Ad obtinendum proceſſus, in cauſis *fractæ pacis profanæ*, citationem ſcilicet, & Mandata de reſtituendo vel relaxando, inter alia in ſpecie narrandum; vim publicam per coadunatos homines, ex dolo atque propoſito illatam fuiſſe. *Receſſ. Imper. Anno 1594.* §. Alſo iſt auch Zweiffel / ibi: In andern Fällen ꝛc. 75. Hæc enim hujus Conſtitutionis requiſita ſunt: 1. Vis publica & major, quàm cui reſiſti poſſit. 2. Vis armata, quæ collectis hominibus commiſſa. 3. Dolus verus, & propoſitum ſeu deſtinata voluntas, quæ omnia in ſupplicatione exprimenda ſunt. De quibus *lib. 1. tit. 7.*

Fractę pacis profanæ narrata.

Requiſita Conſtitut.

31. Si tamen *omittendo* pax publica violata fuerit, tunc ad proceſſus impetrandos neceſſe non eſt, ut in narratis Supplicationis violentiæ & coadunationis mentio fiat. *d. Rec. Imp. An. 1594.* d. §. Alſo iſt auch ꝛc. 75.

32. Neque verò violentia & coadunatio hominum aut dolus, verbotenus, vel ſecundùm literam & verbis expreſſis narranda, ſed ſatis fuerit, ſi ex circumſtantiarum & facti narratione colligi queant. *Receſſ. Imp. eodem d.* §. Alſo iſt auch ꝛc. & §. Ebenermaſſen / und demnach auch ꝛc. 76.

33. Et ut contra *Civitatem* vel univerſitatem in cauſis fractæ pacis proceſſus obtineantur, in ſupplicatione pro obtinenda citatione,

Quid narrand. proceſſus contr.

Civit. rogauti? qualitas legitimè factæ convocationis, narranda est; nimirum, cives vel universitatem per signum campanæ, vel tubæ, vel aliud consuetum, convocatam esse, atque ex proposito atque communicato consilio, pacem publicam violâsse. Gail. *lib.* 2. *de pace publ. c.* 9. *n.* 6. 7.

Clericus processs. petendo, ad pœn. banni concludere nequit. Ad quid autem agat? 34. Et Clericus (*ut quasi per transcursum illud hic addam*) quô processus impetret, requisita ex Constitutione fractæ pacis Jurisdictionem Cameræ fundantia narrabit, sed solenniter in supplicatione testatum faciat necesse est, se non ad pœnam sanguinis, nec vindictam publicam, sed civiliter tantùm, videlicet ad restitutionem bonorum per vim publicam ablatorum, & damna hostiliter data acturum. Sic etiam possunt Clerici agere ad pœnam pecuniariam fractæ pacis, 2000. scil. Marcarum auri, vel alterius in processibus mentionatæ. Hâc solenni protestatione omissâ, Clericum incidere in pœnam Canonicam, irregularem fieri, & honore locoque privari, testatur per textus & Dd. Mynsi. *obs.* 51. *cent.* 2. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. c.* 8. *n.* 14. 15.

Episcopi, quà sunt Status Imperii, ad bannum agere poss. 35. Episcopis tamen, *Herbipolensi* & *Bambergensi*, tanquam Principibus & Statibus Imperii, processus super fracta pace *Anno* 1552. in Camera decretos fuisse, contra *Principem Albertum*, *Marchionem Brandenburgicum*, illosque ad pœnam banni egisse, & bannum contra Marchionem obtinuisse. Mynsi. *d. observ.* 51. testatur.

Singulare de Episc. Herbipol. 36. Licèt enim (extra Episcopum Herbipolensem, qui tanquam *Dux Franconiæ*, etiam pœnæ sanguinis, & causis criminalibus interesse potest, juxta illud: *Herbipolis sola judicat ense & stola*) omnes Clerici, quocunque tandem in ordine & dignitate constituti, sub pœna irregularitatis, causæ sanguinis sese immiscere nequeant: aliud tamen obtinet in *Constitut. super fracta pace publica*, ubi Episcopi considerantur ut Status Imperii, ut proinde non minus atque seculares, omnibus Juribus & Privilegiis, Statibus Imperii concessis, impunè gaudeant, quemadmodum, etiam hoc respectu in Aula vel Camera Imper. conveniri possunt. vid. *L.* 1. *tit.* 7. §. 17.

Mandat. de non off. ex Const. fr. P. P. 37. Ad obtinendum tamen Mandatum de non offendendo narrata libelli supplicis super Constitutione violatæ pacis publicæ fundanda fuerint. Gail. *lib.* 1. *observ.* 1. *num.* 4. *& observ.* 4. *& lib.* 1. *de pace publ. cap.* 2. *&* 3. *de quo vide supra tit.* 8. §. 8. Ubi notandum in Constitutione fractæ pacis publicæ, non esse opus allegare immedietatem Rei vel Actoris, eò, quòd vis publica, & à privatis & mediatis committi possit; Est tamen hoc casu in arbitrio Actoris, an contra reum coram

In Const. P. P. rei immedietas non requir.

Ju-

Judice illius ordinario, ad reſtitutionem ablatorum, & pœnam pecuniariam, vel in Camera ad bannum, cujus declaratio aliis non competit, agere velit.

38. In cauſis *litigioſæ poſſeſſionis* ſupplicans narrabit, ſe in poſſeſſione, vel quaſi, rei aut juris litigioſi eſſe, non adverſarium, aut ſaltem, ſe potiorem eſſe in poſſidendo, armorumque periculum præſens eſſe, aut imminere. Item: litigantes Imperio eſſe immediatè ſubjectos, vel bona, de quibus lis eſt, ſub diverſis Jurisdictionibus eſſe ſita. *Hoc enim eſt fundamentum fundandæ Jurisdictionis in hoc Proceſſu.* Narrata in cauſ. litigioſæ poſſeſſ.

39. In cauſis *Pignerationum* præcipuè narrandum eſt: 1. Pigneratum in *poſſeſſione* eſſe ejus loci, vel Juris ejus, ubi & cujus reſpectu pigneratio facta eſt. 2. Quòd pignerator per pignerationem *jus novum* ſibi acquirere conetur, & Jus illud novum in ſpecie exprimendum eſt. *Receſſ. Imper. Anno* 1594. §. **Wir wollen auch etc.** 71. 3. Perſonam captam, ſive rem pignoratam eſſe *innocentem*, ſive *tertiam*, vide ſupra *lib.* 1. *tit.* 10. *de pignorat. dict. Receſſ.* §. **Dieweil dann ferner.** 4. Narrandum, pigneratum & pignorantem eſſe *immediatos.* 5. Cauſam eſſe *civilem*, ob quam pignora capta ſunt. 6. Sibi contra omne æquum in poſſeſſione ſua vel quaſi fieri turbationem, animo quærendi novi juris. 7. Reum per ſe vel *per alios* pignorâſſe. In cauſis Pignerationis.

40. *Notandum hîc.* 1. Quòd Judex *jus illud novum* narratis Mandati inſerit, ut pignerator ſciat, quid ſibi in cauſalibus ſuis (ſeu punctis ſummariis poſſeſſorii, *de jure hodierno*, quo extra probatoriales, omnes reliqui articuli abrogati ſint,) potiſſimum deducendum & à ſua parte probandum ſit. Pignerator enim jus pignorandi, quod prætendit, in cauſalibus deducere & poſteà in Proceſſu probare tenetur, eôque probatô, ſuperior & victor evadit: ſin minus, ſuccumbit.

41. *Notandum* ſecundò, ſi pignoratio ab *Officialibus* facta fuerit, tunc Mandatum non tantùm contra Dominum, ſed etiam dictos Officiales emanare, ita tamen, ut ſi, factâ inſinuatione vel reproductione Proceſſus, Dominus de eximendo ſuos Officiales, **daß er ſie vertretten wolle /** ſeſe declaret, tunc contra dictos ipſius Miniſtros amplius non agatur.

42. In cauſis *Arreſtorum*, ad obtinendum Proceſſus, inter alia narrandum eſt: Arreſtatum arreſtatori cautionem *Judicio ſiſti*, & *judicatum ſolvi* &c. obtuliſſe, etiamnum offerre, & reipsâ præſtare paratum eſſe. *Conſtit. Imp. de Arreſt. An.* 1570. §. 84. verſ. **Auff angebottene** In cauſis Arreſtorum quid narrandum?

ge-

gebührliche Caution. *Recess. Imp. An.* 1594. §. Dergleichen sollen auch gemelte. 84. ubi præter solam narrationem, alia probatio oblatæ cautionis non requiritur. Gail. *de Arrest. c.* 4. *n.* 9. Item 2. reum & actorem esse immediatos. 3. Reum aliumve ipsius Mandato vel adsensu, arrestâsse. 4. Personæ vel possessionis impedimentum verum adesse, & 5. causam, ob quam arrestum factum, merè esse civilem.

In Arrestis illicit. locum habet const.

43. Præterea ad hoc, ut *Constitutio Arrestorum* locum habeat, requiritur; ut arrestum sit illicitum propriâ authoritate, non verò præviâ causæ cognitione, factum; Siquidem Arresta ex justa causa confessi, judicati, vel à Magistratu petente tertio ex officio, vel ratione pacti, consuetudinis, Privilegii, Nachsteuer / vectigalis imposita, per Mandata arrestorum minimè revocari possunt. Denais. *in Jur. Cameral. cap.* 184. *n.* 4. 5. *&* 6. Distinguitur etiam Constitutio super arrestis à pignoratitia, quod in illa, an res arrestata tertia & innocens sit, non attendatur. Idem Denais. *loc. cit. num.* 7.

Ad impetrand. mandata S. C. quid narr.

44. Ad impetrandum Mandata sine clausula, facti, contra quod Mandatum postulatur, qualitates & circumstantiæ ita narrandæ fuerint, ut Judex intelligat, factum tale esse, *quod omni jure* vel de consuetudine prohibitum sit, & tale, *quod nullo jure* justificari possit, *quod damnum irreparabile* inferat, *quod ad publicam perniciem* tendat, & ubi periculum in mora sit. *Sufficit tamen*, ut super uno vel altero ex istis 4. casibus causa fundari possit, nec enim omnes 4. cumulativè adesse requiritur, licèt pro majori securitate, plerumque conjunctim in supplicis allegari soleant. Vid. supra *lib.* 1. *de causis Mandatorum C. vel S. Clausula.* tit. 12.

Circa ead. Mandata observanda.

45. In hujusmodi Mandatis S. C. Jurisdictio contra reum specificè fundanda, & quòd qualitas facti ex Ordin. *Part.* 2. *tit.* 23. præceptum admittat, (*ut sciatur, ex qua Constitutione supplicetur,*) aliquadantenus exprimendum est: Fundatio autem Jurisdictionis non ex immedietate rei solùm, sed variis ex causis hîc locum habet. Ita scil. ut licèt reus sit immediatus, insuper tamen etiam requisita Constitutionis adesse, & cum immedietate Rei in supplicat. speciatim narrari debeant.

Pro Mandat. & citat. simul supplicand.

46. In Mandatis S. C. impetrandis non solùm pro Mandato, verùm etiam simul pro citatione supplicandum. *Recess. Imper. Ann.* 1570. §. Ferners statuiren ꝛc. 83. (*Quòd enim Mandata C. C. in duobus casibus, etiam sine annexa citatione decerni possint, suprà tit.* 5. §. 14. 15. *dictum est.*)

eſt.) Secus ſi fiat, petitioni proceſſuum, tanquam informi, locus non relinquitur. *Mem. Viſit. An.* 1577. §. **In was ſondern.** Ciſner. *fol.* 342.

47. Debent autem Citationes non tantùm in *nigro*, unà cum Mandatis peti, ſed etiam in *rubro* earum mentio fieri; hiſce v g. verbis: *Pro Mandato ſuper Conſtitutione pignorat. annexâ citatione ſolitâ*: id niſi fiat, ſolet decretum præambulum dari, & *pœna ordinationis* erga Procuratorem reſervari hoc modo: **Noch zur Zeit abgeſchlagen/ ſondern wofern** Supplicant **das** Rubrum **mit dem** Nigro concordiren **wird/ ſol ferner ꝛc. Dann iſt gegen ihne / umb willen er ſolches unterlaſſen / die Straff der Ordnung vorbehalten.** Aliud eſt in narratis, quia ea plerumque longiora ſunt, & ſufficit, ſi in Nigro benè & ſuccinctè proponantur. Niſi ſimul petat. citat. quid decernatur.

48. Ad obtinendum *Mandatum ſine clauſula* pro utendo flumine, littore, viâ publicâ, titulus & jus utendi allegandum eſt; ut aliquando in Camera decretum eſt in cauſa *Civitatis* **Ulm** contra *Fuggeros Anno* 1582. **das Holtzflöß auff der Holler betreffend.**

49. Ad obtinendum proceſſus, in cauſa *relaxationis ad effectum agendi*, cumprimis facti, propter quod quis in vincula conjectus ſit, qualitates atque circumſtantiæ narrandæ ſunt, ut Judex cognoſcat, qualis cauſa carceris fuerit, civilis ne an criminalis. vid. Ordin. *Part.* 2. *tit.* 24. verb. **Daß der Kläger umb begangener ꝛc.** & præterea forma Juramenti præſtiti narranda, ut Judex videat, an citatio decernenda ſit, nec ne. vid. Gail. *l.* 1. *obſ.* 22. *n.* 5. & 6. In cauſa Relaxat. juram. ad effect. agendi, quid narr.

50. Pulchrè autem diſtinguit *dicto loco Gailius*, inter eum, qui tantummodò juravit, *de non vindicando carcere*, & illum, qui ſimul, *de ulterius non experiendo*, ob eam rem, Juramentum præſtitit: cùm enim *priori caſu*, non obſtante Juramento, veluti quod non niſi ad ea, quæ ei inſerta ſunt, ſeſe extendit, nihilominus de jure experiri poſſit; abſolutione hâc non opus eſt: Secus in *caſu poſteriori*. Licèt autem ejusmodi Juramenta, ut ibidem benè animadvertit *citatus Gailius*, veluti contra bonos mores, ſint ipſo jure nulla, ita ut relaxatione omninò opus non eſſet: plerumque tamen, & conſultiùs illa peti conſuevit. Qualia Juramenta relaxatione opus habeant?

51. Ad obtinendum proceſſus in cauſa *denegatæ aut protractæ juſtitiæ*, Actor narrabit, ſibi expreſsè atque manifeſtò juſtitiam denegatam vel protractam eſſe. Ordin. *Part.* 2. *tit.* 26. verſ. **Das Recht kündlich ꝛc.** In cauſ. deneg. aut protr. juſtic. narrand.

52. Si *Promotoriales* rogantur, narretur *primò*, quamdiu cauſa In poſtulat. promotor.

apud inferiorem sit ventilata. Gylm. *Symphor. tom. 2. tit. 2. suppl. 2. fol.* (*mihi*) 19. *Secundò*, in quo Statu hæreat; & *Tertiò*, Judicem pro administranda justitia sæpiùs esse compellatum. Quæ eodem modo servanda, si pro *Mandato de administranda justitia* supplicetur, & utrobique Jurisdictio ex immedietate judicis, justitiam protrahentis, fundanda.

Mand. de admin. justit.

53. Si *Citatio super denegata* seu protracta justitia rogatur, documentum factæ requisitionis & denegatæ justitiæ necesse est, jurisdictio autem, ut suprà, fundabitur.

Cit. sup. deneg. just.

54. Ut contra *Cæsaris Privilegium violatus*, faciliùs processus impetret, se ab Adversario ex proposito & dolo contra Privilegium *violatum* esse, narrabit; itemque, privilegium *reo* convento legitimè *insinuatum* esse: quæ si in narratis omittantur, processus negantur, ut negati aliquando fuerunt *Comiti à* Reinstein contra Halberstadt. Sic in causa *Fiscalis* und Waldenburg contra Bodenheim/ 3. *Aug. An.* 1649. decretum: Wofern Supplicant glaublich bescheinen wird/ daß dem Beklagten das angezogene Privilegium, wie es sich zu Recht gebühret/ intimiret worden sey/ sol darauff ergehen/ was recht ist.

Quid violatus contra Cæs. privil. narrare deb.

55. Requiritur etiam, Privilegium *Cameræ* esse *insinuatum*, vel originale simul, cum Supplica exhibeatur, necesse est, transsumptis enim hoc casu non creditur. *Vide hæc requisita Supplicationis ordine relata*, *apud* Gylman. *tom. 1. part. 2. tit.* 11. *suppl.* 4. Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *num.* 9. & Casp. Klock. *relat.* 50. *n.* 13. in causa Lübeck contra Bockwalden/ ubi hæc materia integrâ relatione tractatur.

De insinuat. Privileg. vel orig. exhib.

56. Si tamen causa relevans subsit, quare Privilegium in originali in extrahendis processibus exhiberi nequeat, fortè, quia in manu tertii hæret, à quo extorquere tam citò non est possibile; processus, ad nudum Instrumentum insinuationis dicti Privilegii parti factæ, decretos vidi, in causa *R.* contra *K.* 12. *Jan. Ann.* 1659.

Si Priv. in orig. exhib. nequ.

57. Ad *Citationes per Edictum* impetrandum, Judici tria loca vicina, ubi affigendæ sint, in Supplicatione designanda, & statim si designari nequeant, Supplicans, se in Cancellaria postea designaturum esse, significabit. Gail. *lib.* 1. *observat.* 57. *num.* 10.

Supplicant. pro cit. per edict. quid agend.

58. Sic in *causa Baroniæ de S. P. contra Consilium N. & præfectum Equorum*, *appellationis*: Citatio contra ultimum in Imperio non repertum, per Edictum quæsita, propterea decreta non fuit, quòd loca affixionis allegata non fuerint, sed præambulum hoc decretum datum: Noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern/ wofern Supplicant die drey

drey Ort/ worinn die Citatio per Edictum anzuſchlagen/der Ordnung gemäß/ nahmhafft machen wird/ ſol ferner ꝛc.

59. Tria hæc loca ut plurium diverſorum territoriorum ſint, requiritur, (in dreyer Herren Land) ut habet *communis ſtylus*: præciſæ tamen neceſſitatis non eſt. Citando namque vicina eſſe, hoc eſt, à domicilio ejus non longè diſtare debent, ut inde veriſimiliter citationis notitiam habere poſſit. Ordin. *Part.* 2. *tit.* 10. §. 1. Und an zwey oder dreyen Enden / da die Ladung dem Citirten zuverſehentlich zu wiſſen kommen mögte ꝛc. Sic in *cauſa H. contra H.* Citatio & compulſoriales, ut & citatio ſuper nullitate, *Veſaliæ*, *Cliviæ*, & *Emmer.* adeoque in unius Principis Brandenburgici territorio affigendæ decretæ ſunt 5. *Maij*, *An.* 1659. De locis ubi affigend. citat. per Ed.

60. Ad obtinendum *Proceſſus commiſſionales*, in Supplicatione expreſsè & ſpeciatim narrandum, in quo puncto, ſuper quibus Articulis probandis, teſtes producendi ſint. *Memor. Viſit. Anno* 1562. §. Die Procuratores. 9. Ciſner. *fol.* 437. Ad hoc, ſcilicet, ut Judex, an Articuli ſint relevantes, & ad probandum admittendi, videre, & adverſæ partis, quæ, ut in probationibus judicialibus ordinariis, antea deſuper non auditur, vices ſupplere poſſit. Ad obtinendum Proceſſus commiſſionales, quid narr.

61. Et ad *Commiſſionem in optima* atque meliori forma impetrandum, in ſupplicatione caſus narrandi ſunt, quibus ejusmodi commiſſiones decernendæ, itemque circumſtantiæ atque juſtæ cauſæ, quamobrem decernendæ ſunt; quia *videlicet* Inſtrumenta & Documenta, quibus cauſa probanda ſit, commodè & ſine periculo peregrè tranſportari nequeant, & ſimiles circumſtantiæ. Secus ſi factum fuerit, Commiſſiones in optima & meliori forma non decernuntor. *Memor. Viſit. Ann.* 1578. §. Und dieweil ꝛc. 17. Ciſn. *fol.* 348. Quid ad obtin. commiſſ. in opt. form.

62. Sic ad *Commiſſiones extraordinarias* obtinendum, diſertè in Supplicatione narrandum, Commiſſarios nominatos pro extraordinaria Commiſſione, Supplicanti neque à Conſiliis eſſe, neque Miniſterio, neque Juramento, neque Subjectione, neque ullo alio modo devinctos, aut obligatos teneri, *dict. Mem. Viſit. An.* 1578. §. Unter andern. 18. Ciſner. *fol.* 439. Ad imp. commiſſ. ad memor.

63. Et cum Supplicatione pro *Commiſſione extraordinaria* Articuli probatorii Judici exhibendi ſunt, cum annexa teſtium nominatione, & ætatis ſingulorum teſtium adſignatione, aliarumque qualitatum atque circumſtantiarum narratione, quales ſunt, teſtes valetudinarios

esse, aut peregrè profecturos esse. *Memor. Visit. Ann.* 1585. §. Derhalben ꝛc. 5. Gail. *lib.* 1. *obs.* 92. *n.* 3. Habitâ tamen distinctione inter actorem & reum, de quo Gail. *d. loc. sup. tit.* 14. §. 22.

Petenti Processus Appellatorios quid observ. I.

64. In supplicationibus, pro obtinendis Processibus *causarum appellationis*, vivâ voce interpositæ, formandis observandum, *Primò* ut tenor, sive *qualitas* sententiæ, à qua appellatum est, Supplicationi inseratur. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 22. *in princ. Memor. Visit. Anno* 1557. §. Item / daß Sie. 50. Cisner. *fol.* 143.

65. Sciendum tamen, quod modò dictum, neque ante, neque post *Recessum novissimum* observatum, sed satis esse *hodiè*, sententiam vel per extractum Protocolli, (si stante pede fuerit appellatum) vel per Instrumentum appellationis, (*cui sententia in tenore inserenda*, & quod necessariò produci debet, in appellationibus in scriptis, & ex intervallo, coram Notario interpositis) Supplicationi esse adjunctã. Nisi tamen *eund.* §. 64. ita intelligamus, qualitatem sententiæ, *scilicet* an interlocutoria vel definitiva sit, in supplicatione esse exprimendam; quod verum judico.

Observ. II.

66. II. Ut in omnibus Supplicationibus, pro obtinendis processibus causarum Appellationis, *dies & forma* sententiæ latæ adsignetur, ut Judex sententiæ qualitatem, aut à quibus sententiis appellatum sit, cognoscat. *Memor. eod. d.* §. Cisner. *ibid.*

Observ. III.

67. III. Ut *gravamen appellationis* in specie significetur. Satis tamen fuerit, si à *definitiva* sententia, vel vim definitivæ habente Appellans, se per sententiam iniquam, salvo tamen Judicis inferioris honore, contra se latam gravari, aut gravatum esse, in genere dicat. (*Scilicet in supplica; in Instrumento namque appellationis gravamina speciatim exprimenda sunt.*) Mynsing. *observat.* 15. *cent.* 3. At secus in appellationibus ab *interlocutorijs*, in quibus omnes causæ nominatim, & in specie exprimendæ fuerint, ut Judex inde cognoscat, an interlocutoria, à qua appellatum est, sit appellabilis, id est, tale gravamen inferat, quod per Appellationem à definitiva reparari nequeat. Ordin. *Part.* 2. *tit.* 20. §. Wo aber von ꝛc. & *tit.* 28. §. *fin.*

68. Exprimere autem causam, *per Relationem ad acta*, non sufficit, nisi relatio ad Acta ita fiat, ut in specie exprimatur, in qua parte Actorum hoc dicatur; quia illa relatio specialis perindè habetur, ac si nominatim causa expressa fuisset. Mynsing. *d. obs.* 15. *cent.* 3. *num.* 5. Gail. *l.* 1. *observ.* 129. *in princ. & obs.* 138. *num.* 2.

Observ. IV.

69. IV. Expressis verbis narrandum est, quòd summa litis Imperii

perii Conſtitutionibus vel Privilegio de non appellando conformis ſit. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 123. *n.* 1.

70. Ut autem Tyrones, propter incidentes ex *noviſſ. Receſſu de Ann.* 1654. mutationes, cognoſcant, qualis *ſupplicandi modus* in frequentiſſima hac *appellationis materia* in Camera nunc frequentetur, formulam adjicio:

Durchleuchtigſter Fürſt/der Römiſchen Käyſerl. Majeſtät Cammer-Richter ꝛc. Gnädigſter Herr. Euer Fürſtl. Durchl. gibt Anwaldt des Wol-Edelgebohrnen und Geſtrengen (a) N. N. wider den auch Wol-Edelgebohrnen ꝛc. (b) N. N. unterthänigſt ſupplicirend zu erkennen/was geſtalt ermelter ſein Herr Principal von einer beym Churfl. Cöllniſchen Officialat-Gericht (c) am 8. 18. Junii dieſes lauffenden Jahrs/ihme zuwider/gemeltem N. N. aber zum beſten/nichtig oder ja widerrechtlich (*honore Dnn. Judicum ſemper ſalvo*) geſprochener (d) Definitiv-Urthel/als dadurch zum höchſten beſchwert/und noch ferners beſchwert zu werden beſorgend/durch ſeinen apud Acta bevollmächtigten Procuratoren/an diß Hochlöbl. Käyſerl. Cammer-Gericht/ſpe melioris Juſtitiæ conſequendæ, laut beyliegenden authentiſirten (e) *Extractus Protocolli Judicialis*, ſub lit. A. *in* (f) *eadem audientia* vivâ voce & ſtante pede appelliret/ſich beruffen/und/laut ebenmäſſig ſub lit. B. hiebey gelegten (g) Documenti in gehörender Zeit Acta erfordert/auch ſich ad præſtationem ſolennium, vermög Documenti lit. C. nicht allein offerirt/ſondern ſelbige auch würcklich abgelegt: (oder darzu nicht gelaſſen werden wollen.) Wann aber Anwaldts Herr Principal ſothane ſeine höchſt abgenöthigte und rechtmäſſig interponirte Appellation der Gebühr zu proſequiren/wie nicht weniger/ſub lit. D. beygehende Gravamina, wie (h) ad marginem notiret/zu deduciren und probiren gemeynt/auch ſolche Appellation nit allein den gemeinen Rechten/ſondern auch tàm ratione qualitatis quàm quantitatis, als welche eine anſehnliche Summam betrifft keinem Privilegio zuwider/daneben dieſes höchſten Gerichts (i) Jurisdiction, ob notoriam Judicii à quô immedietatem, zu allem Genügen wol fundiret iſt. Als gelanget an E. Fürſtl. Durchl. Anwaldts Namens obgedachten ſeines Herrn Principalen unterthänigſte Bitte/die gnädigſt geruhen/ihme wider obbeſagten N. N. So dann Herrn Richteren à quo, (k) reſpectivè citationem, inhibitionem & compulſoriales, wie imgleichen

(a) Nomen Appellantis.
(b) Nomen Appellati.
(c) Dies latę ſententiæ.
(d) Additur, an ſit definitiva, vel ejus vim habens, an interlocutoria.
(e) Si viv. voc. appellatum, extr. Protocolli; ſi in ſcriptis, inſtrum. adjungitur.
(f) Dies appellat. interpoſ. adjicitur, ſi non in eadem audientia, ſed poſtea in ſcriptis appellatũ eſt.
(g) Documentum requiſit. actor. intra trigeſim. factæ ſemper apponend.
(h) Si libellatur, libellus margi-

natus adjicitur: Si non indicatur in Supplic. appellantem ad Acta priora ſubmiſſur. quod proceſſib. poſtmodum inſeritur. (i) Jurisdictio ſpecificè in qualibet ſupplica fundanda. (k) Additur (reſpectivè) quia Judex

à quo non citatur ad defendendum processum suũ. vid. tit. seq. 21. §. 7.

prioris instantiæ Advocatum, so in Cancellaria zu benennen / citationem ad jurandum, vel in eventum se incidisse in pœnam non jurantis, gnädigst förderlichst zu erkennen / und mitzutheilen. Wie nicht weniger legalem terminum zu beyderseits handlung zu præfigiren. Hierüber ꝛc.

71. *Ad notas marginales* (e) & (h) *notandum*: Quòd sub *pœna ordinat.* Instrumentum marginari debet; *scilicet*, annus, dies latæ sententiæ, dies interpositæ appellationis, nomina Appellantis & Appellati, item Judicis à quo & ad quem, schedula appellationis & tenor sententiæ. *Similiter in libello* appellatorio semper in margine apponendum, quidnam appellans de novo & melius probare velit? Aliàs enim ejusmodi libelli rejiciuntur & processus denegantur. add. *tit. seq.* §. 26.

72. Porrô, licèt Judex à quo (ut in not. margin. lit. K.) non citetur; solent tamen & debent ei nihilominus processus appellatorii, tam ratione *compulsorialium*, quàm *inhibitionis*, insinuari.

Reduct. ad arbitr. boni viri pet. quid. narr.

73. Ut *reductionem* (*ad arbitrium boni viri*, *seu appellationem à sententia arbitrorum*) in Camera petens, Processus impetret, singularis cautela est, ut in Libello supplici, pro obtinenda citatione enormissimam læsionem, vel nullitatem manifestam alleget; seque ad Acta, quæ inter easdem partes notorium faciunt, referat necesse est. Gail. *lib.* 1. *obs.* 150. *n.* 10.

Quid ad obtin. citat. in caus. nullitat. narr.

74. Et ad obtinendam citationem *in causis nullitatum* necesse est, ut in Supplicatione, vel Instrumento nullitatis, nominatim causæ nullitatis exprimantur; (ad quod diligenter Judex animadvertere debet.) Ordin. *Part.* 3. *T.* 34. §. *fin.* Gail. *lib.* 1. *observ.* 127. *num.* 9. Secus si fiat, Judex hoc modo decretum interponit: Wofern der Supplicant nullitates in specie deduciren wird / sol darauff ergehen / was Recht ist. Ut in causa Mirbach contra Xanthen / 3. *Martij*, *Anno* 1578. Hanc ob causam Processus denegati sunt in causa Krafften zu Dellmessingen contra Marggräffisch-Badische Hofräthe zu Carlsburg / auch Landvogt und 7. Richter zu Kopff / 10. *Jan. Ann.* 1578. vid. Auth. *præjud. Cam. tit. Nullitas. pag.* 238. *seq.*

Libellus in caus. nullit.

75. Quia autem longiorem Catalogum nullitatum in supplica recensere difficile est, Libellus ut plurimum adjicitur, & in supplica ad eum fit relatio. Nisi etiam nullitates Processus substantiales sint, *decendium appellationis* observâsse, & Instrumentum protestationis, intra decendium adversus nullitates interpositæ, supplicationi adjecisse, ex

Quando decendium app. observ.

Receſſ. noviſſimo de Anno 1654. §. Indem auch nunmehr &c. 121. neceſſarium eſt.

76. Et ſciendum, cauſas eſſe, in quibus non unum proceſſuum genus, ſed plura eaque diverſa impetrari poſſint. Sic in cauſis *fractæ pacis* impetrantur Citationes & Mandata de reſtituendo, de relaxando, de non amplius turbando. Gail. *lib.* 1. *de pace publica cap.* 5. *num.* 1. Item Mandata de non offendendo, Mandata avocatoria, itemque auxiliatoria; *ut ſupra patuit.*

Plura Proceſſ. genera quand. impetr. poſſint? In cauſis fractæ pac.

77. *Nota*: Mandata de non offendendo, poſitis requiſitis, facillimè quidem, alia verò, de relaxando arreſto, reſtituendo, non amplius moleſtando, & ſimilia, difficulter impetrari, idque ne cauſæ, in proceſſu citationis ventilandæ, præjudicetur: ut ex multis mihi obſervatum eſt præjudiciis.

Mand. de non offend. quare aliis facilius decern.

78. In cauſis *protractæ Juſtitiæ*, primùm impetrantur promotoriales, & deinde, ſi promotorialibus non pareatur, citationes. Ordin. *P.* 2. *tit.* 26. §. Und nachdem. *Receſſ. Imper. Ann.* 1566. §. Nachdem denen. Mynſ. *obſ.* 56. *cent.* 5.

In cauſ. protr. juſtit.

79. In cauſis *denegatæ Juſtitiæ*, impetrantur citationes, itemque Mandata cum, vel ut alii volunt, ſine clauſula. Mynſing. *obſerv.* 82. *cent.* 5. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 28. *num.* 2. 3. & 7. Primò namque Mandata ſuper denegata Juſtitia, plerumque cum clauſula, ſi verò illis paritum non fuerit, tunc ſecundâ vice etiam ſine clauſula impetrari ſolent; Sic etiam *Mandata de exequendo*, in ſententiis ab inferioribus Judicibus latis, *cum*, in his verò, quæ in Judicio Cam. latæ ſunt, *ſine clauſula* decernuntur.

Denegatæ juſtitiæ.

80. Sic in cauſis Appellationum impetrantur citationes & compulſoriales, & in quibusdam etiam inhibitiones ſimul, ut ſupra intelleximus.

In cauſis Appellationum.

81. Sic contra *Judicem ordinationis* deſignatum, &, ut cauſæ diſceptationem atque Judicium recipiat, requiſitum, ſed moram in cognitione cauſæ vel Judicis officio ſuſcipiendo nectentem, *Mandatum ſine clauſula* decernitur: Decernuntur verò etiam *Promotoriales*; ut in cauſa Civitatis Colonienſis contra Archi-Epiſcopum. Frid. Mindan. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 6. vid. Mind. *de jud. Ord.*

Contra Judicem ord. moram nectentem diverſi proc. decern.

82. Sic in cauſis *L. Diffamari* interdum, cum citatione, Mandatum in Camera decernitur. Blarer. *ad l. diffamari cap.* 5. *num.* 54. & 61.

Ut & in cauſis L. diffamari.

83. De-

Quando Domini nomine subditorum processus impetrare possint.

83. Denique *notandum* est, in processibus impetrandis: I. Principes atque Dominos sæpius, subditorum suorum nomine, processus in Camera impetrare, licèt non principaliter Dominorum, sed per consequentiam interest: Putà, si quis alterius subditis collectas imponat, vel illos in cultura agrorum sui Principis vel Domini iniquè turbet, molestet, aut spoliet, aut in contumeliam Domini injuria afficiat; quemadmodum quotidiè ferè Mandata de restituendo, de non turbando, de relaxando, & citationes super injuriis, Dominis in causis subditorum decernuntur, teste Gail. *lib.* 1. *observ.* 12. 5. *n.* 6. & 7.

Quomodo impetrentur arctiores compulsoriales.

84. II. Ad impetrandum arctiores compulsoriales, quemadmodum etiam arctiores inhibitiones, novam Supplicationem Judici offerendam esse. Gail. *lib.* 1. *obs.* 124. *num.* 7. & *seqq.* Si tamen arctiores compulsoriales *judicialiter* petantur, ut frequenter fit, Supplicationis vices oralis Recessus supplere potest.

Process. decreti intra quod tempus redim. & executioni demandandi.

85. III. Processus decretos, quibus certum tempus non præfigitur, annales, & intra anni spacium ex Cancellaria redimendos, atque executioni demandandos esse. Secus, si fiat, expirare, nullumque effectum habere, rescripta tamen eo nomine petere, licitum esse. *Memor. Visit. An.* 1580. §. Und auß sondern ꝛc. 9. Cisn. *fol.* 511. *Recess. Imp. An.* 1594. *Ratisb.* §. Als ferner &c. 55.

Qui Process. perpetui, qui annales dicantur?

86. Hæc ut melius intelligantur, sciendum est, quòd omnes Processus *judicialiter* decreti sint perpetui; *Extrajudicialiter* autem decreti sunt annales, nisi brevior terminus in iis reproductioni fuerit constitutus, ut fit in ulterioribus & arctioribus compulsorialibus. *Annales* autem ex eo dicuntur, quia à die lati decreti intra annum ad insinuandum & reproducendum manent utiles, elapso anno rescriptum eorum per supplicam rogandum est.

Quæst. de circumduct. termini.

87. An autem, insinuatione semel factâ, terminus 30. aut 60. dierum, in Processibus præstitutus, currat à die insinuationis, atque circumducatur, si reproductio non fiat termino lapso, licèt adhuc intra annum? dubitationem habet. In causis Mandatorum olim satis erat, si reproducebantur intra annum: *hodiè* autem circumductionem termini æquè ad causas Mandatorum ac Processus alios extendi, *praxis quadantenus* docet. In citationibus, utì olim, ita nunc terminus à die insinuationis in reproductione observandus est, aliàs pro circumducto habetur, & citatio cassatur. Hoc tamen solatii habent, quibus Processus ex hac causa cassantur, quòd possint rogare rescriptum. Vide de hac re Ord. Cam. *P.* 3. *tit.* 12. §. Und als sich auch &c.

88. No-

88. Notandum IV. Pro impetrandis Processibus supplicanti, si Judici per falsa & conficta narrata imposuerit, & eâ ratione Processus impetraverit, pœnam Procuratori Fisci Imperialis dependendam irrogari: Quemadmodum factum est *in causa Mandati executorialis G. W. actoris contra C. L. & H. à L.* in qua Actori mulcta marc. auri imposita est, Imperiali Fisco pendenda, **wegen seines bey Außbringung des** Mandati **unerfindlichen Angebens** ꝛc. Quod vel maximè in causis *Appellation.* siquidem temerè appellatum fuit, locum habet. Pœna eorũ, qui per falsa narrata proceſſ. impetr.

89. Denique in supplicationibus formandis observandum, Tutorum, heredum, consortium & omnium, qui Processibus sunt comprehendendi, nomina in Libello supplice edenda, & in executionem rejicienda non esse. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 22. §. **Item/ welcher auch umb Ladung.** Debet etiam insuper in causis tutorum, vel cum supplica, vel saltem in primo termino, produci curatorium, vel saltem narrari Tutores in Camera elatos, & confirmatos fuisse. Quorum nomina in Supplic. pro impetr. proceſſ. sint edenda.

TIT. XXI.

Quomodo pro impetrandis Processibus supplicationes Judici offerendæ, & de Documentis supplicationum simul exhibendis.

§. 1.

SI Mandatarius aliquis, qui Advocati aut Procuratoris Cameræ jurati munere in Camera non fungitur, pro obtinendis processibus, alieno nomine supplicet, Advocatus aut Procurator Cameræ juratus supplicationi nomen subscribito. Ordin. *Part.* 3. *t.* 12. §. **Underſtlich** &c. vid. sup. *tit.* 2. §. 72. *tit.* 20. §. 3. Supplicat. à quo subscribendæ.

2. Supplicationes initio statim *in duplo* Judici offerendæ, sub pœna Judicis arbitraria; & postea *Supplicationum Documenta*, aliaque ad Supplicationes pertinentia, quicquid eorum referendarii necessariò requiri judicaverint, Cancellariæ insinuanda, ut casus futuri decretis faciliùs expediri queant. *Decret. Cam. publ.* 30. *Mart. Ann.* 1593. *concl. Cam. dub.* 2. *Hodiè* nisi in duplo offeratur supplicatio in Consilio, solet restitui, & hoc à Notario indicari. In duplo sunt offerendæ.

3. Cui decreto atque concluso Camerali causam præbuit, tum quòd supplicationibus cum inscriptione decretorum, & Documentis adjunctis ex Cancellaria restitutis, quemadmodum semper restitui consuevêre, inde factum esset, ut si partes decretis, quibus Processus denegati Rationes, cur in duplo exhibendæ suppl.

fuerant, acquiescerent, aut Processus decretos extrahere, extractosve executioni mandare nollent, postea in judicio nihil de ejusmodi rebus constaret, quæ tamen scitu necessariæ essent, præcipuè propter præjudicia, ut *in Stylo Camerali* æqualitas observari posset: tum etiam, quòd per litigatores supplicantes, postquam Processus ipsis, vel omninò vel quadantenus denegati fuissent, longo intervallo post, quando vel Adsessores, qui Processus denegâssent, vel Notarii in Judicio non ampliùs versarentur, vel causa oblivioni tradita esset, Supplicationes primò oblatæ, aut nonnihil aut tantummodo quoad inscriptionem sive titulum, & transpositionem consortum mutatæ, vel ab aliis Procuratoribus subscriptæ, offerentur, & præterea supplicationum copiæ, sive exempla non semper bonâ fide descripta exhiberentur, atque sic sub- & obreptio Judici facta non facilè deprehenderetur. *Conclus. Camer. dub.* 3. quod Deputati Status Imperii suo placito confirmârunt. *Spiræ An.* 1595. Vide hac de re pragmaticam Imperii Constitutionem, *Recess. Deput. Imperij*, 1600. §. 22.

Supplicat. Docum. s. adjuncta quid? In simplo apponuntur.

4. Supplicationum *Documenta* sunt, quibus supplicationum narrata in continenti probantur, & sine quibus, si Supplicationes offerantur, Processus denegantur aut difficulter impetrantur. Isthæc adjuncta, quæ vulgò **Beylagen** vocantur, in simplo supplicationibus appositisse, sufficit.

Necessaria adjuncta in appellation. processibus.

5. In Appellationis processibus hæc tria, *Libellus*, si libellare constitutum sit, (*Est enim in arbitrio Appellantis, an libellare, vel ad Acta priora submittere velit.*) *Instrumentum appellationis* aut Protocolli extractus, & *Documentum requisitionis* Actorum (quod subinde etiam Instrumento appellationis inseri solet, præsertim, si Notarius Acta requisiverit,) necessaria adjuncta sunt: Probatorialia hisce adjunctis conectere, in arbitrio Appellantis est. Quicquid tamen supplicationi adjunctum fuerit, id omne cum processibus Appellato insinuandum, præprimis autem Libellus, ut in primo termino respondere paratus, comparere possit. *Novis. Recess. Imp. de An.* 1654. §. **Zu Beförderung.** 64.

In app. ab interl. instr. app. etiam insin.

6. In Appellationibus ab *Interlocutorijs*, in quibus loco Libelli Instrumentum Appellationis repetere consuetum, etiam Instrumentum Appellato in copia insinuetur, necesse est. *d. Recess.* §. **In** Appellations-**Sachen** &c. 58.

Adjuncta an insin. Judici à quo?

7. An autem Judici à quo & reliquis, præter Appellatum, in Processu nominatis, hæc insinuatio adjunctorum etiam facienda? Sanè, quia

quia appellationis Processus Judices à quo, eorumque interesse regulariter non tangunt, nec *ipsi ad defendendum Processum suum citantur*, sed si se intromittunt, ipsorum meri arbitrii, & fortè propter incidens quoddam interesse extrinsecum est; Hinc, ut his insinuatio adjunctorum fiat, puræ necessitatis esse, ex *Recessu novissimo* dici nequit: ubique enim non Judicis, sed solius Appellati gratiâ hoc introductum esse indigitatur. vide dict. §. In Appellations-Sachen &c. 58. in verb. in so vielen Copien / als der Appellaten seyn &c. & §. Zu Beförderung &c. 64. in verb. Solche seine Gravamina, oder Appellations-Ursachen den Appellaten &c. *in praxi tamen à partibus differenter servatur.*

8. In causis S. Q citationibus atque Mandatis cum vel sine clausula, hæc adjunctorum omnium & singulorum insinuatio ejusdem necessitatis est. *d. Recess.* §. Diesem nächst &c. 34. Idque, ut pars citata, an liti cedere, aut aleam Judicii subire velit, maturè deliberare, instructaque primo in termino comparere queat. In causis simplicis querelæ &c. adjuncta insinuanda.

9. Ut etiam supplicationis pro extrahendo Mandato exhibitæ insinuatio fiat in Mandatis C. C. hæc *nova Constitutio* 1654. enixè quidem requirit, vide §. In den *Mandatis cum clausula* &c. 81. quia autem Mandatorum narrata è Supplicationibus partium sumuntur, hactenus *hoc usu frequentatum* esse non intelligo. Supplic. pro Mand. C.C. non insin. Ex praxi.

10. Copiæ citatis insinuandæ, à Lectoribus aut Protonotariis, Processus expedientibus, vidimatæ sint, *eodem Recessu* §. Diesem nächst &c. 34. disponitur; Verùm multitudo causarum & concurrentium indies processuum numerus efficit, ut Protonotarii aut Lectores his laboribus pares esse nequeant; Quare ad supplicam *Doctoris Sebitij contra* Meyern *appellationis*, 16. *Febr. Ann.* 1655. Camera prudentissimo Consilio rem ita temperavit, ut Adjuncta eo modo, ut exhibita sunt, Nuncio Cameræ, unà cum copiis, committantur, facultate partibus citatis manente liberâ, copias cum originalibus in ipso insinuationis Actu conferendi. Quid si tamen originalis obligatio pro extrahendis Processibus supplicationi adjungatur; Annon hanc nuncio committere summæ imprudentiæ periculique plenum fuerit? Hoc casu copia cum originali in Lectoria concordari, & partibus citatis insinuari potest, reservato originali ad futuram reproductionem. An copiæ adjunct. insinuand. vidimari debeant? Origin. obligatio non insinuanda.

11. Sed quale præjudicium metuendum, si hæc adjunctorum insinuatio negligatur? Citatus neque ad comparendum, neque ad respondendum obligatur, nec adversus talem invenit locum Processus Neglectæ adjunctor. insinuat. quale præjud. immineat?

in contumaciam; si tamen comparuerit, vel respondeat, vel terminum ad respondendum colligat, necesse est; cùm spontaneâ comparitione hi citationis defectus facilè purgentur. Quid, si adjuncta talia sint, quæ vel ab ipso citato recenter processerint, vel quorum copiam indubitanter ex se habet? Hoc casu *Cameram* temperamento quodam in judicando usam esse, præjudicia quidem ostendunt; attamen, ut insinuatio adjunctorum sub hac spe negligatur, nemini author ero.

Quid requiratur ad impetrandum Mandat. de non offendendo.

12. Sic ad impetrandum Mandatum *de non offendendo*, non necesse est, ut narrata Libelli *Constitutioni fractæ pacis* conformentur, sed satis fuerit, si vis publica imminens quodammodo doceatur, aut notoria fuerit. *Recess. Imper. An.* 1594. *Ratisbon.* §. Zum andern/ wann Mandata. 75.

Process. ex Constit. litigiosæ possessionis.

13. Ut Processus ex Constitutione *litigiosæ possessionis* obtineantur, periculum futurum aut præsens summariè, vel per Epistolam, vel per Instrumentum docendum, aut de eo Judici constet, necesse est. *Concl. Cam. Ann.* 1594. Denaisius. *Possessio litigiosa. tit.* 221. §. 7.

In causis denegatæ Justitiæ.

14. Et quemadmodum in causis *denegatæ Justitiæ*, unà cum Supplicatione, Documentum offerendum est, quo requisitio Judicis doceatur. Ordin. *P.* 2. *T.* 26. *in princ.* vers. das Recht kündlich. Mynsing. *observ.* 74. *cent.* 2. Ita in causis *protractæ Justitiæ*, ad obtinendam citationem, de requisitione, promotorialium executione, & Justitia denegata docendum fuerit. *Recess. Imper. Anno* 1566. §. Nachdem denen &c. *Aug.* Mynsing. *obs.* 56. *cent.* 5.

Ad impetr. Mandat. S. clausula cont. Magist. quid requir.

15. Ut Mandata S.C. impetrentur, & subditis contra Magistratum decernantur, de narratis, nisi verisimilia appareant, verisimiliter docendum fuerit: Debentque etiam priùs literæ informatoriæ ad Magistratus præmitti, *Recess. Imper. Ann.* 1594. §. So sol auch zum fünfften ꝛc. 78.

Quid ad Mand. ex edicto nunc. nov. oper.

16. Ad impetrandum Mandatum sine clausula, *ex edicto nunciationis novi operis*, de nunciatione vel verbis, vel per jactum lapilli, vel per Prætorem facta, Instrumento publico docendum est. Gail. *lib.* 1. *obs.* 16. *n.* 12.

Quid ad Mand. de solv. vigore obligat.

17. Ad obtinendum Mandatum sine clausula, vigore obligationum, guarentigiata aliaque obligationum Instrumenta in originali, aut copia authentica producenda sunt, vid. suprà *lib.* 1. *tit.* 12. Nec hîc copiæ à Notariis auscultatæ sufficiunt, sed à Cancellaria Civitatis Imperialis, Principis aut Status cujusdam auscultatæ, & sigillo Cancellariæ munitæ sint necesse est.

18. Et

18. Et sic quidem tempore belli obſervatum, atque in uno vel altero Senatu adhuc practicatur: ab aliis tamen, ſi obligationes in originali non producantur, vel ſaltem de iis in primo termino producendis oblatio fiat, propterea non attenditur, quòd non tantùm ab authoribus Cameralibus, præſertim Colero *de proceſſ. exec. Part.* 3. *c.* 1. *n.* 47. *ſeqq. ibi*: Judex non poteſt decernere executionem paratam, niſi visô priùs & lectô inſtrumentô originali; quòd exemplum regulariter non probet. Sed etiam in *l. fin. C. de Edict. Divi Hadrian. toll.* expreſsè contrarium ſtatuatur. Lectores Cameræ tamen, quantum extrahendis proceſſibus ſatis eſt, & huic auſcultationi utilem operam præſtant.

An obligat, originalia ſint producenda?

An ſufficiant copiæ à Lectorib. auſcultatæ?

19. Ceſſiones etiam in Extrahendis Mandatis de ſolvendo & ſimilibus, ut plurimum per decreta deſiderantur; & ſi obligatio ſupplicantem non deſignat, titulum in genere aut in ſpecie in ſupplicatione indicabit, ut ex *multis præjudicijs* mihi notatum eſt. Et hoc per *Decretum commune de Ann.* 1659. 13. *Decembr.* §. 3 *fin.* de novo injunctum fuit.

20. Ad obtinendum Proceſſus in cauſis ex *l. diffamari* non ſufficit qualitates Jurisdictionem Cameræ tribuentes narrare, ſed præterea Documentum aliquod diffamationis, veluti Epiſtola, vel Pictura, vel Scriptura, requiritur. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 10. *n.* 7. & 8. *Receſſ. Imp. de Ann.* 1654. §. Cammer-Richter. 83.

Ad obtin. Proceſſ ex l. diffamari. requiſit.

21. In cauſis *Tutelarum & Curatelarum*, unà cum Supplicatione, pro ordinando tutore vel curatore, ſi nominati impoſitam ſibi tutelam vel curatelam non recuſaverint, exhibendum eſt *Mandatum*, ad nominandum & petendum tutores vel curatores itemque *Documentum*, quo nominatorum tutorum vel curatorum conſenſus doceatur, & Mandatum ad jurandum; *Secus*, ſi recuſaverint nominati: hoc ſiquidem caſu ſupplicatio nuda offertur, pro decernenda citatione ad videndum, ſe tutores vel curatores ordinari, vel ad excuſandum.

Ad petition. tutor. vel curat. requiſita.

22. Circa *ordinationem tutorum* generaliter notandum: In Mandato ab ordinatis tutoribus Procuratori dando, duas clauſulas, ut valeat, inſeri debere; *Primò*, commune, ſcilicet rem pupilli ſalvam fore, & quòd curatores, ſub cautione omnium bonorum, pupillo, ejusque bonis ſtrenuè invigilare velint: *Secundò*, debet etiam apponi cautio, tutores ea omnia, quæ à Procuratoribus geſta fuerint, itidem ſub hypotheca omnium bonorum, ratificaturos eſſe.

De Mand. tutorum, quid contineré debeat?

23. In cauſis *violati Privilegij* Cæſaris, proceſſus non decernuntur, Citationes videlicet ad videndum incidiſſe in pœnam Privilegii, niſi

Quid requir. ad obtin. proc.

violati Privilegii Cæs. causâ?

Cameræ & parti Privilegium insinuatum fuerit, *ut supra dictum est*. Si verò Privilegium insinuatum non sit, ad impetrandum Processus necesse est, ut ipsum originale unà cum Supplicatione exhibeatur, *intellige*, si antea Cameræ exhibitum non sit. Gail. *lib.* 1. *observ.* 1. *num.* 9.

Privil. juri comm. nimis contrar. non accept. pro insin.

24. Licèt enim ejusmodi Privilegia ab Imperatore obtenta sint; Si tamen, ut nonnunquam obreptitiè fieri solet, aliquid in se contineat, quod vel Constitutionibus Imperii, vel etiam Juri communi, nimis contrarium, vel in præjudicium tertii tendit, illa in dijudicatione causarum neutiquam attenduntur, neque etiam, licèt petatur, pro insinuatis acceptantur.

Exempla hujus rei.

24. Sic cùm *Barones de M.* ab Imperatore *Ferdinando Secundo P. M.* inter alia obtinuissent Privilegium, spurios etiam ad successionem in feudis Majoribus legitimandi, item testamenta, in quibus vel omninò nullus, vel etiam tantùm unus testis adhibitus fuisset, confirmandi, & similia plura; illa Privilegia, licèt sæpissimè eâ de re institerint, pro insinuatis acceptata non fuerunt: Quod etiam cum Privilegiis *Domus Austriacæ* factum fuit. Quemadmodum omnia ejusmodi Privilegia, additâ semper hâc clausulâ, *salvo jure Imperij, & ejus Statuum*, & sine præjudicio tertii, acceptari solent.

Lib. 1 tit. 4. §. 42. tit. 16. §. 20.

Ad impetrandū proceſſ. appell. quid offerendum.

26. Ad impetrandum Processus appellationum, unà cum Supplicatione Instrumentum Appellationis offerendum est, intellige, si quod sit, & ex intervallo coram Notario & testibus in scriptis appellatum fuerit. Nam vivâ voce, si appellatum fuerit, Instrumento opus non est. *Vide supra de appellationibus*, *Lib.* 1.

In Instrumento appellat. quæ sint recensenda.

27. In Appellationis Instrumento recensenda sunt: I. Dies, quo Appellatio interposita fuit. II. Nomen Appellantis. III. Nomina Judicis à quo, & Judicis ad quem. IV. Tenor sententiæ latæ. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 22. §. 1. V. Schedula appellationis, Appellationes in Camera ex intervallo coram Notariis factæ non recipiuntur, nisi schedula appellationis inserta fuerit, id quod supra monui *lib.* 1. *tit.* 26. iterumque monendum esse censeo.

Tit. præced. 20. §. 71. & Lib. 3. tit. 2. §. 62.

28. Hæc, *inquam*, Instrumentorum appellationis requisita sunt, de quibus uno atque altero verbo ad Instrumentorum marginem rubrica adnotandis, & Judici quasi indigitandis decretum Cameræ aliquando me vidisse memini. *add. tit. præced.* 20. §. 71.

Explicatâ primâ præparationis Processus parte, quæ est in processuum emanatione, sequitur nunc altera, quæ est de terminorum procedendi præfixione.

TIT.

TIT. XXII.

Terminus procedendi quid, & de terminis Processus in genere.

§. 1.

TErminus procedendi, est certum temporis spacium, ad procedendum, vel negotio Judiciali expediendo constitutum. Terminum *in veteri Jure* hâc significatione non usurpatum reperiri, sed *Jus Pontificium & usum fori* eam vocem, ceu nuperam, nobis obtrudisse, non tàm significanter, quando à fine dicatur, & per συνεκδοχὴν ex parte totum intelligatur, *Joannis Ferrarij* opinio est, *in judic. præ exercit. lib. 3. c. 5.* Terminus procedendi quid sit?

2. Solent quidem etiam in Processu extrajudiciali, maximè si litigantes sint *Camerales*, termini ad agendum constitui, non tamen ita strictè & sub præjudicio, prout termini Judiciales, observari: nisi appareret nimia partium contumacia, tunc enim in his æquè atque Judicialibus præjudicium annectitur. De ratione terminor. in proc. extraj. Infr. tit. 25. §. 1.

3. Tempus terminorum in Camera interdum *aliquot audientiarum* (præsertim in importandis Mandatis Procuratoriis, si quis Mandato generali instructus sit; tunc enim per sententiam injungi solet, ut Procurator in prima vel secunda audientia, copiam sui Mandati etiam ad causam controversam ponat: **Dann sol N. seinen gemein-habenden Gewalt / in dieser oder nächstkünfftiger** Audientz **bey Straff / nach Ermässigung / zur Sachen legen.**) Interdum *aliquot dierum* (Quod tamen in extrajudicialibus tantùm locum habet, atque tres, 4. 8. dies pro arbitrio Judicis dantur) vel *mensium aliquot* numero, sive spacio, definitur, & singuli menses in Camera diebus triginta constant. *Memor. Visit. Ann.* 1579. §. **Damit auch alle** Disputationes. 11. Cisner. *fol.* 393. Tempus terminorũ quotuplex. Mensis Cam. quot dieb. constet.

4. Et memineris, *hodiè* quemvis terminum in Camera præjudicialem esse. *Recess. Imper. Ann.* 1600. §. **Demnach auch nunmehr** &c. 92. excepto termino citationis. Vid. infra de processu in causis Mandatorum sine clausula, *Dub.* 2. Et hoc terminorum præjudicium ad Processum causarum accelerandum constitutum esse. *Recess. Imp. An.* 1594. §. **Wann dann jetztgedachte.** 50. vers. **Dadurch die gerichtliche Sachen merklich befördert / der** Proces **abgekürtzet /** ubi sancitur, *ut termino finali prorsus sublato, præjudicialis de hinc perpetuò observetur.* Quod confirmatum per *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **Indem auch** &c. 97. ubi denuò sancitum, ut termini præjudiciales accuratius, quàm ante per Quisnam terminus hodiè est præjudicial. Cur ita constitutũ?

ne-

negligentiam factum, observentur, partique curæ sit, rogando in tempore prorogationem, sibi à præjudicio cavere.

Terminus finalis quare sublatus?

5. Causa, ob quam terminus finalis prorsus sublatus, hæc est, quoniam per illum (ut Senatus-Consultum Camerale habet) tempus tereretur, partes litigantes detinerentur, & qui Judici & Assessoribus, itemque Protonotariis, Notariis & Lectoribus, in consignandis Recessibus non necessariis, & completione Protocollorum, negotium facesseret. Nam ad terminum finalem obtinendum, Recessus habendus erat, quem sequebatur accusatio contumaciæ, hanc verò terminus præjudicialis, qui vel ab Adversario, vel per Judicem concedebatur, & prorogatione interdum negatâ, & termino purificato, in integrum petenda erat.

Effectus termini præjudicial.

6. Quamobrem quia scil. termini sunt præjudiciales, si terminus procedendi constitutus, intra spacium sive tempus termini, & antequam extrema dies termini abeat, procedendum fuerit, aut termini prorogatio impetranda; quæ tamen absque *Documento* legitimæ, & de novo, sive ex improviso incidentis causæ atque impedimenti, neque à partibus postulanda, neque à Judice concedenda. *Mem. Visit. An.* 1573. §. Als auch fürkommen / daß ꝛc. 6. Cisn. *fol.* 473. *Decret. Cam. publ.* 7. *Julij*, *An.* 1590.

Ration. ad obtin. prorog. term.

7. Rationabiles enim causæ ad obtinendam prorogationem adesse debent. Ruland. *de comm. & commiss. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 24. In dicto tamen Documento non ita scrupulosè proceditur, sed ad nudas partis principalis literas, licèt aliud Documentum non interveniat, prorogatio conceditur.

Quid sit purificare, & non respicere terminum.

8. Sin intra constitutum tempus non procedatur, sed Procurator aliquis terminum, in quo agere potuisset, labi patiatur, tunc terminus, *ut verbo fori utar*, purificatur, & parti adversæ Jus ex illa termini purificatione acquiritur; Parti verò, quæ terminum non respexit, *ut in foro loquuntur*, id est, neglexit, sive non observavit, sed inutiliter labi & purificari passa est, præjudicium atque periculum inde exstitit, ita ut illi ulterior sive novus *terminus procedendi non concedatur*, sed via agendi, sive ulterius procedendi, præcludatur, nec aliâ ratione, quàm causâ cognitâ, & partibus hinc inde auditis, per remedium restitutionis in integrum succurratur. *Decret. Camer. eod. Recess. Deputat. Imper. Ann.* 1600. *Spiræ*. §. Demnach auch nunmehr. 92.

9. *Novum terminum procedendi non concedi*, modò dictum est.

Hoc

Hoc tamen ab uno aut altero Senatu subinde fieri consuevit. Quia verò non tantùm *Recessus Deputat. Imper.* 1600. *dict.* §. 92. expressè contrarium tenet, non facilè ejusmodi petitionem consulere est.

10. Præterea dictum, *partibus hinc inde auditis, restitutionem decerni*: Si enim utraque pars in judicio, per suos Procuratores scil. præsens jam sit, tunc in puncto restitutionis Actor, contra quem petita est restitutio, desuper auditur, eoque prævio sententia fertur, ut proinde iste modus sit diversus *à citatione* ad videndum se restitui, & *restitutione brevi manu* non nisi extrajudicialiter fieri solitâ.

11. Hæc itaque est vis & efficacia termini præjudicialis, quòd eo elapso via agendi præclusa sit. *Relat.* 15. Klockii *num.* 126. restitutio autem judicialiter intra id temporis spacium roganda est, quod restituendus ante re adhuc integrâ habuit, *Recess. Imper. Deputat. de Anno* 1600. §. Als auch die Restitutiones &c. 89. est enim commune *restitutioni, tàm adversus lapsum termini, quàm lapsum fatalium* appellationis, ut hoc tempus ad eam rogandam saltem indulgeatur, quod rogans habuisset re adhuc integrâ.

Restitutio adv. lapsum term quando roganda?

12. Ita restitutio in integrum, adversus omissam intra trigesimum requisitionem Actorum, juxta *Recessum novissimum*, intra 30. dies in Camera roganda, quo non observato rejicitur; Sic in *causa* Baumhauer *contra de B. appellationis*, talis restitutio utì serò nimis petita, rejecta est. *Mens. Februar. Anno* 1659.

Quand. pet. restit. adv. omissam Actor. requisit. Infr. tit. 23. §. 11.

13. Quia verò Procurator G. ex post facto docuit, se ante lapsum terminum, 30. scil. dierum, *Ordinem Novarum non habuisse*, adeoque agere, & pro restitut. in integr. supplicare non potuisse, diu substiterunt Assessores, quidnam faciendum esset? Quibusdam à sententia judicialiter publicata, non libenter recedentibus, maximè, cùm Procurator defectum ordinis, benè coram Deputatis, vel extrajudicialiter indicare, vel prorogationem petere potuisset. Aliis verò contrariam sententiam propterea defendentibus, quòd omnes termini Judiciales, *ut infrà sequitur*, sint utiles, & Procuratoribus aliter non currant, nisi quatenus in ordine competenti agere potuerint, præsertim cùm in hac causa concurrat simul favor pupillorum. Itaque causa principalis Appellanti patrocinatur. *Nihil proinde certi concluſum, sed res indecisa hactenus relicta fuit.*

14. Quinimò, si Procurator quispiam rebus termino constituto agendis proferendisve maturè instructus fuerit, ex fide atque Jurisjurandi

randi vinculo, quo Judicio Camerali obstrictus est, agere & proferre tenetur, etiamsi dies termini præstituti extremus nondum venerit; & secus, si factum fuerit, terminus pro purificato habebitur. *Recess. Imp. Ann.* 1594. *Ratisb.* §. **Und damit ja hierunter** ꝛc. 53.

Procur. instructus agendis, proferre tenetur suo ordine, necdum efflux. term. Renunciat. term. collecti.

15. Atque Procurator, qui necessitate agendorum instructus non egerit, sed ordinem labi passus fuerit, quoties ejus convincitur, in pœnam retardatæ litis condemnabitur. *Recess. Imp. de An.* 1654. §. **Nachdem man aber** ꝛc. 84. Unde constat, termino Collecto in Camera posse, imò ex fide jurisjurandi debere renunciari, quoties à partibus agendi materiam ante terminum Procuratores obtinuerint, idque maturandæ causæ ergo.

Petitio termini ejusq; prorogat.

16. Termino constituto breviore, longiorem è vestigio petere liceto. Ordin. *P. 3. tit. 6.* §. **So wollen wir auch** ꝛc. Olim Procuratores primum petebant terminum procedendi, & postea sejunctim primam termini prorogationem, sed hodiè in omnibus causis tempus pro primo termino simul & termini prorogatione petendum & concedendum, tempore scilicet duplicato, (*quod hisce formalibus fieri solet:* **So ihnen** pro termino & prorogatione, **von Ampts-wegen angesetzt.**) Ut præcipit *Memor. Visitat. Anno* 1581. §. **Wiewol auch bey nächster** ꝛc. 2. Postea verò ulterius tempus sine probatione justi impedimenti (*licèt hoc ab aliquibus nonnunquam tentetur, atque etiam, quamvis non adeò benè, subinde impetretur*) non postulandum. *Decret. Camer. publ.* 28. *Maij, Anno* 1582. *Recess. Imp. Ann.* 1594. *Ratisb.* §. **Nemlich dergestalt** ꝛc. 58.

Hodiè quom. termin. peti debeat?

17. Nota tamen, in conceptione sententiæ actoriæ, quæ *hodiè* ob terminum legalem, vix locum habent, benè animadvertendum esse, an terminus ab uno vel altero Procuratore petitus, jam elapsus fuerit, vel adhuc currat? Si prius, solet dici: **Von Ampts-wegen angesetzt/** aliàs: **Zugelassen und angesetzt;** Concedi enim ampliùs non potest terminus, quia jam elapsus fuit, benè verò ex officio alius præfigi. Debet autem *hodiè* pro termino & prorogatione simul & semel terminus peti, ut abscindatur inutilis & sine omni impedimento olim post terminum petita prorogatio, quæ *hodiè*, ut suprà dictum, nisi de legitimis impedimentis expressè doctum fuerit, non facilè conceditur.

Computat. termini accepti & præfixi.

18. Hîc etiam de *Computatione termini* aliquid dicemus: Terminus aut acceptatur aut præfigitur per sententiam. Illo casu dies petitionis seu assignationis termini non computatur in termino, sed in-

incipit currere ab insequente; v. g. Titius Actor petit *septimo die Julij* 8. menses ad libellandum, Reus admissos acceptat: Hîc non *septimo sed octavo die Julij* incipienda computatio. Si verò per sententiam præfigitur terminus, tunc hoc fit vel *ex officio*, vel ad *instantiam*, & *submissionem partium*.

Comput. term. ex off. præfixi.

19. *Si ex officio*, v. c. **In Sachen** &c. **ist** Doct. N. **sein der** Declaration pœnæ **beschehenes Begehren abgeschlagen/ sondern ihme/was sich auff einkommene** Exceptiones **zu handlen gebührt/ Zeit vier Monat** pro termino & prorogatione, **von Ampts-wegen angesetzt/ mit dem Anhang/ wo er solchem nicht nachkommen würde/ daß alsdann die Sache dieses Puncten halber/ für beschlossen hiermit angenommen seyn sol.** *Publ.* **den** 18. *Augusti*. Hic terminus incipit currere à die latæ sententiæ.

Ad instant. partium præfixi comput.

20. Si verò terminus præfigitur ad instantiam & submissionem partium, v. c. Rei Procurator petit 7. *Januarij* ad productum Libellum 8. menses; Actoris verò Procurator tantùm 6. vult admittere: Desuper ab utraque parte submittitur. Tandem 11. *Januarij* Judex per sententiam admittit tempus petitum, h. m. **In Sachen** &c. **ist** Doct. N. **die gebettene Zeit acht Monat** pro termino & prorogatione **angesetzt und zugelassen/** *Decret.* 11. *Jan.* Hoc casu ineunda computatio non à die sententiæ, sed à die petiti termini seu habiti Recessus, qui erat 7. *Januarij*. Vid. Schvvanem. *Proceſſ. Cam. lib.* 1. *c.* 27. *n.* 7.

Formulæ sentent. notand.

21. Inde vulgatæ hæ sententiarum formulæ: **Ist** D. N. N. **Zeit zweyer Monat** pro termino & prorogatione **von Ampts-wegen angesetzt** &c. Vel: **Ist** Doct. N. N. **die gebettene Zeit** pro termino & prorogatione **zugelassen und angesetzt/** in quo primo terminus à *die latæ sententiæ*, in posteriori autem *à die petiti seu collecti termini* currit, quod probè notandum. *adde de comput. term.* §. 45. 46. *infr. h. t.*

De novo termin. an & qu. concedatur.

22. Termino obtento purificato, novus terminus, vice prorogationis, non postulandus. *Decret. Cam. publ.* 7. *Julij*, *Anno* 1590. An autem terminus novus ex officio concedi, vel restitutio brevi manu hoc casu fieri potest? Quod negatur, quia Jus parti quæsitum, eâ inauditâ, per ejusmodi restitutionem auferri nequit, & si ex officio novus terminus concederetur, termini præjudiciales servirent non nisi de vento. Si tamen impedimenta relevantia edocta sint, ad petitionem partis, *novus terminus vel expresè* per sententiam, *vel tacitè*, pronunciando super postmodum productis, *quandoque conceditur*.

Procurator qualem terminum concedere possit.

23. Nemo autem Procurator terminum longiorem, quàm ordinatio vel Judex præfixerit, sive in judicio, sive extra judicium concedito. *Recess. Imper. Anno* 1566. *Aug.* §. Ferner nachdem auch befunden ꝛc. 98. Si quis prætendat, fore, ut inter partes transigatur, sed fictè, & terminum hoc prætextu postulet, non auditor. *Memor. Visit. Anno* 1557. §. Als auch die. 23. Denaisi. *Termini concessio.* §. 1.

Transact. futuræ fictæ allegatio reprobat.

24. Tales enim transactiones sæpiùs, pro dimovendo Referente ab expeditione causæ, coram Deputatis indicantur, & si parti alteri nihil minus animi sit; imò studet quandoque pars, fugiens causæ finem, ut ab adversario literas, quibus Civilitatis ergò sibi concordiam placere respondet, obtineat, iisque postmodum in fraudem respondentis judicialiter exhibitis, hoc modo sub spe concordiæ litem protrahit, vel ad minimum producit literas Advocati causæ, concordiam propediem futuram promittentes. *add.* §. 31. *h. t.*

Termini præjudicial. utiliter cadunt.

25. Termini præjudiciales utiliter cadere intelliguntur. *Memor. Visitat. Ann.* 1580. §. Beym andern Puncto. 5. Denaisi. *Terminorum cursus.* § 4. tàm in ordine Novarum, quàm præfixarum. *Consult. Camer. Anno* 1585. Denaisi. *Terminorum prorogatio.* §. 4. *Utiliter autem cadere*

Quid sit utiliter cadere.

est, si non adsit facultas agendi: tunc enim terminus, etsi fuerit lapsus, *ad agendum* manet utilis; non verò *ad prorogandum*, quia quoad petendam prorogationem continuus est. *Refer. ap.* Klock. *rel.* 76. *n.* 6. Maturè ergò coram Deputatis prorogatio roganda, antequam labatur.

Quando prorogatio petenda, si terminus in ferias inciderit.

26. Sed hoc quæstionis est: Si *terminus inciderit in ferias*, an prorogatio necessariò ante ferias roganda sit? Quod affirmatur, & ita per varia vota tractatum, in causa Herrn Bischoffen zu Hildesheim contra Herrn Hertzog Julium zu Braunschweig/ *apud* Klock. *relat.* 76. *per tot.*

Quando pet. si term. ad primam post ferias magnas sit præfin.

27. Quid si terminus, ad *primam post ferias magnas*, sit præfinitus, an primâ audientiâ post ferias prorogatio rogari potest? Quod de *consuetudine & stylo*, hactenus usu frequente, affirmandum; videtur enim, quòd hîc dies petendæ prorogationis adhuc sit utilis.

Regul. ante fer. peti debet prorog.

28. Hocque non tantùm in prima post ferias magnas, sed omnibus indistinctè terminis, ab aliquibus tentatum; plerunque tamen tam in uno, quàm altero casu, prorogatio (*reservatâ erga Procuratorem pœnâ arbitrariâ,*) denegata fuit: nisi fortè, præsertim in primo casu, quia durantibus feriis magnis non habentur audientiæ, justæ allegarentur causæ, quare prorogatio ante ferias peti non potuerit; quod tamen in aliis terminis, ob continuum Audientiarum cursum, locum

vix

vix habet: aliud est, *si ultimo die termini* prorogatio peteretur, illa enim adhuc in termino petita, si quidem justæ causæ subsint, non denegabitur. Quid si ult. die termin. perat.

29. Terminô præjudiciali lapsô, Procuratoribus primo suo ordine, ante alias omnes causas, agere licito. *Memor. Visit. Anno* 1562. §. In der Advocaten &c. 10. Cisner. *fol.* 385. *&* 387. Denais. *Terminorum cursus.* §. 1. *Decret. Cameræ publ.* 10. *Junij Anno* 1580. Cùm enim Procuratores, præsertim Seniores, in una audientia sæpè plures causas proponere debeant, adeoque facilè fieri posset, ut horâ audientiæ constitutâ ante elapsâ, non omnes expediri possint, sed in diem seqq. rejiciantur, convenit sine dubio, ut causæ istæ, in quibus terminus jam elapsus est, ante alias causas, ubi fortè terminus nondum venit, expediantur. Si tamen fortè contingeret, ut nonnunquam, præsertim in ordine Terminorum, fieri solet, Procuratorem habere tantùm copiam causarum, ut illas unâ audientiâ absolvere non possit, tum in proxima audientia aliquot adhuc proponere potest; *Qua de causa, ad finem horæ vel audientiæ, communiter addere solent hæc verba*: ad proximam. Causæ, in quibus terminus jam elapsus est, ante alias propon.

30. Adversæ partis Procuratore defuncto, termini non eò minùs labuntur; quamobrem, antequam labantur, simul ac novus Procurator successerit, primo ordine, quod convenit, sub præjudicio postulandum; Secus qui fecerit, ordinationis mulctam subibit. *Decret. Camer. public.* 7. *Julij, Ann.* 1585. Denais. *Termin. cursus.* §. 7. *Memor. Visit.* 1585. §. 5. Quod *hodiè* propterea magis locum habet, cùm in quolibet Mandato Procuratorio duo constituantur Procuratores, ut proinde substitutus, mortuo Procuratore principali, in causis tantisper agere debeat, donec alius à parte principali constitutus fuerit. Termini labuntur, etsi partis adv. Procur. defunctus sit. Mort. Proc. Substitutus agit.

31. Ad evitandum termini labentis periculum atque præjudicium solent interdum Procuratores allegare transactionem, aut obitum partium, aut concordiæ tentationem; Verùm illa non modò alleganda, sed unà etiam per literas aliisve modis eodem momento probanda fuerint. *Memor. Visit. Ann.* 1575. §. 13. *add.* §. 24. *h. t.* Cautela procur. ad evit. termini lab. perie.

32. Procuratores in constituendo termino, inter se non colludunto, neque post lapsum termini agentem admittunto. *Decret. Cam.* 6. *Julij, An.* 1579. Colluſiones Procur. prohib.

33. Terminum constitutum *anticipare* licet. Ordin. *P.* 3. *tit.* 37. vers. Zu anticipiren Macht haben sol &c. *In agendo* scilicet. Et si pro- Quando liceat termin. constitut. anticipare.

producta importanda sint, de qua *iste* §. loquitur. In *productionibus* enim, si fiat anticipatio termini, citatus comparere non tenetur, neque proclama conceditur, sed Processus, uti nimis celeriter reproductus, cassatur. Quod in *appellationibus*, ratione fatalium, & ob metuendam pœnam desertionis, *benè observandum*. In citationibus namque & Mandatis C. vel S. clausula rescriptum impetrari potest.

34. Consueverunt Procuratores, quibus terminus procedendi constitutus erat, prævidentes, sibi intra constitutum terminum locum procedendi vix datum iri, ad purificationis termini periculum, atque pœnam evitandum, *in Ordine Novarum* significare, & protestari in hac vel illa causa terminum procedendi sibi constitutum, & rebus agendis proferendisve se instructos, & ordine interpellatos ad procedendum paratos esse.

35. Verùm, illa significatione & protestatione *hodiè* nihil opus est, sed Procuratores ipso termino obtento, *primove suo ordine*, quod agendum est, agunto, nec id verbis frustra præmonento protestantorve, aut pœnâ arbitrariâ mulctantor. *Memor. Visitat. Anno* 62. §. **In der Advocaten.** 10. *circa finem.* Cisner. *fol.* 385. *Memor. Visitat. Anno* 80. §. **Auff die Frage** &c.. Cisner. *fol.* 510. *Recess. Imp. Anno* 1594. §. **Und demnach ein Zeithero** &c. Termini namque utiliter constituti intelliguntur, & utiliter cadunt, ita ut is, cui terminus constitutus est, procedere non teneatur, nisi primo suo ordine, **In seiner nächsten Ordnung/ oder so bald ihn die Ordnung erreichet** / & quando agere potest.

Qu. de Procur. post termin. ante ordin. suum mortuo.

36. Quæsitum est, si tempus termini à Procuratore obtenti præterierit, sed is ante ordinem suum, id est, *antequam ordine procedendi tangatur*, vita defunctus fuerit, an in ejus locum surrogato novus terminus indulgendus sit; aut ille proximo suo ordine agere teneantur? Quia Procuratorem defunctum intra terminum paratum fuisse oportuerit, etiamsi ordo illum nondum tetigerit, & Procurator subsequens id, quod agendum est, (utpote, qui in loco sit) facilè impetrare & habere possit, neque id negari ipsi possit, & ulteriori tempore opus non habeat.

Responsio ad qu.

37. Sed placuit, Procuratore post terminum, sed ante ordinem suum defuncto, quia multa impedimenta, saltem ex mora atque intervallo interveniente, incidere possint, Successori ejus pro novo termino breve tempus postulanti concedendum esse, quo rebus agendis se instruere, easque ad manus habere possit. *Recess. Imp. An.* 1600. §. **Da bey Lebzeiten.** 79.

38. Ex-

38. Exceptio, si à defuncto Procuratore concluſum, aut in uno aut altero puncto ſubmiſſum fuerit, quo caſu ſubmiſſionem iſtam repetere, & metu mulctæ à petitione novi termini abſtinere cogitur. *Receſſ. Deput. de An.* 1600. §. Auff den Fall. 78. Limitatio reſ.

39. Sed *hodiè*, tàm ratione celerioris audientiarum curſus, quàm etiam, quia Subſtitutus, *ut modò dictum*, in eventum Mandato Procuratorio inſertus eſt, & ſtatim, mortuo altero Procuratore, in omnibus cauſis agere tenetur, hujusmodi novi termini conceſſio non facilè eveniet. Si tamen Procurator noviter ad cauſam conſtitutus ſit, & ignorantiam ſtatus cauſæ ſeu Proceſſus jure prætendat, plerumque ad ſe informandum terminum petit, & ut ſæpè, parte adversâ licèt renitente, eum obtinet.

40. Occaſione *hujus* §. notari poteſt, concluſione & ſubmiſſione ad definitivam in cauſa principali facta, *hodiè nihil aliud eſſe*, licèt ante publicationem ſententiæ unus vel alter ex principalibus mortuus fuerit, præterquam, quòd ex præſcripto *noviſſimi Receſſus Imperij* §. 99. hæredes Mandatis Procuratoriis eventualiter inſeruntur. Sententia quoque hoc in caſu in Procuratorem, per litis conteſtationem cauſæ Dominum factum, ferri poteſt, prout etiam in cauſis injuriarum, niſi criminaliter agatur, fieri ſolet; ne Principalis, ſi in ipſum feratur ſententia, incurrat infamiam, quod in Procuratore, veluti, contra quem actio directa non fuit, locum non habet. Hodiè principal. obitus ſent. publ. non imped.

41. Prætereà, circa Mandata Procuratorum benè obſervandum, ſi mortuo fortè Principali, heredes ſint minorennes, tunc contra illos, tanquam indefenſos, *etiam de jure hodierno*, agi non poſſe, ſed priùs pro ordinandis tutoribus, vel curatore ad litem dando, ſupplicandum: quod Procuratoribus, ſi ipſimet non obſervent, præambulâ ſententiâ indicari ſolet, ut in cauſa Spiring contra Flerſch *factum*, ubi hæc ſententia lata: Iſt ſein Doct. Gambs dieſes Tages beſchehenes Begehren abgeſchlagen / ſondern von Ampts-wegen der Beſcheid / daß / wofern er wegen der beyden minder-jährigen Kinder förmlich anruffen wird / darauff ferner ꝛc. & 1. *Junij*, 1666. in cauſa Weverling contra Hoym. Notab. de heredibus mortui princip. minorennibus.

42. Ad doctrinam de terminis in genere, terminus proximus, ſive *ad proximam* vel *ad ſecundam*, videlicet *audientiam*, ſive *juridicam*; (utpote qui in omnes terminorum ſpecies incidat,) item, quæ de termino ad proximam vel ſecundam ſancita ſunt, pertinere videntur. Termin. ad proximam vel ſecundā temerè non poſtulandus.

De

De termino igitur ad proximam, sive, ut appellantur in Camera, de dilationibus deliberatoriis, generalitet præcipitur, ne temerè postulentur. *Memor. Visitat. Anno* 1577. §. Ebener massen ꝛc. 4. Cisner. *fol.* 412. *Decret. Camer. public.* 3. *Julij*, *Anno eod.* Cisner. *fol.* 413. neve ulteriora reserventur, aut certè proximâ vel secundâ audientiâ vel agatur, quod oportet, vel agendi terminus petatur. *Recess. Deputat. Imper. Anno* 1600. *Spiræ* §. Nachdem aber auch die Straff ꝛc. *circa finem.* Denais. *Terminorum petitio.* §. 7.

Petitio ad proximam hodiè abrogata.

43. Sed petitio hæc ad proximam vel secundam, propter maximum abusum, quem Procuratores exinde inducebant, ita ut, petitione ad proximam factâ sæpè, intra duas vel tres hebdomadas productum importarent, per *commune Decretum*, 13. *Decemb.* 1659. §. 5. omnimodo abrogata fuit, nisi fortè finitum ante Recessum vel expeditionem causarum introducendarum, audientia expirâsset, *utì supra dictum.* §. 29. *fin.*

44. Solent tamen etiamnum hodiè adhuc in eo non leves abusus committi, quòd contra expressam Constitutionem *Novissimi Recessus*, §. 36. & dicti *communis Decreti* Exceptiones in primo termino, & statim post factam reproductionem, opponendæ, non nisi in I. vel. II. rei ordine importentur; quod meritò corrigendum: Reus namque, elapso reproductionis termino, semper ad agendum paratus esse debet.

An computetur dies adsignationis termini in termino?

45. An dies adsignationis termini computetur in termino? Quæstio controversa est. Putà, Judex parti adsignat hodiè decem dies ad comparendum, nunquid hodiernus dies computandus fuerit in hoc ipso termino? Et non computari diem assignationis in termino, *ex Cameræ Imperialis observatione*, Mynsing. *concludit observat.* 15. *cent.* 5. Secus statuendum de die postremo termini, qui in termino computatur. vide Rutger. Ruland. *lib.* 3. *de commiss. c.* 12.

46. Schvvaneman. *de differentijs Juris Civilis & Cameralis differ-rent.* 3. distinguit: utrùm terminus certus an incertus sit assignatus? Si certus sit assignatus, v. c. *ad* 23. *Augusti*: extra dubium esse, terminum illum certum & præfixum à citato observari, & attendi debere. Si verò terminus incertus fuerit præfixus, v. c. 3. *septimanæ & 3. dies*, tunc computationem incipiendam à die proximo insinuationis: *E. G.* citatio insinuata est 5. *Aprilis*, incipienda igitur computatio sive numeratio *à sexto die Aprilis*, qui constituit primum diem, & sic consequenter in reliquis: Currit quidem terminus à primo illo die, ast in se-

sequente demum completur, junctimque unum diem efficit. Sic, si terminus sit 30. dierum, ab insinuatione facta computandorum, & insinuatio fiat *primo die Maji*, tunc cursus assignationis termini, à primo illo die Maji initium sumit, sed secundo die demum completur, & exit, primumque diem efficit. Proinde, si consequenter numerando perrexeris, reperies, terminum esse & finiri die *trigesimo primo Maji. vid. & observa omninò* §. 18. 19. 20. 21. *supra hoc tit.*

47. Prorogationes terminorum non, nisi ex justis causis, & si visum fuerit Judici, illis juratò justificatis, coram Deputatis rogandæ. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Wäre es dann ꝛc. 38. Prorogat. terminor. ex quib. causis rogandæ.

48. Prorogationes prorogationum non conceduntor, sed termini prorogatio regulariter semel tantùm rogator. *dict. Recess.* §. Zum achten. 103. Si tamen petitâ semel prorogatione, talia impedimenta casu intervenirent, ut impossibile esset, in termino prorogato agere, etiam secunda prorogatio, nisi fortè malitia appareret, non facilè denegaretur. Prorogationes prorogationum non conceduntur.

49. Ne ordines atque audientiæ hisce Recessibus remoram patiantur, *coram Deputatis* hæc expediuntor. *d. Recess. d. loc.* Sin secus, petentes multâ arbitrariâ, vel etiam graviori nonnunquam mulctantor. Solent tamen in termino ejusmodi prorogationes, loco productorum, iterum repeti, nonnunquam etiam *in Novis peti*, quod *hodiè*, ob abbreviatos ordines & importandos recessus, non curatur. Ubi prorogationes petendæ.

TIT. XXIII.

Terminus procedendi quotuplex sit, & de termino Ordinationis.

§. 1.

TErminus procedendi est vel *legis* vel *arbitrarius*. Legis est, qui per *Ordinationis* vel Constitutionis Imperii *legem* præfigitur. Terminus procedendi duplex est.

2. Terminus ordinationis *olim*, in causis ordinariis, erat audientia duodecima, & in causis extraordinariis, audientia sexta. Ordin. *P. 3. T. 13. in princ. & passim in tit. seqq.* Terminus ordinat. qui fuerit olim.

3. Sed postea pro termino ordinationis constitutum est spacium quatuor hebdomadum in causis extraordinariis, & sex hebdomadum in causis ordinariis. *Memor. Visitat. Anno* 1573. §. Und dieweil &c. 4. Cisn. *fol.* 411. Mutatio circa termin. ordinat.

4. Postea 22. *Junij eodem Anno* 1573. per *Decretum Cameræ* in extraordinariis causis audientia décima, & in ordinariis audientia vicesima

terminus ordinationis constitutus fuit, extra quam, si quis ad agendum eadem vel proxima audientia teneretur, Cisner. *fol.* 411. §. Letzlich ist &c. Denaisi. *Terminus ordinationis.* §. 2. & 3.

5. Et qui sine termini adjectione aliquid proferre jubebatur, ei terminus ordinationis præstitutus intelligebatur. Ord. *part.* 3. *tit.* 6. §. So wollen wir auch &c.

Terminus præjud. termino ordinar. surrogatur.

6. Sed tandem placuit, ut Procuratores loco termini ordinationis, *termino præjudiciali uterentur*, & sibi invicem tàm primo termino, quàm ejusdem prorogatione terminum congruum procedendi, pro qualitate causarum, locorum distantia, aliarumque circumstantiarum ratione habitâ concederent, & concessum acceptarent. *Recess. Imper. Anno* 1570. *Spiræ.* §. Welchermassen einem Juden &c. *Mem. Visit. Ann.* 1577. §. Und dieweil &c. 32. *Decret. Cam. publ.* 3. *Jun. Ann. eod.* Cisner. *fol.* 412. §. Letzlich ist &c. Denaisi. *Terminus ordinationis* §. 4. & 5. & *termini concessio.* §. 6.

Quid hodiè observetur quoad terminum legalem.

7. Verùm *hodiè* hæc omnia propterea locum non habent, quòd per *commune Decretum de Anno* 1659. 13. *Decemb.* ad importandas scripturas, zu Einbringung der Handlungen / statim in citatione & emanatione processuum partibus soleat præfigi ex officio *terminus legalis*, vel etiam ab illis peti, qui *pro præjudiciali* habetur, nisi fortè adesset causa, quare Judex ex officio terminum præfigeret partibus: namque importatis importandis, ulteriorem terminum petere non licet, quod in *d. communi Decreto* expressè prohibetur.

Quis term. legis in commiss. ad perpet. rei memor.

8. Sic terminus legalis constitutus est adversario, (*ad importandas suas Exceptiones contra articulos vel testes*) si pro obtinenda commissione ad perpetuam rei memoriam *judicialiter* supplicetur, *quatuordecim* scilicet dierum, aut ad summum quatuor hebdomadum spacium. *Memor. Visit. An.* 75. §. Doch dargegen &c. *Decret. Cam. publ.* 30. *Mart. An.* 93. *Recess. Imp. An.* 1600. *Spiræ.* §. Wann *judicialiter pro* &c. Denaisi. *Commissiones.* §. 2. Judicis tamen arbitrio in hoc termino legis prorogando, habitâ ratione circumstantiarum & partium distantiæ, derogatum non est, *d.* §. Wann *judicialiter pro* &c.

Commiss. ad mem. hodiè rarò decern. extrajud.

9. Quia tamen *hodiè* non tantùm ordines Procuratores singulis ferè audientiis attingunt, sed etiam Processus per *nuperum Recessum* plurimum abbreviatus est, *commissiones ad perpetuam rei memoriam*, cùm quis viâ ordinariâ probationum importandarum facilè agere possit, *vix decernuntur extrajudicialiter*, causâ in Judicio pendente: nisi esset

esset summum periculum in mora. Dico, extrajudicialiter; si enim causa nondum judicialiter introducta esset, non minùs hodiè ac olim commissiones ad memoriam decernerentur extrajudicial. Vid. *supr. hoc lib. tit.* 14. §. 12. *& l.* 2. *post tit.* 9. §. 51.

10. Sic terminus legis est, ut illi, qui fatalia (*introducendæ*) appellationis, aliumve terminum præjudicialem, labi passus est, ad petitionem restitutionis in integrum instituendam, tantundem temporis indulgeatur, quantum re adhuc integrâ habuisset, vel quantum amissum dicetur. *Conclus. Cam. dub.* 60. Contra *interponendæ* enim fatalium lapsum restitutio in integrum non facilè decernitur, nisi fortè Procurator, negligentiam hac in re committens, non essèt solvendo, debet tamen priùs excuti: uti *D. Georg. Gollio* aliquando accidit, qui ob commissam ejusmodi negligentiam 2400. flor. solvere condemnatus fuit. *add. sup. t.* 4. §. 55. *h. lib.* 3.

Quis term. legis in petit. restit. in integ. adv. lapsf. fatal. introd. Infr. tit. 60. §. 26.

11. Et tempus hoc, *de quo in* §. 9. continuum postulandum, vel restitutio pro præscripta protinus habenda. *Consult. Camer. Anno* 1594. Denaisi. *restit. in integrum.* §. 4. *Recess. Deput. Imper. Spiræ Anno* 1600. §. Als auch die *Restitutiones contra.* 93. Ex hac causa restitutio in causa Baumheuer contra *de B.* adversus omissam requisitionem Actorum rogata, *mens. Febr. Anno* 1659. denegata fuit, quòd intra 30. ad requirendum Acta constitutos dies imploratio Judici non fuerit exhibita. *add. tit. præced.* 22. §. 12.

12. Sed restitutio adversus *interlocutoriam*, si Adversarius Procuratorem apud Acta habuerit, etiam sine citatione rectâ, intra justum tempus postulanda. Denaisi. *ibid* §. 5. Idque brevi manu, ut in foro loquuntur. Vid. *Recess. Deput. de Anno* 1600. §. Wann gegen einer *Interlocutori.* 151. exhibitâ in hanc rem supplicâ *pro restitut. brev. manu faciend.* Licèt citatio potiùs decerni, quàm restitutio brevi manu fieri soleat; ita tamen, ut si ex post facto justæ restitutionis causæ adsint, & fatalia inter ea elapsa, Appellans restituatur in causam temporis interpositæ Appellationis.

De restit. adverſ. interloc. brevi manu nec ne faciend.

13. Sic pro termino legis constituta est Actori audientia proxima ad concludendum vivâ voce, ad conclusionem rei verbalem, & vicissim reo, concludente actore. Ord. *Part.* 3. *t.* 23. *in princ.* & §. Gleichergestalt.

Terminus legis ad concludendum vivâ voce.

14. Denique, quotiescunque ordinatio aliquid in *eadem* aut *proxima audientia* agendum imperat, pro *termino ordinationis aut legis* habendum fuerit.

TIT. XXIV.

Terminus arbitrarius quid, & quotuplex sit, & terminus procedendi quomodo constituatur inter partes litigantes, earumve Procuratores.

§. 1.

Terminus arbitrarius.

TErminus arbitrarius est, qui pro arbitrio constituitur, habitâ nimirum ratione causæ, articuli, in quo designandus est, loci, aliarumque circumstantiarum. *Decret. Camer. publ. Anno* 1577. 3. *Jun. Recess. Imp. Ratisb. Ann.* 1594. §. Solten sich &c. & constituitur vel *à partibus*, vel *à Judice.*

Quando à partib. constituatur.

2. Inter partes litigantes terminus procedendi constituitur, si Procuratores ipsi ultrò citròque cum præjudicio terminum procedendi capiant, concedantque. Nam si Procurator unius partis pro Tribunali certum aliquod temporis spacium pro primo termino, & prima termini prorogatione sibi adsignari postulet, Procurator partis adversæ, cum comminatione præjudiciali consueta in continenti illud concedere, & terminum postulans pro termino, & prima termini prorogatione præjudicialiter, sub ordinationis mulcta, tempus concessum acceptare cogitur. *Memor. Visitat. Anno* 1575. §. Auß sondern. 8. Cisner. *fol.* 473. *Decret. Camer. publ.* 3. *Jun. Anno* 1577. Cisner. *fol.* 412. *Recess. Imper. Ratisb. Anno* 1594. §. Wann dann jetztgedachte Cammer-Richter. 50.

Ejus effectus.

3. Et hæc temporis pro Termino & prima termini prorogatione postulatio, concessio atque acceptatio perinde obtinebit, atque operabitur, ac si præjudicialiter præfixum fuisset. *Memor. Visitat. Anno* 1573. §. Dieweil nun solche. 4. Cisner. *fol.* 411. *d. Recess. Imp. An.* 1594. *dict.* §. Wann dann jetztgedachte &c. 50.

TIT. XXV.

Judex quando terminum procedendi constituat.

§. 1.

Quando Judex termin. procedendi constituat.

JUdex terminum procedendi constituit, quotiescunque Judicii stylus aut Judicis officium illud requirit, veluti in citationibus, & omnibus perpetuò decretis certum terminum præfigit. *Memor. Visitat. An.* 1578. §. Die Beysitzer. 9. Denaisi. *Terminorum præfixio* § 5. Cum hac tamen distinctione, quòd termini in decretis, sive in extrajudicialibus dati,

dati, sub pœna præjudicii, non ita strictè observentur, ac judiciales: *prout suprà dictum, tit.* 22. § 2.

2. Sic Judex terminum constituit, quotiescunque Instrumenta, literas, Mandata, atque alia proferre jubet. Ordin. *Part.* 3. *tit.* 6. §. **So wollen wir** &c. Item Judex terminum solutioni præfigit, quotiescunque expensarum taxatarum solutionem imperat. Ord. *Part.* 3. *Tit.* 50. §. **Weiter ordnen** &c. Term. constituit ad product. instrum. Ad solut. taxatum.

3. Item Judex terminum procedendi constituit, quotiescunque de temporis intervallo, pro termino & prima termini prorogatione constituendo, conveniri nequit, (forsan, quia lis, sive causa, magni momenti est, aut rebus agendis difficultas quædam subest, vel ob locorum distantiam, & similes circumstantias,) & propterea ad cognitionem Judicis submittatur. *Decret. Cam. publ.* 7. *Jul. Ann.* 1590. *Recess. Imp. Ratisb. Ann* 1594. §. **Solten sich aber auch Sachen** &c. Si inter procurat. ratione term. non convenit.

4. Item Judex terminum constituit, quotiescunque termini prorogati prorogatio postulatur. Procuratores enim alii aliis terminum prorogatum iterum prorogare non possunt, sed Judex, si justa & legitima causa petitæ prorogationis secundæ allegata, & quodammodo probata fuerit, per decretum terminum prorogatum prorogat, aut novum terminum constituit. *Memor. Visitat. Anno* 1575. §. **Es solle auch** &c. 10. Cisner. *fol.* 476. *Decret. Camer. publ.* 10. *Jun. An.* 1580. & 28. *Maji*, 1582. *Recess. Imp. An.* 1594. §. **Solten sich auch Sachen zutragen** &c. Constit. terminum, prorogat. secund. dando.

5. Hæ tamen prorogationum prorogationes, *vigore novissimi Recessus*, §. 103. *hodiè* cessant, & prorogationes non nisi unâ vice concedi possunt, licèt per abusum etiam subinde sæpiùs tententur, imò novi quoque termini petantur. Prorogat. prorogationum hodiè sublatæ.

6. Sed Judex, si viderit, absque causa & tantummodo ad protrahendam litem prorogationis prorogationem peti, aut petitio prorogationis ipsi suspecta fuerit, locum petitioni non relinquito, & mulctâ arbitrariâ petentem afficito, aut per decretum injungito, ut impedimentum probet, quamobrem in constituto termino procedere nequeat. Quinimò ad indagandum veritatem, prorogationem prorogationis postulanti *Juramentum deferre Judici* fas esto, *Memor. Visitat. An.* 1573. §. **Als auch** &c. 6. Cisner. *fol.* 473. *Decret. Camer publ.* 10. *Jun. An.* 1580.

7. Cùm aliquando inter partes earumve Procuratores in dubium vocaretur, postulatis atque obtentis comminationibus præjudicialibus, quomodo per contumaciam purificatæ intelligendæ essent, & quam

pœnam intelligerent? Constitutum est, ut post obtentam comminationem præjudicialem, si prorogatio ulterior postulanda, sed jure neganda foret, ut eo casu Referentes, per interlocutorias, comminationes illas præjudiciales hoc modo adderent, atque declararent, videlicet, prorogationem postulatam negatam esse, & litem pro contestata, articulos pro confessis, & responsiones pro sufficientibus acceptatas esse. *Memor. Visit. An.* 85. §. Wann aber nunmehr &c. Cisner. *fol.* 473. Sed postea per dubia Collegii resoluta, & Dominis Visitatoribus Cameræ exhibita *Ann* 1583. §. 8. lege illa abrogata sancitum est, si ulterior prorogatio nondum lapsa, aut purificata prima per sententiam neganda esset, comminationes illæ, tanquam superfluæ, omitterentur.

In secundis prorogationib. quænam observanda.

8. In secundis verò prorogationibus, quatuor præcipuè observanda fuerint. *Primum* est, quòd termino præjudiciali per decretum semel prorogato, prorogatio ulterior sine submissione indulgenda sit. *Mem. Visit. An.* 1575. §. 12. Den. *Terminor. prorogat.* §. 1.

II. Prorogatio secunda, à quo tempore inchoanda.

9. *Secundum* est, quòd tempus pro secunda termini prorogatione à Judice postulatum, & adsignatum, non à die habiti Recessus, id est, quo secunda prorogatio in judicio petita fuit, inchoandum, sed cum termino & prima termini prorogatione continuandum sit. *e.g. Si quatuor Menses sint pro prorogatione petiti, & lapsis duobus Judex interloquitur, quatuor vel pauciores admittendo, hoc prorogatum tempus non à die habiti recessus, nec à die publicatæ sententiæ, sed à die lapsi prioris termini supputandum est.*) *Decret. Cam. publ.* 3. Octob. *An.* 1583. *Consult. Cam. An.* 1585. Denaisi. *Terminorum cursus.* §. 6. *Quod tamen hodiè, ob terminum legalem, fermè in usu amplius non est.* Atque cessante, ut dictum §. 5. *de jure hodierno*, secundâ prorogatione, superiora de prima intelligenda sunt, ut sc. tempus non à die petitæ prorogat. sed finiti termini, currat.

III. Petito term. tempus termin. quando incip. curr.

10. *Tertium* est, quòd tempus termini à die habiti recessus currat, si ratione termini ad cognitionem Judicis submissum fuerit. Itaque sive Judex statim interloquatur, sive aliquanto post, tempus tamen termini à die habiti recessus currit, sive postulatum tempus concedatur, sive per sententiam brevior terminus præfigatur. *Mem. Visit. Anno* 1577. §. Zu Zeiten. 6. Cisner. *fol.* 473. *Decret. Camer. publ.* 23. *August. Ann.* 1585. Denaisi. *Terminorum cursus* §. 9. Quod quidem in petitione terminorum, non autem in prorogationibus eorundem valet. *Prorogatio enim non incipit currere, nisi termino priùs absoluto.*

11. *Quartum est*, quòd intra prorogationis petitæ terminum, Procuratoribus ultrò agendum, Judicis interlocutoria non expectata. *Decret. Camer. publ. Anno* 94. Denaisi. *ibid.* §. 6. Si enim Judex non interloquitur, eo tacente prorogatio videtur concessa, ut concludit Ruland. *de commiss. & commission. tit.* 1. *p.* 1. *lib.* 2. *c.* 12. *num.* 13. Procurator in suo ordine agat, & de stylo ita observatur. IV. Prorog. petit. tacitè conceditur.

TIT. XXVI.

De Dilationibus probandi.

§. 1.

AD terminos, à Judice constituendos, pertinent *dilationes*, quas vocant, *probatoriæ*, quæ sunt termini, recipiendis probationibus partium litigantium, à Judice constituti. Dilationes probatoriæ quid sint?

2. Dilationes quadruplicis generis sunt: *Prima*, quæ primùm conceditur: *Secunda*, quæ secundùm: *Tertia*, quæ tertiùm: *Quarta*, quæ quartùm conceditur. quadruplic. sunt generis.

3. An quinta dilatio locum habeat? Quæritur; sed negatur. Et quamvis præjudicium Cameræ extet, in causa Hirten contra Pflug/ tamen per errorem id contigisse existimat, Ruland. *de commission. P.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 20. vid. Mynsing. *obs.* 73. *cent.* 1. ubi heredi post dilationem quartam, non quintam in Camera, sed novam concessam esse, nec illo casu Juramentum requiri testatur. An quinta dilatio detur?

4. Per *nuperum Recessum* 1654. §. Den *Punctum probationum* &c. 50. Non tantùm quinta, sed etiam quarta dilatio abrogata fuit, tertia non, *nisi prævio Juramento*, locum habente. Hodiern. jur. etiam quarta sublata.

5. In dilationibus considerandæ sunt, quædam *generaliter*, quædam *specialiter*. Generaliter considerantur, quæ omni dilationum generi communia sunt. *Omnibus autem dilationibus communia sunt*, 1. Quòd omnis dilatio regulariter sit peremptoria, & non detur, nisi semel in causa civili. Mynsing. *observ.* 7. *cent.* 1. id quod tamen multoties fallere Mynsing. *ibid.* & Gail. *lib.* 1. *obs.* 91. testantur. (*Præsertim in articulis incidentibus, quorum antea producens notitiam non habuit*, ut citatus Gailius *n.* 12. *allegat.* Omnium dilationum generalia seu communia. Dilatio regular. peremtoria.

6. Itaque testibus post dilationis demum tempus jurejurando adactis, maximè verò, ubi dilatio vel ulterior prorogatio non competit, vel terminus ad producendum rotulum præfixus fuerit; examen testium nullius momenti fuerit: sed intra dilationem juratorum, utcunque

cunque postea examinatorum testium, dicta subsistunt. *Recess. Deput. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. Auch solle ins / etc. 146. Denais. *dilationes probatoriæ* §. 13. confer. Petri de Ferrar. *Pract. in forma opponendi contra testes* §. *suntque publicatis n.* 16. & Ruland. *Pr. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 16.

Secundum dilation. gener. dari causâ cognitâ.

7. II. Quòd non concedantur, nisi causâ cognitâ, Mynsing. *obs.* 58. *cent.* 2. *& obs.* 24. *cent.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 91. *num.* 4. Nisi tamen partes in dilationem, sine causa petitam, consenserint, aut saltem non contradixerint. Mynsing. *obs.* 71. *cent.* 2. Ruland. *de commiss. l.* 2. *c.* 7. *n.* 2. quod de prima dilatione probandi (de reliquis enim dubium nullum) & eatenus intelligi debet, quòd Judex cognoscere debeat, an articuli sint relevantes, testes, si petatur commissio ad perpetuam rei memoriam, ad hoc habiles, aliaque ejusmodi ad commissionem necessaria benè examinare, antequam dilatio probandi, quæ aliàs sine dubio necessaria est, seu ista commissio decerni possit.

III. 8. III. Quòd vel ad instantiam partis, aut ex officio decernantur. Ruland. *ibid. n.* 5. *Sed hoc omnibus terminis commune esse noveris.*

IV. 9. IV. Quòd certum illis tempus præfigatur, pro arbitrio Judicis. *Ord. part.* 3. *tit.* 16. §. Was aber / etc. *&* §. So derhalben / etc. *Vers.* Nach Ermässigung des Gerichts: id quod similiter omnibus terminis commune esse, supra patuit.

V. 10. V. Omnibus commune est, quòd in dubio Judex eas concedere, & in earum favorem pronunciare debeat, quia facultas probandi amplianda non restringenda est, Gail. *lib.* 1. *obs.* 91. *num.* 7. dilationes enim *laxamenta*, *& sensus humanitatis* vocantur ab *Imp. in l. fin. C. de usur. rei judicat.*

VI. 11. VI. Omnibus commune est, quòd plerumque adjiciatur comminatio præclusionis viæ probandi.

VII. 12. VII. Quòd si calumniosè petantur, quòd Judex pœnam imponere possit. *Memor. visit. de Anno* 1577. §. Welcher massen / etc. 22.

VIII. Dilationum generale.

13. VIII. Quòd dilatio impetrata utrique parti communis sit. *Producenti* quidem, ut sub tempore dilationis curet, commissionem Commissario insinuari, eum, contra quem testes producuntur, uti etiam testes ipsos citari; *Priorem*, ad videndum jurare testes, excipiendum contra articulos in causis ad perpetuam rei memoriam, in aliis minus, (in aliis namque exceptiones ejusmodi judicialiter importari solent, antequam ad commissionem deveniatur:) ad dandum interrogatoria, excipiendum etiam contra testes, &c. *Posteriores, sive testes verò*, ad

Dilatio communis utrique parti.

de-

depositiones suas eliciendas, & super his omnibus rotulum conficiendum; Si itaque hæc omnia, fortè ob impedimentum Commissarii vel testium, vel etiam Adversarii, in tempore ad dilationem concessò expediri non poterunt, tunc dictis impedimentis, documento quodam legitimo probatis, secunda, & si nec illa sufficiat, tertia quoque dilatio, impedimentis tamen medio juramento probatis, peti & concedi solet.

14. Dicitur autem *in præced* §. dilationem probandi utrique parti communem, ut significetur, reum, seu eum, contra quem testes producuntur, non minùs obligari, sed sub præjudicio teneri, omnia ea, quæ suarum partium sunt, sub constituto tempore dilationis faciendi, interesse juramento testium, excipere contra eorum personas, vel etiam articulos modò suprà dictos, & dare sua interrogatoria, si quæ habet; quòd si tamen justa haberet impedimenta, ea commissario, durante adhuc dilatione probandi, significare debet, ut Actor suprà dictus ulteriorem dilationem probandi petere possit. Reo quamnus sit communis.

15. IX. Quòd Commissarius, finitâ aliquâ dilatione, procedere possit, si modò sibi constet, aliam dilationem aut prorogationem in Camera esse concessam, etiamsi illa sibi nondum tradita sit. IX.

16. X. Quòd dilationes vel restringantur vel prorogentur, pro causarum qualitate, & locorum temporumque circumstantia. X.

17. Specialia dilationum, & specialiter consideranda sunt, quæ quibusdam dilationibus propria sunt, videlicet aut *primæ vel quartæ tantùm*, *aut pluribus simul*, sed non *omni dilationum generi communia sunt*. Dilationum specialia seu propria.

18. Primæ dilationis propria sunt I. Quòd cum ipsa commissione petatur, decernaturque. Rutger. Ruland. *lib.* 1. *de commiss. cap.* 8. *num.* 1. *P.* 1. Primæ dilationis Proprium I.

19. II. Quòd aliquando ita constituatur, ut nullam ulterioris dilationis secuturæ spem relinquat, *veluti*, si terminus certus & unicus, vel unica dilatio pro omni constituatur. Ruland. *ibid.* II.

20. Sed *unica dilatio pro omni* non ad cujusvis voluntatem, sed ex lege, aut jure communi, & veteri consuetudine in Camera decernitur. *Memor. visitat. Ann.* 1576 §. Man koñt/etc. 2. Cisner. *fol.* 442. Quòd in causis celeritatem desiderantibus, *v.g.* si esset periculum in mora, armorum, damni irreparabilis, & similium, pro arbitrio Judicis, nonnunquam locum habet: quamvis enim de jure communi, & in multis Principum dicasteriis, non nisi unica dilatio probandi, veluti peremptoria, dari Dilatio unica pro omni quib. caus. locum hab.

soleat, hoc tamen in Camera non observatur, ac proinde contrariam consuetudinem alleganti ejusdem probatio incumbit.

III. 21. III. Quòd sine aliqua impedimenti allegatione decernatur, cùm ejus causæ cognitio in eo solùm consistat, quantum temporis illi præfigendum, & solane, an verò cum aliis decernenda. Ruland. *lib.2. cap.8. num.2. Part.1.*

IV. 22. IV. Quòd sine mora ex Cancellaria sit redimenda. *Memor. visitat. Anno* 1557. Item/ wann sie *primam, secundam. 46. &c.* Cisn. *fol.* 441. *& Memor. visitat. Anno* 1559. §. Dieweil sie auch befunden/ etc. 39. Cisner. *fol. eod.*

V. Dilatio I. à quo die incip. currere? 23. V. Quòd hujus dilationis initium incipiat currere ab eo tempore, quô è Cancellaria redempta est, ut patet ex *Memor. visitat. Anno* 1564. §. Wir setzen/ordnen und wollen. 31. quo sancitur, ut secundâ dilatione petitâ, Judex & Assessores semper de tempore redemptæ è Cancellaria commissionis inquirant. Cisner. *fol.* 441.

Aliorum ead. qu. opiniones. 24. *Alij eam currere statuunt* ab eo die, quo assignata sive concessa est, de *jure ordinationis part.3. Tit.59.* quia non reperiatur mutatum, & confirmari hoc putant, *Memor. visitat. Anno* 1557. §. Item/ wann sie *primam &c.* 46. Quòd ideò primam, secundam, vel tertiam dilationem citò à Cancellaria redimendam esse jubeat, ne opus sit, ex causis non fundatis, sive minùs legitimis, quartam petere, & propterea tempus ejus currere antequam redimatur. *Alij à die commissionis præsentatæ* sive Commissario insinuatæ, eam currere statuunt. Quamobrem sæpiùs *Judex Cameræ*, ut altercandi occasionem præcidat & tollat, consuevit adsignare tempus, à quo prima dilatio currere debeat. Vide Ruland. *d. lib.1. cap.8. num.5. P.1.*

VI. Primæ dilationis proprium. 25. VI. Quòd prima dilatio, etiam mortuo adversæ partis Procuratore, si eo vivo submissum fuerit, illi qui superstes est, eamque petivit, decernatur. *Recess. Deputat. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. Alsdann ferners die Beweisung. 132. Intellige, si in puncto Commissionis decernendæ submissum fuerit, & superstes seu heres defuncti etiam legitimatus. Quòd *hodiè*, cùm vigore *Novissimi recessus*, non tantùm heredes Mandatis procuratoriis, sed etiam substituti Procuratorio inseri soleant, *dict. Rec* § 99. & 100. minus difficultatis habet; tenetur namque substitutus, defuncti Procuratoris principalis vices, intra duos Menses eatenus obire, nisi interea alius Procurator à parte principali constitutus fuerit. Loquitur tamen §. *iste sub verbo superstitis, &c.* potiùs de Procuratore partis alterius adhuc vivente.

Tit. 29. §. 23. infr.

26. Sæ-

26. Sæpiùs enim probationes fruſtrà protrahebantur, ſolummodo ex hac cauſa, quòd Procurator ex adverſo in Camera vita fungeretur, & eâ ratione proceſſus impediretur, donec alius in ejus locum ſuccederet. Interea verò multi anni laberentur; præcipuè verò, ſi adverſarius præſens cauſam ſive litem non expediri aut promovere cuperet, quod in fugientibus partibus multoties fieret.

27. Quia verò omnibus in puncto Commiſſariorum, quemadmodum etiam in puncto ſecundæ, tertiæ & quartæ dilationis, ejusdemque prorogationis, peractis, atque concluſis, Procurator adverſæ partis nihil amplius agere haberet, quàm quòd Judicis cognitioni rem committeret, qui aliàs ſuo ſciret fungi officio, & præterea id, quod poſt decretam primam, ſecundam, tertiam & quartam dilationem, & quicquid illi agendum reſtaret, non in Camera cum Procuratore, ſed duntaxat coram Commiſſario, cum principali Adverſario tractandum eſſet, & Procurator præſens, cui decreta ſeu conceſſa commiſſio, vel dilatio eſſet in Camera, remoto Adverſarii Procuratore, ſolus expedire, in Cancellaria ſollicitare, redimere & transmittere cogeretur & deberet.

28. Quam ob rem neceſſarium eſſe viſum eſt, ut primæ dilationes probandi, quarum cauſâ vivis adhuc Procuratoribus, planè ſubmiſſum fuiſſet, etiamſi Procurator ex adverſo deceſſiſſet, parti præſenti, quæ illas poſtulâſſet, decernerentur, & poſtea ſequentes dilationes atque prorogatio, nihilominùs currerent, poſtularentur, concederentur, & præfigerentur, quàm ſi Procurator adverſarius adhuc ſuperſtes eſſet, ſub ſolitis præjudiciis, quæ aliàs non magni ponderis, & rariſſimè ad præcluſionem viæ probandi deſcenderetur ſive procederetur, niſi fortè dilationis quartæ prorogatione lapſâ. Sed *pragmatica ſanctio* ad primas dilationes tantùm reſtringitur.

Hæc inquam dilationis primæ propria recenſentur.

29. Quartæ dilationis propria ſunt I. ut eam poſtulans, Juramentum ſolenne præſtet, ſe non malitiosè, aut calumniandi animo eam petere. *Ordin. Part. 3. T. 16. §. Was aber die dilationes, &c.* Mynſing. *Obſ. 70. cent. 1.* Gail. *lib. 1. obſ. 91. n. 5. & 6.* ubi hoc juramentum partium conſenſu omitti poſſe teſtatur. Quartæ dilationis proprium I. Juramenti præſtatio.

30. II. Quòd dilationem quartam petituri neceſſe habeant, ſimul ſpeciale Mandatum, niſi clauſulam ſpecialem mandato inſertam habuerint, proferre, aut receſſus Procuratoris eo nomine habitus, ordinationis II. Speciale mandatum ad jur.

pœnâ reservatâ, rejiciatur. *Decret. Cam. publ.* 10. *Junij Anno* 1580.

Hodiè ad obtin. 3. dilat. jurandum est.

Itaque non sufficit clausula, in mandato constitutionis posita, de juramento quocunque præstando. Gail. *lib.* 1. *obs.* 91. *num.* 19. Sed requiritur, ut Mandato procuratorio clausula de juramento præstando, *pro quarta dilatione obtinenda*, expressè inserta sit, & inde repetatur. *Decret. Cam. eod. Hodiè tertia* dilatio est loco quartæ, & propter eam juramentum præstatur. Sic novissimè 1. *Junij* 1666. Sententia lata in causa **Bamberg** contra **Brandenburg** citat. **uff die Pfandung sol Dr. Stieber** *juramentum tertiæ dilationis* **schwören.** *Vid. Rec. noviss.* 1654. §. **den** *punctum* 50.

III. 31. III. Ut dilationem quartam petituri ejus mandatum intra tertiam dilationem, vel suæ diligentiæ speciem aliquam exhibeant: & secus si fiat, Recessus propterea habitus, tanquam nullius momenti, cum pœna rejiciatur. *Recess. Imper. Anno* 1594. §. **Nicht weniger/ etc.** 62. Denais. *dilat. probat.* §. 11.

IV. 32. IV. Quòd post tertiam dilationem probandi, terminus ad producendum vel Rotulum, vel Mandatum præstandi Juramenti quartæ dilationis, non postulandum alternativè, sed vel illud solum, peracto videlicet examine, vel si opus, Mandatumque in promptu sit, dilatio quarta ejusque juramenti delatio petenda. *Decret. Cam. publ.* 3. *Octobris Anno* 1583. Denais. *ibid.* § 9.

V. De quartæ dilat. prorogatione. 33. V. Quòd quartæ dilationis prorogatio solummodo concedenda, in reliquis neganda, imò ne postulanda quidem sit. *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. *Spiræ.* §. **Obwohln in unserer/etc.** 137. *Decret. Cam. publ.* 13. *Decembr. Anno* 1593. §. 2. id quod contra *Ordinationem Cameræ* constitutum est, quæ trium priorum dilationum prorogationem concedit. *Ordin. Tit.* 16. §. **Was aber die** dilationes, &c.

VI. 34. VI. Quòd Judex in petitione dilationis quartæ interloqui soleat, si solennitas omissa fuerit, aut inter partes de tempore ejus non conveniat. Ruland. *d. c.* 8. *lib.* 2. *num. final. ubi generaliter notandum,*

Notandum generale. *omnia ea, quæ hic de quarta dilatione statuuntur, hodiè tertiæ communia esse, prout etiam ea, quæ olim in secunda dilatione observari debent.* add. tit. seq. 27. §. 6.

Plurium dilationi communia. 35. Quæ pluribus dilationibus communia sunt, vel *secundæ, tertiæ & quartæ simul*, vel *secundæ & tertiæ tantùm* communia sunt.

Secundæ tertiæ & 36. *Secundæ, tertiæ & quartæ commune est*, quòd in petitione illarum causæ exponendæ sint, quam ob rem petentur, & non nisi causâ cogni-

cognitâ, & diligentiâ demonstratâ, decernantur. *Ordin. part. 3. Tit. 16.* §. Was aber die *dilationes, &c.* quartæ simul.

37. Causæ illæ tales sunto, ut Judex intelligat, postulantem omnem diligentiam adhibuisse, nec tamen commissionem expedire potuisse: causæque cognitio multò exactior in his requiritur, quàm in prima. *Ordin. d. T. & §.*

38. Impedimenta verò, quæ commissionibus obstaculo esse solent, quò minùs intra dilationum spatia expediantur, justa atque legitima sunt, *testium multitudo*, eorumve *absentia* vel *contumacia*, & adversa *Commissarij valetudo*. Gail. *lib. 1. obs. 91. num 6.*

39. Et impedimentum illud, per juramentum dilationem postulantis, probari potest. Mynsing. *obs. 2. cent. 1.* Gail. *d. obs. num. 5.*

40. *Secundæ verò & tertiæ communia* sunt I. quòd, si quis obtentô post dilationem primam terminô, ad producendum rotulum, deinde nihilominus secundam vel tertiam dilationem petat, petita deneganda, & calumniosa litis protelatio pro arbitrio mulctanda sit. Memor. Visitat. Anno 1577. §. Welcher massen den Procuratorn/etc. 5. Cisner. fol. 442. Secundæ & tertiæ tantùm communia. I.

41. II. Quòd *intra tempus*, vel primæ, vel secundæ, & ex causis solitis postulandæ sint: *post tempus* verò non, nisi fide factâ diligentiæ adhibitæ, impetrentur. *Decret. Cam. publ. 3. Julij Anno 1577.* Denais. *dilationes probatoriæ.* II.

42. III. Quòd intra tempus prioris petitæ, sine impedimenti allegatione expressa, nec concedendæ, nec denegandæ sint, sed recessus eo nomine habitus rejiciendus sit, & Procuratori ordinationis pœna irroganda. *Recess. Deputat. Imp. Spiræ Anno 1600.* §. Nachdem auch hiebevor/etc. 130. Denais. *dilationes probatoriæ* §. 13. III.

43. IV. Quòd secunda & tertia dilatio non aliter, quàm expressis in specie, probatisve impedimenti causis, sub ordinationis pœna petenda sit. *Decret. Cam. 13. Decembris Anno 1593.* Denais. *ibid.* §. 11. IV.

44. Denique, ut nec hoc silentio prætereatur, dilationes in omnibus commissionibus locum habent, *extra quàm in commissionibus ad perpetuam rei memoriam*; quia supplicans pro commissione ad perpetuam rei memoriam, dilationem juris habet, si nimirum futurus sit actor, *annum*; Sin verò reus, pro suo arbitrio, quandocunque vult, testes producere potest, & ita in Camera observari attestatur Gail. *obs. 94. lib. 1. num. 3. & obs 92. n. 4.* Debet autem actor, non tantùm intra annum commissionem ad memoriam, cum suis requisitis, expediri curare, sed etiam Dilationes hujus tit. in commiss. ad memor. locum non hab. Sup. hoc libr tit. 14. §. 10.

suam actionem instituere, aliàs enim ea, quæ in commissione acta sunt, pro non actis habentur.

Tantum de præparatorijs processus causæ:
Sequitur nunc processus prosecutio.

TIT. XXVII.

Prosecutionis processus quid & quotuplex sit; de terminis, & quæ processus prosecutionis partes.

Prosecutio processus quid? & quotuplex?

PRosecutio est, quâ processus causæ, præparatoriis inchoatus, perficitur. Processus prosecutionis *primò* est vel *generalis* vel *special*. *Generalis est*, qui in pluribus & diversis causarum generibus observatur: *Specialis* contra, qui in uno causarum genere tantùm observatur.

Prosecutionis processus instituitur contra obedientem & contumacem.

2. Processus prosecutionis *secundò*, instituitur contra *obedientem* vel *contumacem*. *Obediens* in Judicio est, qui officio suo, tùm ergà Judicem, tùm erga Adversarium, in judicio fungitur, videlicet non solùm constituto tempore comparendo, verùm etiam id, quod convenit, agendo, & judicatum faciendo. *Contumax* verò est, qui secus facit.

Processus prosecut. quomodo distinguatur.

3. Processus prosecutionis cùm uno atque continuo actu expediri nequeat, actibus aliquot, quos vulgò (*per metonymiam adjuncti*, quia actibus istis & rebus peragendis certi termini assignantur:) *terminos* vocant, distinguitur atque perficitur.

4. Actus illi sive termini, itemque producta sive scripta illorum, pro qualitate & diversitate causarum, majori vel minori, sed certo & utrique parti æquali numero, ex arbitrio Cameræ temperantur, & admittuntur, eoque nomine jusjurandum exigitur. *Ordin. T.* 38. *part.* 3. Denaisi. *Terminorum concessio, &c.* §. 3.

5. Hoc autem, quod §. præced. dictum, de dilationibus probandi solummodò, non verò aliis terminis intelligendum: ratione horum namque nullum juramentum præstari debet, prout etiam, vigore *communis decreti de Anno* 1659. 13. *Dec.* §. 4. hodiè in causis Mandatorum S. C. cum Replicis, nisi Judici aliter videatur, in aliis verò Processibus cum Duplicis submittendum, adeoque in *secundo*, vel ut plurimum in *tertio termino* concludendum est, *& quarto*, si probatoria non cum ipsis processibus, sed in primo termino producta fuissent.

quarta dilatio sec. Jus noviss. est exterminata.

6. *Ex Recessu Ratisbonensi de Anno* 1654. §. Den *Punctum probationum* betreffend/ etc. 50. quarta dilatio in totum exterminata, atque solennitates in ista observari solitæ in tertiam dilationem rejectæ sunt:

ut

ut sic *hodiè* tertiam dilationem petens, cogatur jurare per se, vel Procuratorem, speciali Mandato ad hoc instructum, se non malitiosè, aut calumniandi animo hoc rogare; *verba juramenti hæc sunt*: Daß er schwöre einen Eyd in seiner Principalen Seele/ daß sie in vorgehabter Dilation allen möglichen Fleiß angewandt/ und diese fernere Zeit nicht auß gefehrde / noch zum Auffzug der Sachen begehren / etc. Tit. præced. 26. §. 34.

7. Partes prosecutionis sunt *instantia* & *executio*: de qua *posteriori est infr. tit. 63.*

TIT. XXVIII.

Instantia quid, & quibus rebus constet.

Instantia quid sit.

INstantia est *prosecutio causæ*, à processuum reproductione, usque ad sententiam definitivam. *Practici* executionem Judicii à litis contestatione, usque ad sententiam definire solent. Maranta *part. 5. princip. num. 2.* vide *Lexicon juris* Prateii *in voce instantia*: vel est *exercitatio actionis*, certo tempore coarctata. Quamvis hodie neque in Camera, neque in aliis Consistoriis, *exceptio peremptæ instantiæ* usum inveniat. Juxta Zang. *de Except. p. 1. cap. 1. num. 70.*

Quales termini olim cuilibet actioni constituti fuerint.

2. Olim enim cuilibet actioni seu processui certus terminus constituebatur, in quo causa necessariò expediri debebat: *v. c.* civilis *triennio*, criminalis *biennio*, Appellationes *uno anno*, *biennio* verò, si justa & probabilis causa id postularet, *auth. ei qui appell. C. de temp. appell.* item textus *in L. properandum, C. de judic. & L. fin. C. ut intra certa tempora, &c.* quod tamen in Consistorio summi Principis locum non habet: prout etiam de *jure Camerali* non ita strictè observatur, per ea, quæ tradit Mynsing. *obs. 48. c. 2.* Gail. 1. *obs. 128. n. 3.* & Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 33. & seqq.*

Differentia absolutionis à citatione & ab instantia.

3 Hinc notandum, aliud esse, *absolvi à citatione*, aliud, *ab instantia*; licèt nonnunquam confundantur. *Prius fieri solet*, si ob non productum libellum, vel documentum ulterius requisitorum actorum, si quidem à Judice certus terminus eatenus constitutus fuisset, aliisque de causis absolutio à citatione petita esset: *hoc verò* tum concedi solet, si actor contumax sit, & omninò in judicio non compareat. Solet tamen hoc casu, generaliter loquendo, reus petere absolutionem à citatione, seu ab instantia. Infr. tit. 54. §. 3. seq.

Instantiæ partes. disceptatio.

4. *Instantia constat* disceptatione partium & decisione. De *Judicis decisione* agitur *infrà tit. 59.* sed *Disceptatio partium* est mutua Liti-

Litigatorum actio, qua omnia hinc inde Judici deducuntur, quæ ad victoriam causæ obtinendam facere existimantur. Estque hæc vox, Disceptatio, ex illarum numero, quæ tum in genere, tum in specie, in rebus judicialibus usurpantur. *vid. lib.* 1. *tit.* 2. §. 6.

Disceptationis generalis termini quot sint.

5. Disceptationi generali, contra obedientem, termini viginti in *ordinatione* constituti reperiuntur, *part.* 3. *T.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. & 33 qui omnes, si præceptis atque titulis conjungantur, quemadmodum rectiùs atque commodiùs conjunguntur, quàm separantur, undecim tantùm fuerint. *Hodiè ordinariè tres vel quatuor, ut suprà dictum.*

Hodiernus terminorũ numerus.

Arbitrium judic. Camer. circa terminos.

6. Sed memineris hîc, quod supra monui, iterumque moneo, de terminorum numero, quo qualitate causarum augendo minuendove. Verum enim est, & *in praxi* docemur, quòd *ordinatione præscripti* termini pro qualitate rerum, personarum, & causarum, temporis atque loci, constringantur, vel dilatentur, quòdque scripta majori vel minori, certo tamen, & utrique parti æquali numero, Cameræ arbitrio admittantur. Vid. Denaisi. *tit.* 302. §. 3. *Refer. in relat.* 6. *apud* Caspar. Klock. *num.* 10. ut vix de numero productorum in hoc aut illo genere Mandatorum vel aliorum processuum constare possit. Vid. etiam *Ordin. Cam. P.* 3. *tit.* 32.

Quot producta in caus. mandat. hodiè admitt. Tit. præced. §. 5.

7. Sic etsi in Camera, secundùm *Recessum novissimum*, in Mandatis S. C. saltem Exceptiones, & in Citationibus & Mandatis C. C. non nisi Duplicæ ordinariè admittantur; Judex tamen aliquando, si illi necessarium videtur, in illis Replicas, & in his Triplicas concedere solet, d. *Recess. de Anno* 1654. §. **Uff den Gegenfall aber / etc.** 77. *Item* §. **In den** *Mandatis cum clausula, &c.* 81. Add. *Commune Decr. de Anno* 1659. 13. *Decembr.* §. 4. vers. **Die Schrifftwechselung.** *& de Anno* 1660. 9. *Januarij. n.* 4.

TIT. XXIX.

De primo Instantiæ termino, & rebus termino primo peragendis.

Primus terminus cur dicatur Citationis?

PRimus terminus, quem vocant Citationis (*generaliter sumptæ, quatenus etiam appellationem in se continet, & omnibus Processibus regulariter inferi solet:*) ex eo dicitur, quia in Citatione præstituitur; tum, quia Citatio in eo reproducenda est, & in *causis S. Q.* & *in causis provocationum*, à parte actoris vel provocantis.

2. Hoc

2. Hoc termino primo reproducenda est Citatio, cum inscripta executione, sive relatione tabellarii, de executione facta, sive Citationis insinuatione, aliorumve processuum, manu tabellarii propria, literis citatoriis seu processibus inscripta, sed *sine nominatione ejus*, qui Citationem aliosve Processus executus est. *Ord. part. 3. tit. 12. in pr. & Tit. 31.* §. **Und was erstlichen.** Hoc termino reproducenda Citatio.

3. Illis verbis: *Sed sine nominatione ejus, &c.* innui videtur, in recessu Procuratoris reproducentis nuncii nomen non exprimendum esse; Et hinc ita recessus dictari solent: *Reproducirte/* **außgangen und verkündte** Proces, *cum retroscripta nuncij relatione.* Cæterùm executiones seu insinuationes non tantùm à nunciis exequentibus propriâ manu scribi, sed etiam à Magistro nunciorum subscribi solent. Cum nuncii relatione.

4. Et facienda reproductio verbis succinctis & brevissimis. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 12. in pr. Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **Benebens/etc.** 35. *Comm. Decr. d. Anno* 1655. §. **Weiters sollen/etc.** 11. Brevitas enim in omnibus Recessibus servanda, si mulctæ & rejectionis Recessuum periculum Procurator evitare velit. *vid. comm. Concl. de Anno* 1590. 7. *Julij.* Verbis succinctis.

5. Non tamen sic habiti recessus ob longitudinem rejiciuntur, sed pœna potiùs erga Procuratores reservari solet, ne aliàs culpa eorundem noceret parti principali; imò vigore *communis Decreti, de Ann.* 1659. *recessus orales* extra causas S. Q. & Mandatorum in ordine Reproductionis, sententiarum, & coram Deputatis ventilatas, omninò prohibiti sunt, & in his quoque ordinibus, si longiores sint, in scriptis importari debent. Vid. lib. 2. cap. singul. de ordin. rer. Procuratorum pœna ob longiores Processus. Recessus orales quand. prohib. vel non.

6. Reproducitur verò interdum Citationis originale, ut vocant, interdum exemplum sive Copia. Originale Citationis reproducendum est, quotiescunque plures rei unâ Citatione citati fuerint. *Ord. Cam. part. 3. T. 12.* §. **Als auch nach Brauch/etc.** Originale quando reproducendum? Supr. tit. 4. §. 19.

7. Quando per *Notarium aliquem, in album Cameræ inscriptum*, executio Citationis aliorum Processuum facta est, non satis fuerit copiam Citationis vel Originale ipsum reproducere, sed simul etiam, unà cum Citatione aliisve Processibus, instrumentum factæ Citationis authenticum à Notario producendum fuerit: simplici siquidem scripturæ Notarii exequentis in judicio Camerali fides non tribuitur. Mynsi. *obs. 79. cent. 1.* Gail. *obs. 54. num. 6. lib. 1.* Si Notarius immatriculatus faciat insinuationem.

8. Quid si autem Notarius, ad modum Nunciis usitatum, relationem Processus retrò adscriberet? Hoc insufficiens & in Notario injuriæ Ejus Instrumentũ Au-

thenticum producitur.

seu imperitiæ notam esse, nullus dubito. Notario namque nisi per Instrumentum legitimè confectum, de actibus à se gestis ritè doceat, non creditur.

Cur præstet nunciis committere Insinuationes?

9. Hinc satiùs est, Insinuationes per Nuncios Camerales quàm Notarios fieri curare; *Priores namque* si quid negligant, non tantùm parti restitutionem brevi manu facilè impetranti nil obsunt, sed etiam propriis sumptibus, præter pœnam erga reos reservatam, quæ tamen non semper injungitur, processus de novo ex Cancellaria redimere, & suis sumptibus insinuare debent; *quod in Notarijs locum non habet.*

Differentiæ ratio.

10. *Ratio differentiæ* in eo consistit, quòd Nuncii, prout illos ordo tangit, invitis partibus, eliguntur; contrà in partium arbitrio sit, hunc vel illum Notarium accipere: sibi proinde meritò imputabunt, si negligentiori confiderint. *Præterea*, ubi Processus per Notarios insinuantur, debent priùs Magistro Nunciorum consuetæ pecuniæ (die *Concordat-Gelder*) dari, de quolibet floreno, (seu de quolibet milliari) *dimidius bacius*, inter Nuncios suo tempore dividendæ. *Vid. supr. Libr. 1. T. 32. § 13.*

Concordat-Gelder.

Q. in pr. termino legitimandæ personę.

11. *Secundò*, in primo termino ad judicium legitimandæ sunt personæ litigantes. Itaque alieno nomine litigaturus producit *mandatum* constitutionis procuratorium. *Ord. d. T. 12. in princ.* Quod vel est generale vel speciale; *generale* est, quod ad omnes causas præsentes & futuras: *speciale*, quod ad certam causam directum est.

Procuratorium quotupl.

Procuratoria specialia cur abrogata.

12. Quia verò litigantes mandata sua specialia ad certas causas, certumque causarum Catalogum, in quibus actores erant, vel aliàs ex bonitate causæ judicium non declinabant, restringere consueverunt, ut casu ita eveniente pars adversa litem promotura, nonnisi prævia Citatione ad reassumendum, quod multis ambagibus involutum, idipsum lucrari posset; ideo specialia hæc procuratoria eliminata, & ut in omnibus causis Cameralibus generali mandato instructus Procurator compareat, *per Recessum Ratisbon. Ann.* 1654. §. Und demnach/ etc. 101. saluberrimè cautum est.

Tit. 4. §. 71. suprà.

Casus, ubi adhuc exiguntur. infr. §. 21.

13. Sunt tamen *speciales casus excepti*, in quibus de *jure vel stylo Judicij* mandatum speciale exigitur; *v. g.* in puncto juramenti calumniæ vel appellationis, petitionis Tutorum & Curatorum, vel præstationis Juramenti Tutorii, vel etiam si legitimis ex causis, Judici significandis, pars expressè hoc peteret.

Quæstio de restrictione

14. Sed quæritur, cùm ex *Recessu Imp. de Anno* 1566. §. Und dieweil etliche/ etc. 95. & Denais. *jure Camerali c.* 238. generalia mandata

seu

seu procuratoria per *specialem partium constituentium prohibitionem* aliquo modo restringi, & ad certas causas limitari possint, an etiam hæc restrictio hodiè post sublatam specialium procuraturiorum exhibitionem, concessa sit? Quod Dr. N. N. ad specialem instructionem, quam per missivam edocuit, in *causa R. contra C. P. mandati de relaxando captivo*, quidem tentavit, & in aliis causis ad implorationem alterius, ob hanc procuratorii sui restrictionem, se legitimare renuit. Procuratoriorum.

15. Verùm, quia *d.* §. **Und demnach/ etc.** 101. ratio hujus *novæ Constitutionis* in hoc unico quiescit, ut calumnia vel potiùs malitia principalium, declinandi litem in causis passivis, circuitusque citationis ad reassumendum, evitentur, quæ hoc admisso vix sustineri poterit; negativam, *salvâ Amplissimi Collegij decisione futurâ*, ex mente *Recessus novissimi* veriorem judico. Negatur illa quæstio.

16. Forma Procuratorii, *quâ hodiè in Camera utimur*, talis est: Forma hodierni Procuratorii generi.

Wir Ends-unterschriebene thuen kund und bekennen mit diesem offenem Brieff/ daß für Uns und unsere Erben/ zu Vollführung unser an dem Hochlöbl. Käyserl. Cammer-Gericht zu Speyer/ hievorigen/ jetzigen und zukünfftigen Rechts-Sachen/ gegen wen Wir die haben/ und überkommen mögen/ jetzo zu unserm/ und nach unserm Tod/ **unserer Erben**/ unzweifenlichen Rednern und Anwald/ den Edlen/ Vest und Hochgelehrten Herrn/ (*hic inserendum nomen Procuratoris*) beyder Rechten (aut Licentiaten/) und des Hochlöbl. Cammer-Gerichts Advocaten und Procuratorn/ und **falls derselbe etwan** frühzeitig mit Tod abgienge/ gleichfals den Edlen/ Vesten und Hochgelehrten Herrn (*hic inserendum nomen Substituti, quem pars, in cujus arbitrio hoc est, eligit*) Käyserl. Cammer-Gerichts Advocaten und Procuratorn, als dessen Substituirten Anwald constituirt/ bestellt und benennet haben/ also und dergestalt/ daß Wir zuforderst alles und jedes/ was durch ihn und andere Anwäld/ oder sonsten in angeregten Sachen/ von unsertwegen gehandelt worden/ ratificiren/ und daß darauff derselbe/ wie auch auff dessen tödlichen Hintritt/ vorbemelter/ (*hic repetatur nomen Substituti*) in casum mortis substituirter Anwald/ in allen angezogenen Sachen activè und passivè bey unserm Leben/ in unserm/ und nach dem Tod/ unserer Erben Namen erscheinen/ allerley Proceß auß-die wieder einbringen/ *fori declinatorias* und andere Exceptiones übergeben/ libelliren/ litem contestiren/ articuliren/ respondiren, (Juramentum veritatis, calumniæ, malitiæ, dandorum, respondendorum, in litem affectionis, æstimationis, purgationis, in supplementum probationis, Expensarum, damnorum & Interesse, quartæ dilationis, ejusdemque prorogationis, auch einen jeden andern ziemlichen in Rechten zugelassen/ und mit Urtheil aufferlegten Ayd/ etiamsi litis decisorium fuerit, in unserer und resp. unserer Erben Seel erstatten) allerley Beweiß führen/ derentwegen alle Nothdurfft verhandlen/ dieselbe ruiren/ wider

die Gegen-Beweiß excipiren / Sigilla & manus recognoſciren oder diſſitiren / in contumaciam procediren / dieſelbe purgiren / zu Bey- und End-Urthel beſchlieſſen / die zu eröffnen bitten / anhören / annehmen / dawider auch reſtitutionem in integrum, (ſo vonnöthen) begehren / Expenſas, damna, & Intereſſe deſigniren / zu taxiren / und dieſelbe / auch was in der Haupt-Sachen taxirt und erkennet / erheben / annehmen / dafür quittiren / in executionem activè procediren / biß zu endlicher Vollnſtreckung der Urtheil / auch paſſivè da die Urtheil Uns / oder reſpectivè unſern Erben zuwider giengen / und darauff wider Uns und unſere Erben in Executionem procediret würde / in unſerm und unſerer Erben Namen alle Nothdurfft / biß zu endlicher Erörterung des Puncti Executionis verhandlen / einen und mehr Affter-Anwäld / ſo offt es Ihnen beliebt / ſubſtituiren / revociren / auch alles anders thun und laſſen ſol / was Wir / oder nach unſerm Tod ſelbſten zugegen / jederzeit handlen / thun und laſſen ſolten / könten oder mögten; und da mehr-ernandter / alſo conſtituirter Anwald und Subſtitut eines mehrern Gewalts / als hierinn begriffen / bedürfftig wäre / oder ſeyn würde / demſelben wollen Wir in unſern und unſerer Erben Namen hiemit am allerkräfftigſten und beſtändigſten / das vermög der Rechten und Styli hochberührten Cammer-Gerichts beſchehen ſol / kan oder mag / auch gegeben haben / und was alſo mehrernanter Anwald / (*hic repetatur nomen Procuratoris*) und nach ſeinem Tod die ſubſtituirte und ihre Affter-Anwälde in unſerm und unſerer Erben Namen handlen / thun und laſſen werden / das verſprechen Wir für Uns und unſere Erben ſtät / veſt und unverbrüchlich / auch beede Anwälde und Ihre Subſtituirte / aller Bürden oder Rechten / præſertim Satisdationibus de judicio ſiſti & judicatum ſolvi, zu entheben / und allerdings Schad-loß zu halten / bey habhaffter Verpfändung unſerer jetziger / und unſerer Erben nachlaſſender Haab und Güter / ſo viel deren jederzeit hierzu vonnöthen ſeyn werden. Deſſen zu wahrem Urkund haben wir diß mit Unſerm gewöhnlichen Signet wiſſentlich bekräfftiget / und mit eigenen Händen unterſchrieben. Geſchehen / etc.

Subſcribatur & ſubſignetur cum die & Conſule.

17. Si unus eſt, qui Procuratorem conſtituit, numerus pluralis in ſingularem mutabitur, quale formulare habetur im *Concept. part. 3. tit. 14. p. 226.* Principes ſic ſcribunt: **Von GOttes Gnaden Wir Hertzog / etc.** item **Erben und** Succeſſoren / & pro **Edlen / Ehrnveſten / unſerm lieben Getreuen** / & in fine, **Fürſtl. Inſiegel.**

Notanda circa Procuratoria Judæorum.

18. Circa Procuratoria, *quæ Judæi* in Camera Imperiali exhibere ſolent, *notandum*, quòd in illis verba in parentheſi poſita, (Juramentum veritatis &c. uſque ad **erſtatten**) omittantur, cùm nemo Chriſtianorum in animam Judæi poſſit jurare, ſubſtituuntur autem in horum locum ſubſequentia: **Da auch jetzt oder ins künfftig uns oder unſern Erben einig** *Juramentum veritatis, malitiæ, calumniæ, reſpondendorum, dandorum, in litem affectionis, æſtimationis, purgationis, in ſupplemen-*

mentum probationis, expensarum, damnorum & Interesse, quartæ dilationis, ejusdemque prorogationis, auch ein jeder anderer ziemlicher in Rechten zugelassener Ayd/ *etiamsi litis decisorium fuerit*, durch Urtheil aufferlegt würde/ daß Wir und unser Erben alsdann selber in Person/ oder durch einen andern hierzu specialiter bevollmächtigten Juden schwören oder thun lassen wollen / etc. *continuetur, &c.*

19. In procuratoriis autem Tutorum seu Curatorum, verb. für uns und unsere nachgelassene Erben / omittuntur, & *substituitur*: In Vormundschafft Namen. Item loco: Bey Verpfändung unserer Haab und Nahrung / *substituitur*: Bey Verpfändung unserer Vormundschafft/ Haab und Nahrung. Tutorum.

20. Denique in procuratoriis Civitatum seu Communitatum, Cœnobiorum & similium, quorum Præpositi, Consules, &c. pro utilitate non sua sed communitatis agunt, pro verbis: Für uns und unsere Erben / *substituitur*: Für uns und unsere Successoren. Quod etiam in *Principibus Ecclesiasticis* & omnibus aliis similibus personis, quæ non jure hereditario, sed electivo, succedunt, locum habet. Civitatum Procuratoria. Principum Ecclesiastic.

21. An autem plures, in causis diversis, constituere Procuratores, eosque singulos hoc generali mandato instruere liceat, quæstionis est? & affirmatur. Nec *Recessui noviss. de Ann.* 1650. §. 101. contraria est hæc sententia. Liberum itaque est partibus litigantibus in quibuslibet causis singulos Procuratores, sed cum generali, neque ad quamcunque causam, specialiter restricto Procuratorio, constituere. *Extitit tamen casus*, quo speciale Procuratorium ante hac admissum, *in causa d'Orville contra* Pors / *appell. nunc executor. in specie* die Stadt Franckfurt betreffend/ ubi à D. St. ad illam causam, licèt contradicente & desuper submittente D.G. speciale Procuratorium, nomine *Senatûs Francofurt.* importatum, illudque per sent. fortè ideò admissum fuit, quia *D. Stieberi* in causis Francofurt. Substitutus, D. A. L. V. G. partis adversæ, contra quam executio Senatui Fr. injungebatur, Procurator constitutus erat, eóque tanquam Substitutus copiæ signatæ generalis Procuratorii non inseri, nec proinde generale Procuratorium produci poterat. Hinc illi Sententiæ clausula specialis annectebatur, gestalten Sachen nach / ne in aliis dissimilibus causis, sine speciali permissione Dn. Judicis, in consequentiam traheretur. In singulis causis singulos Procuratores constituere licet, sed generaliter. Suprà tit. 4. §. 71. & §. 13. h. t. Exceptio.

Ut autem verba nonnulla suprà allegati *noviss. Recessûs*, §. Und demnach. 101. quoad hunc passum, rectiùs intelligantur, placet illorum §. 101. Rec. novissimi. quo-

ad nonnulla verba declaratus.

explicationem subjungere. Itaque *ad verb.* **die Ubertrettere**/ quæritur: Utrùm sub his soli litigantes, an soli procuratores, an utrique intelligantur? *Procuratores solos imprimis hîc intelligendos esse*, videtur, quia hi requisita Procuratoriorum in Cam. usitatorum scire debent, quæ litigantium pars maxima sæpè ignorat: si igitur procuratores suos principales de defectu dictorum requisitorum non admonent, sed ejusmodi insufficientia Procuratoria judicialiter producunt, atque ita soli delinquunt, meritò quoque soli puniuntur. *Ast quid*, si principales admoniti sufficientia Procuratoria transmittere tergiversentur? Cùm hoc casu procurator sit extra culpam, nullam quoque pœnam timebit, sed adversus culposum principalem, qui per procuratorem legitimo Procuratorio instructum non comparuit, ut proinde idem sit, ac si planè non comparuisset, præmisso proclamate, posteà proceditur in contumaciam. *Ordin. P. 3. t it. 41. & 5. seqq.*

Ad verba, **Verwürckter Straffe**: qu. Quænam sit ista pœna? Resp. ea, quoad procuratorem, si solus sit in culpa, æstimatur, pro magnitudine imperitiæ ipsius, & ratione effluxi temporis. *Memor. Procur. in visitat.* 1575. §. **Demnach wird.** 5. indeque damni adversæ parti excitati. *Ord. d. tit. 41. §. ult.* Si verò damni passi restitutio non sit petita, procurator à Judice ex officio arbitrariè puniendus. *dict. Memor.* §. **Solte aber.** 6. Adversus litigantes proceditur, prout ante dictum. *Ad verba*: specialiter **Auftragen**: qu. An in ejusmodi speciali procuratorio etiam sit necessaria substitutio? Resp. negando, quoniam aliàs superfluum esset, cum hoc procuratorio aliud generale procuratorium simul producere, quod tamen in fin. h. §. 101. præcipitur.

Quæritur porrò: Utrùm in isto generali procuratorio, primarius procurator talis, & substitutus idem talis maneat? An verò substitutus locum primarii habeat? Prius affirmatur. Nota denique, quòd alii procuratori, qui non est substitutus, certa quædam causa specialiter committi nequeat, per generale verò procuratorium id fieri possit.

Ad verb. specialius Mandatum: Comparativus hîc usurpatur, respectu specialis mandati, ad totam causam agendam dati; cùm specialius mandatum duntaxat ad istius causæ quendam actum perficiendum exhibeatur. v. g. ad jurandum, ad transigendum, ad alienandum, &c. add. Umm. *Disp. 3. n. 38.*

Ad verb. **Zu gebührender Zeit**: quando scil. illis mandatis specialibus opus est.

Ad

Ad verb. sub præjudicio: scil. prætermissorum.

22. An, si *plures litis consortes* sunt, quilibet horum procuratorem constituere, eumque hoc generali mandato ad causam habilitare possit? Et hoc adfirmatur, multumque promovendæ causæ momenti addit, quia toties agendi facultas hoc medio datur, quoties alterum ex constitutis Procuratoribus ordo tetigerit. Sic ex primis, mediis & infimis Procuratoribus diversi clientes diversos eligunt, ut per hoc, oblatâ frequenti occasione agendi, causa citiùs finem expectet. Quilibet litis consors procuratorem constituere potest. Ad quid hoc utile?

23. Procurator quando moritur vel resignat, *Substitutus* adesse causæ, eamque continuare debet, nisi principalis spatio duorum mensium, à die notificati obitus Procuratoris, alium surrogaverit. *Rec. Imp. de Ann.* 1654. §. **Als auch weiter/ etc.** 100. ut autem Substitutum se esse noverit, & ut in substitutionem consentiat, notificatio requiritur, vel certioratio Procuratoris, quæ enim inavisato Substituto substitutiones fiunt, ipsum periculo causæ non subjiciunt. Substituti officium. Tit. 26. §. 25. supr. Quid requiratur ad constitutionem hujus?

24. Substitutus, quà talis, sine salario est, *Rec. Imp. de Anno* 1654. *dict.* §. **Als auch weiter / etc.** 100. si tamen arrhabonis aut honorarii loco quicquam ad ipsum venerit, non ejicit foras. Constituitur etiam Substituto, pro arbitrio partium, quandoque, sed rarius, annuum salarium, ut in quemcunque casum tantò vigilantior sit, atque à patrocinio partis adversæ arceatur. De salario Substituti?

Cæterùm, quid hodiè ratione substituti, sit dispositum, docet *Commune decretum de* 30. *Octobr.* 1682. quod ita habet:

Endlichen ist der gemeine Bescheid / demnach sich öffters befunden / daß denen einkommenden Gewälten / Substituti einverleibt werden / welche entweder von solcher ihrer Substitution selbsten nichts wissen / oder aber etwan von dem Gegentheil principaliter, oder auch substituto rie constituirt seynd / wordurch nothwendig grosse Confusiones und Verzögerungen entstehen müssen; daß dieses Käyserl. Cammer-Gerichts Procuratores ihre ad acta legende Gewält hinführo ehender nicht produciren sollen / es seye dann vorhero der Procurator substitutus, in Krafft darinn enthaltener clausulæ substitutionis, in denenselben würcklich exprimirt und benennt / deme vorgangen / solle der Substitutus, damit man alsobalden wissen möge / ob er die Substitution acceptirt habe / solche entweder durch einen mündlichen Recess, per verbum consentio, oder Unterschreibung des Gewalts acceptiren / jedoch so wol denen Partheyen / als dem Substituto einen anderen Procuratorem zu benennen / oder die Substitution auffzukündigen / ohnbenommen.

Und weilen man auch öffters verspührt / daß in denen gerichtlichen Handlungen die Termini, so wol Legales als præfixi, von verschiedenen Procu-

ratorn/

ratorn / nicht mehr wie sichs gebührt / observirt / sondern fast alles biß auff hiebeynahende Publicationes sententiarum zurück gehalten werde / da dann zu vorsetzlichem Auffenthalt der Sachen und Steckung der Urtheilen allerhand nichts relevirende Handlungen eingeschoben / oder prorogationes prorogationum, und zwar bloß allein per verba auß künfftig bescheinenden Ursachen / der Cammer-Gerichts Ordnung / Reichs-Abschieden / und denen gemeinen Bescheiden zuwider gesucht werden wollen.

Als ist hiemit der fernere ernstliche Befehl / daß gedachte Procuratores solche Confusiones fürterhin gäntzlich vermeiden / ihre Recess und Handlungen debito modo & tempore sub præjudicio rejectionis, und nach Befindung der Sachen / bey schärfferem Einsehen / in denen Audientien vortragen / einfolglich nach jedesmals beschehenem fiscalischen Anruffen nicht mehr / wie bißhero / sich auff die vorhergangene Erlagen beziehen / und also dasjenige / so schon zu des Pfenning-Meisters Einnahm / und von demselben zu behörender Distribution gebracht worden / præposterè und nur zum äusserlichen Schein / wie auch zu schädlichem Auffenthalt der Audientien wiederholen / sondern allein dasjenige / was nach dem fiscalischen Anruffen gedachtem Pfenning-Meister würcklich erlegt oder assignirt worden / anzeygen / so dann denen am 28. Junii Anno 1661. und 5. Julii Anno 1664. an hiesigem Käyserl. Cammer-Gericht ergangenen Decretis, wie auch im übrigen mehr angeregter Cammer-Gerichts Ordnung / jüngerem Reichs-Abschied / Visitations Memorialien, und denen gemeinen Bescheiden / so wol in obgedacht / als auch in allen anderen Puncten / ebenmässig bey Vermeidung schärfferen Einsehens / und ohnaußbleiblicher Straff gebührend nachleben sollen. In Consilio pleno den 30. Octobr. 1682.

De Procuratore plurium.

25. Procurator constitutus plurium partium nomine, unum principalem, loco omnium, nominabit, eum scilicet, qui primum locum in citatione obtinet, sed hâc clausulâ adjectâ, & cæteri in processibus nominati. *Ord. d. T.* 12. *ad* §. **Und wo also / etc.** qui verò non omnium in citatione nominatorum, sed unius aut plurium nomine litigaturus est, eum, cujus nomine comparet, significato. *Ord. Cam. ibid.*

In omnibus causis mandatum originale producere, opus non est.

26. Procurator mandatum habens generale, id est, ad plures causas, tum jam pendentes, tum futuras constitutus, principalis sui nomine prima vice in judicio comparens, ad personam suam legitimandam, mandatum illud constitutionis in originali exhibet. Sed posteà iterum personam suam ad aliam causam legitimaturus, mandati originalis sive authentici exemplum, per Protonotarium vel Lectorem Cameræ cum originali collatum, exhibet *cum signatura*, id est, designatione causæ in qua, & temporis, quo originale exhibitum fuit, exemplo inscripta, *quæ mandata cum signatura*, vulgò appellantur. *Ord. d. T.* 12. §. **Und so ein**

Procurator, &c. 27. Istud

27. Istud *exemplum cum signatura*, vocatur eine signirte Copey; tot enim originalia, quot principalis causas habet, producere absurdum videtur: ergò in una *originale*, in reliquis *signatas copias* produxisse satis est. *Collatio tamen hodiè* post productionem fit à Lectoribus, &, ut Judex, ubi opus est, ad originale recurrere possit, in qua causa, quo anno & die illud productum sit, in rubro signatur, & à lectoribus inscribitur: *Concordat cum suo Originali.* Vid. Mem. Procur. Añ. 1561. §. Wañ eine Parthey/ &c. Quid sit signirte Copey gemein haben den Gewalts.

28. Si alterius nomine litigaturus mandatum constitutionis in primo termino exhibere nequeat, aut exhibuerit quidem, sed non sufficiens, neque legitimum, is aliter, quàm *de rato & mandato cavens*, ne admittitor. *Ord. d. T.* 12. §. Im Fall aber / etc. Cautio de rato & mandato.

29. Sed *quæsitum* est, An cautiones hujusmodi, *de rato & mandato*, indifferenter in omnibus causis admittendæ sint? Contrariæ in hac quæstione opiniones fuerunt: *alij in* casibus & articulis, in quibus periculum in mora, vel damnum irreparabile, vel annullatio sententiæ metuenda, admittendas esse negârunt; *alij* indifferenter admittendas esse, affirmârunt. An in omnibus causis admittendæ?

30. *Prioris sententiæ distinguentis* rationes in medium allatæ, fuerunt: quòd contra Procuratores de mandato & rato caventes, sed re ipsa mandatum non producentes, pendente termino cautionis commodè procedi, vel citra periculum elusionis futuræ, & nec quidem ad præfixionem termini (qui facilè extra tempus cautionis, & sic in tempus inhabile incideret) aliquid pronunciari sive decerni non posset, quia incertum esset, an legitimatio re ipsa subsecutura sit, & sæpiùs contingeret, ut cautio re ipsa non præstaretur, (prout quisque vel ad obedientiam vel pœnam, nec verò præcisè ad obediendum vel teneretur, vel cogi posset) & propterea metuendum, ne omnia anteacta & judicata, vel aliàs in judicio facta, prorsus conciderent, & in nihilum redigerentur, præcipuè verò si quis in pœnam simplicium, vel etiam banni declarandus esset, quarum neutram quis contra se decretam facilè sustineret, sed pœnã arbitrariam subire, & expensas atque damna, quibus moram nectendo causam præbuissent, restituere mallet, & hanc ob causam si Processus in contumaciã instituendus esset, (id quod de novo fieri oporteret) quia omnia anteacta & judicata fierent irrita, & non secus atque si nunquam acta, & in rerum natura non fuissent, & propterea neque instaurari possent; tum demùm Procurator personam suã re ipsa legitimando se intromittere, & causam in illo statu, in quo ipsam in hoc processu contumaciæ reciperet, susci- Sententia distinguẽs.

pere posset: sed intereà sæpiùs periculum in mora esse, & instare vel continuari damnum irreparabile, (putà vel personæ captæ, ægrotantis senectutis morbo laborantis, vel interitus rei, quæ forsan æstimationem vel instaurationem non reciperet:) ita ut eâ ratione pœna aut mulcta captivum vel turbatum nihil admodum sublevaret vel juvaret: & ad hæc ante litis contestationem se non legitimanti, graviorem pœnam constitutam non esse, quàm arbitrariam, (*quæ paucorum florenorum esset*:) & restitutionem expensarum, quæ propter moram illam, & tanquam termino cautionis pendente factæ essent, & pœna illa non principali, utpote qui facilè se ab ea liberari possit, si cautionem se mandâsse, aut eâ ratione mandâsse negaverit, aut aliàs per se non stetisse prætendat, sed Procuratori luenda sit, ita ut posito etiam quòd res æstimationem recipiat, restitutio tamen illa expensarum & pœna facilis & admodum levis sit, & is qui potissimum author, & in culpa sit, principalis scilicet citatus impunis evadat.

31. Quamobrem, ut illa omnia præcaveantur, & ne, quicquid actum est, in dubio sit, ejusque effectus in unius tantùm partis arbitrio ponatur, & judex aliquid certi tam in principali, quàm ratione temporis, & termini cum comminatione aliqua solita, decernere possit, *per majora conclusum est*, quotiescunque tale periculum, damni scilicet irreparabilis, vel annullationis sententiæ metuendum, illis casibus imposterum cautiones non admittendas, sed statim in contumaciam procedendum, vel breve aliquod temporis spacium ad veram legitimationem (*quæ in primo termino fieri debeat atque poterat*) præfigendum esse, sed in aliis articulis & submissionibus ejusmodi cautiones postulari & admitti posse.

Affirmans. 32. *Posteriorìs* & simpliciter affirmantis sententiæ rationes sunt I. quia, si tempus earum cautionum sine legitimatione laberetur, statim prævio proclamate in contumaciam ad declarationem pœnæ procedere liceret, ad quod, ab initio cautione hujusmodi rejectâ, statim commodè perveniri nequeat. II. Quia extra judicantis officium quodammodo sit, partibus præscribere, quid bono suo aut facere aut omittere debeant. III. Quia præter consuetudinem & Stylum esse videatur, si uno articulo cautio illa repudianda sit, in aliis verò admittenda. *Dubium Camer.* 52. apud Rosacorb.

Prior probata. 33. Vid. *Rec. Dep. Imp. Ann.* 1600. §. Wenigers nicht ist/ etc. 71. ubi *pragmatica Imperij sanctio est*, ut quibus in causis periculum damni irreparabilis vel annullationis sententiæ ex mora metuendum, imposte-

rum

rum cautio rati loco mandati non admittatur, sed illicò in contumaciam procedatur: vel tempus perbreve, habitâ ratione locorum, quibus partes litigantes distent, ad veram legitimationem, sub comminatione proclamatis, præfigeretur; in aliis verò articulis & submissionibus cautiones tolerentur.

34. Cæterùm maturam exhibitionem procuratorii ad expeditionem causæ proficere, extra dubitationem est; at nihil frequentius Procuratoribus, quàm non servatâ hâc distinctione causarum, sub cautione rati indifferenter in causis comparere, *Rec. Deput. de An.* 1660. *non obstante.*

35. Sed sciendum est, quòd doctrina hæc sex proximis §§. comprehensa, *hodiè* non practicatur; siquidem in omnibus indistinctè casibus Procurator prævià legitimatione & cautione admittitur. Cautio illa hodiè in omnibus causis locum habet.

36. Procuratorium in Camera ad totam causam ordinatum sit; & in specie executionis articulum comprehendat, idque tàm activè quàm passivè, annexis clausulis, sub cautione rati, atque hypotheca omnium bonorum. *Vid.* die Ordnung von *Notarien Ann.* 1512. zu Cölln auffgerichtet / *sub rubrica*: Von Anwalts-Satzungen. *Ord. Cam. part.* 3. *Tit.* 12. & *Rec. Deput. de Anno* 1600. §. Dieweil aber insonderheit. Mandatum ad totam causam.

37. Sic ratione Procuratorii ad totam causam in *causa* Rachir *& Conf. contra Abbatem Vallis S. Lamberti ita pronunciatum*: In causa Johann de Rachir & consortes, appellantes, contra Abbatem & Conventum *Vallis S. Lamberti appellatos*, procuratorium *à Licent. Fabro*, 8. *Nov.* nuper productum rejicimus, & eidem aliud, ad totam causam qualificatum, sicuti & D. Giesenbier tutorium importandi, utrimque tempus 3. mensium, pro termino & prorogatione præfigimus.

38. Mandatum quisque suum accuratè expendat, si quid desit, suppleat, & ni pœnam incurrere velit, curet, ut longissimè ante conclusionem causæ, aliud sufficiens proferat. *Procur. Memor. de An.* 1575. §. 5 *de Anno* 1578. §. 12. (*Adeoque in secundo vel tertio termino de jure hodierno.*) Pars adversa si quid desit, è vestigio excipiat. *Rec. Imp. de Anno* 1566. §. Doch in einiger / etc. 94. Mandatum sufficiens producendum. Quando de jure hodierno?

39. Si substantiales clausulæ mandatis sint insertæ, ea de reliquo nemo anxiè excutiat, sed quantum licet, interpretatione juvet. *Mem. de Anno* 1578. §. Hiebey ist auch / &c. Thom. Michaël. *Relat.* 1. *apud Klock. n.* 24. Vid. integrum Consilium de hac materia apud eundem, *tom.* 2. *consil.* 90.

40. Procurator, si cautionem præstiterit, intra tempus cautionis, man- Procurator quo-

modo cautione se liberet.

mandatum vel inter alia, vel si nihil aliud agendum habeat, solùm inferat. *Consult. Cam. de Anno* 1585. *dub.* 7. vel si mandatum intra tempus cautionis impetrare non possit, illud indicet, partique adversæ liberum relinquat, proclama desuper petere, quod hoc modo fieri solet: **In Sachen/ etc. demnach mir die Zeit geleistete** Caution **kein Gewalt zukommen/als wil ich von der Sachen hiemit abgestanden seyn/und mag sich der gewaltthätige** Procurator, **ob er wil/der Ordnung gebrauchen;** hoc nisi ante terminum elapsum factum fuerit, recessus antè habiti rejiciuntur, & contra Procuratorem pœna arbitraria, unà cum expensis retardatæ litis, parti adversæ restituendis, reservatur.

Extranei in Imperio agentis cautio.

41. Extraneus, subditum Imperii in Camera conventurus, in Imperio satisdatione caveto. *Ord. P. 3. t. 9.* §. **Weiter wo jemands ausserhalb des Reichs:** cujusmodi cautio præstatur, per pignora vel fidejussores in Imperio sitos. Sic in *causa B. contra B. Appellationis & Mandati de conficiendo Inventarium & extradendo hæreditatem, nec non mittendo in possess. bonor. ex L. fin. C. de Edict. Div. Hadrian. toll. S.C.* pro reo, fratre Generalis d. B. testamentum, in quo heres institutus erat, producentis, in possessorio, salvo tamen petitorio *in Cam. deducendo*, quidem pronunciatum est, ei tamen injunctum fuit, ne pecuniam hereditariam, & fructus ex bonis controversis perceptos, extra Imperium portaret, vel eatenus sufficientem cautionem præstaret.

42. Sed quid, si quis Procurator, in causa jam pendente, sua sponte & absque citatione ad reassumendum, se intromiserit, atque caverit? Tunc tenetur non minùs, ac si legitimè citatus fuisset, stare cautioni, omnia ea facere, atque ut modò dictum, ratione præstitæ cautionis obligatur.

Procurator tutoris & mandato & tutorio opus habet.

43. Si quis tutorum, curatorumve nomine procurator constitutus, litem prosequatur, non satis fuerit mandatum Constitutionis sive Procuratorium, ad legitimandum personam suam, proferre, sed unà cum Mandato tutorium vel curatorium, id est, documentum, quo illum, à quo mandatum litem prosequendi habet, legitimè tutorem vel curatorem constitutum esse probet, exhibendum est: aut si testamento tutor constitutus fuerit, testamenti exemplum authenticum, atque recognitionis, aliudve documentum exhibendum est. Gail. 1. *obs.* 107.

Quid circa tutor. in Cam. datos obtin.

44. Tutoribus verò vel Curatoribus in Camera constitutis & confirmatis, absque tutorio vel curatorio agere licet. Gail. *ibid.* Sed hoc casu solent Procuratores solummodo diem, quo quis Tutor vel Curator in Camera constitutus fuerit, significare.

45. Ma-

45. Maritus, in judicio Imperiali, nomine uxoris litigaturus, absque mandato speciali admittitur, dummodo de rato caveat: *intellige*, si de bonis uxoris receptitiis litigandum sit: (*nempe ijs, in quibus uxor dispositionem sibi expressè reservavit:*) nam si de dotalibus aut paraphernalibus lis mota fuerit, etiam sine cautione de rato admittitur. Mynſ. *obſ.* 53. *Cent.* 3. Gail. 1. *obſ.* 133. Quid præstet maritus pro uxore agens?

46. Procuratoria autem à conjunctis personis subscripta, *e.g.* à fratre pro se & nomine confratris, non admittuntur. *Mem. Procur. Ann.* 1578. §. Neben dieſem / etc. 9. unde talia rejecta, & Procuratori, ut aliud à Principali ipso, cum ratificatione retroactorum, subscriptum inferat, injunctum esse memini.

47. In primo termino producendus est *tertiò* (*vid. supr.* §. 11. *h.*) *Libellus* summarius vel articulatus, *Ord. p.* 3. *T.* 12. §. Zum andern / ſo viel / etc. & *T.* 31. *in princ. Rec. Imp. Ann.* 1570. §. Wiewol auch / etc. 88. 3. Libellus primo termino producì debet.

48. Olim in primo termino libello summario proposito, postea lite contestatâ, terminus ad producendum articulos postulatus, obtinebatur. *Ord. d. T.* 12. *&* *T.* 13. §. Dagegen ſol / etc. *&* *T.* 14. *in princ.*

49. Hodiè actori vel appellanti in primo termino liberum est libellum & gravamina summatim vel articulatim proponere: sed si libellus summarius propositus fuerit, postea ab articulis abstinendum est. *Rec. Imp. Ann.* 1570. *d.* §. Wiewol auch. 88. Gail. 1. *obſ.* 79. *num.* 3. Vel summarius vel Articulatus.

50. Imò *jure novissimo, quo utimur*, in totum ab articulis abstinendum, & libellus summarius, in quo factum breviter, nervosè & distinctè, sive narratione continuâ, sive punctuatim proponitur, producendus est. *Rec. Imp. de Ann.* 1654. §. Dieſem nechſt / etc. 34. Hodiè articuli abrogati sunt.

51. Prætereà *in primo termino producenda sunt adjuncta probatorialia*, quatenus in extrahendis processibus fuerint Supplicationi seu libello adjecta, & parti adverſæ insinuata. *d. Recess.* 1654. §. Beneben bleibt einem / etc. vel etiam quatenus ea promovendæ causæ ergò, in hoc primo termino producere actori volupe sit, *dict.* §. 35.

52. *De articulis libelli ulteriùs nota*: Olim numero distinctos, sive, ut vulgò & barbarè appellant, quotatos, ne ad alios respondendo, error committatur, *Ord. p.* 3. *T.* 14. §. Und ſollen / etc. Item, medio juramento dandorum articulos, sive positiones, ut appellant, exhibendos fuisse. Gail. 1. *obſ.* 79. *n. fin.*

53. Et sic quidem in libello articulato servabatur; at in summario, *qui hodiè in usu est, utì dictum*, in Camera talia solennia non curantur, sed Libellus summarius hodiè in usu.

sed factum breviter & nervosè in eo proponere, & firmiter concludere satis est; si tamen placuerit, media oblatione hujus illum exhibere, nihil obstat. *Rec. Imp. de Ann.* 1654. §. Dieweil aber/etc. 41. *Quamvis nullus adhuc casus dari possit, ubi hoc practicatum fuerit.*

Articuli & positiones an differant?

54. Constituunt aliàs DD. practici differentiam inter articulos & positiones: ea tamen in Camera non fuit observata. Gail. 1. *obs.* 79. *n.* 1. *seqq.* add. infr. *tit.* 30. §. 63. Nisi quòd hodiè, post *noviss. Rec. Imp.* abrogatis articulis, positiones adhuc formare licet. vid. Blum. *de Proc. tit.* 68. *th.* 8.

Quæstio de jurament. dandorum & resp.

55. Juramenta dandorum & respondendorum communiter tantùm in productis, unà cum articulis offeruntur & exiguntur, & super hoc, sine ulteriori imploratione, usque ad conclusionem, proceditur, ita ut judex demum post conclusionem animadvertat isthæc juramenta oblata & exacta fuisse: *quæsitum igitur est*, Annon, pro justificandis probationibus & veritate imploranda, judex teneatur, illorum præstationem, illisque præstitis articulorum & responsionum repetitionem partibus injungere?

56. Et quia scripta non minùs, quàm viva vox, quin magis perpetuò loqueretur, & juramenta hujusmodi in præfixis præstanda, secundùm *Ord. p.* 3. *T.* 15. *in princ. concluſum est*, præstationem illam juramentorum & repetitionem omitti posse, nisi simul vivâ voce judicialiter oblata atque exacta fuerint. Nam in productis magis ex more & stylo Advocatorum, quàm instanter, juramenta ista offerri & exigi, quemadmodum etiam in productis sive scriptis illorum præstatio præcisè non exigatur, sed his verbis: *Profero articulos, sive responsiones medio juramento, quod offero & vicissim exigo*: imò & si expresè exigantur, attamen, quia ad ulteriora hinc inde procederetur, & vivâ voce non exigerentur, aut postularentur, quemadmodum etiam vivâ voce præstanda sint, in eo acquiescendum, & nihil amplius requiri videatur, & *oblatum pro præstito aut remisso haberi possit.*

57. Prætereà hujusmodi juramenta ad substantiam processus non pertinere, vel etiam ipsarum probationum, quin subsisterent iis etiam petitis licèt omissis: & ad litium protelationem occasio præbetur, si propterea conclusiones causarum rescindendæ, aut propterea novi termini constituendi forent, quamobrem non incommodè *expresè constituendum esse, placuit*, ut juramenta ista pro præstitis aut omissis habeantur, salvo tamen judicis arbitrio, si quando putaverit exigenda vel præ-

præstanda esse. *Dubium Camer.* 106. *ap. Rosacorb. vid. Recess. Imp. Ann.* 1600. §. Es ist auch bey unserm Käyserl. etc. 127. Ubi hoc Cameræ Imperialis Conclusum sanctione pragmatica confirmatur. *tit.* 30. *seq.* §. 68.

58. In articulis autem libelli non jus sed factum deducendum est, nisi quis jus, quod ex facto oritur, allegare velit, id quod tamen parcè non superfluè allegandum. *Ord. p.* 3. *T.* 40. §. Was aber die schrifftliche / etc. Mynsi. *obs.* 88. *cent.* 5. In articulis factum deducitur.

59. Allegationes juris, quæ tritæ vel vulgatæ sunt, gehen zu Veränderung / und seynd coram Eruditis nicht nöthig. *Mem. Visit. de Ann.* 1572. §. Aber insonderheit / etc. 22. quare in *Recessu novissimo de Ann.* 1654. Zu dermahliger / etc. 66. cautum, ut Advocati ab his caveant, & textum aut authorem in terminis statuentem, extra tenorem scripturæ, si volent, margini inscribant. Pauci tamen sunt, qui hoc observant; quin plerique ipsis scripturis, imò nonnunquam etiam Supplicationibus pro Processibus, allegationes juris inserere solent; *sed non ita strictè curatur.* Allegationes juris quatenus permissæ?

60. Ratio autem abrogationis articulorum hæc fuit: Cùm inter illos sæpius facta, causæ momentum nullum inferentia, vel jura è communi cavea hausta, & facto minùs correspondentia, longâ serie articulata deprehenderentur; quia etiam multi, marsupio magis suo quàm causæ servientes, paginas articulando plus debito extendebant; hoc *Imperatorem & Status* commovit, ut modum articulandi processus, ut ut maximè responsionibus probatorialibus benè formandis aliàs salutarem, è Camera exterminarent, admissâ saltem libello summario. *Rec. Imp. de Ann.* 1654. §. Diesem nechst / etc. 34. Cur abrogati sint articuli?

61. In causis S. Q. libellus statim in primo termino producendus est, sub pœna absolutionis à Citatione. Quæ tamen à reo petenda est, & ex officio, utì desertio vel non devolutio, non attenditur. In causis S. Q. libellus primo termino producendus.

62. Atqui secus in causis appellationum observatur, in quibus libellum edere, nisi communicatis actis, nemo tenetur. *Ordin. p.* 3. *T.* 31. §. Wo aber der Appellant &c. Den. *Termino primo peragenda,* §. 6. Quamobrem si appellans in primo termino acta prioris instantiæ non proferat, sed tantùm Compulsoriales, aut documentum requisitionis actorum: tunc terminum libellandi postulans obtinebit, donec acta prioris instantiæ producat. *Ord. d. T.* 3. *p.* 3. §. So also dem / etc. & d. §. Wo aber der Appellant, &c. Solebant enim olim Procuratores appel- Absolutio à cit. nisi petita, non decernitur in S. Q.

Hodiè etiam in causis appellationum.

appellantium in primo termino, sive acta prioris instantiæ producant sive non producant, terminum libellandi postulare.

63. *Ita quidem olim*: ast *hodiè secus est*, libellus enim in primo termino producendus, nisi judicem ad impertiendam ulteriorem dilationem commoverint causæ, in *d. Recess.* §. Wofern aber/ etc. 66. citatæ; quæ in extractione processuum à supplicante indicandæ sunt, & si dilatio obtenta fuerit, ea in primo termino repetenda foret. Si verò acta in primo termino produci non possint, tum appellans petit ulteriorem terminum, ad producendum acta.

An libellus producendus necessariò, reo non comparente.

64. Sed *quæsitum* est, An actor, Reo forsan non comparente, in primo termino libellum producere necesse habeat, præsertim, quando incertum adhuc est, an libello opus sit, & utrùm actor hanc viam in principali scil. causa, in qua sola libello opus est, vel in contumaciam procedendi electurus sit? Hac enim via, contumaciæ scilicet, si procedatur, (*Vid. infra tit. Adversus rei non comparentis contumaciam quomodo sit procedendum*:) quemadmodum antequam proclama decernatur, nullo omninò libello opus est, sed tum demùm, si post proclama in principali processus inchoandus sit, aut aliàs citatus si comparuerit, sed actor interim ejusmodi actione inani onerandus non sit, præcipuè verò sub gravi pœna, peremptæ nimirum instantiæ, & quidem in favorem contumacis & delinquentis, qui nec ipse, nec judex ante, quod conquerantur, vel requirat, habet, & si quæ culpa erat, ea cum pari contumacis compensanda, præsertim cùm præjudicium illud non ipso jure, sed mediante Judicis sententiâ, & officio ejus, quasi mercenario, contingat, & aliàs contumaci nihil præjudicii facilè adquiratur, sed solùm præsens ad ulteriora sine termino præjudiciali admittatur: adhæc non possit pronunciari facilè quicquam, nisi Reus verè vel præsumptivè (prævio scilicet proclamate;) adsit: proclamare verò, & vocatum non venientem absolvere, posteà non videntur satis congruere, neque tenetur Judex in favorem contumacis supplere, nisi quæ ad merita, veritatem ipsam, & justitiam causæ principalis spectant, ne quid injustè fiat: quoad processum verò, quem citatus nunquam instituere vel agnoscere voluit, aliquid supplere, id Advocati potiùs quàm Judicis munus esse, censendum est.

68. Sed quamvis primùm à *Dnn. Cameralibus*, & deinde à *Deputatis Imperij* in Senatu Electorum *Spiræ*, *Anno* 1595. pro contraria opinione concluſum fuerit, ex rationibus sequentibus: I. Quia *lex ordina-*

dinationis generalis sit, & non distinguat. II. Quia Judici liceat processum accelerare, & contra negligentem actorem ex officio procedere, & altero etiam contumace præjudicialem terminum præfigere aut concedere, quemadmodum etiam in dilationibus hoc casu contumaciæ observetur. III. Quia culpa rei actoris contumaciam per se majorem, præsertim in non agendo, quod præsens agere debuit, excusset, dum circa diversa agatur. IV. Quia actor paratus in judicium venire debeat, utpotè qui satis temporis habuerit ad consultandum. V. Quia aliàs Recessus peculiares habendi essent, quibus judicium aliæque causæ protraherentur. VI. Quia nihil novi esset, citationem extingui sive deleri, aut instantiam perimi, altero absente, fortè per Circumductionem, atque hæc absolutio nihil aliud sit, quàm instantiæ peremptio, quæ etiam sine proclamate fieri possit, citatione jam extinctâ, aut saltem effectu ejus dissoluto.

69. Ex his, inquam, rationibus, quamvis pro contraria opinione, tàm à *Dominis Cameralibus ipsis*, quàm in *Electorum Senatu*, conclusum fuerit, attamen prior in *Senatu Principum* obtinuit, & postea pragmatica Imperii sanctione confirmata est. Vid. Rec. Dep. Imp. Ann. 1600. §. **Dieweil auch bey unserm / etc.** ubi statuitur: Actorem, in primo termino reo non comparente, inani istâ actione sive libelli editione onerandum non esse, quia *Ordinatio part. 3. T. 12. in pr. & §. 1.* ita intelligenda sit, videlicet libellum producendum esse, si citatus vel ipse, vel per procuratorem illo termino comparuerit, & ex aliis rationibus priori opinione suprà adductis. Negatur.

70. *Ista tamen hodiè aliter constituta*; Nam per *Recess. noviss. de Ann. 1654.* §. **Würde hierauff / etc.** 36. duæ in contumaciam procedendi viæ, *processus* ad pœnam banni, & *immissio* ex primo vel secundo decreto, sunt sublatæ, ut acturus in contumaciam necessariò cogatur in causa principali procedere, quod sine libello fieri nequit. Hodiè affirmanda est.

71. Item *quæsitum fuit*: An & quibus in causis libello inscriptis opus sit? *Styloque variatum est*: Et in hoc quidem inter omnes unanimis consensus fuit, in *causis simplicis querelæ*, quia in his ex narratis sive præmissis conclusio, & ex hac actio certa, & jus petendi necessariò consequatur, non aliter quàm in scriptis libellum proponendum esse; *in illis verò causis*, *in* quibus sine litis contestatione procedere licitum est, itemque in causis appellationum, & in causis Mandatorum S. C. judicatum est, vivâ voce per repetitionem narratorum aut actorum Quær. An & quibus causis libello inscriptis sit opus?

rum loco libelli, libellum edi posse : in causis tamen *mandatorum cum Clausula*, in scriptis potiùs libellum proponendum esse.

72. *Et fuerunt, qui inter* executorialia & alia mandata cum clausula distinguendum, & illo casu ejusmodi libello opus non esse censuerunt, unde jus actoris concludi possit, ad quod sententia dirigatur, & secus si fiat, metuendum esse, ne tàm in processu quàm decisione causæ magna obscuritas, rerum confusio, & alia inconvenientia consequantur: *alij verò contrà statuerunt*, libello opus non esse in executorialibus, mandatis & aliis cum clausula, quibus de relaxando captivo ageretur, quia illa per comparitionem non resolverentur: sed processus non alio modo institueretur aut perageretur, quàm in *mandatis* S. C. *ubi planè nullo libello opus esset*, Reus statim, quasi Actoris partes sustineret, & factum suum justificare cogeretur; *sed in alijs causis* mandatorum cum clausula, necesse non esse peculiarem libellum producere, quia narrata atque conclusio, quinimò sententia quasi ipsa, jam in illis non aliter quàm in causis Mandatorum S. C. expressè comprehenderetur.

73. Quia tamen in illo casu super jure & causa principali definitivè pronunciandum sit, & partibus per sententiam expressè aliquid adjudicandum vel auferendum, & tam in petitorio quàm in possessorio, ut intentio & clarior & liquidior fiat, *majoribus conclusum est*, istiusmodi casibus, repetitionibus narratorum, certam & brevem petitionem annectendam esse, intra modum recessibus verbalibus præfinitum, atque præscriptum, sed inter omnes conveniebat, etiamsi libellus in scriptis propositus fuisset, attamen narrata vel acta mandati repetenda, iis denique petitionem sive conclusionem annectendam esse, & si quis alia quàm suprà concessa ratione libellum proferret, eum pro non libellante habendum esse. *Dub. Cam.* 92. *ap. Rosacorb.*

74. *Vid. Recess. Deput. Imp. Ann.* 1600. Demnach ferner in dem Regenspurgisch. etc. 114. ubi pragmatica sanctio est, in *Recessu Ratisb. Ann.* 1544. §. Dieweil auch *circa mandata, &c.* satis dispositum esse, quibus casibus vivâ voce aut in scriptis libellandum sit, & illi dispositioni standum esse, libellumque in scriptis etiam eum habendum esse, qui narratorum vel actorum repetitionem continet, iisque conclusionem subjunctam habet, & si quis aliâ quàm suprà concessâ ratione libellum proposuerit, eum pro non libellante habendum, reumque à Citatione absolvendum.

75. Quibus igitur casibus impetranti liberum atque concessum est,

est, utrùm in scriptis, an vivâ voce libellum proferre velit, si ad libellum proponendum terminum congruum postulaverit, aut obtinuerit, eâ ratione ista electio nondum illi adempta est, neque propterea precisè tenetur libellum in scriptis, & multò minùs articulatim proponere. Etiamsi enim ad repetitionem aut libellum summarium non multum temporis indigeat, neque verò eam ob causam tantum temporis ad producendum libellum postulâsse videtur, quia jam ante penes se constituit, quâ ratione ita pleniùs libellum proponere velit: attamen impetrans illo tempore etiam ad deliberandum, quomodo agere velit, opus habet, cumprimis verò in appellationum & nullitatis causis, (*nam in causis S. C. statim in primo termino libellandum est*) ut primùm acta describantur, perlegantur, & passim ponderentur, neque etiam Procurator statim scire possit, quid animi habeat Principalis, ejusque Advocatus, atque etiam illi tale propositum effectu nullo subsecuto, mutare liberum adhuc sit, quemadmodum etiam videantur *Recessus isti Imper. Anno* 1570. §. Wiewol auch vermög/etc. 89. & Anno 1579. Aber in Fällen/etc. Appellanti liberum permittere, in termino libellandi acta, loco libelli repetere, vel alio modo libellum edere. *Dub. Cam.* 93. *ap. Rosacorb.*

76. Vid. *dict. Rec. Imp. Deput. Anno* 1600. §. So sol auch vermög p. 115. ubi pragmatica Imperii Sanctio est, intra terminum ad libellandum obtentum, (*in appellationum nullitatumque causis*) vel in scriptis libellum proponere, vel acta vivâ voce repetere licere. Vid. *Decret. Cam. publicat.* 13. *Decembr. Ann.* 1593. quo Domini Camerales statuerunt, in causis, in quibus litis contestatio requiratur, semper & non aliter quàm in scriptis, in aliis verò, in quibus sine litis contestatione procedere liceat, & in causis appellationum sive ad libellandum terminus obtentus fuerit, vel non obtentus, vel scripta vel vivâ voce tantùm per repetitionem actorum loco libelli, & cum annexa brevi petitione, (*secundùm Decretum 7. Julij, Anno* 1590.) sub pœna absolutionis à Citatione libellum proponendum esse.

Ubi litis contest. requirit. ibi libell. inscript. necessarius.

77. *Sed major dubitatio fuit*, si quis prorogationem termini, ad libellandum obtenti, sine probatione impedimenti postulâsset, aut in eventum acta loco libelli repetivisset, aut postea termino lapso in scriptis libellum proposuisset, *an ista repetitio loco libelli admittenda?* (De libello enim scripto, ut seriùs producto, nullum dubium est.) Procurator enim eâ ratione testatum facit, quòd à suo principali illud in man-

De repetitione actorum loco libelli habenda.

datis non habuerit, id quod etiam illa quæ postea aguntur, ostendunt & manifestum faciunt, utpote ex quibus notorium, principalem in scriptis libellum producere voluisse, sed intra terminum libello instructum non fuisse, nec Procuratori mandavisse, ut vivâ voce libellum proponeret.

78. Verùm pro mitiori modo concluſum est, quòd illo casu libellus ultimus non admittendus, neque tamen etiam prima repetitio repudianda sit, cùm non prohibeatur Procurator per se, etiam in medium, sine speciali instructione, consulere, prout etiam aliàs tenetur ita appellare, & ea in re principalem non contradicturum, sicuti etiam non præsumatur, malle totius causæ jacturam facere, quàm id approbare, quin ita acturus si fuisset præsens, quam potestatem expressè Procuratori concedit mandatum. *Sed fuerunt*, qui æstimavêre, Procuratorem, qui ita inutiliter & frustrà egisset, mulctandum esse. *Dub. Cam. 94. ap. Rosac.* Vid. *Rec. Imp. Deput. Ann.* 1600. §. In dem Fall da einer. 116. Ubi pragmatica sanctio est, non rectè, *id est*, sine documento impedimenti petita prorogatione, loco libelli in eventum factam repetitionem admittendam, sed scriptus libellus, si postea producatur, rejiciendum esse.

An in libellando variare liceat?

79. Præterea *quæsitum est*, quòd si semel summariè in scriptis aut vivâ voce libellus editus fuerit, an posteà variare & articulatim, aut primùm viva voce, postea in scriptis libellum edere liceat? Multi sanè in ea opinione fuerunt, quòd in eo à jure communi per *Rec. Imp. Anno* 1570. §. Wiewol auch vermög ꝛc. 98. discessum non sit: & *jure communi* cùm liceat etiam universum libellum ante litis contestationem mutare, utpote à qua primum judicium, super re in illud introducta initium sumat, neque verò *Recessus* de illis exigui momenti variationibus, sed ita intelligendus sit, ut si ab initio & ante litem contestatam summariè libellus propositus fuerit, postea post litem contestatam non liceat libellum articulatum proponere, & propterea novus terminus instituendus sit ad articulandum, respondendum &c. Sed si quis actionem suam articulatim proponere in animo habeat, statim in primo termino proponat, sed post terminum non audiatur, *cùmque correctoria quasi sit dicta constitutio juris communis*, & ideò non extendenda, neque præsumatur voluisse id mutare, ut re quasi integrâ & ante litem contestatam atque cœptam, adhuc non liceat consilium in melius reformare, quemadmodum etiam processus per ejusmodi mutationem aut variationem parum aut nihil admodum, præcipuè verò, si terminus ad libellandum per actorem obtentus anticipetur, & postea illo nondum omninò adhuc

lapso

lapso, mutaretur, cùm & confessionem priusquam acceptetur, judicialiter revocare liceat.

80. *Alij verò* per majora conclusêre, *variationem illam concedendam non esse*: simul atque enim termino obtento aliquis uteretur, ita ut adversarius super illis quæ acta sunt, terminum obtinuerit, tunc primum terminum finitum esse sive cessisse, & alterum incipere, qui parte invitâ revocari aut uterque quasi eventualiter simul currere non possit, & *in Recessu* ponantur verba geminata prægnantia, ut simul & in primo termino articuli proponantur, aut posteà, *post primum terminum scil.* articulis via præcludatur: nam alioquin etiam ex illa leviore, & fortè non necessaria causa litis contestationi non parum remora injici possit; & existimatum est, magnum discrimen esse, inter hanc variationem circa processum semel electum, & aliam quæ ad merita & actionem ipsam, quæ fortè nec hodiè mutata censenda. *Vid. Rec. Deput. Imp. Anno* 1600. *Spiræ.* §. Es sol auch / wann einmal. 119. ubi sancitur, ut libello semel sive in scriptis, sive vivâ voce proposito, nec articuli postea, nec libelli variatio, & ne durante quidem termino permittatur. *Confer. Rec. Imp. Anno* 1570. *Spiræ* §. Wiewol auch vermög ꝛc. §. 89.

81. Secundùm *ordinationis legem part.* 3. *T.* 31. §. Und so fern von einer ꝛc. in causis appellationum à simplici interlocutoria, non aliter quàm per repetitionem instrumenti, vel schedulæ appellationis, libellandum est, quia ex instrumento & *actis prioribus ejusmodi appellatio justificanda*: ad hoc verò cùm nullum omninò tempus requiratur, & sæpiùs termino postulato & ex adverso concesso, ea ratione protelationi processus causa præbeatur, placuit, dispositioni, d.t. §. Und so fern von einer Beschwehrung ꝛc. standum esse, & Procuratoribus injungendum esse seriò & sub pœna, ut in *inscriptione causarum*, tam præsentium quàm futurarum, significent Appellationis ab interlocutoria causam esse. Vide *Rec. Imp. Deput. Anno* 1600. §. Nachdemmahlen in unser Käyserlichen ꝛc. 118. quo Judex statim scire possit, quid circa Processum faciendum, & si propterea lis orta fuerit, eam in initio litis dirimere habeat, & processui futuro modum præscriberet.

In appell. à S. interloc. quomodo libellandum?

82. Ut libellus integer sit, repetitioni instrumenti aut schedulæ appellationis *brevis petitio* annectenda est, ut Judex benè appellatum, & malè judicatum esse pronuntiet. *Ord. part.* 3. *d. tit.* 31. §. Und so fern von einer Beschwehrung.

Libello ejusmodi annectenda petitio.

Libellus in appellat. à definitiv.

83. Sed à *definitiva* vel vim definitivæ habente si appellatum fuerit, libellus in communi forma, id est, simplex vel articulatus in scriptis exhibendus est, *cum annexa petitione*, ut Judex malè sive nulliter judicatum & benè appellatum esse pronunciet. *Ord. d. t.* 3. §. Wo aber von einer ꝛc.

De admissione gravaminum appellationis, dubia.

84. In *gravaminibus appellationum*, sæpè multumque *dubitatur*, & non satis liquet, an & quatenus admittenda sint, quia plerumque generaliter deducuntur, & prior tantùm libellus de verbo ad verbum repetitur, qua ratione judices sæpius supervacanea & molesta repetitione actorum gravantur contra *legem ordinationis part.* 3. *tit.* 32. §. So sollen auch die ꝛc. *circa finem*, quemadmodum etiam citra controversiam non est, an planè priores articuli sine omni discrimine, si modò pro relevantibus illi admissi fuerint, probandi, præcipuè verò eodem modo, quo ab initio probati fuêre, & fortè etiam per eosdem testes.

85. Quamobrem, etsi non defuerint, qui judicarent hoc factu difficile & Stylo contrarium esse, & *Anno* 1585. inter alia dubia quidem propositum; sed Visitatorum approbatione omissum fuisse, & insuper Judex ejusmodi deductione Advocatorum niti non posset, & actorum hinc inde deductorum revisione, magis molestaretur atque gravaretur: *attamen per majora conclusum est*, appellantibus injungendum esse, ut in gravaminibus suis in specie exprimant, quid de novo proponant, & de novo præterea deducere in animo habeant, & qua ratione illud in secunda instantia amplius probare velint, qua in re & quamobrem per judices priores se gravatos esse existimet, & ita in istis omnibus tanquam in incerto vagandum non esse, quemadmodum illud etiam in *ord. part.* 1. *tit.* 41. §. 2. de partibus pauperibus constitutum reperiatur.

86. Et quia hæc res in arbitrio judicis posita esset, contra ejusmodi deductionem specialem, non opus esse deductione speciali contraria, ex parte appellati, quia gravamina & acta aliàs hâc ratione satis declararentur, & eâ ratione multò faciliùs videre & concludere haberet, quid ad probandum admittere vel non admittere debeat, de quo unico in puncto gravaminum agatur: & quod *Anno* 1585. propositum fuisset, id ad appellatum pertinuisse, illi videlicet injungendum esse, ut gravamina deducta in specie impugnaret, quod illi factu impossibile esset.

87. In *hoc dubio* ad deputatos Imperii Ordines *Anno* 1595. *Spiræ* delato, Senatui Electorum, L. *per hanc.* 4. *C. de temp. & repar. appellat.* nimium restringi visa est; Quamobrem secundam Cameralium opinionem

nem approbavit, hâc declaratione additâ, ut imposterum appellantes, in suis gravaminibus, non solùm in specie exprimerent, qua in re per judices priores se gravatos esse arbitrarentur; & quodnam illud esset, quod jam ante in prima instantia propositum fuisset, & ampliùs probare vellent, verùm etiam, quod ex integro proferre habeant, & qua ratione appellantes hoc vel illud (*citra tamen onus superflui, & cum reservatione eorum, quæ ad conservationem juris sui valere illis videbuntur; & quæ in eorum notitiam posteà demùm venissent*) in secunda instantia ampliùs probare in animo haberent, ne appellantes ita in incerto vagarentur, & judex statim videre posset, an gravamina ejusmodi proponerentur, quæ admittenda essent.

88. Sed reliquorum *Principum & Ordinum Senatus* censuit, legi *ordinationis*, utpotè quæ *juri scripto & Stylo* maximè conveniens, inhærendum, & propterea *Decretum Cameræ* 13. *Decembr. Ann.* 1593. publicatum antiquandum esse, cujus summa fuit, ut semper cum gravaminibus appellans qua in re se gravatum existimaret, quidve amplius, & quibus modis, de novo probare vellet, sigillatim, & scripto exprimeret significaretque, & secus si fieret, gravamina ne admitterentur, vid. *Rec. Imp. Ann.* 1600. *Spiræ*. §. Es seynd in den *gravaminibus & c.* ubi illa Senatus Principum cæterorumque Ordinum opinio suprà posita sanctione pragmatica confirmatur, & *Decretum istud Cameræ antiquatur.*

89. Verùm in *Recessu novissimo, de Anno* 1654. §. Zu Beförderung etc. 64. hic *recessus deputationis* rursum cassatus, & ut juxta *Comm. Conclusum Cameræ de Anno* 1575. quod approbatum per *Visitatores Anno* 1595. appellans 1. in quo se gravatum sentit, 2. quæ in secunda instantia melius probare, 3. noviter deducere contendit, in libello indicet, ordinatum est. Vid. etiam *Comm. Concluſ. Cam. de Anno* 1655. 30. *Octobr.* §. Dann sollen ꝛc. Hodiè libellus Appellationis quid comprehendere debeat.

90. *Quartò* (*vid. suprà* §. 47. *h. t.*) causæ in primo termino suis inscriptionibus sive titulis signandæ atque distinguendæ sunt; intellige, si plures causæ inter easdem partes in judicio pendeant. *Ord. d. t.* 12. *p.* 3. §. Und wo also in ꝛc. Titulus causæ adsignatus ad finem usque litis & tantisper, dum in titulo causæ nominati in lite fuerint, retinendus. Aliàs enim illorum heredes quoque nominari solent: *v. c. In causa quondam NN. nunc eorum heredes, in actis nominati.* In primo termino causæ suis titulis signandæ.

91. Et tertius interveniens titulum causæ primum non mutato. *Ordin. p.* 3. *d. t.* 12. §. So auch folgends ꝛc. Solet tamen in Conceptione sen- Tertius interveniens titulum non mutat.

sententiæ etiam nominari, maximè, si ipsi in specie quid agendum sit, his verbis: **In Sachen N. Klägern wider N. Beklagten/** *Citationis ad vidend. exigi debitum, in specie* **den** *Intervenienten* **betreffend. In Sachen N. Klägern eines / wider N. Beklagten andern Theils / N. Intervenienten dritten Theils.** Quod tamen non, nisi in sententiis definitivis apponi solet. *Quæ hactenus prolata sunt, in primo termino, tam in causis simplicis querelæ, quàm appellationis peragenda fuerint.*

quę ulterius in appell. caus. in pr. term. agenda.

92. Præterea in causis appellationum, *Quintò*, processus inhibitionum & compulsorialium executi producendi sunt. *Ord. p. 3. tit. 31. in princ.*

Formalia Appell. quomodo justificentur. 6.

93. *Sextò*, ad formalia appellationis probanda justificandaque, acta prioris instantiæ, aut si coram Notario appellatum fuerit, instrumentum appellationis producendum est. *Ordin. ibid. &* §. **So sollen fürs** &c. Verùm ad formalium Justificationem *non acta* prioris instantiæ, *sed aut extractus* protocolli, si vivâ voce appellatum, aut si in scriptis coram Notario, instrumentum producendum est; si tamen acta producantur, ex quibus ad protocollum appellatum esse, constiterit, ad ea posset fieri relatio, ut plurimum tamen extractus specialis, in extrahendis processibus exhibitus, producitur.

Adjuncta litt. vel num. signanda.

94. Omnia autem *illa adjuncta* literarum notis signata atque distincta producuntur, sed productorum contenta ne repetuntor. *Ord. d. t. 31.* §. **Und sol das alles** &c. Hæ notæ sint *vel litt.* A.B.C. vel *etiam numeri* 1. 2. 3. signa etenim Martis, Mercurii ab aliquibus apponi solita, ratione confusionis, Procuratoribus prohibita fuerunt.

Pœna quæ sit Instrum. App. in 1. termino non producentis.

95. Si instrumentum appellationis non statim in primo termino, *secundùm ordinationis legem*, ad justificandum formalia producitur, præjudicium sive pœna dissimilis hactenus fuit: quia *ordinatio* hoc casu pœnam expressè non constituit, sed duntaxat si acta non producantur, absolutionem à Citatione imperat, *part. 3. tit. 31.* §. **So sol** &c. Sed in *memoriali Visit. Ann.* 1564. §. **Und demnach** &c. 28. arbitraria tantùm pœna cum eo quod interest, contra Procuratorem statuitur.

96. Sed cùm *ordinatio* §. **Derowegen** &c. *d. tit.* 31. in aliis casibus levioris momenti, veluti si acta aut documentum requisitionis non producuntur, & eâdem penè ratione (quod putatur) quia nimirum formalia non justificantur, pœnam absolutionis à Citatione constituat, & eâ ratione in casu proposito lites similiter sine justa causa protrahantur, & judici molestia aspergatur, quia forsan posteà contingat, ut instrumenta

menta illa, tanquam non sufficientia & minùs legitima agnoscantur, & propterea nihil negotii faceſſat, utpote, quem inſtrumenta, ſi quæ ſunt, ſtatim in principio litis, ad proceſſus nempe impetrandos, in promptu habere oporteat, & quibus principales ampliùs opus non habeant, aut illa à Notario facilè, ſi neceſſitas ita poſtulet, habere poſſit, *inſtrumenta appellationis impoſterum in primo termino producenda eſſe, placuit*, ſub præjudicio ſive pœna abſolutionis à Citatione. *Dub. Cam.* 82. *ap. Roſac.* Id quod pragmatica Imperii ſanctione extat. *Rec. Imp. Ann.* 1600. *Spiræ*, §. Wann die *Inſtrumenta Appellationis &c.* 104.

97. *Septimò*, actis nondum à judice obtentis, quàm citò ſe ea editurum judex pollicitus fuerit, documento (*quod requiſitionis vocatur*) appellans in primo termino docebit, vel ſaltem Proceſſus compulſorialium hoc termino poſtulabit. *Ordin. d.t.* 31. §. Derowegen dann etc. 7. Primo termino Compulſoriales rogandæ.

98. Sed *hodiè* Compulſoriales, unà cum Proceſſibus, ſub pœna deſertionis rogandæ, & documentum, factæ requiſitionis actorum intra diem trigeſimum à die appellationis, tum ſupplicationibus pro proceſſibus, adjungendum, tum etiam in primo termino, ſub eodem deſertionis periculo producendum eſt. *Receſſ. Imp. de Anno* 1654. §. Deßgleichen ſollen etc. 60. *& §. ſeqq.* Hodie Compulſor. cum aliis app. Proceſſ. rogandæ.

99. Iſtis, quæ hactenus dicta, prætermiſſis, nec juſtis impedimenti cauſis atque excuſationibus allatis, appellatus ſi petat, ſine mora à Citatione abſolvendus, *Ord. d.t. &* §. Derowegen dann etc.

100. *Hodiè verò*, ob non productum in primo termino Documentum requiſitionis actorum, non pœna abſolutionis à Citatione, ſed *deſertionis* locum habet; niſi judex, actis intra 30. dies requiſitis, terminum certum conſtituiſſet; tunc enim etiam ulterius documentum, *ſub pœna abſolutionis à Citatione*, in primo termino reproduci debet, vigore noviſſ. Rec. Imp. §. Dabey gleichwol 63. vid. infr. §. 108. Lib. 1. tit. 25. §. 17.

101. Si autem Judex, ad factam requiſitionem, nullum omninò terminum conſtituiſſet, quid tum appellanti faciendum? Quamvis hæc res non parum dubioſa ſit, & *inter Aſſeſſores* ſummoperè diſputatum, aliquibus ulterius Documentum non minùs, ac ſi Judex terminum dediſſet, ſub pœna abſolutionis requirentibus: *in eam tamen potiùs ſententiam* itum eſt, Appellantem in dubio, propter hanc omiſſionem, maximè ſi cauſa principalis pro ipſo ſtet, ſpe ſuâ fruſtrandum non eſſe. Si term. ad actor. edit. non ſtatutus, quid appellanti faciendum?

102. Majus dubium hoc eſſet, ſi, *ut in cauſa A. contra F.* contigit, Procurator in primo termino certum tempus, ad producendum acta,

petiisset, illudque sine petitione prorogationis elabi passus fuisset: quamvis etiam in hoc casu in favorem appellantis pronunciandum, visum fuerit. *Tutissimum igitur erit*, si Procuratores non tantùm intra tricesimum, sed etiam ex post-facto, vel per nuntios Camerales, processus insinuantes, vel aliàs Acta requirant, eaque de re ulterius Documentum proferant, & vel tempus ad producendum acta, vel arctiores Compulsoriales, siquidem ea edi nollent, petant.

Qu. de Documento requisit. actor. 1. termino producendo.

103. An Documentum requisitionis Actorum præcisè & sine discrimine, statim in primo termino, sub præjudicio sive pœna tam gravi, jactura scil. totius causæ producendum sit? Sæpiùs *in Camera* dubitatum fuit. *Et quidam existimaverunt*, documentum illud tam exiguo temporis spacio impetratu difficile esse, cumprimis verò partibus ab inferiore judicio longè dissitis, vel si plures sint, & sæpiùs Notarii haberi non possint, & Judices non rarò in Documentis ejusmodi communicandis, litigatoribus sese difficiles præbeant; Præcipuè verò, si per Compulsoriales ad editionem Actorum compellantur: Quapropter metuendum, ne appellantes, pro evitando periculo, facilè compulsoriales ante Citationis reproductionem impetrent, aut impetratas non ante quàm sub ipsum fatalium finem, & ita aliquando longè post terminum Citationis reproducant, sed differant, & videant, an interim ejusmodi documentum impetrare queant. Etsi enim tenetur appellans, statim post interpositam appellationem, editionem actorum postulare; *Ordin. p. 2. tit. 31. §.* **Derowegen ꝛc.** attamen etiam illi tempus ad deliberandum de prosecutione, concedendum esse: & requisitionem istam antè factam esse, sed nihil obtentum, & nullam editionis spem esse in decernendo Compulsoriales, ultrò præsumi, alioquin enim istis sumptibus se gravaturus non esset, nec ante Compulsoriales Documento aliquo opus esse de requisitione, sed stare narratis. Posteà verò, scilicet postquam Compulsoriales emanaverint, ejus scil. quod præcesserit, nullam rationem habendam esse, quòd post Compulsoriales Decretas finem, & res quasi aliam faciem sortita sit.

104. *Quamobrem quidam putârunt*, de rigore aliquid remittendum esse, vel rem ita temperandam esse, ut appellans statim in primo termino eo nomine ne periclitaretur; Sed illi ultra tempus prius, paucarum hebdomadum vel dierum spacium, vel saltem sex juridicarum, quemadmodum in circumductionibus, indulgeretur, præcipuè verò intra fatalia adhuc, quod tempus illi utile esset, per totum, & appel-

lan-

lantem si tempus illud anticipare & causam promovere cuperet, propterea periculo exponendum non esse.

105. *Alij & plures quidem existimavêre*, ab expressa *Ordinationis* dispositione & *Decreto Cameræ* publico per *Visitatores* approbato, discedendum non esse, quia appellans satis temporis haberet, sex scil. mensium spacium, intra quod Documentum impetrare posset, nec etiam ordinationem ipsam, & publicum Cameræ Decretum post Compulsoriales demùm documentum requisitionis exigere, sed generaliter statuere, ut in primo termino comparitionis appellans de requisitione illud doceat, etiamsi fatalium tempus nondum abiisset: & nec ordinationem nec decretum distinguere, nec ullum de fatalibus ibi verbum facere, & constitutum esse, ne res in primo termino agenda, in plures atque distinctos Recessûs dividerentur, & appellanti, nisi Citationem reproduceret, periculum processûs in contumaciam subeundum esse, & inconvenientia reliqua allegata dispositionem ordinationis mutare non posse, quia non præsumendum, per *Statu Imperij*, ut legum ordinationis Conditores, illa ponderata non fuisse. *Dubium Cam. 83. ap. Rosacorb.*

106. Vid. *Recess. Imp. Dep. Spiræ Anno* 1600. §. Ob auch die *Documenta Requisitionis in primo termino &c.* Ubi pragmatica Imperii sanctio est, documentum requisitionis in primo termino, nisi quis tota causa cadere velit, producendum, nec ab expresso ordinationis textu, neque à Decreto publico per *Visitatores An.* 1585. *approbato*, recedendum esse.

107. Addatur *Recess. noviss. de Anno* 1654. §. Ob er auch schon die Urthel ꝛc. 61. Ubi pragmaticè sancitum, ut hoc documentum, requisitionem intra 30. dies à die appellationis esse factam, probet, nisi appellans causam desertam velit, & *hoc jure hodiè utimur.* Hodiè absolutè necessarium est documentum illud.

108. Immò si Judex ad primam (*vid. supra l. 1. tit. 25. §. 17.*) requisitionem Actorum, intra certum terminum, promiserit, eo absoluto acta, sub absolutionis præjudicio, denuò sunt requirenda, & Documentum desuper importandum, *d. Rec. Imp.* §. Dabey gleichwol ꝛc. 63. *In quo cautela pro appellato est*, ut, si intelligit hanc iteratam requisitionem esse omissam, per Notarium & testes curet actuarium interrogari, an requisitio denuò facta sit? Vel ipsemet requirat judicem, ut de negligentia appellantis attestetur, daß er die Acta post Terminum nicht wiederumb requirirt habe/ daß er selbige habe liegen lassen/ & quæ pro docenda negligentia in requirendo similia accidunt, deinde obtentum De iterata actorum repetitione. Cautela pro appellato.

desuper Documentum in Camera producat, urgendo absolutionem. Ita ante *noviss. Recessum in causa* Johann Behmen contra Hasenkrohg *Appell.* absolutio hoc medio obtenta 1. *Octobr. Anno* 1640.

An Compulsorialibus non emanatis probanda sit requisitio.

109. Quando ab initio cum aliis Processibus, Processus Compulsorialium extrajudicialiter non emanaverint, *quidam existimavêre*, nihilominùs cum reproductione Citationis de requisitione actorum docendum esse, quemadmodum docendum foret, si compulsoriales emanâssent. Quia illo casu præsumptio contra appellantem fortior esset, quàm aliàs, quòd videlicet non in judice, sed in appellante ipso culpa sit, quò minùs acta producerentur: quia ipse judicaverit, judicem ad editionem actorum promptum atque paratum fore, & Compulsorialibus opus non esse, & propterea, quia per judicem non steterit, eò magis appellanti incumbere, ut adhibitæ diligentiæ documentum producat, quod hoc casu faciliùs impetrare possit, si judex paratus sit edere, & aliàs quantumvis Compulsoriales non exierint, quia etiam appellans ante & statim post interpositam appellationem acta ab inferiore Judice postulare atque requirere teneatur, quemadmodum etiam *Ordin.* §. Wo aber ꝛc. *tit.* 31. *part.* 3. quoad Documenta hæc producenda, non distingueret, utrùm Compulsoriales emanaverint nec ne.

110. *Alij verò isthoc casu* documento requisitionis opus non esse censuerunt, quia *Ordinatio d.* §. Derowegen ꝛc. *tit.* 31. expresè statueret, quòd sufficiat isto casu, si nimirum neque Compulsoriales emanaverint, neque documentum requisitionis exhibitum fuerit, Compulsoriales in primo termino petere; & ad impetrandos compulsorialium Processus documentum non requiri: & fieri possit, quòd appellanti bona spes de edendis actis à Judice facta fuerit, ita ut non putaverit documento aliquo aut Compulsorialibus opus fore, sed postea editio actorum non sequeretur aut protraheretur, quemadmodum etiam *Ordinationis Constitutio* suprà allegata, publico *Cameræ decreto septima Junij Anno* 1585. publicato, repetita fuisset, quamobrem ab ordinatione & decreto illo publico recedendum non esse voluerunt. *Cam. Dub.* 84. *ap. Rosacorb.*

111. Vid. *Rec. Dep. Imp. Anno* 1600. §. Ferner ist zu unserer ꝛc. 106. ubi pragmatica Imperii sanctio est, si ab initio cum aliis Processibus compulsorialium Processus non emanaverint, appellantem documentum requisitionis impetrare & cum reproductione Citationis exhibere non teneri.

112. Verùm hæc *disputatio hodiè cessat*, quia Compulsoriales, sub pœna desertionis, unà cum Processibus ipsis sunt rogandæ, *Recess. Imp.* 1654. §. Deßgleichen sollen ꝛc. 60. Nisi quis securus esset, Judicem Acta cum rationibus decidendi certò editurum, tunc enim *suo periculo* intermittere potest. Hodiè cum processibus ipsis rogandæ sunt Compulsoriales.

113. Sed quid, si Appellans in primo termino comparens, sed reo non comparente, documentum requisitionis non producat, sed posteà demùm in secundo termino, appellato comparente, producat, appellatus autem illud impugnet, eò quòd seriùs atque post terminum producatur, an propterea reo absolutio à Citatione decernenda? *Fuerunt qui existimârunt*, parem culpam impetrantis non producentis, & citati non comparentis, compensandam esse, & primum terminum illum habendum esse, quo uterque præsens est, ut agi possit; Cumprimis verò, cùm defectus iste ex officio & parte non postulante, non sit attendendus, atque absolutio ista post terminum primum per citatum peti non possit, quapropter, sicuti seriùs producentem, ita seriùs petentem audiendum non esse. Alia dedocum. requisit. quæstio.

114. *Contrarium* autem ab aliis & per majora *concluſum* est, quòd appellatus, etiamsi postea comparuerit, attamen in primo comparitionis suæ termino audiendus sit, quia appellantem in primo & citationis termino paratum & documentum producere oporteat, quatenus illud ad manus habeat, sin minùs illum in culpa deprehendi. Ergò &c. Et neque *ordinationem* neque *decretum Cameræ* distinguere, sed generaliter statuere: quamobrem sive appellatus compareat, sive non, distinguendum non esse, & satis esse existimatur, quòd citatus nihil tum egerit, vel ad ulteriora nondum processerit; nam si priùs comparuisset, priùs absolutionem à Citatione petivisset. *Dub. Cam.* 85. *ap. Rosacorb.*

115. Vid. *Rec. Dep. Imp. Anno* 1600. §. Gleichermassen sind bißher ꝛc. 107. ubi sanctio est pragmatica, appellatum, quatenus Compulsoriales emanaverint, non minùs audiendum, & absolutionem à Citatione decernendam esse. *Imò hodiè*, quatenus periculo suo Compulsoriales rogare omisisset, documentum nihilominùs producendum, *quia acta intra trigesimum requisita esse, appellationis quoddam formale esse videtur*, etiam in casu, ubi acta in primo termino producerentur, ut multi, quibus causa ex hoc capite deserta pronunciata, suo damno experti sunt. Jus hodiernum.

116. Quòd si ex actis & rebus in primo termino peractis appareat, Judicem Acta editurum non esse, sed editionem negaturum, veluti si Rursum alia quæstio de eodem argumento.

eo nomine exceperit, aut erga Nuncium Cameræ de Actis non edendis se declaraverit. *Aliqui in ea fuerunt opinione*, quòd nihilominus teneatur appellans probare, se requirendo nihil intermisisse, quia aliàs factum tertii illum non excusat, & appellans etiam scire non possit, quid Judex, si requisitus fuisset, animi habiturus fuisset, neque jus, per omissionem requisitionis, appellato quæsitum auferri debeat.

117. *Sed alij per majora concluserè*, quia isto casu impossibile sit documentum requisitionis à Judice impetrare, & nemo ad illud, quod manifestè laborem inanem pariat, cogendus sit, & prætereà hoc casu constet, quòd per Judicem non per Appellantem steterit, de cujus diligentia debita potiùs quàm de lata culpa præsumendum: Quamobrem appellantem hoc casu extra periculum, & à pœna immunem esse, & excusatum haberi debere: *& ab alijs* prætereà consideratur, quòd loco requisitionis sufficiat, si probetur, documentum requisitionis haberi, aut requisitionem fieri non potuisse. *Dubium Cam. 86. ap. Rosacorb.*

118. Vid. *Rec. Dep. Imp. Spiræ Anno 1600.* §. Wann auch auß den Actis &c. ubi pragmatica sanctio est, appellatum pro excusato habendum esse, si ex actis & illis, quæ primo termino aguntur, expressè appareat, judicem acta edere nolle, & editionem eorum negâsse.

Jus hodiernum.

119. *Hodiè tamen talia* appellantem in omissa requisitione vix excusabunt; quia hîc non attenditur voluntas Judicis, ad edendum parata, sed diligentia appellantis in requirendo; quæ etiam Documento Notarii, nomine principalis acta requirentis, & per instrumentum de hac requisitione attestantis, edoceri potest. Vel alio etiam modo legitimo, *scil. acta intra tricesimum requisita esse.*

Relatio nuncii an pro Documento requisit. sufficiat?

120. Si nuncius Cameralis in relatione sua de executione, inter alia referat, judicem ad insinuationem Compulsorialium declarâsse, quòd intra certum temporis spacium acta edere velit: *à multis judicatum* atque ita observatum fuit, quòd hoc pro documento requisitionis sufficiat, quia pars relationis atque executionis nuncii sit, qui vigore dispositionis, *legibus ordinationis* expressè, quicquid ipsi in Processuum insinuatione responsi datum est, diligenter consignare & relationi suæ inserere debet, sine dubio hanc ob causam, ut Judex inde sciat, quid sibi faciendum sit: & sic consequenter omnibus his necessàriò fides habenda, & res quia unus atque continuus actus est, non facilè separationem patitur, ut partim relationi credatur, partim non credatur, & aliàs, ut ante dictum est, sæpiùs difficile sit, alia documenta ob distantiam domi-

micilii appellantis à Judice ob defectum Notariorum impetrare: ad hæc *ordinatio* atque *Decretum* Cameræ magis principaliter documentum requirere videatur, quàm citò Judex acta se editurum receperit, quàm quòd judicem appellans requisiverit: sufficere enim videtur, quòd constet, judicem etiam citra requisitionem vel cautionem de mercede acta transcribendi paratum quidem esse acta edere, sed non potuisse, ita ut statim primo termino produci potuerint, & quantum temporis ad reproductionem eorum adhuc indulgendum sit, sicut nec opus est de requisitione maturiùs & ante Compulsoriales insinuatas facta docere, sed satis est, quòd quandocunque etiam post Compulsoriales Judex requisitus sit, dummodo id factum esse in primo termino doceatur.

121. *Sed ab alijs existimatum est*, quòd hoc per se extra officium nuncii, judicis munus sit, & appellantis præcipuè partes sint id curare & expedire, & quidem maturè & intra triginta dies, post appellationem interpositam, *secundùm Ordinationis constitutionem*, ut documentum haberi possit; Appellantem enim Judicem requirere, & de mercede cavere, quorum nihil ferè commodè per nuncium, judicis non partium negotia expedientem, peragi possit, quemadmodum etiam huic negotio operam navare non possit nec debeat.

122. *Per majora tamen conclusum est*, nuncios Camerales speciali juramento eò adstringendos esse, quòd requisitionem illam, quatenus appellantes hoc ab illis petiverint, diligenter exequi, & quo pacto hoc ab illis petitum, & à se expeditum sit, & quid responsi acceperint, in relationibus suis diligenter consignare velint, & ejusmodi relationibus fidem tribuendam esse. *Dub. Cam. 87. ap. Rosacorb. quæ Conclusio per Rec. Imper. Spiræ Ann. 1600. confirmata est*, §. Demnach auch nicht außdrücklich ꝛc. 109.

123. Quæritur, an missiva privata de requisitione attestans, absolutionem præcavere queat? Neg. uti judicatam *in causa* Claus von Münchhaußen *contra Anthon* Gölers Wittib / apud Klock *relat.* 94. & 96. Si tamen ejusmodi privata à Secretario, ut nonnunquam fieri solet, vel alia persona in judicio constituta, exarata fuisset, sine dubio etiam fidem obtineret. *Jung. Jup. lib. 1. tit. 25. §. 18. 19.* Qu. de missiva privata.

124. Si appellatus absolutionem à Citatione, ex causa non factæ requisitionis, petere omiserit, sed in causa procedere perrexerit, *plerique judicârunt absolutionem ex officio decernendam esse*, quia citato jam jus quæsitum fuerit, & non præsumendum, illum facilè de suo jure cessurum, Absolutio à Citatione an ex officio decernatur?

rum, quia cumprimis ad certam & præsentem victoriam totius causæ expeditissimum, ob desertionem inde consequentem cum expensis, obtinere, id quod etiam retractu quàm difficillimum sit, siquidem appellans, quia satis temporis maturè id curandi habuit, non facilè ullam aut sufficientem causam pro restitutione obtinenda prætendere possit, quamobrem non præsumendum, omissionem petitionis appellati voluntate, sed potiùs si non collusione, saltem negligentiâ Procuratoris accidisse. Et præterea illud, non solùm in partis, verùm judicis favorem, & ipsius etiam contemptum, si omittatur, vergere. Et quamvis *Ordinatio* adversæ partis *implorationem* requirat, attamen id temporis *terminum præjudicialem* nondum constitutum fuisse, qui jam observetur, per quem ipso jure parti aliquid adquireretur, & propterea etiam verba illa, *ad implorationem partis*, in *ordinatione* posita, in *Decreto Cameræ* omissa, sed absolutionis comminationem simpliciter hoc casu positam esse.

125. *Sed contra opinionem per majora conclusum est*, absolutionem illam ex officio fieri non posse, quia *ordinatio* expresse implorationem partis requireret, quo casu Judex officium ultrò non impertitur, sed vigilantibus succurrit, & sibi imputare debet, qui vel ipse petitionem omisit, vel Procuratorem de ea re non admonuit, contra quem etiam regressum haberet: neque verò existimetur, hic terminus (quicquid de aliis sit) sic omninò præjudicialis esse, ita ut ipso jure parti jus aliquod quæsitum sit, sine prævia cognitione & declaratione absolutionis, qua utique opus erat; aliàs enim ea superfluè sequeretur: & potiùs præsumptionem in bonam partem, quàm de collusione, negligentia vel culpa locum haberet, & citatus forsan suo jure fidere, & causas expedire mallet, quàm in Processus periculum in puncto responsionum & restitutionis, (cujus infinitæ causæ esse possunt, quas difficile sit divinare) se conjicere, & forsan communi appellationis beneficio uti mallet, utique etiam satis expressa ejus circa hæc voluntas censenda, ex quo ad ulteriora procederet, hoc omisso cùm non ignoraret, nec ignorare deberet, quid pro se hoc casu constitutum esset. *Dub. Cam.* 88. *ap. Rosacorb.*

126. Vid. *Rec. Dep. Imp. Anno* 1600. *Spiræ*, §. Wann ferners der Appellat &c. 110. Ubi pragmatica Imperii sanctio est, appellato absolutionem à Citatione, ex causa non factæ requisitionis, non petente, sed in causa ad alia procedente, absolutionem à Citatione non ex officio, sed secundùm *jus scriptum* ad implorationem partis decernendam esse.

127. Ab

127. Ab hoc tamen per strictiorem dispositionem *Recessus novissimi, de Anno* 1654. §. Ob er auch schon ꝛc. 61. Et pœnam desertionis huic annexam, rursùm videtur recessum esse, cùm *in praxi* jamdum præjudicia observata *& suprà libr.* 1. notata sint, in quibus causa ob omissam hanc requisitionem deserta pronunciata, appellato in primo termino licèt talia non urgente, sed simpliciter litem contestante & ad libellum respondente. Jus hodiernum.

128. Est enim *pœna desertionis à pœna absolutionis à Citatione* diversa: illa ipso jure causam ad judicem à quo revolvit, & jurisdictionem Superioris cessare facit; hæc non. Item illa facit, ut causa ex officio deserta pronunciari posset, etiamsi ad conclusionem usque processum; in tantum, ut definitiva propediem esset ferenda. De quo quidam Assessor anonymus *in suis observationibus post. Maril. Francofurti Anno* 1596. *excusis*, vetus profert præjudicium in *Causa* Lünenberg *contra Jacobum* Alertz / *&* Clauß Rennenberg / *ut proinde hæ desertoriæ ex officio latæ, stylo veteri non adeò sint contrariæ, ut quidam arbitrantur.* Differentia inter pœnam desertionis, & absolutionis à Citatione.

129. Si verò (*repete quæstionem* §. 124.) hoc casu appellatus omninò non compareret, & ita multò minùs præsumendum esset, quòd studiosè, sciens & prudens petitionem absolutionis à Citatione omiserit, sed potiùs, quòd omni meliori modo Processum causæ expedire cupiat, magis quasi dubium fuit. Quæstio de Appellato non comparente.

130. Attamen ex rationibus jam adductis concludum est, hoc casu contumaci & quasi delinquenti minùs patrocinandum esse, siquidem illud magis in favorem partis quàm judicis ita constitutum esset, quo se indignum reddidit, & sibi imputare debet, qui bonam causam suam vel contemnendo judicem, malè, vel omittendo, quod jus exigit, tam negligenter agit, quorum neutrum circa culpam fieret; & illud in eum finem ita principaliter constitutum esse, ne pars victrix in prima instantia diuturno processu detineretur, quæ causa cessaret, dum appellatus abesset. *Dub. Cam.* 89. *ap. Rosacorb. vid. Rec. Dep. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. Da auch auff nechstgedachten Fall ꝛc. 111. Ubi pragmatica Sanctio est, appellato absenti & contumaci non parcendum, & multò minùs absolutionem à Citatione decernendam esse.

131. *Hodiè*, etiam Appellato non comparente, tales defectus, utpote in formalia peccantes, & desertionem ipso facto inferentes, attenduntur, ut sæpè, loco sperati proclamatis, causa deserta pronuncietur. *Præjudicia primo libro adduxi. Add.* §. 127. *supr.* Jus hodiernum.

Qu. de appellato, si seriùs absolutionem petat.

132. Sin autem appellatus, postquam aliud quippiam egerit, tum demum senserit, se petitionem absolutionis à Citatione omisisse, vel ea de re per alium admonitus, absolutionem à Citatione petiverit; *quidam judicavêre*, illum, ob non probatam requisitionem, tantisper admittendum & audiendum, dum terminus ad excipiendum dilatoriè lapsus fuerit, quicquid interim actum sit: cùm secundùm *ordinationem* exceptiones dilatoriæ, qualis hæc est, simul & semel produci in secundo termino debeant, & possint.

133. *Alij verò arbitrati sunt*, quamvis exceptio hæc pro dilatoria habenda, attamen quia in continenti notoria, & sine multa deliberatione proponi possit, & ita reverà potiùs quædam accusatio contumaciæ sit in judicio noviter commissæ, vivâ voce proposita, quàm propriè exceptio, & ita ad petitionem illam absolutionis non plus temporis quàm ad alios recessus vivâ voce habendos requiratur, quemadmodum etiam quovis tempore, & primùm in termino secundo dilatoriis destinato, exceptio illa proponi possit, & per illius oppositionem aliæ scil. quæ restant, exceptiones non adimerentur, (quod in aliis fieret exceptionibus semel propositis) & propterea solummodò ad proximam, aut donec appellatus aliud quippiam agere posset aut ageret, admittendas esse, simul atque verò appellanti tempus ad productionem actorum, vel ad libellandum concessum fuerit, aut appellatus ad repetitionem actorum tempus postulaverit, existimatum est, quasi huic exceptioni renunciâsset, & ab ea ad alia recessisset; cæteroquin si postea demùm ejusmodi petitionibus locus relinquendus esset, interea temporis recessibus & submissionibus planè supervacaneis causa præberetur, quæ omnes per absolutionem tollerentur, cumprimis verò, quia in causis appellationum terminus ad excipiendum interdum nimis longè etiam ultrà terminum secundum & post libellum interim & priùs Compulsorialibus, actis libello producendis, extenderetur, & appellatus non ante terminum nullum habet, sed omnia priora per appellantem agenda, pro uno & termino primo habentur, *Ord. p. 3. tit. 32. Dubium Cam. 90. ap. Rosacorb.*

134. Vid. *Rec. Imp. Deput. Anno* 1600. §. Wann aber der *Appellant &c.* 112. Ubi pragmatica Imperii sanctio est, si appellans in primo termino documentum requisitionis non producat, & appellatus propterea non excipiat, neque absolutionem à Citatione petat, sed posteaquam petitionem illam senserit se omisisse, tum demùm absolutio-

tionem petiverit, exceptionem & petitionem istam, ut seriùs propositam, attendendam non esse, & contrà si in primo termino exceptio opposita, aut propterea tempus non ulterius quàm usque ad proximam, aut donec appellatus aliud quippiam ageret, postulatum fuerit, exceptioni & petitioni locum relinquendum esse.

135. Hæc tamen disputatio cessat, negligentiâ in requirendo, desertionem *hodiè* ipso facto inferente, ex *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. Oder auch schon ꝛc. 61. Jus hodiernum.

136. Suprà in §§. 124. 129. & 132. *propositæ tres quæstiones*, licèt in requisitione intra triceſimum, (*hodiè sub pœna desertionis*) facienda, locum habeant: possent tamen non immeritò adhuc considerari, in casu, quo judex, factâ intra 30. dies requisitione, certum quendam, *ut suprà dictum*, terminum constituit, ab appellante verò ulterius documentum tunc productum non fuit, veluti in quo per *Recess. noviss.* §. 63. etiam *hodiè pœna absolutionis à Citatione* adhuc tenet, quemadmodum *tertia quæstio in* §. 132. generalis est, & ad omnes casus, ubi absolutio à Citatione locum habet, extendi potest: & quamvis nonnulla præjudicia extent, in quibus, licèt absolutio in primo termino non petita, eam tamen etiam ex post-facto adhuc appellatis petere concessum fuit. Ea tamen opinio defendi vix poterit, quòd non tantùm, *vigore ordinationis*, ut in d. §. 132. innuitur, expressè provisum sit, ut omnes exceptiones dilatoriæ, qualis hæc est, in secundo termino producantur, sed etiam in *nupero Rec. Imp.* §. Es sollen auch ꝛc. 37. disertis verbis statuatur, ut exceptiones tam dilatoriæ quàm peremptoriæ à Reo in primo termino, sub pœna præclusionis, importentur, contra quos clarissimos textus diversa præjudicia facere vix excusari poterit. Usus hodiernus trium qq. suprà propositarum.

137. *Octavò* (*vid. supr. p.* 90. 92. 93. *&* 97.) tempus, Actorumque describendorum copia atque facultas, appellato in hoc *termino primo* conceditur, & productioni eorundem terminus præfigitur. *Ord. d. t.* 31. *p.* 3. §. Weiter sol dem Appellanten. De Actorum Communicatione Jus antiquum.

138. Ex hoc titulo *ordinationis* §. So also dem Procuratorn &c. 6. & §. Weiter sol dem Appellaten ꝛc. 13. acta in judicio producta, appellato & appellanti ad formandum libellum, responsiones &c. & ad exscribendum, communicabantur, certusque terminus ad ea rursum in judicio reproducenda, pro magnitudine Actorum, præfigebatur.

139. Quia autem hæc licentia, tractandi intra proprios parietes acta, plurimos seduxit, vel ut ea in totum amoverent, vel etiam tardiùs Jus hodiernum.

reproducerent; quia etiam Lectores, quorum custodiæ ista committuntur, in tanta libertate, mille fraudibus viam præeunte, vix sibi ab impositione cavere poterant, ideo nulli (*licèt speciali constitutione, nempe ante noviss. Recess. hoc immutatum esse non appareat*) amplius conceditur, acta semel producta ad istum usum, formandi libellum & similia, repetere, sed ubi hoc opus est, vel ante lectoriam adstante lectore, perlustrantur, vel Copiæ è Cancellaria rogantur. Vid. supr. l. 1. tit. 25. §. 33.

Termino I. ad pœnam attentatorum agitur.

140. *Nonò*, si cum Citatione inhibitio emanaverit, & contra inhibitionem attentatum fuerit, termino primo ad pœnam agendum. *Ord. d. tit.* 31. §. So mit und neben der Ladung ꝛc. 10. Sin inhibitio non emanaverit & attentatum fuerit, attentatorum revocatio in scriptis postulanda est. *Ord. ibid.*

Mandata attentat. revocatoria quomodo petenda? Supr tit. 11. §. 19.

141. Postulanda est revocatio, scil. *judicialiter*: mandata enim attent. revoc. secundùm tenorem *noviss. Recessûs* hodiè extrajudicialiter non decernuntur, nisi attentata sint notoria, in continenti probari possint, & post inhibitionem, vel etiam intra decendium peracta, ut proinde si dubium sit, an attentata comissa fuerint, eorum revocatio ad judicium remittatur, uti præter alia, *in causa K. contra E. M. & Cons. factum.*

De prorogatione fatalium 1. term. petenda olim.

142. *Decimò*, in causis appellationum observanda est constitutio, quæ est in Recess. Imp. Anno 1594 §. Wann auch befunden wird ꝛc. qua sancitur, ut Procuratores ultimo die fatali instante, ejus in tempore prorogationem petant: & postea in Processuum reproductione causas justas scripto exhibeant, auditoque adversario, in hoc articulo submittant, id ante litis contestationem, ni fecerint, appellatio pro deserta habeatur, & judex hunc defectum deprehendens, in quacunque parte judicii super eam pronunciet.

Jus hodiernum.

143. *At hodiè* obtentâ *justo tempore currentibus fatalibus* prorogatione, nec de justitia & veritate causarum in judicio disceptari, nec in primo termino desuper sive in scriptis sive oretenus agi solet; Judicis enim discretioni prorogatio fatalium, *de stylo hodierno*, committitur: & ut in *Recess. Imp. de Ann.* 1654 §. So dann sol sich der *Appellant &c.* 67. cautum, ut fatalia prorogentur allein auß erheblichen Ursachen in ereignenden Nothfällen; sic iis semel prorogatis, satis est Supplicam, cum originali prorogationis factæ decreto, in primo termino reproduxisse, vel si prorogatio processibus inserta sit, ejus in Recessu meminisse.

Admonitio ad Advocatos extraneos.

144. Ubi *notanter* monendi veniunt exteri Advocati, ne fatalia facilè coarctent, vel in causis frivolis, seu non relevantibus, fiduciam fu-

futuræ prorogationis ponant; multi enim quærendo prorogationes, spe suâ frustrantur, & desertionis præjudicium incautè incurrunt.

145. *Undecimò*, in causis appellationum, mandatum ad præstationem juramenti, *de non frivolè appellando*, ad formam huic operi *suprà libro primo tit.* 26. §. 54. insertam sub præjudicio desertionis producendum. Zumahlen aber jederzeit zum Siebenden ꝛc. 118. *d. Rec. de Anno* 1654. & §. Wie ebenmässig ꝛc. 73. Quod quidem ab initio non ita strictè observatum, per *commune Decretum verò de Anno* 1659. 13. *Decemb.* §. 3. de novo injunctum fuit, ita ut *de jure hodierno* non tantùm mandatum speciale ad jurandum in primo termino importari, sed etiam juramentum præstari debeat. Vid. *l.* 1. *tit.* 26. §. 38. *add.* § 57. Juram. appell. hodiè primo termino præstandum.

146. *Duodecimò*, si judicium à quo appellatum ex privilegio, quod à Cæsare habet, & Cameræ insinuatum est, solennia in appellando exigat, oblatio facienda, & documentum præstationis realis, aut ad minimum factæ oblationis, pro justificandis formalibus, in primo termino producendum. An autem Judex à quo solennia sua ultrò exigere & admonere partem debeat, *vid. libro primo*, *tit.* 26. §. 61.

147. Quia verò per *novissimum Recessum* inter alia constitutum, ut Processus appellat. priùs non decernantur, nisi de præstatione solennium, vel quòd appellans admitti noluerit, legitimè docuerit; propterea ejusmodi præstatio sub pœna desertionis facienda, ut per se clarum est.

148. Hæc igitur à parte actoris, vel appellantis, *primo termino* peragenda & proferenda fuerint; sed à parte rei, vel appellati, duntaxat mandatum Constitutionis, intellige ab eo, qui alieno nomine judicio se sistit, producitur, aut de rato cavetur, & eorum quæ à parte actoris vel appellantis proposita fuerunt, copia sive exemplum & terminus procedendi postulatur. *Ita olim: at hodiè ex parte rei plura in primo termino peragenda requiruntur, de quibus tit. seq.*

TIT. XXX.

De secundo Termino, & rebus secundo termino peragendis.

Ord. Part. 3. tit. 13. 24. & 32.

§. 1.

QUæ vigore *Ordinat.* olim à parte rei *secundo termino* peragi debebant, illa *hodiè juxta Recess. Ratisbon. noviss. de Anno* 1654. §. Es sol- Reus cur hodiè 1. term. agat,

quæ olim secundo?

sollen auch hinfüro ꝛc. 37. & seqq. reus seu appellatus in *primo termino* agere adstrictus est. Cujus *ratio est*, quòd libellus, unà cum Processibus, reo seu appellato nunc insinuetur, & terminus major, 60. ad minimum dierum, ad comparendum simul & respondendum ipsi indulgeatur, d. Rec. §. Würde hierauff ꝛc. 36. quod antè secus fuit.

Quando hodieque termino secundo demum agat?

2. Si tamen justa impedimenta interveniant, etiam vigore *d. Recess. noviss.* Reus semel prorogationem termini petere, ac proinde in secundo termino exceptiones suas importare; sic etiam, si actor Probatoria, non cum ipsis Processibus & Supplica eorundem, sed in primo termino importâsset, Reus ad illa, quæ decent, agendi terminum petere, adeoque in secundo etiam termino hoc casu agere potest.

Exceptiones dilatoriæ primo termino proponi debent.

3. *Istis præmissis*, sciendum *Primò*: Si exceptiones reo fuerint dilatoriæ, aliæve ante litis contestationem objiciendæ, quòd hoc termino (*primo, olim secundo*) opponuntur. *Ord. p. 3. d. tit. 13. in princ. & §. finali & t. 24.* Et exceptiones istæ omnes simul eodemque libello & articulatim proponendæ, *ex Ord. p. 3. t. 24.*

Hodiè omnes simul.

4. *Hodè* ex *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. Es sollen 37. & §. Wäre es dann 38. omnes hujusmodi exceptiones proponendæ sunt summariè, oretenus vel in scriptis, si quæ omissæ fuerint, via eas postmodùm proferendi, hoc primo termino præcluditur. *d. Rec. d. loc.* Exceptionibus fori declinatoriis exceptis, §. Es sollen auch hinführo ꝛc. 37. & §. Und hat der Beklagte ꝛc. 40. de cujus ratione vid. quæ habentur apud Gylman. *tom. 1. in processu method. operi præmisso. tit. 14.*

Exceptis declinatoriis.

5. Diximus *viam præcludi*; Hinc, si reus vel Appellatus absolutionem à Citatione in primo termino non petiisset, ex post-facto ampliùs petere non potest: aliud est in desertione & non devolutione, eæ enim ex officio attenduntur, licèt pars nil desuper moverit, ut suprà *tit. præced. §. 128. jung. lib. 1. tit. 32. §. 4.*

Dummodo non sint frivolæ.

6. Exceptiones *dilatoriæ*, si manifestè frivolæ, & ad retardandam litem objectæ sint, reus, seu appellatus, pro arbitrio judicis in pœnam aliquot marcarum auri vel argenti condemnabitur. d. Recess. §. Und hat der Beklagte ꝛc. 40. Quod de *exceptionibus declinatorijs* potiùs intelligendum est: dilatoriæ namque non separatim hodiè, sed unà cum peremptoriis, in primo termino proponi debent, secus *ac declinatoriæ*, quæ periculo partis separatim importari possunt, proinde causam magis retardare solent, quàm dilatoriæ.

Reus hoc termino li-

7. *Secundò*, in causis S. Q. libello exhibito, vel narratis Supplica-

tio-

tionis loco libelli repetitis, litis contestatio à reo fit vel *in eventum, vel purè*: in eventum, si simul exceptiones, litis contestationem impedientes, opponantur, scilicet dilatoriæ & declinatoriæ. Purè, si nullæ Exceptiones opponantur, extra peremptorias, per quas, quia circa causam principalem versantur, lis contestari dicitur tacitè, scil. quatenus negationem facti seu prætensionis contrariæ partis ineludunt. *Rec. Imp. Ann.* 1570. *Spiræ*, §. Demnach sollen ꝛc. 90. *& Ann.* 1594. *Ratisb.* §. Setzen demnach/ ordnen ꝛc. 70.

tem contestatur. In eventū. Purè.

8. Formam litis contestandæ, tùm in causis S. Q. tum appellationum, *Ordinatio* præscribit, *p. 3. tit.* 13.

Forma L. C. ubi præscripta.

9. In causis S. Q. *à parte rei* litis contestatio perficitur solâ narratorum negatione, & petitione absolutionis ab actione, cum expensis & damnis, etsi litis contestationis mentio expressa non fiat. *Ord. d. t.* 13. §. Und nachdem bißher die *Procuratores* ꝛc.

In causis S. Q. reus quomodo L. C. faciat? Reus absol. à cit. petens, lit. non cont.

10. Aliud ergò est, si reus peteret absolutionem à Citatione seu ab instantia; tunc enim litis contestatio propterea dici non potest, quòd de controversa causa principali omnimodò abstrahatur.

11. *A parte verò Actoris* litis contestatio, *quam vulgò affirmativam vocant, ut superiorem negativam*, perficitur, si contra repetat libellum summarium vel articulatum, loco positionalium sive articulorum. Si summarium repetat, simul ad ulteriora zu ferner Handlung se admitti petit. Sin articulatum, prout in libello petitum est, *ord. ibid.*

Quomodo Actor.

12. Verùm ista distinctio inter repetitionem libelli summarii & articulati *cessat hodiè*, quia per *noviss. Rec.* modus articulandi, extra positionales, omnimodo sublatus est, & contra negativam à reo factam litis contestationem in secundo termino ab actore libellus summarius repetitur vel replicatur: ita ut *hodiè petitio ad ulteriora admittendi, amplius locum non habeat.*

Quid hodiè obtineat?

13. In causis appellationum, *appellatus ad contestandam litem*, negat narrata libelli, prout narrantur, & petit ut Judex pronunciet, benè judicatum, malè appellatum esse, aut sententiam reformet, atque pronunciet, *in hoc puncto benè, in illo verò malè aut nulliter pronunciatum esse*, cum expensis & damnis.

In Causis Appellationum litis contest. rei.

14. Hæc tamen posterior petitio limitata locum non habet, nisi appellatus quoque appellationi inhæserit; aliàs enim sententiam priorem, veluti quæ ratione ipsius in rem judicatam transivit, defendere tenetur.

15. Ap-

Appellans contra L. C. appellati, repetit libellum.

15. *Appellans verò contra repetet libellum* summarium vel articulatum loco positionum vel gravaminum, & hîc petit secundùm contenta ejus pronunciare, illic verò ad ulteriora tempus sibi concedi: vel si appellans nihil novi proponere, sed statim super actis prioris instantiæ, (id quod liberum illi relinquitur) concludere velit, hoc casu contra repetit libellum appellationis & acta prioris instantiæ loco gravaminum, & petit pronunciari secundùm petita libelli appellationis, & ad cognitionem judicis submittit. *Ordin. p. 3. t. 32.* §. Und sollen solche ꝛc.

16. *Appellatus* etiam ad talem appellantis ad acta priora factam submissionem, *nisi ex beneficio appellationis communi*, (si scil. etiam appellationi inhæserit, eamque prosecutus fuerit) sua ex parte nova deducere contendat, quod ipsi liberum est, eodemque modo in hoc primo termino submittit, acta in passibus utilibus repetendo. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Auch in Fällen ꝛc. 71.

17. Prætereà observandum, in causis appellationum lite contestatâ appellanti, vel si is concluserit, appellato terminum concedi. *Ord. p. 3. d. t. 32.* §. *fin.* quia tamen in *communi decreto de Anno* 1659. 13. *Decembr.* §. 4. ad importandas scripturas necessarias terminus legalis datur, *ulteriori termino opus non est.*

Forma lit. contest. ordin. præscripta exactè non servatur.

18. Et hæc quidem litis contestandæ forma (*ut dictum* §. 8.) in *ordinatione* præscripta extat: Verùm noveris, illam in *judicio Camerali* adeò exactè non semper observari, sed partes litigantes frequentissimè, tam in causis S. Q. quàm appellationum, non solùm vivâ voce, narrata libelli negando sive diffitendo, sed etiam scripto litis contestationem perficere. Gail. *lib. 1. obs. 73. n. 1.*

L. C. necessaria in omnibus appell. causis. Ratio, cur ita?

19. Et in omnibus causis appellationum, sive ab interlocutoriis, sive à definitivis sententiis ad Cameram appellatum fuerit, in judicio Camerali lis contestanda est, & satis non fuerit, semel in priori instantia litis contestationem, in causa principali, factam esse, Mynsi. *obs. 1. cent. 1.* Gail. 1. *obs. 76. num. 2.* Cùm enim in instantia appellationis, vigore communis axiomatis: *Nova & non deducta deduci, vel de novo probari possint*, meritò lis desuper contestanda veniat.

Non tamen si à mera interlocutoria appell.

20. In appellationibus tamen à *meris interlocutorijs* litis contestatio necessaria non est, Cisn. *ad. t. ord. 31. fol. 462.* in margine. Cùm enim ibidem, non tota causa principalis, sed unum solummodò, aut alterum gravamen in judicium deductum sit, litis contestatio malè requireretur, veluti quæ non nisi super tota causa principali, & facto controverso fieri solet.

21. Etsi

21. Etsi bis provocatum vel appellatum fuerit, ita ut in judicio Imperiali tertia instantia sit, quæ *contra jus commune in Camera locum habet*, litis contestatio in secunda Instantia omissa, sententiam non vitiat, quò minùs Judex Cameræ eam reformare vel confirmare possit. Gail. *Obs.* 76. *n. fin. lib.* 1. *In supremo namque judicio* ejusmodi nullitates & omnes aliæ, præter insanabiles, non observantur, siquidem de meritis causæ constiterit.

Nullitas infer. judic. nisi insanab. in Cam. non attend.

22. Licèt autem *de jure communi* à tribus conformibus sententiis ampliùs appellare non liceat; aliud tamen obtinet in *judicio Camerali*, idque propterea, ne alioquin *per Status*, erigendo plura judicia & instantias, appellationes ad Cameram defraudari, & quasi tolli possent.

In Cam. à tribus conformibus sententiis admitti appellationem, & quare? Si ad acta priora concludatur, L. C. prioris instantiæ tacitè repetitur.

23. In causis Appellationum, partibus præsentibus, litis contestationem necessariam non esse, tradit Mynsi. *Cent.* 1. *obs.* 38. Intellige autem, ejus omissionem non vitiare processum. Vix *enim hodiè* casus dari poterit, ubi etiam in causa appellationum lis non contestatur, nisi fiat conclusio ad acta priora, & sic litis contestatio, in priori instantia facta, tacitè repetatur.

24. Litis contestatione in termino prætermissâ sine imploratione ulteriori partis adversæ pro facta acceptatur. *Mem. Visit. Anno* 1556. §. Dieweil sich ꝛc. 21. Cisn. fol. 390. *Rec. Imp. Anno* 1594. §. In *Appellation*-Sachen aber ꝛc.

Merita causæ an disputari possint ante litis contest.

25. Denique observandum hîc, ante litis contestationem merita causæ in dilatoriis aut declinatoriis Exceptionibus frustrà non disputanda: sed ea duntaxat, quæ ad exceptiones illas deducendum & expediendum faciunt, alleganda esse. *Ord. p.* 3. *tit.* 26. §. Und sonderlich wollen ꝛc. 4. ubi dicitur, Daß nach der Länge solche *Exceptiones ante litis contestationem* nicht sollen *in dilatorijs disputiret* werden. Ergò remonstrando, *partem appellantem e. g. non gravatam processus subreptitiè impetrâsse*, exceptionibus sub- & obreptionis, vulgò vocatis, etiam ante litis contestationem uti licet, *praxi tota die hoc confirmante*. Quamvis tractando merita causæ, ante litis contestationem, sub his exceptionibus magnum quandoque latere abusum, non diffitear.

26. Quod modò dictum, *ut melius intelligatur*, distinguendum est inter causas *Mandati* S. C. & *simplicis Citationis, Appellationis*, vel etiam *Mandati* C. C. Inprimis namque, utì etiam nonnunquam in simplicibus Citationibus, vel Mandatis C. C. maximè si Jurisdictio fundata non sit, Exceptiones sub- & obreptionis opponuntur. In causis Appella-

tionum verò vix aliæ, quàm non devolutionis, desertionis invenientur: propterea *in noviss. Rec.* §. 81. expressè cautum est, ut non tantùm in Mandatis C.C. *Causales*, sed ut loquar de stylo hodierno, *summaria possessorij fundamenta*, simul cum except. sub- & obrept. sed etiam in reliquis processibus Exceptiones peremptoriæ cum dilatoriis in primo termino opponantur, ac proinde cuncta separatim discuti possint.

Constitutio Imp. 1570. quoad agenda rei in 2. term. abrogata per Rec. 1590.

27. Superioribus temporibus, tum in causis S.Q. tum appellationum, Reus secundùm Constitutionem *Imp. Ann.* 1570. §. **Demnach sollen die gewöhnliche** &c. 90. cum exceptionibus declinatoriis aliisve, litisque contestatione eventuali, prætereà ad articulos libelli cum exceptionibus contra eosdem, responsiones suas, & si quos habeat, articulos peremptoriales sive defensionales producebat: sed *hodiè in causis S.Q.* alia producendi ratio constituta est: Nam libello per sententiam admisso, tùm demùm articulis, si exhibiti fuerint, respondetur, & peremptoriales sive defensionales adduntur. Vid. *Rec. Imper. An.* 1594. §. **Setzen demnach/ ordnen und wollen** &c. 70.

Rationes abrogationis.

28. Planè siquidem iniquum esse videbatur, reum tam exigui temporis spatio ad producendum suas defensionales coarctari, cùm Actori satis temporis fuerit, ad deliberandum, de genere & modo actionis adversus reum instituendæ: imò interdum vix fieri posse videbatur, ut reus statim in secundo termino defensionales suas produceret, præcipuè verò *in factis antiquis*, *aut jure antiquo*: & prætereà in considerationem veniebat, quamvis reus haberet atque opponeret exceptiones suas declinatorias in facto & jure fundatas, attamen nihilominùs cogeretur eâ ratione, causam principalem coram judice, de cujus jurisdictione aut competentia nondum constaret, deducere, & ita Jurisdictione Cameræ Imperialis non fundatâ, inanibus sumptibus gravaretur, quin imò, quòd actor ea ratione, etiam per falsa narrata, processibus impetratis, de jure & titulo, quo reus rem petitam possideret, ante fundatam jurisdictionem edoceretur, & denique, quòd reus hac procedendi ratione quodammodo compelleretur adversario arma sua concedere atque subministrare.

29. Ex his, inquam, rationibus *Constitutio illa Imperij Anno* 1570. promulgata, de producendis defensionalibus in secundo termino *in causis S.Q.* iterum abroganda esse videbatur, vid. *Rec. Imp. Anno* 1594. §. **Wiewol wir nun solche nechst angedeute** &c. 67. *& aliquot seqq.* Ut ut autem hæc Constitut. quoad *causas S.Q.* abrogata; ea tamen quæ *in causis*

cauſis appellationum eadem conſtituta extant, etiamnum hodiè rata habentur atque obſervantur. *Rec. Imp. Anno* 1594. §. In *Appellation*-Sachen aber ꝛc. quia in illis, *quæ ratio d. Receſſ. &* §. additur, merita cauſæ principalis in prima inſtantia jam deducta atque diſputata ſint.

30. Sed revocata eſt in uſum hæc diſpoſitio, *de Anno* 1570. §. Demnach ſollen ꝛc. 90. per *Receſſum noviſſimum* de *Ann.* 1654. §. Es ſollen auch hinführo ꝛc. 37. ut *hodiè* tàm in cauſis S.Q. quàm in appellationibus, *Receſſu Ratisb. de Anno* 1594. non obſtante, exceptionibus dilatoriis eventualem litis conteſtationem adjungere neceſſarium ſit, *ſolo puncto competentiæ*, per exceptiones fori declinatorias, impugnato, excepto, *d. Rec.* §. Und hat der Beklagte ꝛc. 40. Hodiè revocata in uſum diſpoſitio 1570.

31. Quia enim in quacunque cauſa prima de jurisdictione quæſtio eſt, eâ nondum deciſâ, iniquum videtur, reum ad prodendum defenſionis ſuæ media actori, actu jurisdictionali conſtringere. Et hoc modo *exceptiones fori declinatoriæ*, ſine annexa eventuali reſponſione *quotidiè producuntur*. Periculo tamen partis: nam ſi frivolæ inveniantur, incidunt in pœnam aliquot marcarum auri puri, vel etiam arbitrariam. Quare declinatoriæ ſine eventuali reſponſione, ſed ſolæ producuntur?

32. *Tertiò igitur* (*vid.* §. 7. *h.t.*) in cauſis appellationum exceptiones declinatoriæ vel litis conteſtationem impedientes, producendæ ſunt, cum annexis exceptionibus contra articulos, & reſponſionibus ad eosdem in eventum annexis, & præterea peremptoriales ſive defenſionales, ſi quos habuerit Reus, proferendi ſunt. d.Rec.Imp. Anno 1570. §. Demnach ſollen auch die gewöhnliche ꝛc. 90. *hæc jam dicta* §. 27.

33. Peremptoriales exceptiones, quæ ipſo jure actionem perimunt, & eliſivæ, quæ quidem non ipſo jure, ſed ope exceptionis excludunt agentem, olim juxta *jus commune* ante litis conteſtationem in vim dilatoriarum proponebantur articulatè: *hodiè talia* articulatè producere vetitum, ſed lis ſimpliciter conteſtanda & ad factum reſpondendum eſt. *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. Es ſollen auch hinfüro ꝛc. 37. & §. Dieweil aber auch ꝛc. 41.

34. Reſponſiones ad libellum ſummarium breviter, nervosè, diſtinctè & punctuatim proponendæ, ut judex ex iis dignoſcat, ex qua parte ſpecies facti ab actore propoſita labaſcat, *d. Rec. d. loc.* Ita tamen, ut puncta ſeu §§. reſponſionum vel etiam libellorum, non ſapiant cauſim articulorum, ſed quantum fieri poteſt, breviter & nervosè expediantur, omiſſis verbis: Glaub wahr ꝛc. reſponſionibus ad articulos olim inſeri ſolitis. Forma reſponſionũ rei ad libellum ſummarium.

Agenda appellati in app. ab interloc. simpl.

35. Et in appellationibus, ab interlocutoriis simplicibus, appellatus exceptionibus contra formalia aut devolutionem, aliisve dilatoriis, in eventum litis contestationem semper annectit. *Rec. Imp. Anno* 1570. §. Aber in *Appellation*-Sachen/ davon bey Urtheln ꝛc. Den. *termino secundo peragenda* §. 8.

Ultrà litis contest. nihil amplius agitur.

36. Quia enim, in appellationibus ab interlocutoriis simplicibus, libellus non admittitur, sed instrumentum appellationis actaque priora loco libelli repetenda, & appellatio ex anteactis, sub præjudicio absolutionis, justificanda est Ergò nec à parte appellati, ultrà litis contestationem negativam, quicquam desiderari potest.

Quid in aliis appellationibus?

37. In cæteris appellationibus, si gravamina articulata fuerint exhibita, appellatus suis contra devolutionem aut formalia, aliisve dilatoriis exceptionibus, præter eventualem litis contestationem, etiam exceptiones contra gravamina, & in eventum responsiones & defensionales aliudve quidvis horum loco annectito: & eadem exceptionibus omissis præstato. *d. Rec. Imp. Anno* 1570. §. Sonsten in anderen Appellation-Sachen ꝛc. Denaiſ. *ibid.* §. 9. *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. Es sol auch hinführo ꝛc. 37.

38. Sin libellus fuerit editus summarius, extra responsiones ad gravamina, reliqua jam dicta proferuntur. *D. Recess. Imp. Anno* 1570. §. Da aber nur ein *Summari-Appellation.* 93. Denaiſ. *ibid.* §. 10.

An reus 1. termino omittens except. præst. juram. illam adhuc hodiè proponere possit?

39. In utrisque, videlicet S. Q. vel appellationum causis si exceptionum prædictarum una pluresve, vel omnes, hoc termino prætermittantur, posteà locum ampliùs non habent, sed hoc ipso termino, lite contestatâ, vel in contumaciam (ut prædictum est) pro contestata accepta, porrò *secundùm Ordinationis* præscriptum proceditur, *Rec. Imp. Anno* 1594. §. In *Appellation*-Sachen aber ꝛc. 71. Den. *term. secundo peragenda.* §. 15. nisi tamen, exceptionem aliquam omittens, jurejurando affirmare possit, se exceptionem illam, quam post terminum opponere conatur, antè ignorâsse, & jam primùm resciviſſe. Mynſ. *cent.* 5. *obſ.* 89. Quod *hodiè* de exceptionibus primo termino producendis etiam intelligi debet. Hoc enim *Recessu noviſſ. de Anno* 1654. §. 37. *non obstante*, attendendum esse, stat sententia.

Eventualia simul & semel producenda.

40. Eventualia sive in eventum agenda, omnia simul & semel producenda, & ita purificatio termini in omnibus & singulis punctis simul & semel agendis præcavenda. *Decret. Cam. publ.* 10. *Junij Anno* 1580.

Ulteriùs in exceptioni-

41. Sed hîc quædam ultra illa, quæ suprà dicta sunt, observanda,

tum

tum *in exceptionibus*, tum *in responsionibus*. In Exceptionibus observanda: I. *Non temerè adversus articulos excipiendum esse*, sed ex legitimis, necessariis atque sufficientibus causis: nec vivâ voce aut per *generalia contrà*, sed scripto: & articulos, contra quos excipitur, in specie atque distinctè enumerandos, & prætereà expressè causam allegandam esse, quamobrem admittendi non sint, sub pœna solita. *Ord. part.* 3. *tit.* 15. §. Und erstlichen ꝛc. bus observanda.

42. Hodiè speciei facti ab actore propositæ, in suis punctis simpliciter contradicendum, in qua parte aliter, quàm vero consonum, in gravaminibus aut Libello proposita, specificè & distinctè allegandum, & quare gravamina admitenda non sint, summariter indicandum est; *Omnia enim in libellando & respondendo olim observata solennia, simplici narrationi & congruæ conclusioni nunc cedunt.*

43. *Observandum* II. Ut exceptio contra formalia appellationis clara atque specifica non generalis neque obscura sit. *Ord. part.* 3. *tit.* 32. §. So sollen auch ꝛc. Non enim sufficit dicere, *appellationem non devolutam aut desertam esse*, sed potiùs causa allegari debet, quare hoc vel illud locum non habeat. Except. contra form. appellat. specifica debet esse.

44. III. Ut contra gravamina excipiens, quænam, quibusque ex causis admittenda non sint, in specie significet. *Consult. Camer. Anno* 1590. Denais *Exceptionum forma.* §. 3. Item contra gravamina.

45. IV. Observandum, Exceptiones non devolutionis, desertionis & similes, interdum hanc solummodo ob causam rejectas fuisse, quòd non Scripto, sed tantùm vivâ voce, quanquam paucis verbis, oppositæ fuissent: & hac de re *in Camera* controversiam extitisse, *ita ut alij existimarent*, ejusmodi Exceptiones simul & conjunctim in Scriptis opponendas esse, secundùm *Ord. part.* 3. *tit.* 24. §. 2. Quemadmodum etiam illud in specie (quod ordinatio requireret) vivâ voce paucis fieri commodè non posset, præsertim, cùm hodiè *res in eventum* simul annecti oporteat; Sed concluſum esse, ex hac solummodo causa Exceptiones, quòd vivâ voce prolatæ fuissent, non esse rejiciendas, quatenus tamen *Ordinationi* conformes atque notoriæ essent, vel si ad acta ipsa aut Instrumentum se referrent. Quemadmodum etiamnum hodiè, & quotidiè sic, ratione non *factæ requisitionis*, *lapsorum fatalium* vel *terminorum*, exciperetur, & super ejusmodi exceptionibus, causâ cognitâ, interlocutoriæ sententiæ interponerentur, cùm tamen Exceptiones istæ aliæ non sint, quàm declinatoriæ, An Except. non devolut. desert. vivâ voce oppositæ, sint rejiciendæ.

& extra causam principalem, ejusque merita: & in causis appellationum Exceptiones non commodè simul & conjunctim proponi queant: Quia multæ ejus generis Exceptionum, in processu causæ, etiam post litem contestatam primùm nascerentur, & Exceptiones illæ si semper in Scriptis opponendæ essent, adversa pars terminum semper postulatura esset, quâ ratione litium protelationi & submissionibus non necessariis occasio præberetur. *Cam. Dubium 99. ap. Rosac.*

Negatur. 46. Vide *Recess. Imperij Deput. Anno* 1600. §. **Wir setzen/ordnen und wollen auch** ꝛc. 123. ubi pragmatica Imperii sanctio est, Exceptiones non devolutionis, desertionis & similes vivâ voce oppositas, & Ordinationi conformes, & notorias, vel ad acta ipsa, aut Instrumentum se referentes, nullâ ratione rejiciendas; sed quamvis nudis verbis, intellige, si paucissimis id fieri possit, oppositas, admittendas & recipiendas esse, e. g. **Weilen die Acta in gehörender Zeit nicht** requirirt / **weilen kein Gewalt** ad præstandum juramentum **eingebracht worden/als bitte/** ex hoc capite, causam desertam **zu sprechen** ꝛc. *qualia quotidiana sunt.*

An rejiciendæ sint dilatoriæ, ob eventualia non annexa? 47. V. Observ. quæsitum esse, an Exceptiones dilatoriæ hanc duntaxat ob causam rejiciendæ sint, & terminus pro purificato etiam in causa principali, quoad res in eventum agendas, habendus, quia exceptionibus istis secundùm præscriptum *Recess. Imp. Ann.* 1570. in eventum agenda annexa non sint? *Fuerunt, qui arbitrarentur*, idem esse, non agere, & non debito modo agere: Quemadmodum igitur illo casu, quo intra terminum nullæ omninò Exceptiones oppositæ fuissent, non attento, quales Exceptiones reo fuerint, lis pro contestata acceptanda esset, ita etiam hoc casu fieri debere. Ubicunque enim ejusmodi Exceptiones essent, quæ jurisdictionem Judicis penitus annullarent, sive tollerent, illis etiam post litem contestatam locum relinquendum esse.

48. *Alij verò quasi communiter* jus hoc nimis rigorosum esse judicârunt, cumprimis verò has ob causas: quia *Recessus Imperij* nullam comminationem haberet, & id temporis *terminus præjudicialis* nondum introductus fuisset, sed longo tempore post, & per se pœnalis esset, & propterea restringendum potiùs, quàm extendendum esse; quemadmodum etiam puncta planè diversa atque separata essent, nihilque inter se commune haberent, & eâ ratione utile per inutile vitiaretur: forsan etiam fieri posset, quòd in principali agere necesse non sit, exceptionibus relevantibus inventis, quo casu sine culpa pœna nimis gravis sequeretur, aut pars ad superflua adigeretur: & præterea alio nomine, quàm *in*

even-

eventum agenda, *Eventual*-Handlung / non appellarentur, quæ in illum eventum producantur, quatenus videlicet exceptiones oppositæ pro relevantibus non sint habendæ: Et propterea etiam super illis exceptionibus duntaxat in illum eventum, tàm ratione præclusionis viæ, quàm eorum, quæ continerent, decerni atque pronunciari posset, & Exceptiones Jurisdictionem continentes discutiendæ essent, & causæ cognitio propterea interponenda esset, etiamsi non omninò perimerent Jurisdictionem, modò ipsæ suo tempore productæ, quæ semel per sententiam rejectæ difficulter resuscitari possent: & Judici incumbat processum ejusmodi, qui postea concidere possit, non admittere, præsertim, cùm facili negotio, & citra ambages plures id potuisset expedire: Si enim post litis contestationem Exceptiones nonnullæ admittendæ, multò magis ex hac leviori & separata causa. *Quamobrem isto casu* comminationes eventualiter solummodò intelligendas esse putârunt, & præjudiciorum effectum in suspenso manere, & ad definitionem sive decisionem puncti exceptionum, cum quo stent vel cadant, rejiciendum & differendum, & unicuique liberum esse, suo in eventum periculo secuturo, Exceptionibus suis in eventum agenda, prout Exceptionibus confideret, annectere vel illa omittere. *Dub. Cam.* 100. *ap. Rosac.* Vid. *Recess. Deputat. Imp. Anno* 1600. §. Ob auch *Exceptiones dilatoriæ &c.* 122.

49. Verùm res jam expedita per *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Es sol auch hinführo &c. 37. ita, ut Exceptionibus dilatoriis responsio eventualis, sub præjudicio confessatorum, & præclusionis viæ agendi seu excipiendi, sit annectenda, declinatoriis exceptis, *juxta quæ hìc & in seqq. ex jure antiquo tractata commensuranda sunt.* Hodiè sic obtinet declinatoriis exceptis.

50. VI. *Observ.* Si primùm Exceptiones, postea separatim in eventum agenda, attamen intra terminum, vel in proximo ordine præfixarum, proferantur: *fuisse, qui existimarent*, eventualia illa admittenda esse, idque potissimum ex mente constituentium Anno 1570. quorum intentio & propositum fuisset, lites abbreviare, & terminorum numerum temperare, ne demum, quemadmodum antea fieri consueviset, & in *ordinatione* constitutum fuisset, post litis contestationem & expeditum punctum dilatoriarum peculiaris termini præfixione, & novo processu ad articulandum opus esset, & quo causa principalis simul cum puncto exceptionum expediretur, & postea in medio cursu impediretur aut protraheretur, & non præsumendum, *ordinum Imperij mentem fuisse*, quod per eventualia illa, & incerta alterum punctum dilato- An eventualia separatim producta sint admittenda.

latoriarum impedire, & quasi in infinitum rejicere voluerit: Quemadmodum sæpissimè fieri oporteret, si exceptionibus semper eventualia annectenda essent, plerumque enim punctum exceptionum non minùs, quàm punctum principalem expediendum esse: Si igitur hic punctus suspendendus esset, donec reus in principali rebus in eventum agendis instructus fuerit, & eventualia illa simul producuntur, inde futurum, ut necessariò & invitis etiam partibus, quantumvis ad finem litis properantibus, aliis verò fugientibus, idque avidè amplectentibus, termini multò longiores, eorumque prorogationes constituendi essent, & postea per longum tempus acquiescendum foret, donec per ordinem præfixarum agere liceret, quæ *Ordinum Imperij* mens non fuisset, sed hæc duntaxat, ne punctus principalis interim planè in suspenso hæreret, sed simul etiam in illo in eventum procederetur, quæ unica illius Constitutionis causa atque ratio fuisset: quemadmodum ratio illa *Constitutionis verbis* exprimeretur, videlicet, zu mehrer Schleunigkeit der rechtlichen Processen &c. Secundùm quam rationem in lege expressam omnia alia extendendo, & restringendo interpretationem reciperent, quamobrem etiam, verba de rebus simul in eventum agendis ita accipienda esse, ne isti rationi repugnent, ut scilicet simul procedatur, nec per punctum exceptionis pendentem causa principalis interim in suspenso sit, sed etiam in illo in eventum procedatur; quemadmodum etiam in hoc simultaneo processu ea, quæ agenda sunt, separari queant, sine ullo inconvenienti, dum ne usque post litis contestationem punctus principalis differatur, neque verò ejusmodi separationem tantopere metuendam esse, quia penes Reum atque fugientem staret, eâ ratione processum litis accelerare, & illi, si punctum exceptionis ita expediri cuperet, hoc non prohibendum, sed concedendum esse.

51. *Verùm enim verò*, his non attentis, per majora concluſum est, ejusmodi separationem rerum simul agendarum hoc casu admittendam non esse, quia *constitutio* verbis aliquoties geminatis illud sanciret, *scil.* neben den *Exceptionibus*: (*simul cum Exceptionibus*) item im zweyten *termin* (*in secundo termino*) item zugleich (*simul sive conjunctim*) quæ omnia separationem non admitterent: & ibidem hanc rationem addi, ut termini aliquo modo immutarentur, numeroque temperarentur, id quod separatione admissâ non fieret, sed duplicibus recessibus, & rebus agendis audientiæ, & illæ etiam, & aliæ causæ protraherentur, quod ipsum etiam contra mentem & verba legis esse videretur. *Dub. Cam.* 1 or. *ep. Rosac.*

52. Vide

52. Vide *Rec. Deput. Imp. An.* 1600. §. **Wir ſetzen / ordnen und wollen auch / daß einige** *Separation &c.* 123. ubi pragmatica Imperii ſanctio eſt, ſi primùm contra libellum nudè exceptum fuerit, poſtmodum verò ſeparatim eventualia intra terminum ad hoc obtentum, nondum lapſum, vel in proximo præfixarum ordine, **ſo bald einen die Ordnung** in præfixis **erreichen würde** / producantur, illa admittenda non eſſe: ſi tamen appellatio contra privilegium de non appellando, aliave inſtituta fuerit, & illi, quibus hoc privilegium conceſſùm eſt, ſe interpoſuerint, hoc caſu punctum devolutionis ante omnia expediendum, & partes litigantes rebus eventualibus onerandas non eſſe. Deciſio negativa.

53. Quia autem in *Receſſu noviſſimo de Anno* 1654. §. **Wann auch bey Außbringungen ꝛc.** 70. ad *Receſſum Imperij de An.* 1570. §. **Sonſten in andern ꝛc.** 93. & *Receſſum de An.* 1594. §. **In Appellations-Sachen ꝛc.** 71. regreſſùm eſt, ex quibus exceptionibus non devolutionis eventualis litis conteſtatio indifferenter annectenda, nullo ſpeciali ad hoc dato termino: idcirco vereor, ne lis in contumaciam pro conteſtata, & articuli pro confeſſis acceptentur, ſi quis eventualem litis conteſtationem, & reſponſionem omiſerit. *Rec. Deput. de An.* 1600. §. *præced.* citato, non obſtante; Et ſanè res propterea difficultatem non habet, quòd in allegato *Receſſu noviſſimo* expreſsè ſtatuatur, ut non tantùm in *cauſis ſimpl. querel.* ſed etiam *appellationum*, exceptiones peremptoriæ tacitam litis conteſtationem importantes, ſub pœna præcluſionis, ſimul & ſemel proponantur. Hodiernus uſus.

54. VII. *Obſerv.* Si ante editum libellum ſtatim eâdem, proximâve vel ſecundâ audientiâ poſt, declinatoriæ exceptiones producantur, ita ut impoſſibile ſit, ſimul in principali cauſa, nondum quaſi propoſita, nedum cœpta, eventualiter aliquid agi: An rebus illis, in eventum agendis, terminus præfigendus ſit? quæſitum fuiſſe: quia hoc contra diſpoſitionem & verba conſtitutionis fieri videtur, ſecundùm quam conjunctim agendum eſſet, & citatus ſe ab eventualibus iſtis liberâſſet, dum ipſe proceſſum accelerare cuperet; *Sed concluſum eſt*, ſeparationem hoc caſu fieri poſſe & debere, & citatum nihilominùs teneri, ſeparatim in principali cauſa in eventum agere, ne in ipſius arbitrio ſit, ſe ab illa neceſſitate exſolvere, unicâ vice maturando, & illud *Conſtitutioni* non adverſari, utpote, quæ expreſsè ſtatueret, licèt Exceptiones Appellato nullæ ſint, ſed litis conteſtatio purè fiat, attamen eventualiter agendum eſſe, d. §. **Demnach** 90. *Rec. Imp. An.* 1570. *circa fin. Dub. Cam.* 102. *ap. Roſac.* Caſus permiſſæ ſeparationis declinatoriarum & eventualiũ.

55. Vide *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. **Wann aber** ante libellum, **oder gleich** &c. 124. ubi pragmatica sanctio, si ante Libellum propositum, proximâve vel secundâ audientiâ Exceptiones declinatoriæ producantur, ita, ut impossibile sit, in principali causâ nondum proposita, nedum cœpta eventualiter agere, separationem hoc casu secundùm *Ordinis dispositionem* admittendam, ac deinde porrò in utroque articulo exceptionum videlicet & libelli (ut *in Decreto Cameræ* 13. *Decembr. Anno* 1593. *publicato, & idem statuente additur*) sub solitis præjudiciis (si Exceptiones non relevantes inventæ fuerint) procedendum esse.

Casus ille hodieque contingit, & locum habet.

56. Quod modò dictum, juxta *stylum novissimum* suum adhuc locum sortitur, ubi Appellanti, vel ob defectum actorum, vel ob paupertatem, & causæ magnitudinem, terminus ad libellandum ultrà primum indultus sit, juxta *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **Wofern aber die Sache** &c. 60. hoc enim casu, Appellatum Appellantis Libellum sine præjudicio exspectare, & interim adversus processûs dilatoriè agere posse, nullus dubito.

Ast tantùm in causis appellationum.

57. Proinde benè notandum, *doctrinam hanc in causis Appellationum tantummodò locum habere.* Cùm enim in causis S. Q. Libellus in primo Termino, sub pœna absolutionis à citatione proponi, vel narrata supplicæ loco Libelli repeti debeant, casus dari non poterit, in quo possibile sit, ante importatum Libellum exceptiones proponere, prout etiam hoc, non nisi in casibus præced. §. expositis, observari potest. Vide suprà *lib.* 2. *cap. sing. de ordinib.*

Procurat. alii aliis eventualia communicare debent.

58. VIII. Exceptionibus simul cum rebus eventualibus prolatis, sæpiùs per Procuratores *copiam* sive exempla *exceptionum* duntaxat, non etiam *rerum eventualium* adversæ parti communicata fuisse, cùm tamen *Constitutio Imperij* §. **Da aber darauff ferner** &c. expressè statuat, ut conjunctim procedatur: nam secus si fieret, parùm admodum processus causæ promoveretur, itaque placuisse ejusmodi recessibus & submissionibus supervacaneis sub pœna seriò interdicendum esse. *Dub. Cam.* 103. *ap. Rosac.* Vide *Recess. Deputat. Anno* 1600. §. **Dieweil auch befunden** &c. 125. ubi Imperii sanctio est, ut Procuratores alii aliis etiam rerum eventualium exempla communicent.

Adjuncta non à Procuratoribus, sed è Cancellaria

59. Licèt autem Procuratores tàm recessûs, quàm etiam scripta (**die schrifftliche Handlungen** &c.) invicem communicare teneantur, aliud tamen obtinet in adjunctis, (**mit den Beylagen**) quarum descriptio in Cancellaria fieri solet, idque propterea *non malè observatur*, quòd

in

in ejusmodi Adjunctis plerumque tota vis litis controversæ consistat, ac proinde vel altera pars minùs se excusare possit, si Adjunctorum copiam ex Cancellaria, cui magis credendum, habuerit. communicantur.

60. IX. Et hoc quæstionis fuisse, quousque nimirum conjunctim eventualiter procedendum, an in punctis responsionum, defensionalium, & elisivorum tantùm, an verò etiam in articulo Commissariorum & probationum aliquid, & quatenus agendum & procedendum, quia sæpiùs articulus exceptionum in multos annos protraheretur; ita, ut interea testes vitâ fungantur, & alia inconvenientia ex mora proveniant, & tantùm Commissio si decernenda sit, nulla dilatio concedi queat, nisi illicò procedi possit, & si partibus etiam in articulo probationum procedendum sit, id cum periculo atque præjudicio partium non levi conjunctum fore ob dubium adhuc litis in puncto exceptionum eventum, neque id facilè admittendum esse, lite reverà nondum contestatâ, etiamsi vel Commissarii tantùm in eventum nominandi, & contra illos excipiendum sit, & illi intereà vitâ fungi, vel aliâ ratione mutari queant, *dictum dub. Cam.* 103. *ap. Rosac.* Vide *Recess. Imp. Anno* 1600. *d.* §. Dieweil auch befunden ꝛc. 125. ubi sancitur, Imperiali Constitutione Anno 1570. §. Da aber ꝛc. constitutum esse, quousque in eventum procedendum sit, & dispositionem istius Constitutionis ratam & immutabilem observandam esse. Quousque eventualiter sit procedendum.

61. Hæc igitur sunt, *quæ in Exceptionibus* (*vid. supr.* §. 41.) *observanda fuerint.* Ad responsiones quantum attinet, I. in scripto exhibendæ sunt, & ad omnes & singulos articulos sigillatim per verbum *credo*, *vel non credo*, purè atque simpliciter respondendum est, *Ordin. part.* 3. *tit.* 15. §. Zum andern die *responsiones &c.* Responsiones I. in scripto exhibendæ.

62. II. Ad positionem sive articulum, nihil aliud quàm Jus continentem, respondendum non est, nisi Jus non scriptum, seu consuetudinem contineat. *Ordin. d. tit.* & §. Gail. *lib.* 1. *obs.* 12. *n.* 13. & 14. Est enim consuetudo facti. Ad articulum juris non respondetur.

63. *Ubi notandum*: De jure communi quidem differentiam esse inter positiones & articulos, quòd *positiones* ad eum potissimùm effectum fiant, ut per responsionem partis adversæ ponens ab onere probandi relevetur: *Articuli verò*, ut negata testibus, instrumentisve probentur, ideoque positiones præcedere, articulos autem sequi debere. Ea tamen differentia, maximè in Camera Imperiali, non observatur, vid. *tit. præced.* 29. §. 54. Differ. jur. commun. inter positiones & articul. in Camera non servatur.

Responsio conditionalis non admittitur.

64. III. Si in articulo mentio fiat Instrumenti sive documenti alicujus literarii, & hoc modo responsum fuerit: *Credo, sive respondeo, ita esse, ut Instrumentum vel Documentum habet*, hæc responsio sufficiens est, & in judicio Camerali acceptatur; At si quis hoc modo respondeat: *Non credo, nisi Instrumentum exhibeatur*, sive appareat, hujusmodi responsio repudiatur. Mynsing. *Obs.* 86. *cent.* 2. Gail. *lib.* 1. *obs.* 82. *num.* 24. & 27. Ratio differentiæ in eo consistit, quòd prior responsio, quamvis restrictiva, sit tamen pura, posterior verò tantummodò *conditionalis*, quales responsiones de jure non admittuntur.

Respond. salvo jure impertinent.

65. IV. Semper cum clausula, salvo jure impertinentium & non admittendorum respondendum est, *Ordin. part.* 3. *tit.* 15. §. Zum andern die *responsiones &c.* Mynf. *Obs.* 56. *cent.* 2. Gail. *lib.* 1. *obs.* 81. *num.* 12.

Sine appendice.

66. V. Sine omni appendice & modo, cumprimis verò sine hac appendice: *Non credo, prout articulus, sive positio habet*, respondendum est. *Ordin. d. tit.* 15. *part.* 3. Gail. *d. obs.* 82. *lib.* 1. *n.* 7.

Quando & affirmat. & negativè.

67. VI. Si articulus plura capitula sive puncta contineat, quorum unum credatur, alterum negetur, in responsionibus articulus distinguendus, atque in quo puncto credatur, & in quo negetur, distinctè indicandum est. Itaque hujus generis articulus *partim affirmari, partim negari potest. Ordin. d. tit.* 15. *part.* 2. & §. Zum Andern die *responsiones &c.* Gail. *Obs.* 82. *n.* 15.

Respondendum medio juramento.

68. VII. Responsiones medio juramento respondendorum producendæ sunt. *Ord. part.* 3. *tit.* 15. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 79. *num. fin.* & quod suprà in primo termino de juramento dandorum, dictum constitutumque est, idem in juramento respondendorum locum habet; Quòd scil. ejusmodi juramenta sint magis de forma, quàm substantia processus, & aliter præstanda non veniant, nisi ab una aut altera parte expresè & *oretenus* petita fuerint. V. suprà tit. 29. §. 57. *add. Recess. Deput. Imp.* 1600.

Positio partim vera, partim falsa, tota negari potest.

69. VIII. Articulus sive positio partim vera, partim falsa absque perjurii metu tota negari potest, *intellige*, si positio *qualitatem* contineat, atqui secus, *si quantitatem*. Mynsing. *Obs.* 55. *cent.* 2. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 82. *n.* 16. 17. 18. & 19. Vel etiam, ut suprà dictum, plura capitula contineret: *v.c.* ponit aliquis, sibi deberi 100. cùm non nisi 50. debeantur; Hæc positio, quandoquidem ejus narrata, prout narrantur, vera non sunt, benè negari potest.

Cautela Advocator. positiones formantiũ.

70. Solent proinde in ejusmodi articulis certam quantitatem continentibus, eruditiores Advocati semper hanc clausulam adjicere,

(*si reus non credat articulatam summam, respondeat, de quanta credat*) tum enim tota positio negari sub præjudicio non potest. *Similiter*, si articuletur, Titium promisisse purè, cùm tamen non nisi sub conditione, vel in diem tantùm promiserit, tota positio negari potest; is enim, qui est debitor conditionalis, debitor tamen planè & propriè non est. Gail. *cit. loc.*

71. IX. Responsiones hujusmodi, *positio est facti alieni*, multiplex, generalis, negativa, obscura, dubia, impossibilis, captiosa, criminalis, sive injuriosa, & propterea non responsalis, & si Jus commune admittat, attamen judicium Imperiale repudiat. Gail. *Obs.* 82. *lib.* 1. *n.* 8. *&* 11. Quales responsiones Cameræ repudiet?

72. Requirit enim responsionem, quæ sit certa, clara, & ita constituta, ut Advocati lites malitiosè protrahere, occasionem non habeant. Debet tamen judex ea in re circumspectus esse, ne parti principali ejusmodi responsione præjudicium generetur, quo casu meliùs ad *Jus commune* recurritur, maximè, si adeò captiosa sit positio, ut ex responsione perjurium sequi possit. Repudiat, quia certas requirit.

73. X. Responsiones sub conditione, *si sufficiant*, non approbandæ. *Decret. Cam. publ.* 6. *Julij* 1579. Debet enim, ut jam sæpiùs dictum, responsio esse clara, pura & efficax, nullique cavillationi subjecta, & respondens ipsemet scire, an responsio sufficiens sit, nec ne. Resp. condition. si sufficiant, non probatur.

74. XI. In puncto responsionum non temerè submittendum est. *Ordin. p.* 3. *dict. tit.* 15. §. **Dieweil auch auß.** 6. ubi submissiones omnes temerè factæ, Procuratoribus sub pœna arbitraria interdicuntur. **Sollen der** responsion **halben keinen unnothdürfftigen Recht-Satz thun/ und die überfahrer gestrafft werden.** In puncto responsionum temerariæ submissiones vitandæ.

75. XII. Ultra Exceptiones & replicas, in puncto responsionum non procedendum, sed statim suprà replicis concludendum. *Ordin. part.* 3. *d. tit.* 15. §. 5. Reo non respond. artic. pro confess. habentur.

76. XIII. Respondere per sententiam jussus, nisi paruerit, articuli pro confessatis habendi, *Ordin. d. tit.* 15. §. **Begäb sich aber** ꝛc. *part.* 3. Quod quidem *in Camera* strictè observatur. In aliis verò *Dicasteriis Principum*, ubi non omnes termini legales sunt peremptorii, si Reus ad *positiones* in tempore non respondeat, solet ipsi adhuc terminus peremptorius dari, & si nec illum debitè observet, acceptando articulos pro confessatis, contra illum procedi.

77. Similiter etiam in *Camera Imperiali*, in causis, ubi perpetuum Quod simtatur.

Reo silentium injungendum est, *v.g. Legis diffam. prioritatis Creditorum*, si Actor statim cum processibus produxisset articulos positionales, licèt reus desuper in *primo termino* non respondeat, sed fortè in judicio non compareat, non tamen articuli statim pro confessis acceptandi, sed Reus adhuc semel citandus erit, licèt proclama jam antea decretum sit. *Pari modo distinguendum est*, utrùm Reus semel in judicio comparuerit, vel non: Si prius, acceptantur Articuli in contumaciam pro confessis, secus ac in posteriori casu, ubi non nisi ad probandum admittuntur.

Contumacia non agentis major est, quàm non comparentis.

78. *Ratio differentiæ* in eo consistit, quòd major contumacia sit ejus, qui, postquam in judicio semel comparuit, postmodum spernit Judicem, quàm ejus, qui nunquam in judicio præsens fuit. Gail. 1. *Obs.* 80. *ubi num.* 3. *&* 4. etiam hanc rationem addit, quòd cum eo, qui in judicio comparuit, judicium jam sit inchoatum: Secus ac in illo, qui nunquam comparuit.

Procuratore ante responsionem mortuò, quid juris?

79. Sed quid, si Procurator quispiam, posteaquam terminum ad respondendum articulis obtinuerit, ante lapsum termini vitâ fungatur, & principalis ad reassumendum citatus fuerit, sed non compareat, an hoc casu articuli pro confessis acceptandi? *De hac quæstione infrà suo loco dicetur.*

Notabile, quoad usum hodiernum.

80. *Generaliter hìc notari potest*: quòd licèt *hodiè* modus articulandi, per *noviss. Recess.* Imper. sublatus fuerit; ea tamen, quæ suprà dicta sunt, etiamnum *hodiè* in *articulis positionalibus* adhuc observanda sint.

Hoc term. juram. calumn. præstand.

81. Quartò (*vid.* §. 32. *h.t. suprà*) in hoc termino, vel postea, quandocunque petitum fuerit, juramentum calumniæ præstandum est. *Ord. part.* 3. *tit.* 13. §. Dergleichen/ so der Eyd für gefährde ꝛc.

82. Et quamvis hoc juramentum in prima instantia præstitum fuerit, attamen, in causis appellationis exactum, iterum præstandum est. *Ord. part.* 3. *tit.* 32. §. *fin.*

Præstatio juram. calumn. an vivâ voce petenda.

83. De *juramentis calumniæ* major dubitatio fuit, quàm de Juramentis dandorum & respondendorum, (*vid. tit. præced.* 29. §. 55. 56.) an videlicet illâ in scriptis solùm, & non vivâ voce, exacta præstanda sint, vel an præteriri possint? *Cùm expressi juris sit*, quòd in quacunque judicii parte petita fuerint, non possint citra nullitatis vitium omitti; & reverâ non magnum discrimen sit, utrùm in scriptis fiat exactio, an vivâ voce, eaque petitio & submissio per processum ad ulteriora de jure non censeatur remissa vel sublata omninò, cumprimis, quoad Judicem,

qui

qui processum justificare teneatur, nec facere, ut aliquid vitii relinquatur, etiamsi partes in curia transierint. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 84. *per tot.*

84. *Alij verò existimârunt*, quòd etiam hoc juramentum, vivâ voce non exactum, per Judicem, præcipuè verò post longum intervallum, præteriri queat, quia non debito loco & modo petitum, quemadmodum etiam hactenus ita observatum sit, teste Gail. *d. Obs.* 84. *ad finem*; quia non solùm petitum sit, verùm etiam simul offeratur, & præstetur oportet, dummodo exigens illud ex adverso præstari velit; quòd verò in Scripto sine recessu peculiari, vivâ voce habito, fieri non possit, & ita in Scripto hoc casu ineptè exigatur, *quamobrem Procuratoribus injungendum esse placuit*, ut si seriò hoc juramentum præstitum cupiant, id vivâ voce petant, quò Judex statim id, quod res est, videre possit: *Conclusum Cameræ dubio* 107. quod sanctione pragmaticâ confirmatum extat, *in Rec. Deput. Imp. Anno* 1600. §. Als auch unserer/ und der Stände Entschied.

85. Quicunque autem petit *juramentum calumniæ*, debet se simul ad *juramentum malitiæ* offerre, quod à juramento calumniæ in eo distinguitur, cùm prius ad totâ causam, posterius verò etiam super uno vel altero articulo speciali præstari soleat, siquidem hoc in specie petatur. Juram. calumn. patens offert se ad juram. malitiæ.

86. Cæterùm, aliud est juramentum calumniæ, quod præstatur in *causis appellationum*, aliud, quod præstatur in causis *simplicis querelæ*. Quod in Appellationum causis præstatur, ad illud pars Appellans, sub præsentissimo desertionis præjudicio, & Advocatus causæ, sub præjudicio mulctæ unius marcæ auri, in primo reproductionis termino sese offerre, & Mandatum speciale ad jurandum per Procuratorem producere cogitur. *Recess. Imper. de An.* 1654. §. Zumahlen aber ꝛc. 118. §. Wie ebenmäßig ꝛc. 73. *& resol. Cam. de An.* 1657. 28. *Januar.* §. Damit auch ꝛc. 7. *in hoc* oblatio necessaria non est, sed usque quo à Judice aut parte exigitur, securè exspectatur. Differentia Juram. calumn. in caus. appellat. & Caus. S. Q. I.

87. Est tamen circa Juramenta Principalis & Advocati distinguendum, ita, ut si quidem *ratione solennium* juramentum appellationis coram Judice à quo præstitum fuerit, illud nomine Principalis in Camera repetere, necesse non sit, nisi fortè spontè malit; *Advocatus contrà* semper & indistinctè, sub solita pœna unius marcæ auri, ad juramenti præstationem in Camera adstringatur. Prætereà, cùm *hodiè*, vigore *communis Decreti de An.* 1659. 13. *Decembr.* §. 4. omnes Advocati Scripta (die Handlungen) subsignare debeant, vel Procurator nomine De juramento Advocati, & non jurantis pœna.

mine ipsorum, Camera non patietur, talem adhuc partibus servire, qui ob non præstitum juramentum appellationis, mulctatus fuit.

II. Differentia. Lib. 1. tit. 26.

88. 2. *Illud solus præstat Appellans*, nisi etiam Appellatus, beneficio appellationis, nova deducere libellando velit, quo casu jure Appellantis censetur, mandatum ad jurandum simul cum Advocato exhibet, & jurat (*ita, ut si hoc observatum non fuerit, appellatio nomine ipsius interposita, salvâ tamen eâ, quæ ab Appellante facta est, reddatur deserta*) ut in *Causa* Sib. *contra* Elverf. *appellationis*, Appellatus juxtà & Advocatus tale mandatum produxerunt, & ad juramentum per sententiam admissi sunt, 20. *Septembr. Anno* 1659. *Hoc autem*, commune est utrique litigantium.

Different. III.

89. 3. *In illo* juramentum malitiæ, ejusque delatio, non habet locum, quia hoc juramentum lex ipsa defert: *In hoc* secus, cùm non præstetur, nisi Judice aut parte exigente.

Different. IV.

90. 4. *Illud* fundatur in §. Zumahlen aber ꝛc. 118. *hoc* in §. Uber dieses verordnen wir ꝛc. 43. *dicti noviss. Recess.* 1654.

Different. V. Juram. appell. an præstent Consiliarii Statuum.

91. 5. *Illud* præstant omnes, sive sint *Consiliarij Statuum*, sive non, Procuratore saltem excepto, *ex resolut. Camer. d.* 28. *Januarij*, *Anno* 1657. §. 1. Quamvis hæc quæstio, quoad Consiliarios Statuum, dubia adhuc, nec specificè resoluta esse videatur. Vide tamen *lib.* 1. *tit.* 26. § 44. 45. 46. *In hoc* soli excipiuntur Consiliarii Statuum, der Churfürsten/ Fürsten und Stände verpflichtete würckliche Räthe / so viel ihrer Herren Rechtfertigungs-sachen betrifft / Procuratoribus minimè exceptis.

Quinam Consiliarii exemti à juramento calum.

92. Quod *modò dictum* de Consiliariis Statuum, immunibus à præstat. Juram. Calumn. non de omnibus, sed de illis tantùm intelligendum est, qui in Curia Principum, & actuali ipsorum servitio sunt, velut recessûs loquitur; Besoldte/ Gebrödte Räthe.

Procurat. jurant de calumn. in caus. S. Q. si petatur, quid jurent? Non jurant. pœna. An etiam Civitatum Imp. Consiliarii exemti?

93. Quod porrò dictum §. 91. *Procuratores non excipi*, intelligendum est, si quidem illis juramentum calumniæ in specie delatum fuit, ut in causa F. contra F. Citat. ex L. diffam. factum, ex post-facto tamen iterum revocatum est. Procuratores autem hoc casu juramentum Calumniæ præstant, non de meritis causæ, nisi simul Advocati sint, sed de iis tantùm, quæ ipsis ratione processûs obveniunt. Præterea, si Procurator jurare nolit, omninò removetur ab officio, putà, in eadem causa.

94. Insuper quæri posset *ex* §. 43. *noviss. Recess. Imp. de Anno* 1654. Utrùm sub illius dispositione, quoad liberationem à præstatione juramenti calumn. *liberarum quoque Imperij Civitatum Consiliarij seu Syndici*,

dici, haud secus ac cæterorum Statuum (Principum atque Comitum) Consiliarii, si Advocati causæ fuerint, comprehendantur? Sed cùm *Instrum. Pac. Cæsar. Suec. art.* 5. §. 29. expressè disponatur, quòd ipsæ, quoad omnia, privilegiis Statuum frui debeant, non videtur, dubium hoc ullius esse momenti.

A juramento malit. an sint exemti Statuum Consiliarii.

95. Quid verò, si Statuum Consiliariis juramentum malitiæ referatur: anne id præstare tenentur? Ita sanè videtur. **Der Reichs-Abschied 1654. §. 43. redet** de juramento calumniæ, **davon der Reichs-Stände würcklich verpflichtete Räthe befreyet; Aber, so offt ihnen das** jurament. malitiæ referiret **wird, muß solches geleistet werden; Inmassen auch darauff also gesprochen worden:** 7. *Julij* 1659. *in Causa* **Lichtensteinischer Unterthanen** *contra* **Schönburg.** *Mandati de non gravando ultra solitas operas & edendo.*

Different. VI.

96. Differentia 6. *In illo* jurant Procuratores, in animam Principalium; *in hoc* in animam etiam propriam: quare rarissimè sibi partibusque hoc genus juramenti deferunt; Scientes quamprimùm delatum fuerit, sibi hoc ipsum referri.

Juram. calumn. an in caus. appellat habeat locum?

97. An autem hoc Juramentum calumniæ etiam in causis appellationum locum inveniat? dubitatur, quia speciali juramento in his causis utimur. At verius est, illud generale tum causis *simplicis querelæ*, sive Mandatorum sive Citationis, tum etiam *appellationibus* commune esse, de quo præjudicium recentissimum, in *causa* **B.** *contra* **B.** 13. *Martij*, & 20. *Octobris Anno* 1657.

Sensus hujus quæstionis.

98. *Quæstio jam proposita ita intelligenda*: Si fortè post præstitum juramentum appellationis, supervenirent indicia quædam, ratione quorum Appellatus coactus esset, petere juramentum calumniæ. Aliàs enim, regulariter loquendo, juramentum appellationis continet in se quoque juramentum calumniæ, & ab illo non ita differt, *ratione obligationis scil.* cùm non minùs præstans Juramentum appellationis, quàm jurans de calumnia, inter alia offerre debeat, se hoc non malo & calumniandi animo facere.

Advocati Juram. calumn. generale non præstantis pœna.

99. Quâ autem pœnâ plectendus sit Advocatus, hoc juramentum calumniæ generale præstare recusans? In *Recessu novissimo de Anno* 1654. *dict.* §. 43. non est expressum; Pœna ergò videtur esse arbitraria. Interim, *juxta modò citatum præjudicium*, ad exemplum juramenti appellationis, pœna unius marcæ auri in Camera observata est, quæ *hodiè* definita per *commune Decretum* 28. *Januarij Anno* 1657. §. 7.

100. Cæterùm formulam juramenti appellationis seu calumniæ, de non frivolè appellando, videre est suprà in *lib.* 1. *tit.* 26. §. 54. Hujus autem generalis juramenti formulam hic subnectimus.

Forma specialis Mandati ad præstandum juramentum Calumniæ in Causis simplicis querelæ.

Wir Ends-benannte bekennen/ und thun kund hiemit jedermänniglich/ demnach zu Einstellung vielfältig verspürender frevelmütiger Klagen/ in des Heil. Römischen Reichs Abschieden und Constitutionen heylsamlich versehen und geordnet/ daß alle hohe und niedere Standes-Personen und Partheyen/ so an wohlermeldtem Käyserl. Cammer-Gericht einige Action und Klagten gegeneinander einzuführen/ oder aber gegen den Kläger/ mittels rechtlicher Einred und Gegen-Nothdurfft der erweckten Klag sich zu entwehren gemeynt/ wie auch deren Advocaten/ wann es entweder die Parthey begehrt/ und es der Richter darauff erkennt/ oder auch von selbsten/ in welcherley Theil des Gerichts/ von Ambts-wegen aufferlegt/ ein gewissen Eyd in persona, oder durch einen darzu specialiter bevollmächtigten Procurator unweigerlich/ und nechst gnugsamen Vorbedacht/ und Erwägung der unaußbleiblichen Straff Meyneydes/ zu GOtt und auff das H. Evangelium/ in offentlichem Gericht schwören sollen/ daß sie nemlich/ eine gerechte Sach zu haben/ glauben/ was sie vorbringen/ und begehren/ nicht auß Gefährde/ oder böser Meynung/ noch zu Auffschub und Verlängerung der Sach/ sondern allein zur Nothdurfft thun/ die Warheit nicht verhalten/ auff des Gegentheils Vorbringen/ oder Erzählung der Geschichte/ in allen seinen Umbständen/ ohne Gefährde antworten/ und so bald sie auß den Beweißthumen/ oder sonsten in progressu der Sach befinden würden/ daß sie eine ungerechte Sach hätten/ davon abstehen/ und sich deren gäntzlich entschlagen wollen/ alles getreulich und ohne Gefährde. Und dann Wir (*inserantur nomina*) an erwähntem Käyserl. Cammer-Gericht in Rechtlichen Proceß und Streit gerathen/ dannenhero dergleichen wohlverordneten Eyd abzustatten/ Uns nicht weniger/ als andere gehalten wissen/ die Wichtigkeit/ was solcher Schwur an und auff sich habe/ und nach sich führe/ Uns gnugsam bekandt und wissend/ daß nemlich diejenige/ so zu dessen Abstattung verbunden/ **den Allmächtigen GOtt Vatter** und Schöpffer aller Creaturen/ der das Verborgene aller Menschen Hertzen und Gedancken siehet/ **GOtt den Sohn**/ und **H. Geist**/ als persönlich zugegen/ durch die Auffreckung der drey Finger offentlich zu Gezeugen anruffen und bitten/ daß sie/ so wahr ihnen/ und an ihrem letzten End/ durch seine grundlose Barmhertzigkeit gnädig seyn wolle/ als wahr sie recht schwören/ und ihr Vorgeben/ so sie mit dem Eyd betheuren/ ihres Wissens/ die Warheit und keine Falschheit/ Betrug oder Argelist dahinden verborgen seye; hingegen/ da sie wissentlich falsch und unrecht schwören/ mit Betrug umbgehen/ oder eines andern in ihrem Hertzen vergewisseret und versicheret/ als sie äusserlich mit Worten vorgeben/ ihnen selbst das strenge Urtheil sprechen/ und der

er-

erschrecklichen Straff sich unterwerffen/daß dadurch ihr Leib und Seel dem ewigen Fluch untergeben/und wann sie/als meyneydige Menschen/an dem Jüngsten Tag vor dem gestrengen Gericht GOttes erscheinen / an Leib und Seel verdammet seyen. Wie nun das ein jeder Christen-Mensch wohl zu Hertzen zu nehmen / und ehe er sich zum Eydschwur resolvirt / die Schwehre und Gefährlichkeiten / deren man sich solcher gestalt untergibt/ vorderist billig zu erwegen / und ob sich eines andern im Hertzen/als er mit Worten äusserlich schwören wil/bewust/sein Vorgeben auch mit reinem Gewissen betheuren könne / reifflich bey sich zu erforschen hat. Also auch wir/ als unserer Seelen getreue Vorstehere/alles obige/und was wir mit Eyd zu bestättigen haben / mit allen seinen Umbständen bey uns mit allem Ernst und Fleiß erwogen / und daß wir obbeschriebenen von uns erforderten Eyd unser am hochlöblichen Käyserlichen Cammer-Gericht angebrachten Sachen halben/mit auffrechtem und redlichem Gewissen thun und ablegen könen/bey uns befunden/solchen aber selbsten in Person vor Gericht abzuschwören/ verschiedene erhebliche Verhindernussen eingefallen; daß darauff dessen Verrichtung unsert wegen zu pflegen/ wir den Edlen und Hochgelehrten Herrn (hic inserendum nomen Procuratoris) beyder Rechten Doctorn, aut Licent. und des Hochlöbl. Käyserl. Cammer-Gerichts Advocaten und Procuratorn, auff zuvor derenthalben beschehene gebührende Versicherung und Einwilligung/special Gewalt auffgetragen/ also und dergestalt/daß derselbe an statt unserer vorderist gerichtlich angeloben / darauff in unsere eigene Seel/ den Eingangs berührten Eyd vor Gefährde zu GOtt und das H. Evangelium abstatten/und was sich deßfalls eignet/und gebühret/thun und præstiren solle. Was nun derselbe also thun/ geloben/ und in unsere Seel schwören wird/ solches gereden und versprechen wir / gleich ob persönlich solches gelobt / und in unsere eigene Seel geschworen hätten / auff- und anzunehmen/ auch stätt/ vest/ und unverbrüchlich zu halten / und erwehnten unsern Anwald derowegen aller Gefahr und Schadens/ bey Verpfändung unserer Haab und Güther/ allerdings zu entheben. Dessen zur Urkund haben wir uns mit eigener Hand unterschrieben/ und unser gewöhnlich Petrschafft beygetruckt. Geschehen ꝛc.

Forma Juramenti Calumniæ in causis simplicis querelæ, **wie es der** *Protonotarius in audientia* **ablieset.**

Ihr werdet schwören/ in Krafft vorgebrachten special-Gewalts / einen Eyd zu GOtt/ und auff das H. Evangelium / in euerer Partheyen / Principalen/ auch euere eigene Seele / so viel ihr davon Nachricht habet/ daß ihr glaubet / eine gute Sach zu haben / daß ihr auch keinen unnothdürfftigen gefährlichen Auffschub der Sachen begehret/ sondern allein zur Nothdurfft thun / und so offt ihr in Rechten gefragt werdet / die Warheit nicht verhalten / auff des Gegentheils Vorbringen oder Erzählung der Geschichte in allen seinen Umbständen / ohne Gefährde antworten / und so bald ihr auß den Beweißthumen / oder sonsten in progressu deren Sachen erfunden werdet / daß ihr eine unrechte Sach habet / davon abstehen/ und euch davon gäntzlich entschlagen wollet/ auch in dieser Sach niemand anders/

dann demjenigen / so das Recht zuläst / nichts geben / oder verheissen wollet / damit ihr die Urtheil erlangen möget.

Fiscalis Cæsar. juret de calumn.

101. Ab hoc juramento *Fiscalis Cæsareus* an eximatur? Quæstionis dubiæ est; Nam per *Recessum novissimum* omnes hoc præstare obstricti sunt, quicunque specialiter non eximuntur; verùm testante Gailio *lib.* 1. *Obs.* 90. à veteri juramento per *Observantiam Cameralem* exemptus fuit. Quicquid etiam agit ex Consilio *Dominorum Deputatorum*, necessitate quadam officii adactus, agit. Ergò ex eo etiam hunc in causis fiscalibus immunem & exemptum dixerim.

Qu. de literarum ignaris.

102. *Denique quæritur*: Literarum ignari, & qui scribere nesciunt, hoc speciale Mandatum, ut exarabunt? De hoc disponitur in dicto Recessu, §. **Uber dieses verordnen und wollen wir** ꝛc. 43. quòd loci Magistratus, vel persona publica, aut in defectu hujus duo honesti viri subscribendo vices horum supplere possint, modò in subscriptione nomen requirentis, ejusque requisitionem apponant.

TIT. XXXI.

De tertio Termino.

Ex Ordin. Part. 3. Tit. 14. 25. & 33.

§. 1. P*Ræmittimus hoc titulo*, quòd juxta *Recessum novissimum* de Anno 1654. (exceptis solis Replicis ad Exceptiones, in *secundo*, vel petita à reo prorogatione, *tertio termino* importandis) productio Libelli, responsio ad eundem, submissio ad acta priora ab utraque parte, & quæ plura sub hoc titulo continentur, *de stylo præsenti* in primo termino expediuntur, de quo in titulo antecedenti; Si tamen citatus justis ex causis terminum respondendi in primo reproductionis termino collegerit, responsiones hæ incidunt in terminum secundum.

De productione additionalium &c.

2. *Primò* autem, in secundo termino ab actore articulorum antè productorum additionales, si opus sit, producuntur: Sed sæpiùs *additionales additionalium*, & supra additionales, eorumque additionales, quasi in infinitum, hinc inde cumulati fuêre, *quamobrem placuit quibusdam*, generaliter statuendum, & observandum, ne sæpiùs quàm semel additionales, iisque omnes & simul unâ vice, ab unaquaque parte producerentur, ultrà illos nihil ampliùs, nec alii articuli admitterentur, nisi prævio juramento, quemadmodum in *Ordinatione* constitutum sit, *part.* 3. *tit.* 14. §. **Es sollen auch** ꝛc. *& tit.* 15. §. **Zum dritten** ꝛc. *& tit.* 27. §. **Und sollen solche** ꝛc.

§. Qui-

3. *Quidam verò* rem ampliùs deliberandam esse, *per majora censuerunt*: quia propter facilitatem jurandi, cum periculo partium conjunctum foret, si regulariter & sine discrimine ad juramentum illud adigerentur, quamobrem Judicis arbitrio illud committendum esse, judicârunt, quemadmodum etiam per *Ordinationis leges* arbitrium illud Judici non adimeretur. *Cam. Dub.* 104. *ap. Rosac.*

4. Vide *Recess. Deputat. Imp. Anno* 1600. §. Es sollen auch *Additionales &c.* 126. ubi pragmatica sanctio est, ut ex æquo & bono Judex moderetur, quatenus additionales articuli admittendi sint, & propterea statuitur, ut nulli cuique Procuratori liceat, additionales vel declaratorios, aliosve articulos tum demum ab probandum proferre, posteaquam Adversarius dilationes suas probandi habuerit, multò minùs, quando Rotulus productus publicatus, ejusque copia sive exemplum communicatum fuerit. Confer. *Ord. d. tit.* 15. & §. Zum dritten &c. *part.* 3. Constitutio Deput. Imp.

5. Sed cessat hæc Constitutio, cùm per *Recessum novissimum* de Anno 1654. additionales producere, in totum sit vetitum. §. Es sol auch hinführo &c. 37. Quæ hodiè cessat.

6. *Secundò*, in puncto exceptionum dilatoriarum vel respondetur, vel replicatur summariè, aut articulatim. *Ord. p. 3. t. 25. Hodiè summariè* solùm, junctâ productione Documentorum & reprobatorialium, (*sive exceptionum summariarum contra libellum: quia reprobatoriales, ut §. præced. dictum, locum non habent*) nisi à reo prorogatio sit petita & concessa, quo casu reus in hoc secundo termino excipit, probationes, si quas habet, producit, & reconventionem instituit. Except. summ. contra Libell. term. sec. produc.

7. *In appellationum causis* notandum I. Si partes nihil novi in medium afferre, nec in prima instantia allata probare velint, Appellantem, nisi post litem contest. articulos, aut acta priora repetierit, *hoc tertio termino* articulis actisve repetitis, vel voce vel scripto concludere, atque omnia simul producere. *Ordin. part. 3. tit. 33. in princ.* Idemque Appellatum, vel in instanti vel termino proximo facere, sed ulteriora scripta locum non habere. *Ord. eod. tit. & §.* In causis appellat. submittitur ad acta priora.

8. Si Appellans ad acta priora submiserit, quod in primo reproductionis termino *de stylo præsenti* necesse est; Appellato, cui sat amplum deliberandi spatium in citatione jam antè indultum, incumbit, ut vel eod. modo ad acta in hoc primo termino submittat, vel si volet, & in quibusdam gravatum se conqueritur, Libellum proferat. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Auch in Fällen &c. 71. Quod hodiè fit in I. termino.

9. Quin imò statim in supplica pro processibus (aliter non decernendis) ab actore allegari debet, an in primo termino libellum importare, vel acta priora loco Libelli repetere velit.

10. Notandum II. Si Appellans, statim post litem contestatam, Libellum appellationis, vel acta prioris instantiæ, loco gravaminum repetierit, concluseritque termino proximo, Appellatus respondebit, omniaque producet, ac scripto concludet, vel vivâ voce confestim submittet. *Ord.d.tit.* 33. §. **Wo aber in obgemeldtem Fall** ꝛc. Quod *hodiè in primo termino*, ubi omnes Exceptiones simul & semel, unâ vice importari debent, fieri solet; nisi justis de causis prorogatio petita sit: quod etiam de §. *mox sequenti* intelligendum.

11. III. Sin Appellans, vel Appellatus amplius quid proferre, probare, aut priùs deducta ampliùs probare voluerit, eodem termino id proferre tenetur. *Ordin.d.tit.* 33. §. **Im Fall aber / da der** *Appellant.*

In appell. à definit. nova deducere licet, non novam actionem proponere.

12. IV. In Appellationibus à definitivis, aut earum vim habentibus sententiis, etiam ex novis causis, à prioris instantiæ tamen actione non alienis, in altera sive ulteriori instantia agere licebit. *Ord.d.tit.* 33. §. **Und sol in solchen Sachen** ꝛc. Itaque Appellanti fas non fuerit, novam actionem instituere, sed priori inhærere, & articulos ex priori actione deducere cogitur.

Sed in S. Q. Libellum mutare licet.

13. Aliud obtinet in *causis simpl. querel.* ibi enim ante litis contestationem (licèt *de jure hodierno*, quo in primo termino regulariter lis contestanda venit, vix discrepantia sit) Libellum adhuc mutare licet; Quin etiam post lit. contestat. ut aliqui volunt; ita tamen, ut sumptus antea expensi adversæ parti refundantur.

Mutare & emendare libellum, differunt.

14. Sed hîc differentia inter *mutationem & emendationem* libelli benè notanda est. *Prius* fit, si nova, omninò à priori distincta actio instituitur, quod, ut dictum, regulariter fieri non potest. *Posterius* verò, si prior libellus & actio quidem permanent, meliùs tamen declarantur: quod in quavis Judicii parte facere licet.

15. V. Si partes nihil novi vel narrabunt, vel probare animus illis fuerit: acta prioris instantiæ ad articulandum non admittuntur, sed sine mora concludere jubentur. *Ordin.d.t.* 33. §. **Wo aber obgemelter massen** ꝛc.

Cautela pro litigat. just. caus. habent.

16. Duplex autem *cautela* hîc observanda. *Prima est* pro litigatoribus justam causam foventibus, quam observavit Gail. *lib.* 1. *Obs.* 128. *num.* 4. *&* 5. *ex d.Ord.tit.* 33. *&* §. **Wo aber obgemeldter massen** ꝛc. Ut videlicet coram judice prioris instantiæ causam accuratè instruant, plene-

neque jura sua deducant: quo facto, *ait*, si alteruter litigatorum à sententia lata appellet, & postea in gravaminibus, *quæ sunt immediata causa appellationis*, coram Judice appellationis omnia priora, putà jam antea allegata in priori instantia, repetat, & articulatim deducat: operæ pretium esse, ut Appellatus, statim post factam litis contestationem, responsionibus omninò omissis, super non admissione gravaminum appellationis, eò quòd nihil novi contineant, per generalia concludat, ad acta se referendo, quæ inter easdem partes notorium inducunt: nam tunc Judicem, causâ cognitâ, talia gravamina neque ad respondendum, neque ad probandum admittere, sed causam ex officio pro concluſa acceptare, & definitivè pronunciare, quod juris est, teneri, quemadmodum quotidiè in Camera sic procedendo observetur. Hæc Gail. *d. Obs.* 128. Quæ & *in Recessu novissimo de An.* 1654. §. Es sollen und mögen auch die Partheyen ꝛc. 75. ita admonitionis ergò annotantur.

17. *Altera cautela* est pro Appellatis, ut videlicet coram Judice appellationis renuncient puncto sive articulo appellationis, petantque Appellantem compelli, ut in principali, omisso puncto appellationis *à sententia interlocutoria*, procedat; Cui petitioni Judex locum relinquere tenetur, maximè, si Appellantem injustam fovere causam, & tergiversari animadvertat. Vide Gail. 1. *Obs.* 136. ubi hujus cautelæ præjudicia aliquot Cameræ annotavit. Cautela pro Appellatis.

18. Vide etiam Tilem *de Benign. decisiv. relat. Synt.* 3. *d.* 3. *V.* 5. *n.* 92. quæ tamen non aliter procedit, quàm si favor solius Appellati in puncto appellationis versatur; non verò, si in eo etiam versetur favor Appellantis; vel etiam, si quæstio in Appellationem deducta, sit præjudicialis ad causam principalem. Vid. Gail. *d. loc.* & Caspar. Klock. *tom.* 3. *conf.* 187. *n.* 11. 12. & multis seqq. Nam hisce casibus Appellatus non potest renunciare favori Appellantis, nec Judex potest procedere ad causam principalem, puncto præjudiciali non priùs discusso. Appellatus favori Appellantis renunciare non potest.

19. De doctrina §. 17. proposita, (*quæ utì dictum, in Appellatione à sententijs interlocutorijs tantùm locum habet.*) Notandum: Cardinem difficultatis in eo consistere, an, si Judex à quo super uno aut altero articulo vel puncto rei controversæ, *v. g. opposita à reo præscriptione*, pronunciâsset, desuperque ab Actore appellatum fuisset, is hoc casu Judicem ad quem interpellare possit, ut misso puncto gravatoriali seu appellatorio, scilicet obtentâ præscriptione in proposito casu, potiùs in causa principali pronunciet, & eam quasi tacitè à judice priori avocet? Caut. hæc in Appellat. ab interlocut. tantùm habet locũ. Explicatur.

20. Hîc

20. Hîc ante omnia inter *Appellantem* & *Appellatum distinguendum* est; Licèt enim priori hoc minimè concessum sit, non tamen prohibetur Appellato, nisi fortè, (ut in modò dicto casu objectæ præscriptionis) versaretur favor Appellantis, essetque punctus, à quo appellatum fuit, ipsi causæ principali aliquo modo præjudicialis: si enim præscriptio non attenderetur, sine dubio magnum reo fieret præjudicium.

21. Præterea ad hoc, ut Appellatus ad similem petitionem admittatur, debet priùs favori, ex priori sententia sibi fortè competenti, renunciare: neque etiam Appellans, ut relicto articulo appellatorio causa principalis discutiatur, propterea repugnare potest, & litispendentiam coram Judice à quo allegare; cùm appellando ipsemet ejus jurisdictionem declinaverit, ut benè notat Gail. 1. *Obs.* 86. *n.* 2.

Appellat. prohibitâ, an à nullitate appellari possit.

22. Hoc loco non incongruè quæri potest: *An remota appellatione, etiam nullitas remota esse videatur*; vel utrùm appellatione (quod idem est) per privilegium prohibita, à nullitate saltem appellari non posset? Et distinguendum est, utrùm privilegio casus nullitatis (quicquid alii in contrarium obloquantur, putantes privilegia ad nullitates omninò non extendi posse) inclusi sint, vel non: *Si prius*, dubium est nullum, etiam à nullitate appellari non posse, nisi esset *nullitas insanabilis*; quæ non quidem per *viam appellationis*, sed *per citationem* ad vidend. deduci nullitates, salvari posset, nisi fortè privilegium omnes omninò nullitates includeret: *Si posterius*, à nullitate, quacunque tandem, appellare licitum erit. *Privilegia namque de non appellando, ad nullitates, nisi in specie hoc contineant, non extenduntur. Vid. lib.* 1. *tit.* 19. *& alibi.*

TIT. XXXII.

De quarto Termino.

Ex Ordin. Part. 3. Tit. 15. & Tit. 16.

Qui hodiè juxta Recess. noviss. 1654. *secundus est, vel tertius, prout à reo prorogatio petita est, vel non.*

§. 1.

IStho hoc termino contra articulos excipitur, aut si Exceptiones nullæ sint, illis respondetur. *Ord. part.* 3. *tit.* 15. *in princip.*

2. *Secundò*, articuli defensionales & peremptorii, sive elisivi, producebantur. *Ordin. ibid.* Sed intellige, in causis simplicis querelæ hos articulos in quarto termino producendos fuisse, *vide sup.*

3. *Tertiò*,

3. *Tertiò*, juramentum articulorum, seu dandorum & respondendorum, hinc inde petitum præstatur, ejusque vigore articuli, vel responsiones repetuntur. *Ordin. d. tit.* 15. *in. princ.*

4. *Quartò*, Commissarii postulantur, si ita videatur, (*nam & sequenti termino illos postulare licet*) & probandi dilatio petitur: *Ordin. d. t.* 15. §. *fin.* **Weiter sol ꝛc.** Isthæc nominatio, & quæ ad Commissarios pertinent, unà cum articulis probatoriis, vel Libello supplice separato exhibentur, vel postea coram Deputatis Commissarii vivâ voce nominantur & postulantur. *Recess. Imp. Spiræ Anno* 1570. §. **Die Commissarien** *&c.* 96. Commissariorum postulatio.

5. *Obiter de Commissionibus petendis hìc notandum*: I. Commissionem aliquando postulari, simul atque responsum est ad Libellum, etiamsi in puncto responsionum, an videlicet sufficientes sint, nec ne, submissio adhuc hæreat, nec dum Judicis interlocutoria publicata sit. *Ordin. p.* 3. *t.* 15. §. **Weiter sol.** Ruland. *de Commission. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 2. II. Actori prius quàm reo commissionem probandi impetrandam esse: Sed si reus consenserit, utrique simul probationes injungi atque decerni posse. Ruland. *de Commiss. d. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 18.

6. *Quintò*, in puncto exceptionum dilatoriarum, vel articuli probantur, vel duplicantur; atque illicò ex adverso concluditur. *Ordin. tit.* 26. *p.* 3. §. **Wo aber die** *replicatori*-**Articul.**

7. Denique, Exceptionibus dilatoriis per sententiam reprobatis, lis confestim contestanda, vel pro contestata acceptanda est. *Ordin. d. tit.* 26. *part.* 3. §. **Und so nach gethanem ꝛc.** sed noveris hanc ordinationis legem antiquitatam esse. Vide supra *Tit.* 30.

8. *De stylo novissimo*, juxta *Recessum de Anno* 1654. introducto, responsio ad Libellum regulariter in primum terminum incidit, nisi reus seu citatus, ex causis relevantibus, prorogationem obtinuerit, quo casu secundus vices primi subintrat: Articuli peremtorii & elisivi sunt sublati: Juramentum articulorum seu dandorum & respondendorum non ante præstatur, nisi judice per interlocutum monente: Commissarii, obtentis rei responsionibus, in primo vel secundo termino rogari possunt. Stylus novissimus.

****

TIT. XXXIII.

De quinto Termino.

Ex Ordin. Part. 3. Tit. 16. & Tit. 28.

Qui hodiè juxta styl. noviss. ex Recess. Imp. de Anno 1654. *quartus vel tertius.*

§. 1. PRimò, In puncto Exceptionum contra articulos replicandum & concludendum: *Intellige*, nisi termino proximo superiori replicatum atque concluſum fuerit. *Ord. part.* 3. *tit.* 15. §. Und also wieder ꝛc.

2. *Secundò*, Commissarii, si non ante petiti fuerint, coram Deputatis postulantur. *Ordin. part.* 3. *tit.* 6. *in princ.*

3. *Tertiò*, ex adverso, si contra agitur, & si de Commissariis inter partes litigantes coram Deputatis convenire non possit, exceptiones contra eosdem opponuntur, quas postea actoris replicæ excipiunt. *Ord. d. tit.* 16. §. Dargegen der ander Theil ꝛc. *Intellige* simul cum responsionibus, vel vivâ voce coram Deputatis. *Vid. supra lib.* 2. *tit.* 10. §. 12.

4. *Quartò*, si probatione non fuerit opus, uno scripto universæ causæ merita discussa hoc termino proponenda fuerint, & concludendum. *Ordin. d. tit.* 16. §. So fern aber die Kläger.

5. *Quintò*, ad articulos defensionales sive peremptorios, *intellige, in causis simplicis querelæ*, vel respondetur vel replicatur. *Ordin. part.* 3. *tit.* 28.

Usus hodiernus hujus tit.

6. Postquam autem Exceptiones peremptoriæ & elisivæ *articulatæ* sunt sublatæ (*summariæ enim etiam hodiè adhuc in usu sunt*) & Commissarii in primo, secundo, aut ad maximum tertio termino petiti, *in quarto hoc termino nihil restat*, quàm ut Documenta, Scripturæ, & quicquid ad probationem facit, offerantur, Rotulus producatur, publicetur, & communicetur, tàm à parte Appellantis in probatoriis, quàm appellati in reprobatoriis. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Nach Verscheinung der Zeit ꝛc. 54.

TIT. XXXIV.

De sexto Termino.

Ex Ordin. Part. 3. Tit. 17. & Tit. 29.

Qui juxta *Recess. Imp. de An.* 1654. & *styl. noviss.* quartus & quintus.

§. 1. POsteaquam terminus probandi constitutus effluxerit, in *sexto termino* primò *actor*, simul atque ordine procedendi interpella-

tus

tus fuerit, *attestationum publicationem* petit: Instrumenta atque jura producit, tempus Adversario, nisi concludere in continenti is malit, & contra agendi potestatem concedit. *Ordin. part. 3. tit. 17. in princ.*

2. *Secundò*, Sin onus probandi actori impositum non est, aut probatione opus non fuerit, à parte rei concludendum. *Ordin. d. tit. 17.* §. Im Fall aber / daß ꝛc.

3. *Tertiò*, in puncto defensionalium, articuli vel probantur, vel ad replicatorios respondetur, negatosque probandi facultas conceditur; vel denique duplicatur; nec ultra triplicas proceditur. *Ordin. p. 3. tit. 29.* Wo aber der Kläger ꝛc. & §. Wo aber solch des Klägers ꝛc.

4. *In* §. 1. *dicitur, in sexto termino.* Ut ad terminum sextum perveniatur, solent Procuratores, attestationibus suam intentionem probaturi, antequam terminus probandi labatur, *infr.* §. 8. *h. vel post ejus lapsum*, terminum ad producendum Rotulum examinis postulare. Sed in hac termini postulatione lex illa observanda fuerit, de qua *sup. t.* 23. §. 6.

5. *Dictum quoque* §. 1. *quæ Actori sint agenda*: utpote qui inprimis intentionem suam probare necesse habeat, ut supra dictum est. Idem etiam Reo factitandum: *intellige*, si exceptionum suarum probationem susceperit.

6. Ulterius dicitur §. 1. *Attestationum peti publicationem.* De hac publicatione, ejusque effectu, confer. Mynsi. *Obs. 64. cent. 3.* Gail. *Obs. 103. n. 5. lib. 1.* *Ac nota*: publicationem testium esse potius de justitia, quàm substantia processus; ac proinde, si à denegata publicatione non appelletur, sententiam alicujus partis latam, & iniquitatem, non nullitatem in se continentem, transire in rem judicatam. De publicatione testium.

7. *Effectus publicationis* in eo consistit, quòd super iisdem, vel directò contrariis articulis, in eadem vel alia instantia, iidem, vel alii testes, ob timorem subornationis amplius produci non possint; Habet tamen *hæc regula* plures limitationes, nec locus illi est: 1. Si factâ publicatione, pars adversa copiam attestatorum nondum habuerit. 2. In *productione instrumentorum*, quæ post publicationem attestatorum, (cùm eorum ratione subornationis periculum nullum sit) usque ad causæ conclusionem rectè exhiberi, &, quatenus opus, testibus probari possint. 3. In *causa matrimoniali*, quando quæstio de vinculo matrimonii: secus, si de legitimo processu quæratur, cujus disputatio non concernit factum animarum, adeoque cessat favor matrimonii: prout in simili hoc casu causa transit in rem judicatam; Secus ac in priori. 4. Regula locum non habet Publicationis Effectus regularis. Limitationes regulæ.

habet in reprobatione testium, putà, si quis vellet probare testem muneribus corruptum, quòd sit perjurus, ignominiosus, infamis, falsarius, homicida &c. hæc enim probatio est diversus & novus articulus, super quo testes producti nondum fuerint, ut proinde publicatio nil obstet. 5. Quando producuntur testes ad confirmandam priorem probationem. 6. Si Princeps rescripto, *non obstante publicatione*, aliorum testium productionem permitteret. 7. Fallit hæc regula in Judice, qui ex officio testes semper repetere potest. 8. Si testes absint, legitimè & lite contestatâ, aut super interrogatoriis, non verò examinatione testium ad perpetuam rei memoriam intelligi debent, quod ante litem contestatam extrajudicialiter conceditur. 9. Si attestationes sint deperditæ, paria namque sunt, non esse, & non apparere. 10. Si partium consensu, publicatis attestationibus, alii testes producantur, nisi fortè obstaret publica utilitas. 11. Si consuetudine aliud receptum esset. 12. Regula suprà dicta non observatur in Exceptionibus peremptoriis, veluti *præscriptionis, pacti de non petendo, rei judicatæ*, quæ veluti novi articuli, apertis licèt testimoniis, rectè opponi & probari possunt.

8. Quod §. 4. dictum, post *termini lapsum postulari terminum ad producendum Rotulum*, non procedit ampliùs; quia *hodiè* omnes termini sive legales, seu à judice dati, sunt præjudiciales. Ideoque non consulendum Procuratori, elapso jam termino, novum quasi ad producendum Rotulum postulare; nisi fortè justa haberet impedimenta, quare in termino, seu dilatione probandi, Rotulum producere non potuerit.

9. Cæterùm, quæ §§. tribus prioribus enumerata, quarto in termino ut plurimum expediuntur: quæ verò *stylo novissimo* termino IV. vel V. agenda sint, repete ex dicto *Rec. de Anno* 1654. §. **Und demnach** &c. 56.

TIT. XXXV.

De septimo & reliquis terminis, videlicet octavo, nono, decimo & undecimo.

Ex Ord. P. 3. Tit. 18. Tit. 19. Tit. 20. Tit. 21. Tit. 22. & 23.

Qui juxta *Recess. noviss.* quintus & sextus; *septimus* enim, & omnes reliqui per *dictum Recessum in totum sunt sublati.*

§. 1. IN septimo termino, à die, quo copiæ attestationum communicatæ sunt, computando, probationes à parte actoris judicialiter prolatæ exceptionibus à Reo impugnantur. *Ordin. part. 3. tit. 18. in princ.*

2. Intellige autem, terminum hunc à die communicatarum copia-

rum

rum computari, si de diligentia Procuratorum, in illis petendis, ex Protonotariorum relatione constet. *Mem. Visit. Anno* 1575. §. Im Fall/ *Attestationes &c.* 11. Cisner. *fol.* 445.

3. Quamobrem Scribæ adnotabunt diem, quo copiæ attestationum peticæ, traditæque fuerunt, & copias expeditas factasque esse, tùm Procuratoribus, tùm Protonotariis, ut ea de re, si opus fuerit, referre & testari queant, significabunt. *Ordin. d. tit.* 27. *part.* 3. §. Damit man auch ꝛc.

4. Et *Memoriali Visitationis Anno* 1576. §. Ob auch wohl den Partheyen ꝛc. 3. cautum est, ut Procuratores, attestationum copias sibi è Cancellaria edi postulantes, Schedis diem adscribant, Schedarumque istarum postea exempla ad excusationem sui proferant, & secus si faciant, post lapsum termini ne audiantur.

5. Sed cùm post attestationes publicatas (*vid. Rosacorb. in Dub. Cam.* 117.) hactenus Recessus à Procuratoribus multiplicati fuerint, dum post terminum super illis procedendi obtentum, ab illis significatum est, attestationum copiam sibi primùm esse communicatam, esse in judicio & propterea petitum, ut terminus à tempore habiti recessus, id est, quo copiam sibi communicatam esse in judicio significârunt, denumeretur: quia verò hoc per se juris est, & *Ordinatio* statuit *part.* 3. *tit.* 18. *in princ.* & § 2. *Ut terminus iste non, nisi à copijs habitis computetur*: & ex hujusmodi Recessibus sine difficultate atque disquisitione multa cognosci non possit, an res ita se habeat, an & quando Procurator expeditionem copiarum sollicitaverit, & quando illæ factæ fuerint, nec quando illas postea redemerit, à quo tempore præcisè terminus incipere debet, non etiam à die habiti recessus, quo id post significatum est, modò aliàs per ipsum non steterit.

6. *Quamobrem*, ut Judex quovis tempore de Procuratorum diligentia vel negligentia certior reddatur, & recessus isti supervacanei tollantur, placuit imposterum istiusmodi recessibus planè interdicendum, & diligenter semper observandum esse, quando & quoties Procuratores attestationum copiam, earumque expeditionem sollicitaverint, quo die expeditæ atque factæ, & redemptæ fuerint, originalibus attestationibus in Judicio adservatis consignetur, & ibidem tàm Judex, quàm Procurator Adversarius, sine difficultate & ambagibus quovis tempore ea de re edoceri queat, secundùm *Memoriale Visitat. Anno* 1576. §. 3.

7. Vide *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. Als auch bißher/ *post publicatas, &c.* ubi pragmatica Imperii sanctio est, ne tempus, quo attestationes è Cancellaria obtenta sint, imposterum judicialiter significetur: sed præfectus diem, quo sollicitatæ & expeditæ fuerint, & is, qui copias redemit, atque accepit, diem, quo redemptæ fuerint, originalibus Rotulis inscribant.

8. Denique, ut reliquos terminos persequamur, *in octavo* ab Actore replicatur, eique omnia producere licet. *Ord p. 3. tit.* 19. *In nono*, à reo duplicatur. *Ord. p. 3. tit.* 20. In *decimo*, conclusio scripto à parte actoris profertur. *tit.* 21. In *undecimo*, reus itidem scripto concludit, nisi antea, ad actoris conclusionem, statim vivâ voce id egerit. *tit.* 22. Atque sic terminorum Materiam, sive actus, *Ordinatio Cameræ describit.*

Terminor. numerus Const. Imp. 1570. imminutus.

9. Sed memineris, ex *Constitutione Imperij Anno* 1570. Spiræ publicata, terminorum istorum numerum diminutum, & post attestationes publicatas, utrivis parti bina tantùm scripta producenda, sed neutri duorum scriptorum numerum metamve excedere, Jus esse, quia in Judicis arbitrio sit, quantum fidei testium dictis tribui debeat. *d. Recess. Imp. Anno* 1570. §. Was und wie viel den abgehörten Zeugen/ &c.

10. Verùm enim verò, quia multifariam contra Constitutionem hanc commissum fuit, & per indirectum plura scripta sive producta in judicium irrepsêre, quæ res multis recessibus non necessariis habendis occasionem præbuit, dum Reus tantum temporis spacium, quantum Actor sive Appellans postularet, (*& ita terminus utrinque poscereturr*) & quamvis illud effluxisset (*id est, eâ ratione actori terminus purificatus, & via procedendi præclusa esset*) attamen super Adversarii probationibus, quasi re integra (id est, *termino quasi nondum purificato, nec viâ procedendi præclusâ*) agendi facultas Reo concederetur, & plerumque unaquæque pars processum peculiarem, una videlicet in puncto positionalium, altera in articulo sive puncto defensionalium institueret, & prosequeretur, ex quo tandem variæ conclusiones, eventuales nimirum, puræ, itemque finales & adhuc finales consecutæ sunt, ita ut non semper Judex ea in re officio suo, ut decebat, justo tempore & maturè fungi potuerit.

11. Sed quamvis in hoc dubio *non omnium unanimis opinio esset*, attamen plerique omnes judicârunt, magis seriò Constitutionis illius dispositionem iterandam, & præcisè observationem ejus injungendam esse, ita ut neutri parti ullâ ratione producta, duobus plura, produce-

re

re liceret, id quod hoc modo commodissimè fieri posse visum fuit, si nimirùm actor (*quemadmodum eâ de re lex ordinationis esset, part. 3. tit. 17. in princ.*) vel Appellans, hujus rei initium faceret, (*producendo videlicet scriptum probationis, de quo Gail. 1. Obs. 205. n. fin.*) deinde Reus elisiones defensionales & exceptiones suas sine distractione, i. e. ab articulo positionalium non segregatas, proponeret, & has tandem ordine conclusiones sequerentur. Nam si cuilibet litigatori, termino peculiariter constituto, sua scripta producere liceret, fieri non posse, quin plura producta, & rerum agendarum separationes inde nascerentur: Et Reo etiam satis temporis suppetere, quo termino actoris durante Copias sibi in Cancellaria expediendas curare, & posteà illicò ad probationes Adversarii terminum procedendi postulare possit, ita tamen, ut jus esset Judici, ex speciali causa, pro qualitate negotii, causâ cognitâ, à parte unius vel alterius litigatoris pluribus productis locum relinquere. Secund. *Ord. part. 3. tit. 28. 118. ap. Rosac. vid. Dubium Cam.*

13. Vide *Recess. Deputat. Imp. Anno* 1600. §. Nachdem in dem Reichs-Abschied *Anno* 1670. ubi sanctio est pragmatica, ut post attestationes publicatas neutri parti supra duo scripta producere liceat. Et *Decretum Cameræ* 13. *Decembr.* 1593. §. 3. quo idem sancitur, & articuli positionalium, à defensionalium articulo segregatione expresè interdicitur.

14. Cæterùm post publicationem attestationum, contra personas, dictaque testium, & reliqua acta probatoria excipitur, quamvis de ejusmodi Exceptionibus (contra testes) post publicationem attestationis opponendis protestatio sive clausula reservatoria non præcesserit, aut præmissa fuerit, ut vulgò præmitti solet. Gail. *Obs.* 87. *lib.* 1. *n.* 4. 5. *& seq.* Etsi namque hæc clausula *de jure communi* tantarum virium sit, ut eâ intermissâ, Exceptiones contra testes, post publicata testimonia, proponi ampliùs non possint: id *tamen in Camera non attenditur.*

15. Præterea, quamvis secund. *Recess. Deput.* 1600. duo Scripta licuerit parti utrique producere, post attestationes publicatas: Jure tamen *noviss. Recessus* 1654. non nisi unum cuilibet permittitur, & in hoc concludendum est. §. Und demnach ꝛc. 56.

Jus noviss. de numero script. probat. post publ. attest.

16. Terminos reliquos, ultra sextum, per *Noviss. Recess.* esse sublatos, in limine hujus tituli monuimus. *Hodiè itaque* in *quinto termino* reus ad productum Rotulum, seu reliquas probationes, si volet, excipit. *d. Recess.* §. Nach Verscheinung ꝛc. 54.

§. 1. h.

17. Idem

17. Idem facit Actor, ubi reus reprobatoriali examine usus fuerit, & Rotulum, seu alia Documenta produxerit. *d. Recess.* d. loc.

18. Ad Exceptiones, adversus Rotulum seu probatorialia exhibitas, in *sexto termino*, sub præjudicio præclusionis viæ, replicatur, & ab utraque parte concluditur. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Ebenmäßig ꝛc. 57. duplicare enim in puncto probatorialium vetitum est. *d. Recess. d. loc.*

TIT. XXXVI.

De Conclusione Causæ.

Ex Ordin. Part. 3. Tit. 21. Tit. 22. & 23.

Conclusio causæ quotuplex?

§. 1. IN conclusione causæ videndum: I. Quotuplex sit? Fit autem vel *factô partium* interveniente, *vel ipsô jure*; Factum ad conclusionem interveniens, est vel scriptum, vel viva vox. Hanc verbalem appellant: quanquam *Practicorum* vulgus illam interdum verbalem indifferenter nominet.

Tempus conclusionis adjunctum.

2. II. Inter adjuncta conclusionis *primò* tûm tempus, tûm modus concludendi numerantur. De tempore concludendi *Ordinationis leges* sunt.

Leges ordin. ratione temporis.

3. 1. Ut ad conclusionem rei verbalem actor illicô; Ad scriptam illicô, vel proximo termino vivâ voce concludat. *Ordin. part. 3. tit. 23. in principio.* 2. Ut reus, actore concludente, idem vel confestim, vel proximo termino faciat. *Ordin. d. t.* §. Gleicher Gestalt so der ꝛc. 3. Ut per Decretum Judicis jussus concludere, incontinenti parere necesse habeat. *Ord. tit. eod.* Wo aber einem *Procurator &c.*

Modus concludendi.

4. Ad *concludendi modum* quantum attinet, conclusiones verbis iisque paucis, & sine repetitione priorum, & hâc verborum formâ præstantor: *In Causa N. contra N. dico ad ea, quæ ab Adversario acta sunt, generalia, & repeto priora, & ad cognitionem judicis submitto. Ordin. d. t.* §. Und sollen hinfürter solche ꝛc.

5. Quoties ab altera litigantium parte nihil novi in medium allatum fuerit, altera vivâ voce concludere, & Adversario, nisi causas novas jurejurando probet, eandem concludendi necessitatem afferre licebit. *Ord. d. tit.* & §. Und sollen hinfürter ꝛc. ℣. Oder auch mit Einführung etwas Neues ꝛc. & §. So aber etwas Neues.

6. Extra hunc casum, nemini alterum conclusione subitâ obruere, sive concludendo præcipitare licito. *Ord. d. tit.* §. So aber ausserhalb dessen ꝛc. & nemini Procuratorum, nisi Mandato sufficienti ad judicium

dicium legitimato, in causa concludere fas esto. *Ordin. d. tit.* §. Es ſol auch kein *Procurator &c.*

7. Procuratores, si quid ad causam pertinens proferre habuerint, in scriptis proferunto, adversario illud oppugnandi facultate concessâ, & vivâ voce ne concludunto, nisi meritis causæ antè sufficienter discussis. *Mem. Visit.* Anno 1578. §. Wann man ꝛc. 3.

8. Cui scriptum amplius proferre nullum licet, illi *per generalia*, nequaquam verò Scripto, aut Schedula concludendum sive submittendum. *Decret. Cam. publ.* 13. *Decembris Anno* 1593.

9. Conclusionibus scriptis novi nihil, nisi quod anteà latuisse, & nunc primùm innotuisse, jurejurando affirmatum fuerit, immiscendum. *Ord. part.* 3. *tit.* 21. Eadem autem Lex Reo etiam, nisi vivâ voce concludere maluerit, observanda. *Ord. d. part.* 3. *tit.* 22. Conclusioni nihil novi add. nisi juretur.

10. Istud verò modò dictum jusjurandum *speciale mandatum* requirit, quod Procurator, talia rogans, sub manu sui Principalis simul producat; vel minimum, ad ejus productionem se offerat, necesse est. Mynſ. 2. *Obs.* 53. Licèt enim, *quod regulariter fieri solet*, clausula hujus juramenti mandato Procuratorio inserta esset: quia tamen præstatio juramenti magni momenti res est, & in præjudicium animæ vergit; *Meritò statuendum*, ut ad normam juramenti calumniæ vel appellationis, speciale mandatum proferatur. Juramentum illud spec. mand. requirit. Quare?

11. *Secundò*, inter Conclusionis *adjuncta* numeratur (*vid.* §. 2. *h. t.*) conclusionis *rescissio*, de qua in Scriptis postulanda, & eo, quod æquum fuerit, statuendo, (intellige, si quid novi post conclusionem causæ inciderit, quod in medium afferens, se anteà ignorâsse jurejurando asserit) *Ordinatio part.* 3. *tit.* 23. §. So aber etwas Neues ꝛc. statuit. Conclusionis adjunct. secundum, rescissio.

12. Vid. Gail. 1. *obs.* 107. *n.* 10. Mynſ. 6. *obs.* 56. Ruland. *de Commiss. & comm. P.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 9. Quamvis sæpè, sub hoc prætextu, causæ antiquæ, diuque concluſę, ab hæredibus, quibus nihil facilius est, quàm talia, remorandæ causæ ergo conquirere, malitiosè in novam litem trahantur: *Experientiâ teste.* An autem conclusio rescindatur, ex officio, an verò prævia restitutione? In eo non conveniunt Dd. Prius tamen verius, & sanciori opinioni Dd. propinquius videtur. Mynſ. *cit. loc. & 2. Obs.* 53. Abusus petitionis rescind. Concl. An ex officio rescind.

13. *Tertium* conclusionis *adjunctum* est, conclusionis prioris *dissimulatio*, de qua *part.* 3. *tit.* 23. §. *finali* cavetur, ut Procuratores, postea quàm causam concluserint, si post conclusionem aliquid proferre necesse habuerint, conclusionem antè factam non dissimulent. Adjunctum III.

Adjunctum IV. Concluſ.

14. *Quartum concluſionis adjunctum* eſt, quòd ſit quaſi quædam termini ad procedendum petitio. *Ord.p.3.tit.30.§.fin.* ubi Ordinatio ſtatuit, ut in cauſis appellationum poſt factam litis conteſtationem appellanti, vel ſi ad litis conteſtationem in continenti concluſerit, Appellato terminus ad procedendum ulteriùs concedatur. Vid. Denaiſ. *concluſio in cauſa.* §.9. ubi legem *Ordinationis*, quæ eſt *part.3.tit.32.§ final.* his verbis reddit: *Litis conteſtationi*, ait, *Appellans concluſionem, ſi velit, loco petitionis termini adnectito.*

Adjunctum V.

15. *Quintum Concluſionis adjunctum* eſt, clauſula reſervatoria, quæ vulgò fieri ſolet, *ſalvâ nimirùm ſcripturarum productione*: ſed *in Judicio Camerali* concluſio, cum reſervatoria ejusmodi, non admittitur, quia ſecundùm leges proceſsûs, omnia & ſingula ſuo loco atque ordine proponenda & producenda ſunt. Gail. *lib.* 1. *Obſ.*107. *num.*15. *& fin.*

Puncta, in quibus concluſio præcipitur. I. Exceptionum.

16. III. Punctorum autem ſive articulorum, in quibus *Ordinatio*, aliæve leges concluſionem præcipiunt, genera quinque ſunt:

17. *Primum genus* eſt exceptionum. In puncto *Exceptionum* contra articulos non duplicandum, ſed ad Replicas utrinque concludendum eſt. *Ord.part.3.tit.*15. §. Und alſo wider ꝛc.

18. In puncto dilatoriarum & ſimilium exceptionum ultrà Duplicas non procedendum, ſed in eadem vel proxima audientia concludendum. *Ord.part.3.tit.*26. §. Wo aber die *replicatorij articuli &c.*

19. In articulo *exceptionum peremptoriarum*, cum Triplicis concluſiones ſimul in ſcriptis proferendæ, mox ſine ulteriori ſcripto vivâ voce utrinque concludendum ſubmittendumque. *Ord.part.3.tit.29.* §. Wo aber ſolche ꝛc.

Punctum II. in quo concludi ſolet.

20. *Secundum genus* eſt in puncto reſponſionum, in quo non replicandum, ſed Replicis omiſſis, concludendum & ſubmittendum. *Ord.part.3.tit.*13. §. So auch jetzt angeregter ꝛc.

Punctum III.

21. *Tertium genus* eſt in puncto atteſtationum, in quo duo utrinque ſcripta, & non plura, producenda, & poſtquam ea prolata fuerint, in hoc puncto concludendum. *Vide ſuprà Tit. de 7. & reliquis terminis, & tit. præced.* §. 15.

Punctum IV. & V.

22. *Quartum genus* eſt in puncto executorialium. *De quo ſuo loco.* *Quintum* eſt in puncto expenſarum. *De quo infrà.*

Conſilia jur. poſt concluſ. exhibentur.

23. Prætereà hîc notandum I. quòd, licèt poſt concluſionem cauſæ nihil ampliùs Judici exhibendum ſit, attamen in judicio *Cameræ Imperialis*, Judici conſilia ſive informationes juris exhiberi ſoleant.

leant. Gail. *Obs.* 107. *n.* 13. Mynsing. 6. *Obs.* 65. *n.* 14. Fichard. 2. *Consil.* 97. *n.* 111.

24. Quòd conclusio in termino omissa pro facta intelligenda sit, *Mem. Visitat. Anno* 1575. §. 9. Cisn. *fol.* 390. Den. *Terminorum præjudicium.* §. 2.

25. Et III. in hoc *supremo totius Imperij Judicio*, à quo nulla datur appellatio, aut (*de jure novo*) revisio ad effectum suspensivum, facilius admittenda esse nova jura partium, etiam post conclusionem, quàm rejicienda: supremæ enim audientiæ, quæ ultimam manum litibus imponunt, ad hoc semper faciliores esse debent, juxta Thom. Michaëlis *relat. apud* Klock. *n.* 261. Quare in Cam. nova jura post conclus. facilè admitt.

26. Ut Conclusionis materiam partim ulteriùs explicemus, partim simul innotescat, quid *hodierno stylo* circa conclusionem causæ in *Cam. Imp.* observetur? Trademus primò, descriptionem ejusdem. *Est* autem *conclusio causæ*, actus judicialis, quo causa, vel causæ articulus aliquis concluditur, aut pro concluso habetur, ita ut disceptationi partium ampliùs locus non sit. Itaque *concludere* in Judicio idem est, quod *ulteriori* disceptationi sive *disputationi renunciare*, & causam, vel causæ articulum, cognitioni Judicis committere, sive Judicis cognitioni, *ut vulgò loquuntur*, submittere, & pro concluso habere. Conclusio causæ quid.

27. Aliud verò est *concludere*, aliud *submittere*: hoc super qualibet sententia interlocutoria fieri potest; sed illud tunc tantùm, quando definitivè in causa submittitur. Ut scil. si reus vel Actor in termino ipsi dato non submiserit, causa ex officio pro concluса acceptata esse debeat, **mit dem Anhang/ wo er solchem also nicht nachkommen wird/ daß alsdann die Sache von Ampts-wegen für beschlossen angenommen seyn solle.** Differunt concludere & submittere.

28. Solet tamen causa nonnunquam tantùm *in uno puncto*, & subinde *in totum* pro concluса acceptari, vel eatenus comminatio fieri, his ferè verbis: **Daß alsdann die Sache in diesen Puncten für beschlossen** ꝛc. *Prius* locum habet, si causa principali nondum totaliter instructa, super uno aut altero puncto præjudiciali ab una parte concluсum fuerit. *Posterius* verò, ubi sententia definitiva ferenda est. Si quis, v. c. omnibus ulterioribus probationibus renunciaverit, vel alio simili modo conclusionem indicaverit. Causa quando in tantum accept. pro concl. Quando in totum?

29. Nisi facta fuerit conclusio *cum clausula oblationis, si quid facti*, quæ tantarum virium est, (*ac proinde à cautis Advocatis semper apponi soleat*) Judici nunquam concluditur.

solet) ut si fortè à parte, in probatione facti controversi, omissum quid fuerit, Judex imploratus esse censeatur, illud, rescissâ conclusione, adhuc injungendi; prout etiam, licèt ab utraque parte concluſum fuerit, nihilominus in *arbitrio Judicis est*, an rescissis, ut dictum, conclusionibus novi quid injungere vel desiderare velit. Judici namque nunquam concluditur, quod *præjudicia quotidiana* docent. Gail. 1. *Obs.* 107. *& seq.* Conclusionis ex officio rescissæ exemplum est in sequenti sententia, *d.* 7. *Julij* 1687. *publicata*: In Sachen Johann Christoff von Wimpfen und *Conf. Appellant*en/wider B. U. R. der Stadt Nürnberg *Appellaten*; Ist der hinc inde gethane Beschluß von Ampts-wegen auffgehoben/ darauff D. H. W. Erhard den von D. M. W. Gülchern und ihme selbst angegebenen / dem *Ærario Publico* und verschiedenen *Creditor*en von *Appellant*ens Vattern; weil Johann Friederich von Wimpfen zugefügten Schaden gebührend zu specificiren / und beyzubringen / Zeit drey Monat / P. T. & P. v. a. w. angesetzt / *sub solita comminatione.*

Jus noviss. de conclusione.

30. *Hodiè* etiam *vi Recess. noviss.* in quo saltem cum Replicis ab actore, & Duplicis à reo in causis appellationis & Mandatorum C. C. in Mandatis S. C. verò cum Replicis concludendum est, vel eo omisso, causa ex officio pro concluſa acceptatur. Ut proinde Procurator, qui non nisi de Mandato procuratorio sub certo tempore importando cavit, concludere non possit: esset namque frustranea ejusmodi conclusio, cùm si ex post-facto constitutio procuratoria non exhibeatur, contra partem primùm in contumaciam, decreto scil. proclamate, & elapsis sex juridicis, procedi debeat.

Conclusio in Camera nunquam omitt.

31. Conclusio causæ, quamvis in processu necessariò non requiratur, sive, *ut in foro loquuntur*, de substantia Processûs non sit, sed absque nullitatis vitio omitti queat; tamen in *Judicio Camerali* nunquam omittitur, & ne interlocutoria quidem sententia unquam publicatur, nisi conclusio partium præcesserit, aut causa à judice pro concluſa acceptata fuerit. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 107. *n.* 1. *&* 2.

32. Quod ultimum adversus partem, concludere tergiversantem, *in contumaciam* fieri solet, quando sufficientes dilationes datæ, sed non observatæ sunt. Mynsing. 3. *Obs.* 17. *relat.* 3. *apud Klock. n.* 426. commination tamen ferè semper præmissâ. Est itaque, uti dictum, in Camera tùm ad interlocutorias, tùm ad definitivas semper concludendum.

Divisiones conclusionis.

33. Dividitur Conclusio in tacitam vel expressam, in simplicem & puram, vel quæ fit cum oblatione si quid facti. Vide de effectu conclu-

cluſionis Thom. Michaëlis *in relatione cauſæ* Elberfeld *contra* Olderbockumb apud Klockium *relat.* 1. *n.* 234. *& multis ſeqq.* & Wilhelm. Dürfeld. *relat.* 3. *apud eundem n.* 426. *&* 432.

34. Hinc, licèt concluſio cum *clauſula reſervatoria* non admittatur, §. 15. *h.* cum clauſula tamen *oblationis ſi quid facti*, concluſum eſſe, parti concludenti profuerit, quia, vigore hujus clauſulæ, *in Camera* concluſiones ſæpiùs reſcinduntur, & facti, quod in actis quidem allegatum, ſed ſufficienter probatum non eſt, probatio ulterior injungitur. Gail. *d. Obſ.* 107. *lib.* 1. *n.* 8. *&* 9. Vid. Ruland. d. loc. & Wilhelm. Durfeldt. relat. 3. Klockii, *num.* 432. Gylm. *præjud. Cam. Verb. Concluſio &c.* Concluſio cum obl. ſi quid facti. Supra §. 29. h.

35. Olim in concludendo juxta *Ord. p.* 1. *tit.* 23. §. Und ſollen ꝛc. 4. hæc verb. Setze es zur Richterlichen Erkantnuß/oder *ſimpliciter*, ſetze es ꝛc. Obſervabantur: *hodiè* ſatis eſt, ſi repetantur priora, & petatur ſententia. Formula concludendi.

36. Quamvis autem per *Ordinationem* in puncto dilatoriarum, aliarumque, (*de quibus* §. 18. *& ſeq.*) quouſque Replicæ, Duplicæ, & quæ ſunt reliqua, admittantur, proviſum, oblatâ tamen facultate agendi, Procuratoribus nihil frequentius eſt, quàm ſcripta etiam ſuper numeraria exhibere; Judex quoque, ubi viderit è re cauſæ eſſe, ad *Ordinatione* præſcriptos terminos non ligatur, ſed ſcripta etiam majori numero, ſervatâ tamen inter partes æqualitate, admittit.

37. De Informationibus juris, quarum meminit §. 23. nota: Informationes juris, breves relationes ex actis, recapitulationes, conſilia & quę ſunt ſimilia, extrajudicialiter quocunque tempore per manus Lectorum ad acta exhiberi, inque illis argumenta decidendi ita deduci, *ut Domino Referenti* in expeditione cauſæ illa advertere facile ſit. *Receſſ. Imp. de Anno* 1654. §. Zu dermahligen ꝛc. 96. *verſ.* Wie auch Rechtliche ꝛc. De Information. jur. ad acta exhibend.

38. Sic *in cauſa* Hervordt *contra* Johann Dedending / à parte Hervordt exhibita breviſſima informatio, pro ſublevando *Domino Referente*, ſuper dubio: An gravamina appellationis hac in cauſa exhibita ad reſpondendum ſint admittenda vel non? *Quod imitationis & exempli gratiâ hìc adduco.*

39. Supplicationes etiam pro *maturanda ſententia*, ita frequentiſſimè concipiuntur, ut tàm factum, quàm jura in ea deducantur, valeantque inſtar modò dictæ informationis. Verùm in deciſione cauſæ in referendo, & vocando, quantum ad jura, non ultrà quàm quatenus deprehenduntur, actis eſſe conformia, quoad factum verò nihil attenduntur. Receſſ. Imper. de Anno 1654. d. § Zu dermahligen ꝛc. 96. De Supplicationibus pro matur. ſentent.

40. Si quid in facto *novi* in illis adductum sit, vel ex aliis causis Judici ita visum fuerit, per sententiam injungit, ut scripta extrajudicialiter exhibita *judicialiter* producantur, ut factum in *causa N. contra N.* 13. *Octobris Anno* 1654. & causis quamplurimis aliis.

41. Pars etiam adversa, si extrajudicialibus hisce informationibus sibi præjudicatum iri metuit, in conquirenda harum copia operosa est, & eâ obtentâ ex sua parte similem exhibet, aut refutatoriam alterius.

TIT. XXXVII.

De Terminis Instantiæ observandis, & præteritis, vel mendosè habitis reparandis.

Ex Ord. Part. 3. Tit. 36. Tit. 37. Tit. 38. & Tit. 39.

Termini neglecti pœna antiqua.

§. 1. HÆc igitur terminorum instantiæ in *Judicio Camerali* series, hîc actuum Judicialium, sive rerum in singulis terminis tractandarum, ordo est, & termini illi diligenter observandi fuerint: nisi enim observentur, *Ordinationis mulcta* committitur, ut lex *Ordinationis est p. 3. t. 37.*

Straffe der Ordnung. V. lib. 1. tit. 7. §. 20. Hodierna pœna.

2. Mulcta hæc est aureus Cameralis, ein Guldenthaler / ad 4. Kopffst. hæc enim est pœna ordinationis, die Straff der Ordnung/ ad differentiam ejus, quæ fit nach Ermäßigung/ & duos aureos Camerales continet. Sed *hodiè* terminorum non observatorum pœna præjudicialis.

Numerus productor. antiquus.

3. Et numerum productorum, quæ terminorum adjuncta sunt, legibus ordinationis definitum, Duplicas, inquam, & Quadruplicas excedere non licet, & si quid amplius accesserit, ex actis terminandum. *Ord. part. 3. tit. 38. & 40.* §. Wo auch die *Procuratores.*

4. Si tamen necessitas causæ ita postulaverit, Judex partibus petentibus, aut ex officio etiam, triplicas & quadruplicas admittit, ita tamen, si jurejurando affirmatum fuerit, necessitatem causæ ita postulare. *Ordin. p. 3. tit. 38.*

Hodiernus.

5. Quid *jure noviss.* in numero productorum observandum? Alibi dictum, *tit. 28. §. fin. supra & passim.* Nam quæ *Ordinatione* hâc parte constituta, in usu non sunt, utpote per *Noviss. Recess.* & *comm. Decr.* 13. *Decembr.* 1659. (quod petitionem triplicarum omninò abrogat) mutata; Sic non ita pridem *in causa H. contra T. S. appellationis*, Lic. A. quòd prorogationem ad importandum Triplicas petierit, pœnâ arbitrariâ mulctatus fuit.

6. Et quando in causa aliqua aliæ Exceptiones, sive res necessariò agen-

agendæ, quæ *legibus Ordinationis* definitæ non sunt, inciderint, etiam in illis supra præscripto modo procedendum. *Ordin. part. 3. tit. 36.*

7. Præterea termini essentiales, vel præteriti, vel mendosè habiti, non iteratâ productione priorum Scriptorum, sed paucis verbis instaurantur: simulque cum anteactorum nuda repetitione, & adsertione concludendum. *Ordin. p. 3. tit. 39.* quam vulgò *processûs instaurationem* vel *redintegrationem*, vel *reparationem* vel *renovationem* vocant. Quid sit Processum instaurare vel renovare?

8. Ad processum igitur reparandum, primùm actor Libellum pro tribunali repetit, tempusque, diem videlicet & annum significat, quo antea libellus fuerit exhibitus. Et secundùm illius tenorem dicit, actionem suam optimo jure fundatam esse, animo & intentione litem contestandi, quam statim contestatur, ad omnem legitimum effectum. Modus faciendæ restaurat. ex part. actor.

9. Post reus conventus repetit Exceptiones suas, & similiter diem, annumque significat, quo judicialiter antea exhibitæ fuerint, & ad litem negativè contestandum, actionem Adversarii fundatam esse negat, deinde actor repetit Juramentum calumniæ à se præstitum, cum omnibus clausulis. Vide Johannis Oldendorpii *Progymnasmata fori, de renovatione processus Judiciarij inutilis*, & Noë Meurer. *part. 4. num. 13.* Ex parte rei.

Von Erneuerung des *Proceß.*

TIT. XXXVIII.

De Processu instantiæ, in quibusdam causis speciali.

PRocessus *instantiæ specialis* in plerisque causis observatur, qua suâ naturâ ad Cameram pertinent, quales potissimæ sunt:

1. Causæ Mandatorum.
2. Mandatorum cum clausula.
3. Causæ Mandatorum sine clausula (*à causis enim Mandatorum initium Processus specialis facere lubet, utpote, quæ in plura causarum genera incidant.*)
4. Causæ fractæ pacis.
5. Causæ purgationis.
6. De Processu in causa fractæ pacis profanæ.
7. De Processu speciali in causa purgationis.
8. De Processu in causis fiscalibus.
9. De Processu in causis litigiosæ possessionis.
10. De Processu in causa relaxationis juramenti ad effectum agendi.
11. De Processu in causis pignorationum.

12. De

12. De Processu in causa L. Diffamari.
13. De Processu nullitatis.
14. De Processu reconventionis.

TIT. XXXIX.

De Processu in causis Mandatorum.

Generalia ad omn. Mandat. caus. pertinentia.

§. 1. CONstitutiones quædam Imperii sunt de Processu, quæ non ad certam aliquam causarum Mandati speciem, sed in genere ad omnes Mandatorum causas, qualescunque sint, pertinere videntur, cujusmodi sunt:

I. 2. I. Si in primo termino, vel etiam ulteriori, de paritione non doceatur, sed tantummodò exceptiones sub-& obreptionis, eæque prorsus irrelevantes & frivolæ, & vix speciem aliquam habentes, quamobrem attendi debeant, producantur, diversæ in Camera opiniones fuerunt: *alij voluerunt*, ulteriorem terminum ad docendum de paritione non præfigendum, sed statim ad declarationem pœnæ procedendum esse, cùm jam constet de contumacia & temeritate paritionem protrahentis.

3. *Alij id stylo in Camera usitato* contrarium esse judicârunt, & sine *Statuum Imperij* voluntate nihil hac in re mutandum, neque verò hoc casu aliquid certi statui posse, sed potiùs & regulariter Judicis arbitrio committendum esse, quænam adeò frivolæ exceptiones dici & haberi debeant. Imò fieri posse, ut non solùm partes ipsæ, tanquam in propria causa affectionatæ (*quamobrem etiam doli accusari nequeant*) verùm etiam judices ipsi ejusdem hac in re sententiæ non sint, attamen, si Judices unanimiter judicârint, exceptiones ejusmodi colorem sive prætextum ad remorandum paritionem nullam habere, & partes ea de re facilè per Advocatos edoceri potuisse, vel debuisse, (*veluti, si Exceptiones ad causam principalem solummodò, & jus ipsum dirigantur, vel Constitutionibus Imperij ipsis expressè prohibitæ & repudiatæ sint*) illo casu ad declarationem pœnæ procedere liceat, ita tamen, ut ad parendum terminus angustior & perbrevis præstitueretur, & forsan etiam in comminatione, cum eventuali declaratione pœnæ simplicium, simul annectatur, quòd in eventum paritionis non præstitæ, arctiores processus sine ulteriori imploratione ex Cancellaria postulanti edi debeant. *Dub. Camer.* 37. *ap. Rosac.*

4. Ex hac controversia ad *Status Imperij Deputatos Anno* 1595. *Spiræ delata*, alii secundam opinionem simpliciter amplexi sunt: *alij distin-*

distinguendum esse putârunt, inter Exceptiones dubias & frivolas, atque omninò irrelevantes, quas Judex ex circumstantiis æstimare, & omninò irrelevantes si deprehenderet, è vestigio reum in pœnã declarare deberet.

5. Vide *Recess. Imp. Deput. de Anno* 1600. §. Im Fall/da *in primo termino, &c.* 56, ubi pragmatica Imperii sanctio, si in primo termino vel ulteriori, nihil de paritione doceatur, sed tantummodo Exceptiones sub- & obreptionis producantur, illæ verò prorsus frivolæ, & nullâ ratione admittendæ sint, non statim ad declarationem pœnæ procedendum, sed hactenus stylum Cameræ usitatum observandum esse; Ita ut si Exceptiones irrelevantes esse judicentur, unà cum eventuali declaratione, in eventum paritionis non præstitæ, arctiores processus sine ulteriori imploratione decernantur. Decisio generalis quæst. primæ.

6. *Forma hodiè talis est*: Daß er / Einwendens ungehindert / zu pariren schuldig sey / und wann er dem nicht also nachkommet / daß er jetzt als dann / und dann als jetzt in die Straff / dem Käyserl. Mandat einverleibt / gefallen seye / auch die arctiores ohne ferner Anruffen auß der Cantzeley gefolget werden sollen. *Quicquid tamen sit, arctiores ad has sententias, nisi realis pœnæ declaratio subsequatur, rarò dantur.*

7. II. Si Exceptionibus non obstantibus, paritio per sententiam Reo injuncta fuerit, & is postea intra terminum aliquo modo, attamen non plenè, sed particulariter, paruerit, & de paritione docuerit: *interdum hactenus*, quia aliquid præstitum est parendo, & contumacia non vera sive plena commissa, tempus ulterius ad docendum sub eventuali declaratione præfixum est: Quâ ratione sæpiùs debita paritio protracta, & id non semel, sed postea sæpiùs factum continuatumque, & semper pro evitanda & eludenda pœna tantùm particulariter aliquid præstitum; ratione ejus autem, in quo paritio præstita non est, ad cognitionem Judicis submittendum, ejusque decisio expectanda fuit. II. Generale, omnib. mand. causis commune.

8. Quod quia non parum tum judicio tum causis impedimento esset, *conclusum est*, in posterum Exceptionibus sub- & obreptionis locum ampliùs non habentibus, sed per sententiam rejectis, & vel ex Mandato, vel aliunde si constet, quantum & qua in re parendum sit, & nullâ ampliùs liquidatione vel declaratione opus fuerit; & tamen reus omne id, quod jam certum & liquidum est, non plenè, sed particulariter præstiterit, & de eo intra terminum docuerit, hoc casu rectà ad declarationem pœnæ procedendum fuisse, ut fraudi paritionem protrahentium & remorantium obvietur, cùm aliàs idem sit, non facere, vel non debito

modo, præsertim scienter & ex proposito facere. *Dub. Cam.* 38. *ap. Rosac.* Vide *Recessum Imperij Spiræ Anno* 1600. §. Dieweil auch zu unser und gemeiner Stände ꝛc. 57.

III. Generale. 9. III. Rebus ablatis ex mora peremptis, vel non ampliùs extantibus, earum æstimatio debetur; *Quæsitum igitur* fuit: Si in Mandatorum causis æstimatio damni facti & impensarum, sive sumptuum, summam viginti florenorum non excedat, an hoc casu exigua illa summa, (præcipuè verò, si lis sit inter *Imperij Status*, vel personas immediatè Imperio subjectas) sine discrimine juramento judicialiter præstando, asserenda, vel in tàm exigua summa Judicis æstimationi vel moderationi, quæ præcedere consuevit, standum, & sine alia partis æstimatione juratoria paritio, secundùm summam per moderationem constitutam, statim injungenda: quia in hoc puncto de eo duntaxat lis esset, quòd justum pretium excederet, id quod in tam exigua sum̃a infra 20. florenos adeò magnum esse non possit; & propterea etiam utriusque partis existimationi non parùm detrahatur, si vel illud petat, vel præstare cogatur; *cùm juramentum maximi momenti & periculi res & exorbitans quasi remedium sit*, quod non nisi in magni ponderis negotiis admittendum, quemadmodum etiam de *stylo Camerę* ex similibus causis (*quod videtur*) in expensis idem observatur, si illarum taxatio 20. florenorum sum̃am non excedat, ut condemnatio vel adjudicatio simpliciter & absque juramento fiat.

10. *Sed communior opinio fuit, stylum hactenus usitatum* observandum esse; I. quia tale juramentum plerumque non ipsos Principales, sed tertios, quibus damnum datum est, concernat, qui simul juramentum præstare cogantur. II. Quia Principales omnia certò scire nequeant, & inter se litigent, juramentumque præstare, si illis grave sit, partis adversæ monito acquiescere possit. III. Quia discrimen sit inter expensas, quæ verè notoriæ sint, & inter æstimationem, quæ ex affectione alicujus incrementum capere possit, & reverà juramentum in litem sit. *Concl. Cam. dub.* 41. Quæ *communis opinio* Ordinum Imperii pragmaticâ sanctione *Spiræ Anno* 1600. §. Obwohl auß vorbrachtem Bedencken ꝛc. 60. confirmata est.

11. Vide Scipionem *decis. Cam.* 212. *lib.* 3. qui distinguit causas expensarum judicialium, Gerichts-Kosten / à causis pignorationum, aliorumque mandatorum. Vid. etiam Schwanmann. *Obs. Cam* 94. qui rationem hujus in eo collocat, quòd Judex in expensarum Judicialium taxatione quodammodo certus sit, in aliis secus.

12. IV.

12. IV. In puncto sub- & obreptionis processus multis modis producebatur, & per partes litigantes, non secus atque in processu ordinario, per multos articulos, responsiones multiplices, & in probationibus per plures dilationes hinc inde procedebatur, contra *Visitatorum Cameræ Decretum Anno* 1568. §. Demnach auch ꝛc. 6. IV. Generale mandatis commune.

13. Sed quia in hoc puncto rariùs submittebatur, & propterea à judice non statim defectus animadverti, neque ut debebat, mutari poterat; *Publicam Imperij legem Domini Camerales conscribendam* esse, censuerunt, ut magis promptè procederetur, & id quod ad causam principalem pertineret, nunquam immiscereturatque in probationibus, causarum ratione habitâ, angustiora dilationum spacia constituerentur, & legem hanc violantes graviori pœnâ afficerentur, & superflua rejicerentur. *Concl. Cam. dub.* 45. Vide sanctionem Imp. pragmaticam hac de re in *Recessu Spiræ Anno* 1600. §. Es ist nicht wenig verhinderlich ꝛc. 64.

TIT. XL.

De Processu in causis Mandatorum C. C.

§. 1. IN Causis Mandatorum C. C. actor in termino reproductionis, ut vocant, olim Libellum proponere necesse habuit; Sed hodiè necesse non habet, secundùm *Constitutionem Imperij Anno* 1594. *Ratisbonæ*. §. Dieweil auch *circa Mandata cum clausula.* 79. ubi sancitur, hodiè in causis Mandatorum C. C. actorem libellum producere necesse non habere, sed à parte citati sive rei producendos esse causales, sive exceptiones, quamobrem Mandato parere non teneatur.

2. Confer *Decret. Camer. public.* 13. *Decembris Anno* 1593. *pr.* quod in causis Mandatorum cum clausula, libellum vel in Scriptis, vel vivâ voce duntaxat per repetitionem narratorum loco libelli proferre jubet, cum annexa petitione, (*omnia verbis quàm pauciſſimis, secundùm Decret. 7. Julij Anno* 1590. *publicatum*) sub pœna absolutionis à citatione. Et sufficit, si à parte actoris ad causales illas, sive Exceptiones oppositas, declaratio pœnæ duntaxat petatur, quemadmodum in causis Mandatorum sine clausula fit. Vide Schvvanmann. *Obs. Cam.* 112. *per tot. Hoc modo*: Weil nicht excipirt/ sondern parirt werden sollen/ als bittet *declarationem pœnæ & arctius cum Exp.*

3. *Sunt tamen*, qui ex re actoris esse arbitrantur, si actor, actionis summa in narratis supplicationis vel Mandati non satis dilucidè neque plenè deducta, libellum articulatum vel in primo termino, Rei exceptio-

nibus non obstantibus, vel *postea exhibeat*, idque *d. Recess. Imp. Anno* 1594. §. **Dieweil auch** *circa Mandata.* 79. confirmari asserunt. Vid. Frid. Mind. *de process. cap. 9. n. 5.* confer Noë **Meurer** *de process. Cam. part. 2. num. 175.* quoniam itaque, uti ex hoc §. apparet, in his causis libello non est opus, ideo nec etiam litis contestatione opus erit. Secund. Simon. Tolman. *relat. 6. n. 6. apud Klockium.*

Ubi non libello, ibi nec litis contest. opus est.

4. Quod de Libello *postea exhibendo* dictum, hoc per *Recess. noviss.* 1654. eatenus correctum fuit, quòd non tantùm libelli in primo termino sub pœna absolutionis à citatione exhibendi sunt, sed etiam, si quis se narrata processûs libelli loco repetiturum contestetur, libellum ex post-facto, nisi à Judice hoc ei concedatur, ampliùs exhibere non possit. Vid. *Comm. Decr. 23. Aug.* 1585.

5. Causales sive Exceptiones Rei, interdum sequuntur Replicæ, & Replicas Duplicæ, & Duplicas Conclusiones; sed ultrà Duplicas, secundùm Ordinationis legem, non proceditur, nisi Judex etiam triplicas ex certa causa admiserit.

6. Exceptiones, si à Reo articulatim deducantur, ut interdum deduci consueverunt, & relevantes sint actori ad easdem, nisi ultrò respondeat, responsiones injunguntur, & contra illas, si velit, defensionales sive peremptoriales producit, ad quos postquam Reus responderit, & alteruter vel uterque Commissarios & testes nominaverit, attestationes hinc inde prolatas, tandem Scriptum probationis excipit, & ad finem usque proceditur, quemadmodum in aliis *causis simpl. querelæ.*

7. *Hodiè* tamen non causales articulatæ, sed *nervosa summaria deductio juris*, à parte Citati, in primo termino exhibenda, an sub rubrica exceptionum sub- & obreptionis, an sub alia, perinde est.

8. In Causis Mandatorum cum Clausula, inter Mandata cum clausula *de relaxandis captivis* & alia, putà, de *restituendo*, *non turbando*, & similibus, distinguendum esse arbitratur Gail. *lib. 1. Obs. 78.* qui in illis absque litis contestatione, atque solenni processu, & summariè procedendum; in his verò legitimum processum & juris ordinem observandum esse putat.

9. *Ratio differentiæ* in eo consistit, quòd in posterioribus Mandatis minus sit periculi, quàm in Mandatis de relaxandis captivis: & quoties periculum est in mora, à regulis juris communis recedatur. Accedit quoque ratio notoriæ nullitatis, quæ in aliis Mandatis evidenter apparere non potest. Gail. *citat. loc. n. 7. 8.*

10. Quod

10. Quod tamen, *quantum libelli exhibitionem* attinet, per *Recess. Imp. de Anno* 1594. post obitum Gailii, & postquam observationes suas compilavit, immutatum est. *Ubi nota*: Hic *Andreas Gailius* præsentatus in Assessorem Cameræ, ab *Archi-Episcopo & Electore Trevirensi Anno* 1558. 18. *Aprilis*. Rursum resignavit 1. *Septembris Anno* 1568. & 11. *Martij Anno sequenti* ad Imperatorem abiit; Observationes suas compilavit *Anno* 1578. obiit 11. *Decembr. Anno* 1587. ut suâ manu ad Observationes Gailii notavit *Thomas Michaëlis*, *Cameræ quondam etiam Assessor*: vitâ ergo jam defunctus fuit, antequam circa processum *celeberrimi Imperij Recessus de Anno* 1594. *& de Anno* 1600. promulgarentur, quod per omnes ejus Observationes notandum.

Notabile de Gailio ejusque Observat.

11. Sed si quis paritione factâ, pœnâque Mandati persolutâ, Mandatum impugnare, eoque nomine cum Adversario jure judicioque experiri velit, in foro ordinario lis illa disceptanda est. *Ordin. part.* 2. *tit.* 23. *Vers.* Wolte aber in angeregten Fällen ꝛc. Vid. aliter sentiens Blum. *in proc. tit.* 34. *th.* 59.

12. Sed Dubia hic quædam sunt *Ordinibus Imperij Deputatis Anno* 1600. à Dominis Cameralibus proposita, quæ nondum in Imperio decisa. *Quæritur enim* I. Si hodiè in Causis Mandatorum cum clausula, in primo termino citatus reus compareat, & nihil excipiat, sed terminum solummodo idque vel generaliter, vel ad excipiendum petat; quin is ei, etiamsi nihil impedimenti allegaverit, vel docuerit, indulgendus sit, nemo est, qui dubitat: *Sed ambigitur*, quâ formâ is terminus, sive ad quid faciendum concedendus sit, an ad paritionem, an ad agendum, an verò ad utrumque simul alternativè? Parere Mandato, quin Reo semper integrum sit, extra controversiam est: Verùm, quamdiu de eo quasi deliberandi spacium supereſt, neque dum constat, an reus excipiendo non amplius audiendus sit; De paritione quicquam, vel alternativè etiam statui posse *plures negant*: Nam id esse superfluum per se, cùm aliàs insit, nec non sine effectu, pendente nimirum adhuc eligendi & deliberandi termino, putant. Citationem enim conditionalem esse, sicut & Mandatum, scilicet, si Reus, se gravatum vel non gravatum putaverit, hoc casu pareat.

Qu. de Reo in primo term. comparente, qui non excipit, sed terminum petit.

Diversæ opiniones in proposita Qu.

13. Sicut & hoc casu non citetur quidem ad agendum quisquam in judicio, illo vel eo casu, videlicet, si se gravatum putet, citetur, idq; ad eum finem, ut causas gravaminis proferat. Cur igitur compareat, planum est, atque licèt adhuc animum mutare possit, tamen ut mutet, vel circa pari-

tionem quicquam agat, constringi prius non posse, quàm puncto Exceptionum penitus expedito (*quàm ad rem Judicis cognitione opus sit.*) Et tunc demum in puncto paritionis, & pœnæ, procedi posse: Priùs verò sine omni præsertim citatione eo in puncto nequaquam, quare nondum de paritione quicquam pronunciari posse existimatur, aut ejus in sententia mentionem cum effectu, & pro qualitate hujus processûs, & Mandati fieri posse. *Ne tamen paritionis* necessitas penitus sublata censeatur, *majoribus placet*, generaliter pronunciandum sic esse, **was sich zu handeln gebühret** / & ad hoc præfigendum terminum, magis, quàm juxta verba Citationis specificè ad excipiendum, vel gravamina causalesve producendum esse.

14. *Alij autem* mentionem expressam paritionis minimè omittendam in sententia existimant, utpote, quæ principalis pars sit mandati, & nondum sublata, quin imò priusquam exceptiones, producantur, nec reverà suspensa sit, cùm potiùs Exceptiones, quàm paritio (quæ purè, & statim sub pœna fieri jussa) in arbitrium citati conferantur, atque altero hoc casu Citationis, non comparitio solùm, sed simul conjunctim causalium deductio requiratur, quæ nisi, ut utraque, prout decet, præstentur, Mandatum sine clausula censetur ab initio plenas vires habuisse, atque, si paritio silentio prætereunda foret, ansa præberetur Reis, per se plus satis ad fugiendum propensis, magis de quibusvis subterfugiis, quàm de paritione cogitandi, maximè, cùm scituri sint, contumaciam & tergiversationem sine ullo periculo futuram: quare *horum quidam* paritionem injungendam censent, hac formula: **Ist erkannt / daß** Reus **dem** Mandat **gehorsamlich gelebe / und was sich sonsten gebühret / in N. Zeit handlen sol** &c.

15. *Aliqui* terminum ad parendum præfigendum putant: *nonnulli* etiam ad docendum de paritione, ut in Mandatis sine Clausula, terminum præfigunt. Verùm, quia per *Recessum novissimum de An.* 1654. §. **In den** Mandatis cum clausula &c. 81. citatus non tantùm in primo termino comparere, sed etiam sub præjudicio (*olim per Recess. Imp. de Anno* 1594. §. **Dieweil auch** &c. 87. *præjudicium aberat*) excipere tenetur, ideò hæc quæstio in effectu decisa est, ut de *hodierno stylo* extra dubium sit, si citatus compareat, sed causas aut impedimentum nullum intermissarum exceptionum producat, adversus hunc, si non declarationem pœnæ, tantùm tamen paritoriam dari, scil. **Daß er / gesuchter** prorogation **ungehindert / innerhalb gewisser Zeit dem** Mandat parire.

Quæstio hodiè decisa videtur.

16. Quæ-

16. Quæritur II. Quæ Comminatio hoc casu termino præjudicialiter præfixo, annectenda, an eventualis declarationis pœnæ, an præclusionis viæ, an verò alia, & sic, si terminus ille ita præfixus, purificatus fuerit, quid deinde in hujusmodi contumaciam in agendo statuendum? *Non pauci* eventualem declarationem pœnæ approbant, cùm, justificatoriâ clausulâ Mandati jam sublatâ, nihil aliud videatur reliquum, quod partes agere, vel judex pronunciare possit, præsertim cùm in ipso Mandato comminatio expressa habeatur aliquoties, his verbis: Als lieb dir sey/dieſe Straff zu vermeiden ꝛc. Et rursus: *Nisi hoc feceris*, sol *in contumaciam, etiam non comparentis*, mit Erkanntnuß / Erklärung und anderm / ergehen ꝛc. *Neque obstat*, Citationem ad videndum nullam extare; *Sufficit enim*, citatum adesse, & terminum præter terminum Citationis obtinuisse, quo casu nulla amplius præsentis in judicio Citatione opus est, quin quod justus est, perinde ac si ad id expressè citatus esset, agere teneatur, sicuti nec Citatione opus est aliâ, postquam definitivè in ejusmodi Mandatis pronunciatum fuerit, sed statim terminus ad docendum sub eventuali declaratione præfigitur. Quæstio alia, de comminatione termino annectenda.

17. *Alij verò plures*, comminationem hanc præmaturam, & præproperam putant, cùm factum per se non adeò iniquum præsupponatur, atque pendente tempore ad deliberandum, quasi de paritione concessò, nulla interim contumacia committatur, eo verò lapso, licèt Reus, jam ad parendum præcisè teneatur sub pœna, non tamen simul statim in pœnam incidisse dici potest, quin aliqua cognitio super purificatione termini, & facti qualitate, & an quis parere teneatur, & saltem declaratio super hoc præcedere debeat, de quo postquam constiterit, & revera reus jam obligatus apparuerit, jam deinceps competens spacium tàm ad parendum, quàm docendum non denegandum est, sed concedendum. Neque enim retrotrahi obligatio potest, sed præceptum, quod paritionem sub pœna exigit, nihilque de declaratione pœnæ agit, tunc demum incipit stringere, & reverà vires sortiri, & tunc alteram etiam partem (*declarationis pœnæ scilicet*) assùmit, & instar Mandati sine clausula redigitur, ut ex tunc intra congruum spacium (*illicò enim & priusquam hoc Principalis absens resciverit, impossibile est*) parere, & simul docere de paritione, prout in Mandatis sine clausula Reus teneatur, vel declarandus sit in pœnam: quò faciunt comminatoria verba Mandati cum clausula, daß alsdann mit gemeldter Erkanntnuß und Erklärung und anderm gehandelt und procedirt / wie sich das seiner Ordnung nach ge-

gebühret / ubi relatio sit, & restrictio ad superiora, & ad conditionem naturamque *hujus Mandati, quod per se longè diversum à formala Mandatorum sine clausula*, prout ex ipsis verbis utrumque manifestum est, *quare prius aliam comminationem addendam censent*, cui deinceps cognitione causæ, & alia sententia circa docendum, & declarationem pœnæ, prævià alterâ illâ declarationis eventualis subjungi commodè possit, & hac in parte sunt, qui ita pronunciandum, nisi ita egerit, daß alsdann auff Gegentheils Anruffen ergehen sol / was recht ist; idque ideò potissimum, ne actori potestas in causa principali ad definitionem totius negotii, si vult, procedendi præripiatur.

18. *Alij tamen Majoribus* id aliàs integrum semper esse arbitrantur, atque novas ambages & moras, donec Actor denuò imploret, ex illa forma oriri posse, ideò *ijs placet* comminatio conclusionis in puncto, quam Procurator illicò purificato termino urgere sine alia instructione potest. Nam & rem omnem penes Judicem, ejusque arbitrium sitam esse putant, qui de facto, ejusque qualitate, nec non de paritione & pœna, etiam de principali causa statuat, quod juris est, & res exigit.

Hodiernum jus circa d. Qu.

19. *Verùm hæc omnia hodiè frustra disputantur*: quia enim terminus primus à parte citati in his causis Mandatorum cum clausula ad agendum seu excipiendum præjudicialis est, ideò ob contumaciam in non agendo cõminatio futuræ declarationis pœnę paritoriis annectitur.

Quæstio III. An non Comparens statim in pœnam declar.

20. Quæsitum III. Quia Mandatum cum clausula, non comparente citato, non resolvitur in simplicem Citationem, an statim adversus non comparentem, prævio proclamate, ad declarationem pœnæ descendendum sit? *Non pauci ajunt*, utpote Mandato jam justificato, quod quidem per se duplicem comminationem continet, primò pœnæ, nisi statim pareatur, deinde declarationem pœnæ, nisi causæ adferantur &c. & Judici circa hæc nihil imputandum, si post peremptoriam illam Citationem moram aliam necti non permittit, neque illam Citationem elusoriam reddi, suamque authoritatem impunè contemni patitur.

21. *Alij verò majoribus sentiunt*, contumaciam in non parendo ipso tempore reproductionis, nihil adhuc circa paritionem ipsam peccâsse, videri posse, cùm pendente termino citationi inserto, utique facultatem habeat deliberandi, utrùm velit parere, an verò comparendo causas, quare id non teneatur, producere, sicut nec ad docendum paritionem citatus sit, sed duntaxat peccâsse circa Citationem in spem emendatam ad causales, si se gravatum putet, producendas; pœnam

igitur

igitur fines illos non debere excedere, sed priùs Reum, sive tacitè sive expressè in illam, & quidem talem solùm pœnam declarandam, quòd scilicet ob contumaciam jam teneatur præcisè parere, & deinceps in puncto declarationis pœnæ *Mandati*, *quasi sine clausula* procedendum sit, quam ad rem, quia non adest, compelli nequit, neque illi aliter, nisi per aliam citationem *ad docendum vel videndum declarari &c.* terminus constituti, itaque Citationem hujusmodi contra eum tali casu decernendam putant.

22. Sed *hodiè extra dubium est*, si Citatus non compareat, nec Mandato paruerit, præmisso proclamate, & lapsis sex juridicis, ipsum directè in pœnam, Mandato insertam, etiam in causis Mandatorum cum clausula, declarari, idque ob contumaciam in non comparendo. Quòd si Mandato paruit, ob solam non comparitionem videtur declarari non posse, quia citatio in hisce Mandatis cum clausula eventualis est, scilicet, ut compareat, si se gravatum, & ad parendum non obstrictum sentiat.

23. Quær. IV. An in Mandatis cum clausula hodiè teneatur Reus, in primo termino illo, omnes Exceptiones tàm peremptorias, quàm dilatorias simul proponere? *Quidam negant*; Id enim hodiè post *Recess. Imp. Anno* 1594. in appellationum solummodò causis obtinere, in aliis verò omnibus sublatum: & aliàs adversus dictum Recessum resuscitari die Eventual **Handlung.** Prius igitur seorsim declinatorias solùm discutiendas, existimant. Quæstio IV. De excep. rei in prim. termin. proponend.

24. *Alij verò censent*, diversum & tertium quasi genus esse horum Mandatorum à causis appellationum ac simplicis querelæ; cùm circa hæc Mandata dictus recessus alibi seorsim generaliter, & definitivè statuit, causas & gravamina, cur parere quis non teneatur, primo & uno termino esse producenda, prout etiam ita se habent Mandatorum istorum verba, quibus citatur Reus, ad deducendum causas & Exceptiones, non, cur stare juri, vel respondere non debeat? Sed, **warumb er dem Mandat zu gehorsamen nicht schuldig:** atque aliàs, nisi causæ illæ à merè simplicis querelæ distarent, nec conveniens videtur, post expeditum punctum dilatoriarum tandem ita pronunciari, teneri reum, causas, cur non obligatus sit, proponere &c. itaque omnes simul exhibendas. *Dubium hoc in ordine quintum est*, inter illa octo, de quibus in *Recessu Imperij Anno* 1600. *Spiræ* §. **Sintemahl fürter bey währender dieser Deputations-Handlung** &c *supra lib.* 2. *tit.* 6. §. 23. & 26.

25. Verùm, in hoc & aliis, processus Mandatorum cum clausula

hodiè per Recessum Ratisbon. de Anno 1654. §. Ingleichem ꝛc. 82. processui citationis seu simplicis querelæ adæquatus est, in quo Exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ simul sub præjudicio sunt producendæ, fori declinatoriis solùm exceptis, (*quæ ut jam suprà dictum, periculo partis, siquidem Exceptiones frivolæ fuerint, solæ proponi possunt.*) *d. Recess.* §. Es sol auch hinfürter ꝛc. 37. Vide etiam de hac re Denaisi. *tit.* 128. §. 5. & Simon. Tolman. *relat.* 6. *Klockij n.* 10. *qui ex consulto Cameræ de Anno* 1600. *idem de stylo veteri attestantur.*

TIT. XLI.

De Processu in Causis Mandatorum sine clausula.

In Mand. S. C. quid reo præcipiatur?

§. 1. ETsi in omnibus causis Mandatorum sine clausula expressè præcipitur: *Primùm*, ut reus è vestigio Mandato pareat; *Deinde*, ut in primo termino, qui eidem in specie constituitur, atque præfigitur, compareat, ad docendum de paritione jam facta, aut videndum, se in pœnam Mandati declarari, aut ad allegandum & deducendum causas, quare declaratio illa fieri non debeat: attamen, plerumque nihil istorum à Reo fieri solet, sed de novo terminus postulatur; & licèt is sub eventuali declaratione pœnæ ad docendum præfigatur & concedatur, attamen reus etiam illud temporis spacium in effectu habet duntaxat ad excipiendum, & non ad docendum præcisè de paritione, ita, ut postea exceptiones quales quales prolatæ acceptentur, & super relevantia earum Judicis cognitio, sine ullo alio præjudicio aut pœna, interponatur.

2. Unde tàm primum tempus in Mandato, quàm secundum per sententiam constitutum, unà cum comminationibus suis, utrobique annexis, frustratorium elusoriumque reddatur, & interea temporis causa magno cum damno, cumprimis verò, si illa captivos concernat, protrahatur, & interdum in fraudem, & ad litis protelationem studio, atque ex proposito terminus longior, ejusdemque prorogatio postuletur, & obtinetur.

3. Sed, etsi Domini Camerales *à stylo consueto*, quoad præclusionem viæ excipiendi, vel etiam declarationem pœnæ, præcipuè verò generaliter, & sine gravioribus causis, recedere non voluerunt, *attamen statuerunt*, ultrà terminum primum in Mandato constitutum, tempus amplius, sive longiorem terminum, (& multò minùs termini prorogationem) sine gravi causa non concedendum, quàm circumstantiarum ratione habitâ, unius, duorum, aut ad summum trium mensium, quia in primo

primo termino illud fieri debuisset, & potuisset, & propterea à Procuratoribus seriò injungendum, ut ad præcavendas submissiones non necessarias, & causarum protelationes, non facilè tempus ulterius, vel si ex gravibus causis longior terminus requiratur, non tamen ultrà, quàm suprà definitum est, postulent, aut alii aliis concedant. *Conclus. Cam. Dub.* 33.

4. Istud conclusum *Status Imperij Deputati Anno* 1595. *Spiræ* approbârunt, ita tamen, ut circumstantiarum & distantiæ locorum ratione habitâ, trium illud mensium spacium à Dominis Cameralibus definitum usque ad quatuor, aut quinque ad summum extenderetur, quod Deputatorum placitum pragmaticâ Imperii sanctione confirmatum est. *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. Obwohl in allen *Mandatis sine clausula.*

5. Sed ut partes litigantes, ab ejusmodi dilationibus frustratoriis & litium protelationibus, sibi temperent, *Domini Camerales censuerunt*, si Exceptiones sub- & obreptionis oppositæ minùs relevantes deprehendantur, & præcipuè, si non statim in primo termino, vel ad proximam, sed post intervallum producantur, & illis non obstantibus, paritio injungenda sit, reum (*nisi aliæ, & maximè graves subsint Causæ, aut Exceptiones illæ valde urgentes & dubiæ sint*) semper in expensas purè, & non duntaxat eventualiter, ut anteà plerumque factum, condemnandum esse, ut eâ ratione disputatio, an condemnatio expensarum purè vel conditionaliter intelligenda sit, simul tolleretur; cùm illa expensarum restitutio aliàs, quasi pars mandatæ paritionis sit, utpotè, quæ absque omni sumptu fieri & præstari debeat, sub quo omnes expensæ & damna comprehendantur, ut restitutio integra dici posset: Id quod tamen adeò strictè in Camera non observatum, neque petitum fuit, quanquam etiam expensæ petitæ taxatæ fuerint, non secus, atque si condemnatio pura fuisset. Vide *Recess. Deput. Imperij Anno* 1600. *Spiræ* §. Damit sich aber auch die Partheyen dergleichen &c. 50.

6. At ex *Recessu Imperij de Anno* 1654. §. Belangend die Mandata sine clausula &c. 76. tempus ad excipiendum in primo termino rogare prohibitum est, sed vel exceptiones in primo termino producendæ, vel de reali paritione docendum, §. Auff den Gegenfall &c. 77. *& seq. d. Rec.*

7. Antequam autem processus reproducantur, & terminus in illis præfixus labatur, prorogationem ad producendum suas Exceptiones rogare solent Procuratores, coram Deputatis, idque vigore *d. Recessus.* §. Wäre es dann &c. 38. In omnibus processuum generibus indistinctè.

Quamvis, si talia frustrandæ causæ ergo (*ut sæpè accidit*) rogata visa fuerint, loco speratæ prorogationis, si non declaratio pœnæ, tamen sententia paritoria dari queat, ut factum in *causa J. contra B. & Conf. Mandati de non turbando &c.* 20. *Sept. A.* 1659. & causis aliis &c.

8. Per hanc quæsitam prorogationem etiam pars citata contra intentionem *d. Recessus*, hoc sæpè lucratur, ut interlocuto Judicis, quô hæc prorogatio quæsita vel admittitur vel denegatur, non intervenientе, ordinem suum Novarum securè exspectare, & sic in annum & ultra uno hoc medio exceptionum productionem (*magis ipsam paritionem*) protrahere possit, quod in causis Mandatorum celerem expeditionem sui naturâ, & ex qualitate objectorum, quæ moram ut sæpè, vix patiuntur, desiderantibus, fraudibus plenum est.

9. Pars Impetrans etiam per hoc compellitur maturandæ causæ ergò interlocutum sollicitare, & hoc obtento Adversarium, ut in ordine paritionis, qui per omnes celeriùs decurrit, exceptiones producat, illo medio adigere; quod *Collegio amplissimo*, sollicitaturis partium litigantium aliâ plus satis molestato, importunum, Lectoribus atque Notariis operosum, & ut maximè parti impetranti in ipso limine processus onerosum est.

10. Si Citatus prorogationem in tempore rogare intermiserit, vel causæ, ex quibus rogetur, deficiant, proclama exspectat, & ubi post hoc decretum 6. juridicæ elapsæ, & ob contumaciam in non comparendo à parte adversa ad declarationem pœnæ imploratum est, tandem comparet, exceptiones tales quales producens; sic ubique ex novo processu novæ etiam elucubrantur fraudes.

11. Ejusmodi tamen fraudibus per abbreviatos Ordines & *commune Decretum de Anno* 1659. 13. *Decembr.* ibique constitutum terminum legalem satis obviatum fuit.

Mand. S. C. quas Exceptiones patiantur.

12. In Causis Mandatorum sine clausula nullæ Exceptiones admittuntur, nisi sub-& obreptionis, item maleficii, (*sive delicti criminalis*) banni, privationis (*beneficiorum, quod in fœminis & Clericis locum habet*) & similes, *Recess. Imp. Ratisbonæ Anno* 1594. §. Dann auch zum Dritten ꝛc. 84.

13. Quia enim in his non de causa principali, quæ ut plurimum ad alium Judicem spectat, sed saltem de facto, omni jure prohibito &c. quæstio est &c. ideò exceptiones, causam principalem, & jus ipsum concernentes, non admittuntur, sed frivolæ dicuntur; ita *in resolut. Visit.* apud

apud Gylm Symphor. *tom.* 1. *part.* 3. *post vol.* 3. *n.* 37. *fol.* (*mihi*) 148. *& fol.* 151. *num.* 45. *in fine libri.*

14. *Sed de quo ergò Exceptiones* sub- & obreptionis formandæ? Respondeo, factum ipsum directò impugnandum, negando id, vel in totum, vel non eâ violentiâ, aut modo fuisse perpetratum; Vel negandum, qualitatem facti talem esse, ex qua præceptivè per viam Mandati sine clausula procedi queat. *Continent* enim, propriè loquendo, *Exceptiones sub-& obreptionis, requisita Mandatorum, eorumque defectus.* Except. sub- & obrept. quid propr. contin.

15. Ad has Exceptiones adversarius, arbitratu suo, vel tempus postulato, vel per generalia illicò submittito. *Cons. Cam. Anno* 1585. Denais. *Mandata sine clausula* §. 6. Meliùs tamen agit, si ad tales Exceptiones illicò simpliciter submittit, vel in eventum, si refutatione dignæ à judice deprehendantur, se per sententiam ad replicandum admitti rogat; Judex enim, ubi responsione opus esse viderit, eam interloquendo solet injungere. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Belangend die Mandata sine clausula &c. 76. *ut sic ad hujus generis Exceptiones termini ad replicandum, purè vix, aut nunquam hodiè rogetur.*

16. In Causis Mandatorum sine clausula, si reus paritione factâ, pœnâve exsolutâ, Mandatum impugnare, & de causa sive jure principali cum adversario in judicio ampliùs experiri velit, ad forum ordinarium remittuntor, ibidemque controversia finitor. *Ord. tit.* 23. *p.* 1. *V.* Wolte aber in angeregten Fällen der Theil/wider den solche Mandata erkant ꝛc. Sed hâc *Ordinationis lege* executioni sententiæ publicatæ, & executorialibus nihil detractum esto, sed secundùm Ordinationis Constitutionem, *de qua infra*, servantor, *add. tit. præc.* §. 11.

17. Sed *duo adhuc Dubia* sunt, ad processum Mandatorum sine clausula pertinentia: *septimum* nimirum inter illa, & *octavum Deputatis Imperij* 3. *Septembris Anno* 1600. *Spiræ* à Dominis Cameralibus proposita; sed per *Ordines Imperij* nondum decisa, de quibus *Recessus Imperij eodem Anno* publicatus §. Sintemal fürter bey währender ꝛc. Add. *tit. præced.* §. 24. *& lib.* 2. *tit.* 6. §. 23. *& 26.*

18. *Primum est*: In Mandatis sine clausula, si reo comparente, ab initio ultra Citationis terminum alius ulterior per judicem concedendus, quâ formâ, quibusve verbis pronunciando utendum? *Hactenus communiter* hæc fuerunt verba sententiarum hujusmodi: Ist D. N. glaublich Anzeig zu thun/ daß dem Mandat alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt sey/ Zeit N. Monat zugelassen und angesetzt/ *sub comminatione &c.* daß Beklagter jetzt als dann/ und dann als jetzt in die Qu. quâ verbor. formâ in datione ulterioris termini utendum?

Pön Mandati hiermit erkläret/ ferner Proceß auch erkant/ daß er dem Gegentheil die Gerichts-Kosten zu bezahlen/ schuldig seyn sol.

19. Hanc formam verborum, utì rei minùs convenientem, mutandam esse *quidam putant*. Certum enim esse, quòd post talem sententiam Exceptionibus producendis omninò locus relinquatur, iisque qualibuscunque productis comminationem pœnæ nunquam effectum aliquem sortiri, sine alia cognitione & sententia, imò sine alio termino, & sic inania elusoriaque esse, hæc duriora verba, præcisè quasi solùm paritionem exigentia, sicut & Mandatum ipsum sine clausula non excludit omnes omninò Exceptiones, & ita terminos Mandati etiam hæc forma quasi excedere videatur.

20. *Accedit*, quòd partes mentem Judicis ex istis verbis non percipientes, & perterritæ rigore, & stricto verborum sententiæ intellectu, alias Exceptiones sibi competentes, & quidem fortè jurisdictionem ipsam enervantes, omittere poterant, maximè, cùm quandoque Judex eâdem formâ, etiamsi nullam exceptionum non obstantium mentionem faciat, tamen nullis Exceptionibus locum deinceps fore, initio sentire possit, utì fit, cùm Reus ultrò paritionem offert, & ad id solummodò terminum petit.

21. Itaque existimant, quoties Exceptionibus locus adhuc est, potiùs tali forma pronunciandum esse: Ist D. N. was sich zu handlen gebühret/ *vel alternativè ita*, glaublich Anzeige zu thun/ daß dem Mandat gehorsamlich gelebt sey/ oder was sich sonsten zu handeln gebühret ꝛc. ut ita punctus exceptionum, inclusione unius expressa, non censeatur exclusus.

22. Sed *primam opinionem alij* in retinenda prima & consueta forma approbârunt, quia cæteræ opiniones sunt generales & incertæ, quæ causam obscurent, litesque protrahant, atque producant. *Quæ etiam de præsenti observatur*, & dicitur hæc sententia *paritoria simplex*, ad differentiam sententiarum paritoriarum, quæ dantur Exceptionibus rei oppositis, sed non obstantibus.

Paritoriarum in Mandat. S. C. differentia. Vel simplices sunt, vel plenæ.

23. Ut autem *Practici* cognoscant, quæ sit *paritoria simplex*, vel *plena*, observandus est tenor in sententiis usitatus; *in his* habetur: Daß Beklagter/ Einwendens ungehindert/ dem Mandato parendo gelebe: *in illis* non: illæ ut sæpè ad terrendum, à parte actrice sollicitatæ fuêre; si enim tali sententiæ, sibi ab actore sub plausibili Documento oblatæ, paruit reus, alea feliciter jacta est: quamvis, si rem benè expendisset, via

exci-

excipiendi per eam minimè præclusa fuisset. *Hæc*, quantum exceptiones obmotas, sed rejectas attinet, vim sententiæ definitivæ habet, & si rursùm, effugiendæ paritionis ergò, repetuntur, declaratio pœnæ subsequitur; Imò Procuratores mulctantur mulctâ duarum aut plurium marcarum argenti, vel pro qualitate negotii, mulcta majori, die eine per sententiam vorhin verworffene Schrifft in judicio wiederumb eingeben; *ut præjudicia in promptu sunt Paritoriæ simplices*, uti dictum, nullius ferè præjudicii sunt, aut effectus: *Post plenam verò paritoriam* tenetur reus, paritum esse docere sub pœna; idque regulariter in Mandatis (*saltem S. C.*) observatur, ut parendum sit, non excipiendum. Si paritio, quamvis insufficieus, allegetur, declaratio pœnæ non fit facilè, sed ulterior paritio decernitur. Excepti autem relevantes non efficiunt cassari Mandata, sed impetrans ad replicandum admittitur. Cæterùm subjicere lubet sententiam, quâ ob non factam paritionem pœnæ declaratio suscepta fuit: In Sachen Weil. Balduwin Hesemanns nachgelassener Anverwandter / in Actis benannt / Klägern / wider Hn. Gustavum Adolphum / Hertzogen zu Mecklenburg Güstraw und Gld. Beklagter / Mandati pœnalis de maturanda publicatione & executione sententiæ à Judice extraneo conceptæ S. C. ist erkant / daß ermeldter Hr. Beklagter & Gld. in die Pön dem außgegangenen / verkünd- und reproducirten Käyserl. Mandato einverleibt zu declariren und erklären seyn / als wir dieselbe hiemit darinn declariren und erklären / fernere Proceß auch erkennen / daß ermeldter Hr. Beklagter und Gld. die an diesem Käyserl. Cammer-Gerichte auffgeloffene Gerichts-Kosten ihme Klägern nach Rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn solle; dann ist Doct. Stiebern / daß der am 7. Julii jüngst und vorher ergangenen Urtheilen alles ihres Jnhalts / insonderheit mit ehrlicher Beerdigung des Todten-Cörpers gehorsamlich gelebt seye / Zeit 3. v. p. t. e. p. v. A. W. angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß alsdann das Mandatum de exequ. ohne ferner Anruffen auß der Cantzley solle gefolget werden. *Publicat.* 12. *Decembris*, 1684.

24. Sed qui *hodiè* prorogationem ante terminum reproductionis petere neglexit, & comparet, sed sine exceptionibus, (repete §. 18.) ob præjudicium, quod Impetrans exinde juxta *Recessum novissimum de Anno* 1654. obtinuit, & ob contumaciam Citati in non agendo, declaratio pœnæ metuenda est. Ergò nemini, qui Exceptionibus non est instructus,

Consilium pro reo, qui except. non est instruct. in 1. term.

structus, author ergò, ut compareat: sed tutius proclama exspectat, & interim necessitate agendorum se instruit.

Aliud dubium, de reo in pœnam mandati condemnando.

25. *Alterum Dubium est*, an in Mandatis sine clausula Reus, ab initio contumax in non comparendo, post factum proclama, & lapsis sex juridicis (*vide infra de processu Contumaciæ. Tit. adversus Reum contumacem, quomodo procedendum?*) illicò, & rectà in pœnam Mandati condemnandus sit? *Quidam negant*, ex quo terminus Citationis nunquam præjudicialis est, & pœnæ declaratio semper dolum malum requirit, & delictum, de quo judici certò constet; quod hîc potest esse ambiguum, cùm Citationis terminus, quantumvis remotiùs agentibus partibus, semper tamen non nisi paucorum dierum spacium contineat, & facillimum sit, impedimenti aliquid ingruere, de quo Judici ex sola executione Mandati constare non potest; *Ad hæc*, ut in contumaciam quid decidatur, processu peculiari, & cognitione pleniori opus est, sicut & de veritate narratorum, inprimis constare debet, quæ in contumaciam non comparentis nunquam pro confessatis habentur. *Ordin. part.* 3. *tit.* 48. *in princ.* quia in terminis fortioribus, rei judicatæ scilicet, & jam executioni mandandæ, certè contumax in non comparendo, non protinus condemnatur, sed solent ad instantiam partis victricis arctiores executoriales sub pœna banni decerni, & pars victa & contumax, nisi paruerit Mandato arctiori, peremptoriè citari, ut certâ die compareat, ad videndum & audiendum se in pœnam in executorialibus expressam, declarari, aut ad causas deducendum, cur hoc fieri non debeat &c. Sic ibidem *Ord. tit.* 41. *in princ.* de processibus in contumaciam generaliter, & sine distinctione loquitur, neque aliud uspiam constitutum reperitur, quod pœnæ declarationem hoc casu fieri velit. Accedit styli dissimilitudo aliquoties; ut *Anno* 1564. 28. *Augusti. Anno* 1566. 1. *Februarij. Anno* 1567. 10. *Novembris. Anno* 1592. 10. *Octobris.* Aliquando absenti, & ad comparendum, & ad docendum, brevis terminus, sub eventuali declaratione concessus; aliquando Citatio ad videndum declarari; aliquando arctius Mandatum prius decretum fuit. Et sanè exigua hæc mora in effectu nihil præjudicat pœnæ commissæ, interim tamen iniquitatis periculum submovet, cùm aliàs etiam plurimæ ambages restitutionum in integrum oriri soleant. Neque novum videtur, semel citatum & contumacem denuò citari, ut patet *ex Citationibus per Edictum, & ex L. Diffam.* Quibus de causis *hi censent*, vel novam Citationem ad vidend. declarari, vel arctius Mandatum cum

Ci-

Citatione hujusmodi annexâ, vel saltem terminum adhuc ad comparendum & docendum &c. sub eventuali declaratione concedendum.

26. *Alij autem plures, stylo frequentiori moderno inhærendum,* & hoc casu declarationem pœnæ non differendam censent, cùm de contumacia solùm agatur, quæ ex insinuatione certa redditur, aliàs enim proclama minimè decerneretur, & eo proclamate facto, jam non solùm sex juridicæ, sed ferè etiam, priusquam protocolla ante & post proclama compleantur, aliquot non pauci dies præterlabuntur, præsertim, antequam declaratoria sententia feratur, cujus publicationem, si Reus, quandocunque comparendo, anteverterit, ab omni periculo se *unico floreno,* oder Ruff Gülden / exsolvit, nihil etiam habeat, de quo hac in parte meritò conqueri possit; Sicut & in tanto Mandatorum istorum numero, admodum rarò contumaciæ hujusmodi, & declarationes eapropter eveniunt: & sanè, si quidem Rei animadverterint, impunè sese non comparere, vel etiam proclama factum contemnere posse, nemo unquam primo termino aderit, quin facti sui conscius facillimè procurabit, ne in faciem, aut in præsenti sibi Mandati insinuatio fieri possit, ut ita novum terminum, vel novam Citationem impunè, aut saltem exiguo suo cum commodo, magno verò cum incommodo, & periculo partis, interim oppressæ, vel etiam incarceratæ, exspectet.

27. Quò facit *Recess. Imp. An.* 1570. §. Ferner ꝛc. *& Visitat. Recess.* 1579. §. In was sondern ꝛc. 8. & *Memor. Judic. An.* 1580. §. *penult.* ubi eam ob rem, ne scilicet novâ Citatione, vel aliâ morâ opus sit, constitutum fuit, Mandatis illicò *Citationem ad videndum declarari &c.* initio annectendam, neque sine ratione: cùm facti aperti iniquitas, & periculum moram non patiatur; ideoque paritio mandatur fieri, ohne Verzug und Einrede / & ut *Ordinatio habet tit.* 23. *part.* 2. Ohne einige Widerrede und Verhinderung ꝛc. De *veritate narratorum*, aut processu communi in contumaciam, non est quod agatur, in hoc casu, ubi illa merita causæ istius integra manent, & solùm de contumacia & ejus pœna agitur separatim, quam & *d. tit.* 23. apertè separat ibid. Oder / so er wegen seines Ungehorsams ꝛc. quo in puncto etiam contumaci, quasi solo denuò aliquem citari solitum non est; *Executorialium alia ratio est,* quæ mitiùs semper agunt cum victo, terminumque laxiorem indulgent, & semper ferè ulteriorem cognitionem, saltem in puncto liquidationis, desiderant; Sicut & alias etiam plurimas ferè exceptiones admittunt, ob restitutionis petitiones fortè subsecuturas, & nihil videtur

omittendum, ex eo, quod juris ratio aliàs exigit, quanquam vix illis locus hoc casu facilè esse, & siquidem est, citrà ambages majores expediri res posse videatur.

28. In hoc Dubio, *posterior opinio* in observando processu, consuetudine & per Majora approbata placet; Quæ *& hodienum in viridi observantia est*, modò pars impetrans proclamate decreto & sex juridicis elapsis, ad pœnæ declarationem, accusando contumaciam non comparentis, imploraverit.

TIT. XLII.

De Processu in Causis fractæ pacis profanæ.

Processus fractæ pacis profanæ, in puncto Mandati. Citationis. Suprà tit. 5. §. 11. f.

§. I. IN fractæ pacis profanæ, quemadmodum etiam aliis causis, duplex punctus considerandus, *Mandati* & *Citationis*. In puncto *Mandati* non secus proceditur, atque aliis mandatorum causis, de quo processu *suprà Lib. III. t. 5.*

2. De puncto *Citationis*, in causa fractæ pacis, vulgò tradunt, tanquam speciale, (*in Mandatis enim tàm S. quàm C. C. libelli productione opus non est, ut suprà dictum*) libellum producendum esse, secundùm *Constitutionem Imperij Anno* 1570. *Spiræ* §. Damit aber aller ꝛc. 74. ubi causæ fractæ pacis inter causas S. Q. (*intellige Citationis; aliàs enim sub causis S. Q. etiam Mandata comprehenduntur, quatenus à causis appellationum distincta sunt*) referuntur; Idque sub pœna absolutionis à citatione.

Cur libellus hic requiratur?

3. Ratio verò, cur in Citationibus, quæ annectuntur Mandatis super fracta pace, *cum clausula regulariter emanare solitis*, etiam libellus requiratur, inter alias hæc potissima est, quòd ob gravitatem facti & banni pœnam, judici & parti scire competat, quonam in puncto vel excessu processus iste fundari velit. Libellus enim necessarius est, vel narrata Citationis sunt loco libelli repetenda, animo litem affirmativè contestandi, cum petitione declarationis pœnæ banni, quod frequentius est.

Requisita fundand. in fr. pac. caus. accuratè prob.

4. Sed illud causæ fractæ pacis cum aliis commune; hoc verò peculiare est, quòd qualitates ad fundandam Jurisdictionem necessaria, si secundùm jura, & Constitutiones Imperii, & pro qualitate causæ sufficienter probatæ non fuerint, Reus in puncto Citationis & Mandati *absolvendus*, & ad ordinarium judicium remittendus sit. *Punctus namque Citationis accessorius est* mandati; ut proinde requisitis non concurrentibus, adeoque Mandato locum non habente, ipsum quoque accessorium corruere necesse sit: secus ac in mandatis super *Constitutione*

pigno-

pignoratitia; ubi propter frequentiam pignorationum, etiam causa Citationis in Camera retinetur.

5. De modò dicta absolutione, ob non probata requisita, ad hanc Constitutionem pertinentia, vid. integram relationem *in causa* Anhalt/ *contra* Stollberg/ *fractæ pacis*, ap. Klock. *relat.* 134. *per tot.* Alioquin reus in utroque punct. absolv.

6. An autem ob excessum defensionis pœna banni in pecuniariam converti in Camera queat? Affirmat hoc Scipio *decis. Camer.* 15. *lib.* 3. & Gail. *de p. p. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 24. De conversione banni in pecuniar. pœnam.

7. Verùm contrariatur *Recessus Imp. de An.* 1548. §. Dieweil dann ferner ꝛc. quo causa ad primæ Instantiæ judices remitti jubetur, & si lata versutiæ culpa (cui dolus inest) à parte rei interveniisset. Quòd si tamen Jurisdictio Cameræ quoad Reum immediatè fundata esset; etiam sine qualitate fractæ pacis, hoc casu *Gailij* sententia vera videtur. Cæterùm hic repetendum, (*vid. lib.* 1. *tit.* 7. §. 6.) quòd *hodiè*, non tantùm in casu defensionis, sed in quacunque violentia & fracta pace, in arbitrio partis læsæ est, utrùm ad pœnam banni, vel pecuniariam 2000. flor. in auro agere velit: soletque posterius propterea magis practicari, *quia pœna banni non facilè decernitur.*

8. Si reus, ob non probata requisita Constitutionis, absolvitur, actor in expensas simul condemnatur, quod regulare est juxta Gailium *1. de p. p. cap.* 13. *num.* 9. & 16. Verùm adsunt præjudicia, in quibus expensæ etiam hoc casu, (*si scil. violentia non quidem dolo malo, ita tamen facta fuerit, ut actor super hac Constitutione experiendi justas causas habuerit*) compensatæ sunt. Vide integrum votum in *causa* Wolrad Pröen *contra* Moltzhan ap. Casp. Klockium *relat.* 38. & *sententiam* 20. *August. Anno* 1593. *publicatam.* De expens. quando actore non probante reus absolv.

9. Sed ut hoc casu (*absolutionis scilicet Rei, in puncto Citationis super fracta pace*) si actor Reum coram Judice ordinario super spolio, turbatione, injuria &c. vel alias ob causas, jure atque judicio persequi velit, causæ eò citiùs expediantur, & partes litigantes novo onere, probationis deducendæ & sustinendæ, & sumptibus litis non graventur, sed jus suum consequantur, *Judex Cameræ*, per viam implorationis subsidiariæ requisitus, judici ordinario, ad quem causa pertinet, acta in Camera disceptata atque ventilata communicat. (*Id quod processus causarum fractæ pacis speciale habet*) eaque coram ordinario tantum momenti atque ponderis obtinent, quantum haberent, si coram eodem prolata atque deducta fuissent; ita tamen, ut parti utrique probatio Hoc casu absolutionis acta Cameræ judici Ordin. communic. & quare?

ulterior salva sit. Rec. Imp. Anno 1594. §. Dieweil dann ferner gedacht ꝛc. 77. Confer. Gail. *lib.* 1. *de p.p. c.* 13.

Reconventio in causa fr. Pac. non habet locum. Exceptio.

10. In causis fractæ pacis reconventio locum non habet: Quamobrem reus conventus, si Actorem super alio delicto contra pacem publicam commisso, reconvenire velit, reconventioni in Camera locus non relinquitur, sed super novo illo facto nova Citatio & novus Processus & nova tela judiciaria instituenda fuerint. Gail. *lib.* 1. *de p.p. c.* 12. *n.* 6. Admittitur tamen reconventio, si contra libellum reconventionis exhibitum actor nihil opponat, & Jurisdictionem Cameræ tacitè ita prorogat. Gail. *ibid. num* 9.

In illis caus. reo commiss. ad memor. decernitur: & quare?

11. In causa fractæ pacis, licèt criminalis sit, commissio ad perpetuam rei memoriam, ex parte Rei accusati, decernitur. Mynsi. *Obs.* 40. *cent.* 3. vid. Rutg. Ruland. *de Commis. & Comm. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 7. Nam in causis criminalibus nonnisi firmissimæ probationes admittantur. Reo tamen commissio ad memoriam propterea conceditur, quòd in arbitrio ipsius non sit, an & quas pro sua defensione, probationes allegare velit, sed priùs expectandum, in quanam re & puncto actor sese fundare velit: ut proinde, ob gravitatem pœnæ banni, *à communi juris regula* recedatur.

In causis fr. Pac. artic. in contum. rei non accept. pro confes.

12. Denique in causis fractæ pacis, articuli in contumaciam rei non respondentis, pro confessis non acceptantur: quemadmodum etiam in iisdem sigilla literarum vel instrumentorum, ex parte Rei in contumaciam non recognoscentis, pro recognitis non acceptantur. *Veluti*, si literas diffamatorias, sive belli denunciatorias, sive hostiles scribens (Absag-Brieff oder Fehde-Brieff) ad Cameram ex *Constitutione fractæ pacis* citatus non compareat: hoc casu sigilla literarum istarum in contumaciam pro recognitis non acceptantur, sed ad probandum, per testes vel literarum comparationem, admittuntur. Gail. *lib.* 1. *de p.p. cap.* 15. *n.* 10. 13. *&* 21. Articuli tamen rei defensionales, in contumaciam actoris non respondentis, pro confessis acceptantur, favore defensionis. Gail. *d. loc. n.* 21.

Sed lis pro contest. accept. in contum.

13. Lis tamen pro contestata acceptatur, & via producendi defensionales æquè in his, ac aliis causis præcluditur; ita pronunciatum *in causa Fiscalis* und Rabenh. *contra* Hessen-Darmstatt / 13. *Dec. Anno* 1654. verba sententiæ: Dann in puncto Citationis ist der Krieg Rechtens vor bevestiget / An- und Gegentheil der Weg Defensionales vorzubringen / hiemit benommen / sondern Kläger zu ferner Handlung gelassen / und solches in contumaciam.

TIT.

TIT. XLIII.

De Processu speciali in causa purgationis.

Ord. Part. 2. Tit. 10. & 11.

§. 1 CAusa purgationis est, qua ex indiciis famave fractæ pacis, opisve auxiliique præstiti suspectus, nec tamen convictus, se crimine sacramento purgare cogitur. Causa purgationis in Causa fractæ pacis quid sit.

2. Et fractæ pacis, auxiliive suspicione laborantes, coram suis judicibus ordinariis, vel coram Imperatore, vel in Camera in jus vocati, per jusjurandum innocentiam suam probare coguntur. *Ordin. part. 2. tit. 10. in princ. vers.* **Und dieselben doch auß redlichen** ꝛc. Et violatorum pacis publicæ bonis in fraudem alienatis, tam venditores, quàm emptores alienantes, receptatoresque suspecti, se purgare tenentur. *Ord. part. 2. d. tit. 11.* Qui se purgare teneantur.

3. In causa purgationis summariè procedendum est. *Ord. tit. 10. part. 2.* **§. Und sol in solchen Sachen** ꝛc. Summariè hic proceditur.

4. Processus hic, quemadmodum in aliis causis, à Citatione initium sumit; sed Citationi huic specialia quædam sunt: I. Quòd priusquam decernatur, justæ suspicionum causæ judici articulatim sint exponendæ. *Ord. d. tit. 10. in princ.* ℣. **Doch daß er dem Richter** ꝛc. Specialia Citationis in hoc processu. Primum.

5. II. Quòd suspicionis articuli citationi inserendæ sint, quos vulgò *purgatorios* sive purgatoriales appellant. *Ord. ibid. vers.* **Sol er Ladung erkennen.** II.

6. III. Quòd fidem publicam, seu salvum conductum continere debeat. *Ord. ibid. vers.* **Auch mit und neben solcher Ladung** ꝛc. III.

7. IV. Quòd Reo imperet (*si non sit Princeps*) coram adsit & respondeat, & denique jure jurando se purget: sed secus fit, si princeps fuerit, qui per procuratorem comparere jubetur, *Ord. ibid. vers.* **Und also den Verdachten / wo er kein Churfürst oder Fürst** ꝛc. *Sic olim* legibus ordinationis constitutum est: *Sed hodiè* quibusvis Citatis ad purgandum, in primo termino respondere articulis per Procuratorem licet, postea verò, ubi juramentum præstandum fuerit, ut coram adsint, citantur. Et hoc modo Citationum Processus in Cancellaria formandi. *Mem. Visit. Anno* 1560. **§. Wiewohl dann** *in causis &c.* 12. *Cisn. fol.* 325. IV. Suspecti fr. p. hodiè per Procurat. respondere indict.

8. V. Si reo citatio nec coram sub oculis, nec absenti domi rectè insinuari queat, quòd duobus tribusve locis, qui opportuniores videbuntur, affigatur. *Ord. ibid. vers.* **Welche Ladung auch im Fall** ꝛc. V. Speciale.

9. In primo igitur termino Reus ad articulos suspicionis respondere tenetur. *Ord. ibid. vers.* **Zu erscheinen und auff die Artickel ꝛc.**

Quando & quibus præviis reus se purget sacramento?

10. Si articuli negentur, & actor suspicionis causas indiciis legitimis, vel fama, unove teste omni exceptione majore, & denique, si Actor honestioris, Reus verò vilioris conditionis sit, *propriæ credulitatis* jurejurando, confirmaverit: tum *Reus sacramento se purgare necesse habet*, idque coram; nisi judex ex causa mittere malit, cui juretur. *Ord. ibid. vers.* **Und so er die verneinen würde ꝛc.**

Civitas suspecta quomodo juret?

11. Si Universitas vel Civitas suspecta postulabitur, Senatus ejus in duas partes divisus, & in his quisque maximè suspectus coram Commissariis juranto. *Ord. ibid. vers.* **Würde aber ein** *Commun. &c.* Gail. 2. *de P. P. c.* 17. *n.* 16. Si horum quidam suo nomine ut privati suspecti fuerint: de his tanquam de singulis & privatis statuendum, *Ord. ibid. vers.* **Wo aber etliche derselben.**

Quando compurgatoribus opus sit?

12. Si reus gravi suspicione laboraverit, etiam cum illo alii plures, quos *sacramentales*, *compurgatores* & *conjuratores* vulgò vocant, probatæ vitæ homines, qui, à Reo sibi rectè juratum videri, de credulitate jurent, adhibentur. *Ord. ibid. vers.* **Und ob der Beschuldigte.**

Quis eorum numerus?

13. Numerus iste Sacramentalium sive conjuratorum, in arbitrio judicis positus est. *Ord. ibid. vers.* **So sol in bescheidenheit des Richters ꝛc.**

Quid si reus juratus de mendacio convincat.

14. Et Reus, posteaquam juramentum præstiterit, criminis innocens eò usque habetur, donec ordinaria actione instituta, de mendacio & perjurio convincatur: & convictus non solùm ut pacis publicæ violator, verùm etiam ut perjurus pœnas luit. *Ord. ibid. vers.* **Alsdann sol und mag gegen den Uberwundenen ꝛc.**

In caus. purgat. artic. pro confess. accept. in contum.

15. In purgando comparendove contumaces, pro convictis habentur, & ad videndum se declarari in pœnas fractę pacis citantur: ac citra aliam probationem (*nisi innocentiam suam probare parati sint*) condemnantur. *Ord. d. t.* §. **Würde sich aber der Beschüldigte ꝛc.** Mynſ. *Obſ.* 52. *Cent.* 3. & Gail. *lib.* 1. *de p. p. c.* 15. *n.* 22. ubi articuli in causa purgationis, pro confessis in contumaciam acceptantur. *Vide Tit. proximè præcedentem.* §. 12.

16. Ad purgandum citati, morbis, aliisve causis necessariis impediti, sui aut vicini Magistratus testimonio hoc docebunt: & vel terminum ad juramentum obtinent, si per exiguum temporis spatium abfuturi sint; vel coram Commissariis juramentum præstant. *Ord. d. tit.* 10. §. **Wo aber derjenige ꝛc.** 4. *Si sit Elector vel Princeps, licebit ei per Procuratorem, qui tamen ad minimum Nobilis sit, hoc juramentum præstare.*

17. For-

17. Forma Juramenti hæc est: Decernimus, quatenus N. per Deum dejeraverit, se in commisso fractæ pacis crimine neque consilium, neque auxilium, neque subsidium vel adjumentum præstitisse, quòd hoc audiri, & porrò, sive hoc faciat, sive non, fieri debeat, quod juris est, hoc est: **Mag und wil Beklagter N. ein Eyd zu GOtt schwören / daß er zu solcher Land-Fried-brüchigen That und Handlung kein Rath/ Hülff/ Beystand oder Fürschub gethan habe/ das sol gehöret werden/ und alsdann/ er thue das oder nicht/ ferner ergehen solle/ was Recht ist.** Forma juramenti purgatorii.

18. Purgationis necessitatem judex etiam ex proprio motu vel ex officio suspectis imponit. *Ord. d. t.* 10. §. **Es sollen und mögen** &c.

19. Injustè citato ad purgandum, citantem, qui temerè morâ suspecti accusatione destiterit, aut causa ceciderit, actione injuriarum persequi licet. *Ord. d. tit.* 10. §. *fin.* **Wo aber jemands** &c. Mynsi. *Obs.* 82. *Cent.* 2. Confer. Gail. *l.* 2. *de p. p. c.* 7. *num.* 12. *& cap.* 8.

TIT. XLIV.

De Processu in Causis Fiscalibus.

§. 1. CAusarum fiscalium quædam ordinariæ, quædam extraordinariæ sunt. Causæ Fiscales.

2. In Causis fiscalibus *ordinarijs* (quales sunt causæ *fractæ pacis*, causæ *exemptionum*, item *causæ pœnales* & aliæ) ordinariâ viâ, id est, juris ordine observato, per Citationem & Libellum, proceditur. Gail. 1. *Obs.* 20. *n.* 5. Ordinariæ. Quæ in his via agendi?

3. Ad causas exemptionum quantum attinet, & de libellis à Procuratore fisci in iisdem formandis. Vid. Gail. *d. lib.* 1. *Obs.* 21. *num.* 9. Procurator fiscalis, *ait Gailius*, in causis exemptionum hoc pacto libellum conceptis articulis formare consuevit. I. Pono & dico, quòd N. Comes vel Baro eximendus, jam olim in matriculam Imperii, ut Status Imperii, receptus atque inscriptus sit. II. Quòd feuda, dignitates & Regalia ab Imperatore & Imperio immediatè habeat & recognoscat. III. Quòd ad Comitia & Conventus Imperii perinde atque alii Status vocetur & vocatus comparuerit. IV. Quòd Consessum & Votum in Consilio Imperiali habeat. V. Quòd Indictiones, Contributiones & Collectas Imperii pro rata sua quovis tempore solverit &c. Hæc, inquam, libelli in causis exemptionum, quem Procurator fisci proponit, forma est. Libellus Fiscalis in causis exemtion.

4. De causis exemptionum, vid. *Rec. Imp. Anno* 1548. *Aug.* §. **Als auch durch die Kriegs-Verordnete** &c. 50. *& sequentes, & Recessum Imp.* de

de Anno 1654. §. Berührtem unserm 93. in quo Fiscalis monetur, ut vel imploratus, vel ex officio, in hisce exemtionum causis propriis sumtibus se intromittat. Vide etiam *Mem. Fisci de Anno* 1588. ubi in causis exemptionum summariè & sine mora procedendum, conclusionemque accelerandam statuitur.

Extraord. caus. fisc. quem processum habeant.

5. In causis fiscalibus *extraordinarijs*, ut sunt causæ *pensitationum*, sive *collectarum* Imperii, de plano, extra juris ordinem & celeriter proceditur, nullâ Citatione præviâ, exigendo solùm, compellendo & exequendo, vid. Marantam *part. 6. de Citation. num. 6.*

6. In primo enim processuum fiscalium termino, vel de paritione docendum, vel causæ, quare non parere teneatur, producendæ, nec ulterior dilatio conceditur. *Ord. part. 1. tit. 17.* Und nachdem die Anschläge ꝛc. 2. Mynsi. *Obs. 9. cent. 5.* Gail. *d. Obs. 20. n. 5.*

7. In causis fiscalibus observandum, quòd Procurator Fisci Juramentum calumniæ non præstet. Mynsi. *Obs. 74. cent. 1.* Gail. 1. *Obs. 90. n. 4.*

8. Observandum etiam, causas fiscales sine sufflamine & sine mora expediendas. Rec. Imp. de Anno 1654. §. Dieweil auch ꝛc. 92.

TIT. XLV.

De Processu in Causis litigiosæ possessionis.

Judicium possessorium retinendæ possessionis duplex. Ordinarium.

§. 1. JUdicium possessorium retinendæ, sive disceptatio judicialis de possessione retinenda, duplex est, una *ordinaria*, altera summaria, sive *extraordinaria*, quam & *momentaneam* appellant.

2. *Ordinaria* est, in qua juris ordine observato proceditur, & principaliter atque absolutè de possessione partium disceptatur, plenæque probationes requiruntur. Gail. *lib. 1. Obs. 7. n. 1. 2. & seqq.*

Extraordinarium seu summarium.

3. *Summaria* est, in qua juris ordine observato, summariè & celeriter proceditur, & probationes semiplenæ atque imperfectæ recipiuntur: de qua promulgata est *Imperij Constitutio. Ord. Cam. part. 2 tit. 21.* Gail. *d. Obs. 7. num. 5. & 6.*

Processus Judicii possessorii. Pars utraque articulos proponit.

4. Processus judicii possessorii in Camera Imperiali hoc modo instituitur: *Primùm* inhibitione vel sequestratione contra utramque partem (ex officio scilicet, vel alterutra parte postulante) decretâ & factâ, utrique parti injungitur, ut in Camera constituto termino compareant, & jura sua summatim & per articulos proponant, & simul nominationem testium atque Commissariorum proferant. Mynsi. *Obs. 96. cent. 2.* Gail. *lib. 1. Obs. 6. num. 1. 2. 3. & seqq.*

5. Alte-

5. Alterutra pars, si in articulis exhibendis & testibus nominandis moram nectat, Judex ex officio per interlocutoriam terminum constituit, ad producendum articulos & nominandum testes, Gail. *d. Obs. 6. n. 2.*

6. Ad Articulos quod attinet, non quivis, sed ad Judicium hoc summarium pertinentes, tantùm admittitur, Gail. *d. Obs. 6. num. 8.* Qui articuli admittantur.

7. Exhibitis hinc inde articulis possessoriis, *factâque nominatione Commissariorum*, & testium, quæ cum articulis exhiberi solet, nulla fit partibus actorum sive scriptorum prolatorum communicatio, copiæ sive exempla non decernuntur, responsiones ad articulos non exiguntur, litis contestatio nulla fit, non juratur de calumnia, Commissarii nominati deputantur, *commissio in communi forma decernitur*, sed certum temporis spatium, habitâ ratione personarum atque causarum, pro omni dilatione assignatur. Gail. *ibid.* Ruland. de Commiss. *lib. 2. cap. 8.* Exhibitis articulis, commissio immediatè decernitur.

8. Commissiones etiam sine adjunctione Notarii decernuntur, quia hic processus est quasi quædam *inquisitio Judicis ex officio.* Gylm. *Symph. tom. 3. in præjud. verb. Possessio litigiosa.* Commissio hæc adjunctum Notar. non patitur.

9. Commissarii, probationibus recipiendis constituti, si forsan contra illos excipiatur, aut ab iisdem appelletur, nihilominùs testes examinare pergunt, quia testes in hoc causarum genere solummodo ad informationem Judicis examinantur. *Mem. Visit. Anno* 1568. §. Als auch &c. 2. Cisn. *fol.* 356. Vide Scipionem *in Compendio juris Cam.* Denais. *tit. Appellationis delatio.*

10. Attestationibus utrinque exhibitis, nulla earum publicatio fit, sed in causa statim concluditur, & tandem super *momentaneo possessorio* in favorem ejus, qui melius probavit, pronunciatur, salvo ordinario sive plenario possessorio & petitorio coram judice competente instituendo. Gail. *d. Observ. 6. num. 3.* Attestationes non publicat. pronunciatur.

TIT. XLVI.

De Processu in Causa relaxationis juramenti ad effectum agendi.

§. 1. IN causa relaxationis ad effectum agendi, *Camera* postulatos processus Citationis antè non decernit nec emittit, quàm à Magistratu inferiori, à quo supplicans captivus in vincula fuit conjectus, de qualitate facti fuerit informatus. *Ord. part. 3. tit. 24.* Gail. *lib. 1. Obs. 22. n. 4.* Citatio in causa relax. non decernitur, nisi prævia informatione.

2. Primùm igitur ad Magistratum scribit, ab eoque petit, se de qualitate informari, & ad informandum certum tempus præfigit, cum annexa com- Ad informandũ certus termin. statuitur.

comminatione: Nisi intra tempus præfixum informatio illa subsecuta fuerit, fore ut processus postulati & decreti emittantur.

Informatio supplicanti communicatur.

3. Et judex de qualitate facti edoctus informationem acceptam Supplicanti communicat: & si quidem probabiliter eam refutare queat, citationem petitam vel mandatum decernit: sin minus, ut putà si judex scribat, supplicantem ob crimen seu maleficium captum fuisse, & ex gratia *sub jurato elogio, vel urpheda* de carcere non vindicando, liberatum fuisse, citatio negatur: quanquam interdum etiam ex justis causis illa informatio, à Magistratu transmissa, actori non communicetur. *Gail. ibid.*

Interdum non communicatur.

Juramenti seu urphedæ forma considerari debet.

4. Et solet judex, in decernenda citatione, *juramenti præstiti formam* perpendere, utrùm nimirum captus juraverit tantùm, carcerem non vindicare, an verò etiam simul *jure non experiri*: quod in *Constit. Caroli V. Art.* 157. *& seqq.* vocatur, **nach der besten Form ewige Urfehde thun.** Præstare urphedam extraordinariam, quam novam vocat Besold. *thes. pract. lit.* U. *num.* 86. **Da man verredet und verschwöret / die Gefängnüs weder in- mit- noch ausserhalb Rechtens zu ahnden / zu rächen und außzuüben.** Quanquam *Gailius* hanc differentiam in Camera quandoque non attendi, sed indifferenter & indistinctè facti informationem à Magistratu requiri testetur, *d. l. n.* 7.

5. Interim, si relaxatus solùm, *se non vindicaturum carcerem*, juraverit, jure experiri ipsi licet, etiam sine prævia citatione ad videndum relaxari juramentum: juxta Gail. *d. Obs.* 22. *n.* 5. *vid. relat.* 120. *ap.* Klock *n.* 2.

Varius procedendi modus partium procedentium.

6. Cæterùm circa processum in causa relaxationis aliquando in Camera variatum est: *alij enim* libellum exhibendo, litem contestando, adeoque legitimo juris ordine observato, processêre: qualem processum *Gailius* perperam institutum fuisse *Obs.* 23. *lib.* 1. asserit, quia eâ ratione ex causa sumaria, qualis est causa relaxationis, processum ordinariũ fecerint.

7. *Alij* reproductâ Citatione, exhibuerunt tantùm imploratione judicis pro facienda relaxatione, & per generalia ad exceptiones adversarii concluserunt, nullâ litis contestationis mentione factâ: quem processum ibidem *Gail.* approbat, & *præjudicijs quibusdam Camerę* confirmat.

Relaxato juramento, nova citatio requiritur.

8. Tandem, latâ sententiâ super relaxatione juramenti, opus est novâ Citatione, in causa principali: putà, ratione injuriæ, vel damni dati, itemque novâ instantiâ, novoq; protocollo. Vid. Gail. *obs.* 24 *circa finem.*

Cautela ad hoc evitandum.

9. Unde eruditi, exaggerando factum, experiuntur primò, an brevi manu relaxationem junctis processibus in causa principali impetrare queant? Si enim notoriè constare posset de turpitudine & injustitia recipien-

pientis juramentum, relaxatio fit per Decretum extrajudiciale, absque speciali Citatione, & processus simul in causa principali decernuntur.

TIT. XLVII.

De Processu in Causis Pignorationum.

§. 1. QUemadmodum (ait Gailius *de Arrestis c. 2. n. 4.*) in causis pignorationum duplex punctum est, *Mandati nimirum & Citationis*; ita duplex processus: sed hoc causis pignorationum speciale sive peculiare non est, & punctus Mandati etiam in aliis causis consideratur. Processus in causis pignorationum dupl. est.

2. In primo igitur termino *Processus Citationis*, citatus sive pignorator, articulos, ut appellant causales, producit. *Rec. Imp. de An. 1654.* §. Auff daß auch der Proceß &c. 139. Quia verò in *hoc Recessu* non disponitur, ut causales sub præjudicio præclusionis, in primo termino producantur, ideo in hoc multum negligitur, & vel in secundo aut tertio quandoque termino adhuc producuntur. Causales, an primo term. sub præjud. præclus. producendæ?

3. Quamvis hæc nonnullorum observantia inadvertentiæ vel errori potiùs, quàm veræ menti constitutionis adscribenda videatur, quia verba (wie oben erläutert) idem præjudicium præclusionis viæ, in omnibus simplicis querelæ causis aliàs usitatum, innuere videntur, & ratio legis, quæ in maturatione causæ se fundat, nisi hoc posito vix effectum sortiretur. Vid. Gail. 1. *Obs.* 8. *n.* 7. Mynsi. 2. *Obs.* 83. pro præjudicio præclusionis. Sed Schvvanm. *proces. cap.* 18. *num.* 13. *&* 14. pro ulteriori termino. Materia causalium quæ?

4. *Materia* sive argumentum *causalium* est: quòd pignorator jus pignorandi in loco, ubi pignoratio facta est, semper habuerit, atque etiamnum hodiè habeat; quòd jam antè actus pignoratitios exercuerit, quos speciatim deducit, & proinde in possessione vel quasi tuendus sit, & quòd adversarius in illo loco nihil juris habeat, sed pignoratorem turbaverit. Vid. Mynsi. *Obs.* 12. *cent.* 1. Gail. *de pign. Obs.* 21. *n.* 3. & *in Tract. de Arrestis, c.* 2. *num.* 4.

5. Disputatur in puncto causalium possessorium, in quo non attenditur, si pignorans dicat, se jure pignorâsse, nisi etiam deducat, se in possessione illius juris, ex quo pignoratio subsecuta est, nunc & antè fuisse. Meichsn. *tom.* 1. *decis.* 47. *n.* 7. *&* 12. In causalib. possessorium disputatur.

6. In causa citationis, ex constitutione pignorationum, attentata jure communi censentur. Ad causam principalem, continuandamque possessionem spectantia, pro attentatis ne habentur. Denaisi. *attentata.* §. 4. & 25.

Pignora restituuntur, si jure pignoratum fuit.

7. Si patet, actorem jure pignorâsse vel cepisse, (in *puncto namque Mandati* pignoratus actor est, in *puncto Citationis* verò pignorans. Vid. Meichsn. *tom.* 1. *decis.* 41. *n.* 1.) tum is pignora restituta captivosve relaxatos, cum expensis & damnis recipito: salvâ actione principali utrique parti suo loco proponenda. *Ord. part.* 2. *tit.* 22.

8. Pignorationibus, inter easdem partes, super eodem jure repetitis, mandatorum posteriorum *paritionis duntaxat* articulus dirimitor, *Citationis causa* ad proximam eo nomine intentatam actionem rejicitor. *Memor. Visit. Anno* 1567. §. Nachdeme sich auch. 2. Denais. *Mandata super Constit. pignor.* 7.

Quot facta pignorat. tot Mandata.

9. *Nota*, toties quoties pignoratur, nova mandata decerni posse & debere, & in *puncto paritionis* in singulis separatim; at in *puncto causalium* in uno & quidem primo Mandato agitur, ad quod Procuratores, loco causalium, causam judicialiter remittere solent.

Cautela in hoc Processu, ratione causalium.

10. Ne quis autem partibus actori, *producendo causales*, oneretur, observanda fuerit cautela egregia, inter Status valde practicabile, quam Thomas Merckelbach in causa Meyntz contra Hanau Müntzenberg/ das Marckschiff auff dem Maynstrohm betreffend/ consulendo *Archi-Episcopo Moguntino, tom.* 1. *Consil.* Klockii, *Consil.* 5. *n.* 32. proposuit; Cùm uterque enim de eodem jure Processus ex hac constitutione impetrâssent, *consuluit* Merckelbach/ ut à parte *Moguntini* ante omnia urgeretur pars adversa, ad productionem causalium, sub comminatione perpetui silentii, quo obtento in omnibus processibus ex parte Hanau/ super hoc jure, & ex hac pignorationis Constitutione impetratis, vel in futurum impetrandis, in puncto Citationis seu Causalium, fieret remissio ad processum priorem. *Ergò*, *qui priùs causales produxit*, partibus actoris se exuere nequit, parte adversa, etsi contra eundem ex eadem causa similis processus impetratus fuerit, semper ad illas se remittente: *quod juri consonum est.*

11. In puncto paritionis & causalium, pari passu proceditur: si tamen in illo prius liqueat, aut causa citiùs instructa fuerit, non exspectatâ conclusione in puncto causalium, in isto pronunciabitur. *Recess. Imp. de An.* 1654. §. Auff daß auch der *Proceß &c.* 139. Distinctè quoque in utroque agendum est, ne unum alteri in decisione impedimento sit. *d. Rec. d. loc.*

12. Ubi inter easdem partes ex novo jure de eodem facto disputatur, causæ decisio isti Senatui, qui jam antè in eadem causa cognovit, committenda, *d. Recess. d. loc.*

13. Ex-

13. Exceptiones si rejectæ & paritoria semel lata fuerit, imperant, *in puncto causalium*, ante realem plenariam paritionem (*nisi volet*) respondendo non procedit. *d. Recess. d. loc.*

14. Ut autem cognoscatur, quomodo causales intelligendæ, operæ pretium fuerit, memorabilem sententiam, hanc rem accuratè explicantem, perlegere, cujus iste tenor est: In Sachen Weyl. Herrn Philipp Valentin/jetzo Herrn Peter Philippen/Bischoffen zu Bamberg und Consortes, Klägern/eines/wider auch weyl. Herrn Albrechten/jetzo Herrn Christian Ernsten/Marggraffen zu Brandenburg und Consortes, Beklagte/andern Theils/ Mandati auff die Pfandungs-Constitution de relaxandis captivis, necnon inhibitorii, & de non ampliùs molestando aut turbando S. de restituendo verò C. C. in puncto causalium: Ist allem Vor- und Anbringen nach zu Recht erkannt/daß (1.) die Lanckheimische zum Munchshoff in Culmbach gehörige Leuthe/neben denen eingestandenen Turcken-Steuren/alle und jede Reichs-Anlagen/wie die Namen haben mögen/ingleichem die Cräyß-steuren/in so weit/als selbige entweder auß ermeldten Reichs-Anlagen bestehen/oder vom Reichs wegen beschlossen werden/dem Herrn Beklagten zu entrichten und zu bezahlen schuldig/und darzu zu condemniren und verdammen seyn/dergestalten jedoch/daß hiebey die Billigkeit und proportion des Vermögens beobachtet/auch solche Collecten jedesmalen von des Abten Hoffmeister/oder andern Bedienten auff den Münchshoff umbgelegt/eingezogen/und von darauß in die Marggräffliche Brandenburgische Cassam ordentlich geliefert werden. (2.) Daß der Herr Beklagter alle so wohl auff ermeldtem Münchshoff/als dessen Guthern/und von dahin behörigen Leuthen begangene malefiz und mißthätige Verbrechen/welche vermög der Rechten/gemeiner Reichs-Halßgerichts-Ordnung/auch Lands-bräuchlicher Gewohnheit/dem Fleischherrn zu coërciren zuständig/auch was demselben anhängig/als Brand/Diebstahl/Bedrohung/und Absag zu brennen/Nahm/Raub/Plackerey/Mord- und Zetter-Geschrey/Feinds-Brieff/ Befehdung/Hexerey/Zauberey/Vergifftung/Ehebruch/Nothzucht/raptus, unnatürliche Vermischung und Unkeuschheit/Blutschand/doppelte Eheverlobung/ Mayneyd/Siegel- und Brieff-Verfälschung/Verrätherey/Friedbruch/Unterschleiff schädlicher Leute/falsche Müntze/falsche Gezeugnuß/unrechte Ehlen/Maaß/ Gewicht/Aufflauff/Auffruhr/famôs libell, depopulatio agrorum, und ins gemein alle Ubel- und Unthaten/die gegen deren Verbrechern/auch deren Helffer/und die jenige/so Rath/Unterschleiff und Beystand darzu gethan/oder andere dergleichen bezüchtiget/und nicht wahr machen können/straffen an Leib/Leben/Gliedern/ewiger oder auff gewisse Zeit und Jahr gestellter Gefängnuß/Landes-Stadt-Marckt- und Flecken-Verweisung auff sich tragen; Dann wurff/hieb/stiech/Schuß und schläge/so Lebens-Gefahr/den Tod/Lähmung eines oder mehr Gliedern/oder auch schädliche Verknüpffung des Leibes mit sich bringen; Ferner Scham-Wunden/ da einem ein Aug verletzet/oder gar verderbet/da Nase/Ohren/Hand/Fuß/ oder ein ander Glied gestümmelt oder abgehauen/Bein-Bruch/Hertz-Stöß/ 1. 2.

allerhand fliessende Stich und Wunden / Bezüchtigung und Schmähung / zum malefiz gehöriger Sachen/ auch atrociores injuriæ, da die beharret/ und entweder Bestraffung an Leib/ Leben/ Gliedern/ und Verweisung/ oder sonst Verbüßung mit Geld oder bestimmter Zeit im Gefängnüß nach sich führen; Imgleichen da in Räynungs-Sachen die Marckstein gefährlicher Weise verzucket/versetzet/und gar außgeworffen / oder im Zehend / Giltreichung / und dergleichen real-præstationibus die Schuldigkeit diebischer / betrüglicher / oder sonst arglistiger Weise unterschlagen/entwähret/ bößlich vorenthalten/ und nicht gereichet/abgetragen und verschwiegen; Item wider gemeine publicirte Decreta und Policey-Verfassungen/ wie auch der Dorffschafften / und andere gemeine gute Ordnungen boßhafftiglich gehandelt würde/ zu bestraffen und zu coërciren habe / also zwar / daß so viel unter obigen Fällen der criminal und fraischlichen Obrigkeit für sich umittelbahr / oder per consequentiam anhängig / Brandenburgischer Seiten aller Orthen und Enden/auch in den Lanckheimischen Hoffrhäiten und Etten die Mißthäter nach Gefallen gegriffen und beygefangen werden können; Im übrigen zur Brandenburg. judicatur und Bestraffung gehörige Frevelthaten / und Verbrechungen aber die Lanckheimische Leut/ auff Gesinnen des Hn. Beklagten Stadtvogten/ oder andere Beampten/von des Abten Hoffmeistern/oder jemanden von seinetwegen zu gebührender stellung und Abfindung jedesmalen unweygerlich angewiesen werden solle.

3. (3.) Daß es wegen gefänglicher Einziehung/Schliessung in die Eisen und Thurn-Straff bey dem Lanckheimschen Hofe folgender Gestalten zu halten / nemlich daß diejenige Lanckheimische Leuthe/so in Bambergischer Obrigkeit wohnen/und Bußwürdig erfunden/ in die Gefängnüß/ so im Münchshoff ist; die andere im Brandenburgischen gesesse Leute aber/wann sie in Schuld/Gilt und anderm/dem Abten zu straffen zustehender hernach benanten sachen/die Gefängnüß/Land- und Thurn-Straff verwürcken / in die Marggräfl. Brandenburg. Gefängnüß zu Culmbach/ die Frohnveste genant/ beeder Orths durch den Brandenburgischen Frohnbotten und Stadtknecht in Verhafft genommen/eingeschlossen/und dargegen selbigen für Ein- und Außschließ-Geld von jeder Person 28. Pfenning gereichet/ an solcher gefänglicher Einziehung und Thurn-Straff jedoch von seiten des Hn. Beklagten/ oder der seinigen/des Abten Hoffmeister und Bedienten keine Verhinderung oder Einhalt zugefügt/noch die Verhafftete ohne deren Vorwissen und Willen anderst gehalten oder loßgelassen / sondern nach deren Gefallen in Verpflegung auff kurtz

4. oder lang einbehalten werden sollen. (4.) Daß ermeldte Lanckheimsf. außer denjenigen / so bißhero specialiter exempt gewesen / dem Herrn Beklagten die von Alters geordnete und hergebrachte Frondienste/und zwar die Handfronen mit jährlichem Abmähen und Hauen gewisser in Actis benannter Wiesen; die Roßfrohnen aber mit bißhero nach proportion der Güter üblichem Einspannen im Ampt Culmbach/ gegen Empfahung eines Kr. auff jede Fuhr/alle 14. Tage einmal/außer deme aber und dafern sie etwa nacher Bayreuth und sonsten in die Weite also gebraucht würden/daß sie über Nacht außbleiben müsten/ nahe alle 4. Wochen einmal/und zwar

gegen

gegen gleichmäßige Empfahung 10. Kreutzer an Geld und ein Mäßlein Habern auff die Fuhr / ordentlich zu verrichten gehalten / von dem Bottenlauffen aber zu absolviren und entlediget seyn. Daß auch (5.) der Herr Beklagter bey jährlicher Einziehung und Genuß gewissen Forsthabers / Sichelfutter / und Küchen-Hüneren / auff Maaß und Weise / als solches alles biß dato gehoben worden / ruhiglich zu lassen. 5.

Ingleichem (6.) die Lanckheimschen Leute jährlichs drey Weinfuhren / als die im Ampt Culmbach zwo / die im Ampt Bayreuth Gesessene eine zu thun schuldig / da hergegen es auch so wohl wegen des von ihnen Lanckheimschen prætendirten Futter und Mahls / als für obgedachten Forsthabern und dergleichen Præstationen gereicht / oder gestatteten Bau- und Brenn-Holtzes überall beym Herkommen verbleiben solle. 6.

Daß ferner (7.) sie Lanckheimschen einen Reyßwagen zu Heer-Zügen gantz oder zum Theil / nach Verordnung des ad Acta gebrachten Recessus de dato Bayersdorff nach Exaudi 1520. bey sich ereignenden Heer-Zugen zu liefferen verbunden. 7.

(8.) Auch der Herr Beklagter die Lanckheimsche Leute quæstionis zu gemeiner Lands-Defension in den Außschuß zu nehmen / darinnen zum Fahnen zu schwören / und zur Reyß und Folg anzuhalten. 8.

Wie nicht weniger ihnen (9.) die bißherige Jagd-Frohnen / als Garn und Jagd-Zeug zu führen / Tücher stellen / Wege mauren / und dergleichen ferners auffzulegen befugt / mit dieser Maß und Bescheidenheit jedoch / daß die arme Leuthe dießfalls über die gewöhnliche und ihme nahe gelegene Orthe / als dem Lindersdorffer Forst / Kappel und andere / nicht weiter angestrenget / noch der nothwendigen Feld-Arbeit daheim abzuwarten / dardurch verhindert und abgehalten / sondern dargegen vielmehr bey den ordinari-Frohnen etwas verschonet werden mögten. 9.

Und endlich (10.) der Einpfarrung / gemeinen Gebetts für den Hn. Beklagten und der Religion halber alles in dem stand / worin solche jetzo befindlich / ohne Aenderung zu lassen / auch derselbe in dem Besitz und Gebrauch aller oberwähnter jurium und gerechtsamen / und darunter auch den Schutz über diese Lanckheimische / so dann dessen Rathe und Cantzley bey jährlichem Empfang der am 28. Januarii Anno 1654. verglichener 75. fl. an statt der vorhin von Alters gewöhnlicher Mahlzeit / Stieffel und Käß zu manuteniren und zu handhaben seye. 10.

Da hingegen aber ihme nicht gebühret noch geziehmet / offtermeldte Lanckheimische Leuthe zu Ablegung der Erbhuldigung anzuhalten / und den mitklagenden Abten in Einnehmung gewöhnlicher Pflicht und Huldigung zu turbiren und zu verhindern / sondern daran zu viel und unrecht gethan / und dahero sothane Erbhuldigung zu cassiren und auffzuheben / auch der Abt bey erwähnter reception der Pflicht von den quæstionirten Leuthen / doch daß solche nach der von Alters hergebrachten üblichen Formul geschehe / und darinn nichts / so derselben Leuthen Religion zuwider / enthalten seye; so dann ferner bey der Gerichtbarkeit über ermeldte Leute / und zwar in allen Sachen / so deren Lehen / Schuld / Vormundschafft / Testament / Erbschafften und Contracten / auch Geburths- und Abschieds-Brieff betreffen / dißgleichen / so ein Lanckheimischer wegen überrainens / überackerens / übermähens / und dergleichen Feld-Schäden / oder da die Zehenden / Zinß / Gilt / und andere auff

den

den Güthern stehende und darvon rührende Gebühr nicht entrichtet/wie auch umb Wandel und Abtrag zugefügter injurien / Verletzung/ Verwundung/ Schlägereyen und anders / so dem Hn. Beklagten nicht / bereits oben adjudicirt / beklagt würde/zu judiciren/nicht weniger alle geringere Fehle/wie sich solche auff und innerhalb der Lanckheimschen Hoffraithen und Begriff (auffer welchen auff der Strassen zu Dorff und Feld der Hr. Beklagter alles allein zu rügen) begeben möchten/ benantlich/Rauffen/Schlagen/ Stossen/Werffen/Treffen/davon niemand blutrüstig/Schreyen/Heraußfordern/ braun und blau Schlagen/ schlechte Schmähewort/Schelten/Zucken/Rücken/ geringe Spiele/ so nicht über zween Gulden treffen/ Lügen straffen / so ein Lanckheimscher vor Gericht ungehorsam und unbescheiden/auch des Abten Hoffmeister/ in Gebotten oder Verbotten/und Reichung der Schuldigkeit widerspenstig wäre/und dergleichen Verbrechen und Mißhandlung entweder durch ermeldten Hoffmeisteren/oder an Lehenburg / und Helffgericht auffm Münchshoff (so noch fürtershin dem Herkommen nach in gewissen Jahrs-Zeiten zu halten und außzuruffen) dero Gutbefinden und dem Rechten nach/ ohne des Herrn Beklagten/dessen Erben / Nachkommen/und Bedienter Eintrag / Beschränckung/ und Verhindernuß zu bestraffen/ und zu büßen/ gleichfalls zu manuteniren und zu handhaben seye: Als wir hiemit schuldig erkennen/condemniren und verdammen / manuteniren und handhaben / auch respectivè absolviren und entledigen/ cassiren und auffheben/ die Gerichts-Kosten/ an diesem Käyserl. Cammer-Gericht derentwegen auffgeloffen/ auß bewägenden Ursachen gegen einander compensirend und vergleichend / auch beederseits Partheyen wegen zuerkanten jurium ihre Sprüch und Forderung in petitorio, ob sie wollen / gehöriger Orten außzuführen hiemit unbenommen / sondern vorbehalten.

1. Dann so viel die weitere Species der extraordinari-Collecten, benantlich (1.) diejenige Cräyßsteuren/so zu obgemeldten nicht köñen gezogen/sondern auff Cräyß-
2. Tägen particulariter von denen Cräyß-Ständen angeleget werden. (2) Die auff Land-Tägen zu gemeinem Besten von den Land-Ständen bewilligte Steuren/als zu Bezahlung der Land-und Fürstl. Schulden/Legations-Kosten/und Vestungs-Bau und reparation, auch Verpfleg-und Unterhaltung der Guarnisonen/oder des Hn. Beklagten eigener Soldaten/ und zu dergleichen angesehene Collecten, nicht weniger erwähnter Soldaten Einquartierung betrifft; Ist D. Zelle seines Herrn Principalen angegebenen rechtmässigen Besitz (jedoch daß er indessen/und biß dieser Punct auch erörtert / mit deren Exaction einhalte / und die Leuthe quæstionis mit solchen Steuren nicht beschwäre)wie auch wofern er Hr. Beklagter über und neben obspecificirten Roß-und Hand-Frohnen noch absonderliche zum Vestungs-Bau und sonsten rechtlich hergebracht zu haben behaupten wolte/ solches alles besser/ als beschehen / zu erweisen; Ingleichem L. Henning daß von dem Münchshoff zu Culmbach / und daselbstigen Gericht die Appellationes an den mitklagenden Abten/ oder dessen Hoffgericht/ dem Angeben nach gebracht/ und allda decidiret werden/wie sich das gebühret/ darzuthun. Schließlichen auch denn/ wegen der Kriegs-

Con-

Contribution oder Steuer / so nemlich gegen des Hrn. Beklagten Willen von frembden oder außwärtigen kriegenden Theilen dem Lande aufferleget werden / oder dergleichen frembde Durchzüge und Einquartirungen betreffen / am 16. Aug. 1659. producirten Revers vom 24. Jun. 1630. in Originali oder beglaubter Form beyzubringen / allenthalben Zeit 5. Monat p.t.e.p.V.A.W. angesetzet / mit dem Anhang / wo sie solchem also nicht nachkommen werden / daß die Sache alsdann in diesen Puncten für beschlossen angenommen seyn / und auff ferners Anruffen darinn gleichfals ergehen solle / was recht ist. Endlich ist gegen beederseits Procuratoren wegen über die Zahl der Ordnung und Reichs-Abschieds auch unter unzulässigen Rubriquen übergebener vielfältigen Schrifften / und zwar gegen jedwedern die Straff einer Marck Silbers / innerhalb 4. Wochen in der Armen Säckel unnachläßig zu erlegen hiemit vorbehalten. Publ. 30. Martii 1683.

TIT. XLVIII.

De Processu in Causis L. Diffamari.

§. 1. IN causis L. Diffamari duplex processus observatur: *Diffamationis* & actionis sive *causæ principalis*. Gail. *Obs. tit.* 1. *Obs.* 11.

Duplex proceſſ. in cauſ. L. Diffam.

2. In *processu Diffamationis*, *Diffamatus*, *tanquam actor*, summariam petitionem exhibet, in qua Diffamationem deducit, petitque diffamanti, *tanquam Reo*, terminum ad probandum suam diffamationem, coram judice ordinario vel competenti, sub pœna perpetui silentii præfigi. Gail. *d. lib.* 1. *Obs.* 12. De forma libelli vid. Blarerum *ad L. Diffamari*, *cap.* 5. Mynſ. *Obs.* 78. *cent.* 3.

In proceſſ. diffamationis agenda in I. term.

3. *Hodiè* Citatione in primo termino reproductâ, & diffamatione per adjuncta probatâ, petit diffamanti, ut producat libellum, hic aut in foro ordinario, terminum præfigi, vel in contumaciam non agentis ipsi perpetuum silentium dictari.

Quando diffamator comparet.

4. In termino igitur Citationis si diffamator compareat, & diffamationem fateatur, aut eo negante legitimè per actorem probetur, tunc ei præfigi debet terminus agendi, in judicio actionis, ad prosequendam suam prætensam causam, idque fieri debet in Camera, si causa eò immediatè spectat, vel coram judice ordinario, si causa ad Cameram non pertineat. Vid. Gail. *Obs. lib.* 1. *Obs.* 12. *n.* 2.

Terminus ei præfigitur.

5. Citatus etiam, quando fatetur diffamationem, non expectatâ termini præfixione, citantem diffamatum coram ordinario causæ judice sine mora convenit, quod Camera per *Mandata de non impediendo prosequi litem vel similia*, etsi desuper supplicetur, impedire non solet: quia judicium diffamatorium per confessionem diffamantis quadantenus finem accepit, nec *jurisdictio Cameræ* se ultrà extendit.

Qui præfixionem hanc interdum prævenit.

Quando non compareat, secundò citatur.

6. Quòd si autem diffamator non compareat, ad primam emanatam Citationem, secundò citandus: *ratio est*, quia unica citatio ad perpetuum silentium imponendum, ob contumaciam, nequaquam sufficiens est: quæ non solùm communis est, sed etiam in Camera approbata sententia. *Ratio autem rationis* est, quia per Decretum impositionis perpetui silentii plenum præjudicium diffamanti gignitur, adstipulante etiam eodem Gail. *d.l.* 1. *Obs.* 12. *n.* 4.

TIT. XLIX.

De Processu Nullitatis.

In processu nullitat. observand.

§. 1. DE hac materia nullitatis agitur, *Ord. part.* 1. *tit.* 34. *per tot.* ubi regulariter ita dispositum & constitutum est, ut nullitas & iniquitas in uno eodemque libello, alternativè tamen, deduci debeant, ita nimirùm, ut primò super nullitate, eâ verò deficiente, super processus & sententiæ iniquitate pronunciari petatur, adstipulante Mynsing. *cent.* 4. *Obs.* 63. *in pr.*

In causæ relatione priùs de nullit. processus quæritur.

2. Nam & hoc omnis bona methodus in referendo requirit, ut priùs de nullitate processus, quàm de iniquitate causæ quæratur, qualis modus votandi etiam in Camera usitatus est. Vid. Rosac. *in pract. forens. cap.* 2. & Tilem. de Benign. *Syntag.* 4. *Decisionum Cam. Imp. in princ.*

Formula Germanica petitionis.

3. Forma petendi talis est: **Bitte zu erkennen/ daß durch Richter voriger** instanz **nichtiglich oder ja übel geurtheilet / überflüssig oder ja wohl davon** appelliret **/ und also ihr Urtheil auffzuheben oder zu** cassiren**/ oder ja dergestalt zu** reformiren **sey/ daß** &c. Si nullitas & iniquitas ex processu & actis simul appareant, pronunciatur, **daß durch Richtern voriger** Instanz **nichtiglich und übel geurtheilt / überflüssig und wol davon** appelliret / ut factum *in causa D. contra P.* 28. *Anno* 1656.

Formula pronunciandi.

Nullitas cum iniquit. iisdem termin. expedienda. Quæ limitatur.

4. Adeoque nullitas, ita incidenter proposita, cum iniquitate simul iisdem terminis, qui in causa appellationis præscripti observantur, deduci & expediri debet. *Ord. part.* 3. *tit.* 24. §. 2. attestante etiam Mynsing. *d. Cent.* 4. *Obs.* 63. *in princ. & Cent.* 3. *Obs.* 91. *num.* 8. Quod tamen non absque limitatione & distinctione accipiendum est, ita quidem, ut si nullitas evidens atque notoria sit, ante litis contestationem judex competens ex officio, parte etiam non petente, desuper finaliter judicare & pronunciare possit. *Ord part.* 3. *tit.* 34. § 2. Teste quoque Mynsing. *Cent.* 1. *Obs.* 20. *per tot.* Secus verò, ubi de ea non constat, & altiore indagine opus est.

TIT.

TIT. L.

De Processu Reconventionis.

§. 1. DE causa seu materia Reconventionis agitur *Ord. part. 3. tit. 3. per tot.* Et hujus *tituli analysis* brevis & perspicua esse potest, quòd reconventio fiat aut ante litis contestationem, aut illicò post litis contestationem, vel saltem ad proximam aut secundam audientiam: quo utroque casu ante vel post litis contestationem, *causa con-& reconventionis simultaneo processu* expediri debet. Effectus reconvent. quæ facta ante vel post litis contestationem.

2. Quòd si autem longè post litis contestationem, (modò tamen ante causæ Conclusionem fiat) tùm quælibet causa, nempe con- & reconventionis, distinctè ventilari & peragi debet. Vel ante conclusionem.

3. Quod tamen Mynsingerus *cent. 1. Obs. 10.* haud sine distinctione accipiendum esse putat, dum *ibidem sic ait*: Si de utraque causa con-& reconventionis pariter constat, tùm utraque causa simultaneè expediri debet, secùs verò si priùs de una, quàm de altera liqueat.

4. Dictum §. 1. quibus casibus causa con-& reconventionis simultaneò processu expediendæ sint: intellige verò, reconventionem ita regulatam & ejus qualitatis esse debere, ut meritò admitti possit, ceu patet ex subjecta sententia 7. Julii 1687. publicata:

In Sachen der Clerisey zu Cölln/Klägern/ eines/ wider Bürgermeister und Rath derselben/ Beklagte/ andern Theils/ simplicis querelæ; Ist allem Vorbringen nach zu Recht erkañt/daß Beklagten und deren Vorfahren nicht geziemet noch gebühret habe/Klägeren und derer Vorfahren ihrer Possession vel quasi, der Geistlichen Freyheit und immunität / ihren Wein / Korn / Gilten / Renthen / Gefälle und andern Güthern in ermeldter Stadt deservirender Prælaturen, Beneficien, Pfründten / Stifftern / Clöstern / und Gotteshäusern zuständig/ ohne Umbgeld/ Accis/ und alle Beschwehrde in die Stadt Cölln einzuführen und darinnen zu gebrauchen / vermittelst Ansetz-und Erhebung des Umbgelds von Wein/ Bier und Brod articulirter massen zu entsetzen / sondern daran zu viel und unrecht gethan/ und derhalben sie Klägere in ihre vorige Freyheit wieder einzusetzen/und bemeldten Accis / Umbgeld und Beschwehrde wiederumb abzustellen und auffzuheben/ auch was diesertwegen biß dato erhoben worden / (worüber jedoch dieser Sachen absonderlichen Umbständen nach die Partheyen mit Erwägung des jederweilen vorgewesen gemeinen Nothstands der Klägern hierunter gemeldtem eigenem Erbiethen gemäß sich in der Güte zu vergleichen) ihnen zu restituiren schuldig / und zu diesem allem zu condemniren und verdammen / von der angestellten Klag auff die Pön der vorgebrachten Privilegien einverleibt / aber zu absolviren und zu entledigen seyen/ als wir hiemit schuldig erkennen/ condemniren und verdammen/ auch re-

respectivè absolviren und entledigen. So viel aber die ferner articulirte Gerechtigkeiten der eigenen Mühlen und des freyen Weinschancks betrifft / ist L. Eichrodt seiner Principalen in Actis beschehenes Angeben / daß klagender Clerus sich der im Besitz gehabter Mühlen ultrò begeben / daß auch derselbe dem ad Acta gebrachten Vertrag de An. 1390. ermeldten Weinschanck betreffend / mit der Stadt grösten Nachtheil vielfältig zuwider gehandelt / und sonsten durch solchen freyen Weinschanck das gemeine Stadt-Wesen in unwiederbringlichen Schaden und ruin gesetzet würde / wie sich zu Recht gebührt / und respectivè besser zu erweisen Zeit 3. Monat p. t. & p. v. A. W. angesetzet / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß die Sach alsdann in diesem Puncten vor beschlossen angenommen seyn / und auff ferners Anruffen darinn gleichfalls ergehen solle / was recht ist. Dann ist gedachten Beklagten zu würcklicher Execution und Vollziehung dieser Urtheil / so viel die aufferlegte Abstellung der Accisen und Beschwehrden von Wein / Bier und Brod belanget / Zeit 3. Monat p. t. e. p. v. A. W. angesetzt / mit dem Anhang / wo sie solchem also nicht nachkommen werden / daß sie jetzt als dann / und dann als jetzt in die Straff zehen Marck löthiges Golds / halb dem Käyserl. Fisco, und zum andern halben Theile besagtem Klägeren unnachläßig zu bezahlen erklärt seyn / auch der real-Execution halber auff derselben ferner Anruffen ergehen solle / was recht ist.

Ferner seynd die durch weyl. L. Henning am 18. Novembr. 1659. übergebene reconventionales, als zu dieser Sachen nicht gehörig / nicht angenommen / sondern mögen Beklagte / ob sie wollen / das darinnen eingeführten petitorium und Action, falls sie derentwegen Klägern / Spruch und Forderung zu erlassen nicht gemeynet / gehörigen Orts vorbringen; Endlich läßt man es bey dem / in denen durch weyl. L. Wallraff am 15. Octobr. 1661. übergebenen Duplicis Namens der Kläger gethanem Erbiethen / daß / wann sich hinführo bey der Stadt eine solche Noth / so auß ihren Einkünfften und der Bürger Beytrag nicht zu bestreiten / ereignen würde / sie alsdann / auff gebührliches Ersuchen / und in Rechten zulässige Weise und Wege dasjenige beytragen wollen / was arbitratu bonorum virorum, denen hierüber zu cognosciren gebühret / vor billich werde gefunden werden / hiemit bewenden.

TIT. LI.

De Contumacia accusanda, contumacia quotuplex, contumaces præsentes quinam sint.

Ord. part. 3. Tit. 14.

Contumacia accusanda.

§. I. COntumacia commissa accusanda est, nisi enim accusetur, contumacia non nocet, per text. *in L. properandum §. & si quidem. 2. C. de Judicijs, & Dd. ibid.* vid. Marant. *p. 6. memb. 2. de contumacia. n. 1.* Casp. Klock. *Consil. 41. num. 50. tom. 2.* Anton. Tessaur. *decis. 19. n. 1.* & con-

& contumaciâ accusatâ, in continenti agendum est, nec ad proximam dilatio petenda, sub pœna arbitraria. *Decret. Camer. 3. Julij Anno 1577.*

2. Contumacia est vel vera vel ficta: *Vera* est, quæ ex proposito verè committitur. *Ficta*, quæ præsumptivè & utraque præjudicium in Camera admittit; quamvis hæc restitutioni obtinendæ vicinior sit. Contumacia est vel vera vel ficta.

3. Item, *uti ex rubrica sive inscriptione tit. 41. & seqq. part. 3. Ord. Cam.* patet, contumacia est vel præsentium vel absentium. *Contumaces præsentes* sunt, qui vel ipsi, vel per Procuratorem in judicio comparent, sed id quod agendum est, non agunt. *Ord. d. part. 3. t. 41. in princ.* Estque vel præsentium vel absentium. Præsentes contumaces qui?

4. *Contumax in agendo*, non nisi damnis, & expensis refusis, ad causam, eo statu in quo erit persequendam, admittitor: & adversario interim procedendi jus esto, & hoc reliquis juris comunis pœnis accedito. *Ord. ibid.* Pœna hujusmodi contumacium.

5. Sed hanc præsentium & non agentium contumaciam hodiè per terminum præjudicialem, ejusque præjudicium coërceri puto. *Vid. sup. lib. 2. tit. 9.* Sic præjudicio semel per lapsum termini dato, contumax ad agendum ea, quæ in termino neglexit, non admittitur, sine prævia restitutione, & si expensas termini refundere vellet. *Utut enim in alijs judicijs hæc serventur, in Camera tamen secus est.* Hæc contumacia coërcetur per term. præjud.

6. Contumaciam, non agentium in termino, accusaturi, diem quo agi oportuit, (auff welchen die Ordnung in præfixis an seinem Gegentheil gewesen / und er denselben ungehandelt fürüber gehen lassen) in specie nominanto, *Mem. Visit. An. 1567. §.* Als auch die. 4. Den. *Contumaciæ accusatio. §. 1. e.g.* Weil hier Gegen-Anwalt terminum am 11. hujus ohne Handelung verstreichen lassen; als bitte obtenti præjudicii manutenentiam &c.

7. Et contumaciæ accusatus, per præfixionem termini ad agendum compellitor. *Mem. Visit. Ann. 1578. §. 9.* Denaif. *ibid. §. 2.* sed hanc *Visitatorum legem*, de termino ad agendum contumaciæ accusato præfigendo, hodiè *propter terminum præjudicialem* constitutum antiquatam esse opinor. *§. 5. hic.*

TIT. LII.

Contumaciter absentes quinam dicantur, & quotuplex contumacia absentium sit, ubi de circumductione termini Citationis.

COntumaciter absentes sunt, qui neque ipsi, neque per alium in judicio comparent; vel quamvis semel atque iterũ comparentes libellum Qui sint contumaciter absentes?

exhibuerint,& litem contestati fuerint,attamen postea *non comparendo* contumaces se gerunt. *Ord.part.3.tit.42.* §. Wo aber/ etc. *& final. & §.tit.47.in princ.*

Quomodo committatur contumacia in quibusque cas.

2. Porrò, tam in causis simplicis querelæ, quàm appellationibus contumacia committitur, vel ab utraque parte in primo termino citationis, vel ab alterutra tantùm, modò in primo termino, modò in sequentibus: *Illo casu* termini circumductio locum habet; *hoc verò* tùm termini circumductio, tùm proclama.

Circumductio termini quid?

3. *Termini circumductio*, est citationis emanatæ extinctio sive deletio:quamobrem,si in termino citationis,& Actor & Reus abfuerint, terminus citationis circumducitur, *id est*, citationis effectus extinguitur, ita ut Actori, processum instaurare volenti, nova citatio impetranda sit. *Ord.part.3.tit.12.§.final.* vel, ut in judicio usitatè loquuntur, *rescriptum prioris*. Confer Joannem Berberium *in practica sua, quam vocant Auream, sive viatorium juris, part.4. de judicijs*, ubi quatuor modos ponit comparendi in judiciis, quorum tres rectiùs contumaciæ, (meo quidem judicio) quàm comparitionis dixisset. *Primum* esse *ait*, quando uterque comparet, Actor scilicet & Reus. *Secundum*, quando neuter. *Tertium*, quando comparet Actor, Reus verò non. *Quartum*, quando reus comparet, actor non. *Secundo casu*, quando neuter comparet, nullæ, *inquit*, partes judicis sunt,quia non comparitione partium *terminus circumducitur*,seu pro cancellato habetur Edictum citationis, ita ut instantia tantùm pereat, sed ex integro litigari possit. *L. Et post Edictum 73.§. Circumducto 2.ff. de judic.*

De sex Juridicis, ultra term.citat. ad compar. conces.

4. Sed hodiè in Camera actori sex dierum Juridicarum spatium, ultra terminum citationis in Camera conceditur, (*olim triduum duntaxat concedebatur. Ord.P.3.tit.12.§.fin.*) intra quod si compareat,& ad partis adversæ instantiam, causas atque impedimenta alleget, quamobrem comparere non potuerit, ad processum non secus admittitur, atque si in termino, citatione constituto, comparuisset. *Decret. Cam. publ. 17.August. Anno 1574.* Cisn. *ad d.§.final.in margine.* add.*Concept. Ordin. dict.t.12.§.21. & seqq.P.3.*

Quare loco trium sex constitutæ sint?

5. De his sex Juridicis vide *Rec. Dep. Anno* 1600. §. Es ist auch bißher/ etc. 90. & nota,ex ea ratione, quòd audientiæ olim akernis diebus, nunc verò singulis habentur, desumptas esse, & valere hanc constitutionem, si neutra parte termino primo citationis præsente, actor deinde intra sex Juridicas compareat, & Reo petente causas emansionis legi-

legitimas exponat; Quamvis hodiè, termino citationis à parte Actoris non observato, Reus non de causis emansionis quærendis, sed de absolutione ab Instantia roganda sollicitus sit.

6. Reus seu citatus etiam, actore citationem non reproducente, ipsemet comparere, citationem, ad quam citatus est, producere, proclama rogare, & lapsis sex Juridicis, ob termini circumductionem absolutionem petere, vel quod *arbitrarium est*, Reproductionem partis adversæ exspectare, & postmodùm de circumductione excipere potest; utrumque enim concessum, quamvis posterius usu frequentius sit, Vid. Gail. 1. *obs.* 59. *num.* 1. An reus, actore eman. citation. reproducere queat?

7. Quòdsi verò sex dies Juridicæ post terminum citationis effluxerint, & neque Actor neque Reus intra illud sex dierum spatium comparuerit, sive, ut *Ordinationis verbis* utar, nemo in judicio se intromiserit, terminus citationis pro circumducto habetor, & citationis effectus extinguitor. *Ord. d. tit.* 12. §. *final. part.* 3.

8. Et licèt actor post sex Juridicas comparens, legitimum impedimentum alleget, attamen citatio extincta non revivisci t, sed nihilominus reiteranda vel renovanda fuerit. *Ord. d. tit.* §. *final.* Sed nota id quod Cisn. ad d. §. final. tit. 12. part. 3. addit, in observationibus illis Mynsingeri repugnantiam aliquam subesse.

9. Termini circumductio duntaxat in causa S. Q. locum habet, sed in causis appellationum terminus citationis non circumducitur. Ut est *Rec. Imp. August. Anno* 1566 §. So viel die Appellationes, &c. 121. Quamobrem, etsi neque Appellans neque Appellatus in termino Citationis comparuerit, attamen terminus propterea non circumducitur: majus enim periculum Appellanti, in termino citationis non comparenti, *ex lapsu fatalium* imminet, quàm ex termini circumductione. In appellation. causis locum non habet term. circumd.

10. Et termini circumductio si in causis appellationum locum haberet, facilè eveniret, ut Appellantes omninò causâ caderent, utpotè quibus sæpiùs difficile, imò impossibile futurum esset, novam Citationem impetrare, & intra fatalium tempus reproducere. *Mem. Visit. Anno* 1564. §. Was weiter etc. 29. Adde *dict. Rec. Imp. de Anno* 1566. §. So viel die Appellationen betrifft/ etc. 121. *Recess. Deput. de Anno* 1600. §. Demnach dem Appellanten/ etc. 105. Mynsi. 2. *obs.* 63. Gail. 1. *obs.* 59. *n.* 3. *relat.* 79. apud Klokium *n.* 78. Magenhorst *ad Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 12. §. *fin.* qui omnes hanc rationem adducunt, quòd ex lapsu fatalium satis periculi Appellanti immineat, & quòd metuendum sit, ne interim, Quamobrem non habeat locum? Infr. tit. 54. §. 2.

dum

dum nova citatio impetraretur, fatalia labantur, & per hoc causa in totum concidat.

Processus appell. reproduci possunt post term. cit.

11. Unde satis est, si processus appellationis *intra fatalia*, licèt post terminum in citatione præfinitum, in Camera reproducantur, text. expressus in *dict. Recessu Deputat.* §. Demnach dem Appellanten/ etc. 105. Nec attenditur, si Procurator ex adverso excipiat, processus in termino non esse reproductos; ita *præjudicium* notat Schvvanm. *in processu Cameral. lib. 1. cap. 31. n. 7. in causa* Bonnen *Appellanten / contra* Creditores Appellaten. Cujus causæ integra relatio exstat apud Klock. *relat. 77. quod tamen planè impertinenter citatum esse, ex lectione dictæ relationis patescit.*

12. Quid si in puncto incidenti, *utpotè attentatorum*, vel simili, quis citetur in processibus appellationis, an & in his circumductio termini non habebit locum? *Quod negandum.* Nam quòd in processibus appellationis circumductio cessat, propter metuendum lapsum fatalium ordinatum est, quod introductis jam processibus cessat; si ergò quis *mandatum de revocandis attentatis* extra terminum reproduceret, circumductio æquè ac in aliis processibus metuenda. Sic in ante dicta *causa* Bonnen *contra Creditores*, *in specie* Johann Stechmann betreffend/ hic *Stechmann*, jam introductis processibus, ad videndum cassari attentata citatus, & citatio serò reproducta, ob circumductionem, cassata fuit, 10. *Martij Anno* 1596. quod hodienum ita servari non dubito.

Mandatô de rev. attent. extra term. reproductô, circumd. locum hab.

Quæstio de circumductione dubia.

13. *Sed quæsitum est*, An circumductio termini citationis locum habeat, in causis mandatorum, etiam executorialium, itemque citationibus ad reassumendum, sive illæ in causis S. Q. sive appellationis in judicium introductis emanaverint? Et *Domini Camerales* in hoc quidem omnes unanimiter consensêre, quòd posteaquàm causa Appellationis semel legitimè in judicium introducta, & lis pendens facta fuerit, *constitutionis ratio*, quamobrem nimirùm terminus citationis in causis appellationum non circumducatur, ne scilicet fatalia labantur, *amplius locum non habeat.*

13. Sed in appellationum causis jam introductis atque pendentibus, & aliis supra nominatis, dubitatum fuit, præcipuè verò in citationibus ad reassumendum, & executorialibus quæ in appellationum causis emanâssent. Et *ratio dubitandi fuit*, quia in illis Procurator jam apud acta esset, quo casu *secundùm Dd. opinionem*, terminus non circumduceretur, quia citato, quovis tempore vel sine citatione comparere, & id

quod

quod agere necesse haberet, cùm effectu agere, & in præsentis contumaciam, (cui terminus nihilominus curreret) procedere liceret; & executoriales quasi pars prioris judicii essent, & interdum uterque Procurator apud acta esset, quo casu rursùm circumductio termini locum habere vix possit. Sed his rationibus non attentis *pro contrariâ opinione concluſum est.*

15. Existimârunt enim, unius partis præsentiam circumductionem termini impedire non posse. Quamvis enim nemo apud acta esset, attamen citatum comparere, & non reproducentis processûs contumaciam accusare posse, quemadmodum etiam adversus comparentem post terminum procedere posset, si vellet in principali causa, & præcipuè verò, si citatio ante terminum reproducta, & posteà repetita fuisset, quo casu haud dubiè circumductioni locus, & citatio solummodò propterea circumduceretur, quòd in termino constituto non reproducta fuisset, eoque citationis effectum sublatum esse, & citatum non ampliùs ad comparitionem arctare.

16. Quemadmodum enim citatus teneretur, sub pœna contumaciæ, (licèt Procuratorem apud Acta haberet) in specie comparere; ita etiam impetrantem teneri, in specie comparere, & illam legitimè reproducere, si æqualitas observetur: aliàs enim impunè quandoque citatio ad reassumendum produci posset, & in puncto executionis propterea in specie comparendum, & mandatum anteà productum repetendum esse, quia citatio illa eò dirigeretur, ut ipse Principalis, non verò Procurator, per *literas Cæsaris* moneretur & citaretur, non modò ad prætexendum causam, & id quod reliquum est, peragendum, verùm etiam, ad docendum de paritione, vel videndum se incidisse, quòd cum causa principali nihil commune haberet.

17. Etsi enim pars victa sine ejusmodi executorialibus, & citationibus se intromittere posset, attamen ad declarationem pœnæ nec procedi, neque per sententiam condemnato paritionem injungi posse, quia definitiva nihil ampliùs comprehenderet, quàm condemnatum aliquid debere, & si quid ultra illud ipsi injungi vellet, sub certa pœna, sive comminatione, aliter id fieri non posset, quàm in puncto expensarum fieret: nam ut in pœnam quis declaretur, necesse est, ut mandatum præcesserit, & ad videndum in specie citatus fuerit; id quod peculiarem processum requireret: & idem de aliis mandatis, citationem annexam habentibus, statuen-

dum esse : teste Wurmbsero *obs.* 16. *tit.* 6. *lib.* 1. *Dubium Camer.* 75. *apud Rosacorb.*

18. *Vid. Recess. Dep. Imp. Anno* 1600. §. **Wir setzen/ ordnen und wollen auch/ daß** *in causis, &c.* 99. ubi pragmatica sanctio est. In causis Mandatorum & Executorialium, itemque in citationibus ad reassumendum, sive causa appellationis, sive S. Q. sit, circumductioni termini non secus atque in aliis citationibus locum esse. *Quod quantum citationem ad reassumendum attinet, ita hodiènum servatur, ut tamen termino circumducto novam citationem rogare liberum sit.*

Disput. de termin. circumduct. quoad executor. hodiè cessat.

19. Quantum ad executoriales, disputatio ista *de termini circumductione* spontè concidit, quando per *Recessum de Anno* 1654. tales non dantur, sed, loco consuetarum olim executorialium, paritio intra tres menses facienda, unà cum sententia, (cui immediatè annectitur) sub ordinaria pœna 10. marcarum auri puri, & comminatione realis executionis mandatur, *d. Recess.* §. **Damit auch/ etc.** 159. Nec opus est speciali hujus insinuatione, quia hic, ut & in aliis sententiis paritoriis, Procurator succumbentis, de reali paritione, si Principalis pœnam evitare velit, in termino docere tenetur.

20. Ulterius de circumductione notandum ; *de jure communi* non circumduci citationem, si generaliter ad totam causam & omnes ejus actus facta sit : at secus *in Camera.*

Circumductio quando cessat.

21. Circumductio etiam cessat, quoties terminus vel in ferias, vel in tempus, quo ob defectum ordinis, impetrantis Procurator facultatem agendi caret, incidit : hisce enim duobus casibus satis est, si reproductio fiat in proximè primo sequenti ordine, *ut nunc est*, reproductionis, qui alternis ferè diebus quemvis *hodiè* tangit : quare remissio processuum insinuatorum, tàm à partibus quàm nunciis maturanda, ne terminus reproductionis negligatur.

22. Quid si *Principalis Spiræ præsens*, ipsemet processus impetravit? Sanè hic nullius Procuratoris ordinem spectabit, sed processus in termino, vel intra fatalia, per Procuratorem, apud quem ordo est, reproducere debet, si circumductionem aut lapsum fatalium evitare vult, ubi ex hoc capite certam appellationis causam ob reproductionem nimis serò factam, desertam pronunciatam esse scio.

23. In mandatis olim annus & dies reproductionis utilis erat, ex qua constitutione aut quo fundamento, nescio, nisi fortè, (quod tamen pace aliorum dixerim) inadvertentiæ aut non usui hoc adscribere congruum

gruum sit. At *hodiè* Procuratores & in his causis circumductionem urgent, successu non infelici, ut docuit præjudicium *in causâ* Salm. Juden zu Bing. contra Hessen-Homburg/ 24. *Novembr. Anno* 1658. Sic *in causâ* Wolff Juden zum Schuh in Franckfurt/*contra Creditores, citationis, ad vidend. fieri cessionem bonorum*: ist den 13. April. Anno 1660. per sententiam erkandt worden/ daß die außgangene Proceß, umb deß willen sie in gebührender Zeit nicht reproducirt/gefallen seyen.

24. Ut neglecto termino reproductionis processus à circumductione salventur, Procuratores *istâ cautelâ* sæpius usi sunt: ut Procurator, qui processus impetravit, & forsan suâ vel Principalis culpâ, ordinem sine reproductione labi passus est, alteri quem ordo nondum tetigit, processus reproducendos committeret; verùm detectâ fraude, res ut sæpè malè successit, & reproductione rejectâ, Procurator haud rarò mulctatus fuit; ut factum, inter præjudicia alia quamplurima, in *causa K.C.C.* 17. *Mart.* 1654. Adversus circumduction. cautela, sed reprobata.

25. Si terminus circumductus est, pronunciatur, daß die Proceß gefallen seyn/ & quia rescriptum priorum facilè datur, hoc saltem præjudicii exindè resultat, quòd expensæ pro extrahendis & insinuandis processibus cum tanto tempore perdantur. Præjudicium ex circumductione termini resultans.

TIT. LIII.

De proclamate, quid sit, quomodo, & quando postulandum atque decernendum, & qui ejus effectus sint.

§. 1. PRoclama est *Citatio*, quam Pedellus Cameræ, contra partem litigantem alterutram, contumaciter absentem; in primo termino, vel aliis sequentibus, proclamando exequitur. Non aliter tamen quàm *præmissâ sententiâ Judicis* proclama illud exequendum est. Proclama quid sit?

2. Proclamata non conditionaliter, ut anteà factum, quatenus nimirùm quis ad proximam se legitimaverit, sed purè vel decernuntor vel negantor. *Conclus. Cam. dub.* 74. *Rec. Imp. Anno* 1600. §. Demnach der Citirte/ etc. 94. Et non ex officio, sed ad instantiam partis adversæ contra contumaciter absentes decernenda sunt. *Si pronunciatur*: Ist das gebetene Ruffen/ auff vorbrachte *Insinuation* oder *Execution*, abgeschlagen/ vitium est in insinuatione. Si ita: Ist das gebetene Ruffen wider die Citirte/ oder wider die Mit-Citirte/ *vel simpliciter*: Ist das gebetene Ruffen abgeschlagen? Tunc non tam defectus legitimæ insinua- Quomodo decernendum. Ex officio non decern. Formulæ denegandi proclamatis, eorumque sensus.

nuationis, quàm alia subest causa, vel quòd Jurisdictio quoad citatos non sit fundata, vel quòd in lite non sint comprehensi, vel alia.

Legitima insinuatio præcedat proclama. necessè est.

3. Et non decernuntur, contra citatum contumacem, nisi citationis executio vel insinuatio legitimè ipsi facta fuerit. *Rec. Dep. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. **Demnach der Citirte alsbald / etc.** ut enim proclama decernatur, requiritur, executionem seu insinuationem processuum, juxta regulas *ordinationis*, legitimè & sine vitio esse factam. Quare si vitium aliquod in executione lateat, citati aut eorum Procuratores, à comparitione sibi cavebunt, cùm per hoc citationem etiam invalidam validarent, etsi defectum judicialiter indicare vellent. Sciunt etiam & attendunt ad hoc perquam accuratè, hujus Judicii Procuratores jurati, quando in termino reproductionis processûs eorumque executiones perlustrant, & licèt ad comparendum à Principali instructi, deprehenso vitio executionis, tamen tacent.

4. Nam si actor, aut appellans, contra non comparentem, Proclama urget, illud ad vitiosam executionem hoc modo denegatur: **Ist das gebetene Ruffen / auff vorbrachte Execution, abgeschlagen.** Quo ipso in causis appellationum, utpotè fatalibus plerumque jam lapsis, causa in effectu deseritur, & ad beneficium restitutionis recurrendum in aliis idem est, ac si citationis terminus circumductus sit: vel si annus & dies, quo processûs hujus generis ad insinuationem & reproductionem utiles manere solent, nondum elapsus sit, nova insinuatio requiritur.

5. Atqui secus, si citationis executione illegitimè factâ, citatus nihilominus comparuit, citationem verò impetrans non comparuerit; quo casu citato contra citantem sive impetrantem Proclama decernitur.

6. Multi etiam, non tantùm usque ad decretum proclama, sed etiam quousque Juridicæ elapsæ, & à parte impetrante in contumaciam non comparentis imploratum fuerit, in non comparendo litem fugiunt, scientes usque huc citra omne periculum moram in non comparendo trahi, atque pœnam Proclamatis uno floreno lui posse.

Methodus non legitimè comparentium Procurat. pœnæ declar. vel

7. Imò, si fortè Proclama jam decretum, 6. Juridicæ elapsæ, & insuper in contumaciam à parte actrice imploratum sit, (quo casu in causis mandatorum, nisi comparendo sententia anticipetur, declaratio pœnæ indubitatè subsequitur, in aliis, in principali in contumaciam pronunciatur) ut hoc periculum, quod non comparendo, ad factam implorationem, sibimet causârunt, & ob defectum ordinis, extemporaneâ com-

comparitione reſarcire nequeunt, quadantenus declinent, coram Deputatis, (*an rectè, an per abuſum, dubito*) tractatum concordiæ (*à partibus nunquam fortè cogitatum*) indicant, literas licèt datâ operâ ad hoc quæſitas producunt, & proceſſum ſuſpendi rogant: (*allegatio enim tractatus concordiæ, & tranſactionis ſpectat ad Deputatos*) vel ſe mandato inſtructos in proximo ſuo ordine velle comparere, coram Deputatis ſeſe offerunt, ut ſi vel hoc pro remoranda declaratoria attendatur, ſi tales Receſſus coram Deputatis habiti rejiciantur, occaſionem tamen ſe legitimandi in ordine ſententiarum, & partem ſuam ab hoc periculo eximendi, eo medio nanciſcantur: quamvis in hoc diſcrimine meliùs agatur, ſi, cum præſcitu principalis, alii Procuratori ordinem habenti cauſa proponenda committitur. ſententiam in contum. avertendi.

8. Simulatque Proclama decretum, etiamſi necdum per Pedellum factum fuerit, contumacia ſolutione mulctæ florenariæ, Pedello contumacis nomine purgator ſub pœna arbitraria. *Decret. Camer. Publ. Veneris*, 30. *Mart. Anno* 1593. §. 2. *verſ.* Sonſten auff Gegentheils/ etc. vid. *Rec. Dep. de Anno* 1600. §. Wann das Ruffen erkandt/etc. 91. ubi pragmatica ſanctio eſt, Proclamate ſemel decreto, & contumaciâ jam declaratâ, florenum (der Ruff-Gülden / *qui* 4. *Capitatis æſtimatur*) eſſe exſolvendum, etſi illud per Pedellum nondùm ſit executioni mandatum, quia non Pedelli clamor ſeu executio, ſed contumacia abſentis reſpicienda eſt. Ruff-Gülden / quando exſolvi debeat?

9. Sed ſi contra Senatum, vel Collegium aut Univerſitatem decretum fuerit, non unius tantùm floreni, ſed plurium ſolutione, pro judicis arbitrio, purganda eſt. *Decret. eod. verſ.* Und da es einen Rath/ etc. At *ex Rec. Deput. de Anno* 1600. Wann aber eine gantze Gemeinde / etc. 97. *diſtinguendum*: aut enim Communitas *collectivè* unâ inſinuatione citata eſt, aut perſonæ in ea *ſigillatim*, ſi prius, contumacia uno floreno purgatur; ſi poſterius, non item, ſed quot inſinuationes, tot floreni ſolvendi ſunt. Quamvis olim ex dicto *Decreto Cameræ de Anno* 1593. plerumque 5. vel ad minimum tres floreni pro Proclamate adverſus Communitatem, pro arbitrio Judicis, exacti fuerint, etiam in caſu, ubi collectivè citata erat: hic enim florenus, mulcta contumaciæ vix correſpondens, eſſe videtur, *quam privati, magis ergò Communitates floccipendunt.* Quid ſi proclama contra univerſitat. decretum?

10. Et procurator pro contumace compariturus, contra quem Proclama decretum eſt, ultrò ſe contumaciam unius vel plurium floreno- Contumacia ultrò purgari debet.

renorum solutione purgâsse significato, vel eam in judicio offerto. *Decret. eod. vers.* Unerwartet/etc. *Conclusum Cam. dub.* 71. *Rec. Deput. Imp. Anno* 1600. *Spiræ* §. Es sind auch/etc.

Mulctam florenariam solvendam esse, licèt Proclama nondum execut. mandatum, ulter. deducit.

11. Antehac Procuratores sententiâ interlocutoriâ de Proclamate decreto publicatâ, statim agere incipiebant, antequam Pedellus Proclama exequeretur: (*nomina siquidem contumacium ex interlocutoria ante executionem illi cognoscenda & desumenda*) & interea temporis contingebat, ut procurator, contra quem Proclama decretum esset, statim in primo rerum agendarum ordine super sententiis vel decretis, mandatum exhibendo, aut cautionem præstando, ad Judicium ita se legitimans compareret, sed quia executio Proclamatis nondum facta esset, se ad contumaciam purgandum non adstrictum esse arbitraretur. *Quoniam autem* comparitio illa nimis sera, & res non amplius integra esset, & in primo termino, & impunè vel ante sententiam fieri debuisset, quo semel decreto, & contumacia jam declarata, citatus teneretur, causam in eo statu, in quo est, reassumere, & ejusmodi sententia, de Proclamate decreto, nulla atque elusoria amplius reddi non posset, quandoquidem in termino non comparens jam multis modis judicio negotium fecisset, & eam ob causam principaliter, non propter Pedelli clamores in Proclamate exequendo contumaciæ purgatio instituta esset, istiusmodi submissionibus inanibus sub gravi pœna interdicendum esse, & sine hujusmodi, & similibus exceptionibus contumaciam purgandam Domini Camerales judicaverunt, vide dictum *Conclus. Cam. dub.* 71. & *Recess. Imp. Anno* 1600. *d.* §. Wann das Ruffen erkennet/ꝛc.

12. Conclusum hoc modo allegatum, quamvis specialiter loquatur, atque statuat de citato; attamen generaliter accipiendum est, & locum habet, sive contra citatum vel reum, contra Appellatum, sive actorem Appellantem, Proclama postulatum decernatur: quemadmodum etiam *Decretum Camerale* generale est; idemque de conclusis sequentibus intelligendum esse censeo.

Sup. §. 7. h. t.

13. Solebant etiam Procuratores, ubi Proclama proximè decernendum fore metuebant, coram Dequtatis indicare se Mandato instructos, & in proximo suo ordine comparere paratos esse; verùm, quia hoc fomentum contumaciæ fuit, per tales indicationes Proclama hodiè non remoratur. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. Da auch/etc. 44.

Quando Proclamata postulanda.

14. Sed *quæsitum fuit* 1. Quando proclamata postulanda atque decernenda sint, an statim in primo termino, & intra sex dies Juridicas

(olim

(*olim secundùm Ordinationis legem tit. 42. part. 3. & 43. in princ. tres Juridicæ observandæ erant*) postulari & decerni possint, quia illis nondum lapsis, terminus, in effectu, & purè non circumducatur? *Sed nihil obstat*, quò minùs statim in primo termino, & antequam sex Juridicæ labantur, postulari atque decerni possint, & illud 6. diernm spatium non processùi ad Proclama, sed expresè postea, videlicet post factum Proclama, ad ulteriorem processum in contumaciam (*secundùm decretum Cameræ 17. Augusti. Anno 1574. publicatum, quòd à Proclamate decreto post sex demum juridicas, in contumaciam judex procedere debeat*) præstitutum sit. Attamen, ne locus disputationibus inanibus relinquatur, istam *Ordinationis* declarationem illo casu necessariam esse existimârunt. *Coucluſ. Cam. dub. 70. vid. Recess. Imp. Deput Spiræ Anno* 1600. §. Es ist auch bißher in Zweiffel gezogen worden/ etc. 90.

15. II. *Quæsitum est*, Annon certum aliquod temporis spatium constituendum sit, intra quod Proclama postulari, & in contumaciam procedi debeat; An verò tempus in infinitum concedendum, & partium arbitrio committendum, quandocunque velint, Proclama postulare? Accidit enim interdum, ut ad processus reproductos nemo compareat, & propterea processus causæ aliquamdiu suspensus hæreat, & demum longo tempore, mensibus nimirum, vel aliquot annis post, Proclama adversus contumacem postuletur, & processus in contumaciam instituatur.

16. Sed tempus illud in infinitum indulgendum non esse, *pauci existimârunt*, quia ex similibus causis videtur, quòd processus obtenti atque decreti per lapsum unius anni extinguantur, & contumacia Impetrantis in non agendo major sit, quàm citáti, & propterea certum terminum constituendum esse: nisi enim hoc fieret, evenire posse, ut partes ipsæ principales, vel earum Procuratores, vel causæ ipsæ litisve personæ multis modis mutarentur, ita ut aliquando processus in contumaciam nulliter, vel iniquè saltem instituendus esset, quemadmodum etiam Mynsingerus hoc casu *cent. 4. obs. 33. per c. consuluit, de officio delegat.* aliquot hebdomadas concederet. Sed secundùm *Ordinationem part. 3. tit. 42. & tit. 43. in princ. & tit. 45.* in fine statim in primo termino Proclama postulandum, & post lapsum sex Juridicarum, processum in contumaciam instituendum esse.

17. *Alij verò existimârunt*, partes hoc casu arctandas non esse, quia instantia in Camerali Judicio propterea non perimeretur, & contuma-

tumacia absenti non patrocinari, nec ullum in meliori conditione constituere valeret. Adhæc partibus multiplices causas esse posse, quamobrem ad Proclama non procederent, *forsan ob tractatum concordiæ*, aliasve ob causas, Procuratori significatas: quo casu, quemadmodum etiam aliàs, periculosum esset, instantiam pro perempta haberi, quæ posteà non, nisi per multas ambages novæ citationis, imò tantùm per viam restitutionis in integrum, reparanda esset, & præterea ad illud non brevem aliquem terminum, sed longiorem concedendum esse, ut spatium esset deliberandi, & Procuratorem instituendi, quâ viâ in contumaciam procedere deberet.

18. Sed cùm non facilè in *stylo* hactenus observato aliquid mutandum, ad *Status Imperij* hanc quæstionem remittendam esse censuerunt, *Conclus. Cam. dub.* 72. Itaque *Deputati Status Imperij Spiræ Anno* 1595. Concluſi istius opinionem secundam, utpote *Ordinationi* consentaneam approbârunt, ita ut partes arctandas non esse statuerent, quia instantia Judicio Camerali non perimeretur, & contumacia absenti non patrocinaretur, vel in meliori conditione ipsum constituere posset, & verba Ordinationis *tit.* 12. §. 12. *& tit.* 43. *part.* 3. de Proclamate postulando, non permissivè sed præceptivè ponenda, *id est*, Actori in ordinatione imperandum esse, ut in primo termino, ubi citatio cum executione legitimè reproducta fuerit, contra citatum non comparentem Proclama simul petat, & ad Proclama petitum secundùm *ordinationis* leges, primo quoque tempore, vel intra spatium sex mensium (*quod tempus omni Appellanti pro fatali in Camera præfixum esset*) in causa principali procedat, vel causas alleget, quare non, sub comminatione absolutionis à citatione. Vide *Recessum Deputat. Imper. Spiræ Anno* 1600. §. So auff die *reproducirte Processus*, *&c.* 92.

19. III. *Quæsitum est*, An sex Juridicæ, post factum Proclama, *pro continuis*, vel saltem ultimus pro utili (ita scilicet, ut Procurator non nisi ordine interpellatus, & quando potest, agere, vel in contumaciam procedere teneatur) habendus sit, quia sciri nequeat, an alicujus & utrius partis Procurator mandatum comparendi habeat, eumque ordo procedendi ultimo sive sexto die forsan non tangat? Sed à *Dominis Cameralibus concluſum fuit*, sex illos Juridicos continuos esse, quia *ordinatio* sex dies præstitueret, & non ultrà concederet, donec videlicet quis ordine procedendi, & id quod convenit agendi, inter Procuratores completo, interpellaretur. *Tit.* 42. *& seq. part.* 3. Alioquin enim

non

non tantùm sex dies, sed plures constituti fuissent: præterea pravi atque nullius præjudicii illud esse: Nam si Procuratorum quispiam legitimatione instructus esset, illum simulatque adversarius in contumaciam procedere cuperet, comparere, & causam in illo statu, in quo est, reassumere posse. *Conclusum Cam. dub.* 74. vide *Recess. Deputat. Imp. Anno* 1600. *Spiræ* §. Gleichermassen die Gericht-Tage / etc. 93. ubi pragmatica Imperii sanctio est, sex istas Juridicas pro merè continuis habendas esse.

20. *Quæritur* porrò inter has Juridicas Audientiæ die Lunæ & Sabbathi antemeridianæ, vel etiam Audientiæ in die profesto celebrari solitæ; Da man etliche Recess hält/ und darnach auffstehet / vel etiam Audientiæ, publicandis sententiis destinatæ, computentur? Quod quantum ab hujus rei peritis observare potui, (in prioribus) negandum; Non enim sunt hæ integræ Audientiæ seu Juridicæ, quales *Ordinatio & Recessus Deputationis* requirunt.

TIT. LIV.

Adversus Actoris vel Appellantis contumaciam, quomodo procedendum sit.

Ordin. Part. 3. Tit. 42. & Tit. 44.

§. 1. SI Actor vel Appellans contumax fuerit, contumaciam committit vel in termino *citationis*, vel *postea*. Si in termino citationis contumaciam commiserit, citato Proclama postulanti decernitur, isque, Proclamate facto; post lapsum sex Juridicarum, absolutionem *ab instantia, aut citatione*, cum refusione expensarum petere atque impetrare potest. *Ordinat. part.* 3. *tit.* 42. *in princ.*

Actor quotupliciter contumaciam committat.

Si in termino commiserit.

2. Quamvis in appellationibus hoc rarò, aut nunquam fiat, cùm citatus ex lapsu fatalium, sine tali accusatione absolutionem breviori manu acquirat, per subsequentem desertoriam, cui regulariter condemnatio in expensas annecti solet. Vide *Ordinat. Cam. part.* 2. *tit.* 30. §. 5.

In appellationibus contumac. non accusatur. Sup. tit. 52. §. 9. 10.

3. Quoniam modò dictum, Reum, Actore, vel Appellante contumaciam committente, absolutionem ab instantia, aut citatione petere, atque impetrare posse, hinc differentia inter absolutionem à citatione, & ab observantia Judicii, sive instantiâ, ex Frid. Mindan. *lib.* 2. *c.* 20. *num.* 8. notanda, ubi tradit: hoc pinguius esse remedium, quo pleniùs consulitur Reo, quàm illud. Nam si Reus veniens sit contentus

Differentia absolutionis à citatione, & ab instantia. Sup. tit. 28. §. 3.

tus solùm, ut citatio facta cassetur, ad nudam edicti peremptorii circumductionem agendo, indubitanter absolutionem ab Edicto vel citatione emissâ obtinebit, absque ullâ causæ cognitione, sine ulla absentis actoris evocatione: quia terminus, cùm in sequentibus Juridicis, plenè purificatus, circumductus est. *l. Et post edictum* 73. §. 1. *de judic.* sed per hanc cassationem non plenè consultum est Reo, quia actor veniens, refectis expensis, potest eum de novo citandum curare super eodem libello. Ergò si libello exhibito, lite contestatâ, aliisque actibus judiciariis habitis, Reus sibi plenius velit consultum, *absolutionem ab instantia*, & observatione Judicii petet, tamen obtinere non potest, nisi adversarius ad videndum & audiendum citetur. *arg. l. si præses. C. quem. & quand.* Innocent. *in c. consuluit. de offic. deleg.* si tamen certum sit constitutum tempus, intra quod Actor se compariturum repromisit, vel satis dedit abiisse, & tamen non compareat, citatione opus non est, *auth. quod fieri C. d. dilat.* vid. Bart. *auth. qui semel. num.* 13. *C. quomodo & quando Judex.*

4. Circumductione verò judicii & instantiæ, & absolutione ab ea, ejusve observatione obtentâ, omnia acta pereunt, quæ ad litis ordinationem pertinent, ut *Citatio, Libellus, litis contestatio, terminus probatorius, satisdationes* & similia. *L. properandum C. de judic.* Actis causæ solummodò manentibus, qualia sunt *depositiones testium, Instrumenta*, & alia similia Acta probatoria, Bart. in *l. cum lite mortua 2. ff. judic. solv.* vide Marant. *part. 5. in princ. n. 55.* Quot autem modis, & quomodo absolutio ab observatione Judicii fiat, vide eundem d. *part. 5. n. 46. & seqq.*

5. Sin postea, (*add. §. 1. h. t.*) id est, post citationis terminum, actor, vel appellans contumaciam commiserit, tunc *sive ante* litis contestationem, *sive post* litis contestationem contumax est. Si post comparitionem, libellique editionem, sed tamen *ante litis contestationem* actor abfuerit, citato duplex in contumaciam contra illum procedendi ratio præscripta est.

Ratio proced. contr. actor. ante lit. cont. contumacem.

6. Aut enim citato, *quæ prima ratio* est, Proclamate facto, & sex Juridicis effluxis, liberum est, absolutionem ab observatione Judicii, sive citatione postulare, *Ord. d. tit. 42. part. 3.* §. **Wo aber der Kläger/ etc.** Et quamvis actor, postquam sex Juridicæ præterierint, comparens causas atque impedimenta alleget, quamobrem in termino citationis non comparuerit, attamen non auditur, sed similiter terminus citationis

nis circumducitur atque extinguitur, & actori ſi proceſſum inſtaurare velit, nova citatio impetranda fuerit, ſeu reſcriptum prioris. Gail. 1. *obſ.* 59. *n.* 2. *& ſeqq.*

7. Aut licet Reo litem conteſtari, litemque proſequi, & merita cauſæ deducere, in eum finem, ut ab actione quoque abſolvatur. *Ord. dict.* §. **Wo aber der Kläger / etc.** Qui procedendi in contumaciam modi *per Rec. noviſſ. ae Anno* 1654. §. **Da auch wegen / etc.** 44. approbati ſunt.

8. Sin Actor, poſtquam libellus exhibitus, ad eumque à Reo reſponſum, & lis conteſtata fuerit, non comparendo contumacem ſe geſſerit, Judex & Adſeſſores Reo poſtulante ad definitivam procedunto, & ſecundùm merita & jura cauſæ deducta atque probata, pro Actore aut Reo, id, quod juris eſt, decernunto & pronuncianto, & obediens, etiamſi ſuccumbat, attamen expenſas refundere non tenetur. *Ord. part.* 3. *tit.* 42. §. *final.* qui enim contumaciter abfuit, ſive vincat, ſive vincatur, illi, qui in judicio præſens fuit, in expenſas condemnari debet: ſed non ante, quàm lis deciſa fuerit. *Ord. part.* 5. *tit.* 45. §. *final.* Proceſſ. contr. actor. poſt lit. cont. contumacem.

9. Ex tribus iſtis contra Actorem abſentem in contumaciam procedendi modis, Reo, etiam poſt litem conteſtatam, electum variare, & alium eligere licet.

10. Contra Appellantem in termino citationis non comparentem, aut aliquando quidem comparentem, ſed ante vel poſt litis conteſtationem contumaciter abſentem, idem contumaciæ proceſſus obſervator. Si tamen Appellatus appellationi adhærere velit, (ut ſcil. prioris ſententiæ confirmationem obtineat, vel propter expenſas, in priori inſtantia à judice omiſſas, aliasve ob cauſas, & gravamina ſibi illata: appellationis enim beneficium tàm Appellanti, quàm Appellato commune eſt. Mynſing. *obſ. cent.* 2. *obſ.* 21. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 121. *n.* 3.) Libello oblato appellationem proſequitor, *Ord. part.* 3. *tit.* 44. *in princ.* & §. **Neben den** Appellanten / etc. Contra Appellantem contumac. quis obſervetur proceſſus?

11. Ita tamen, ut prius formalia appellationis ad fundandam jurisdictionem Cameræ doceat, atque acta producat. *Ord. d. tit.* 44. §. **Doch ſol in dieſem Fall / etc.** Et ſi quid ulterius deducere voluerit, eo modo procedendum, quemadmodum in contumacem Reum proceſſum *Ordinatio* ſupra præſcripſit. *d. tit.* 44. §. **Wo aber der** *Appellat. &c.* Quid hoc caſu incumbat Appellato?

12. Sed *quæſitum eſt*, cùm Appellanti liberum ſit, poſt terminum citationis, quia hic in cauſis appellationum non circumducitur, ut *ſupra*

dictum est, quandocunque voluerit, & poterit, dummodò intra fatalia id faciat, processus reproducere, & causam judicialiter introducere: *utrùm Appellato, qui citatus est*, in termino, vel post terminum adhuc intra fatalia comparere, citationem insinuatam reproducere, Proclama postulare, eoque decreto & facto, & sex Juridicis præteritis, absolutionem à citatione, durantibus adhuc fatalibus, petere liceat? Quo ipso necessariò consequeretur desertio, ex quo non potest nova citatio intra fatalia reproduci; An verò Appellato exspectandum, donec fatalia labantur? *Domini Camerales* generali ordinationis dispositioni standum esse concluserunt, utpotè, quæ hoc casu non distinguat, & vice versâ Appellanti contra Appellatum non comparentem statim, & indifferenter, vel intra fatalia, processum in contumaciam instituere liceat; (quanquam non tanto cum periculo) & impetrantis conditio hoc casu potior esse non debeat; cùm ipsius contumacia major sit. *vid. Conclus. Cam. Dub.* 81. *ap. Rosacorb.* Et hoc Dominorum Cameralium Conclusum pragmatica Ordinum Imperii sanctione confirmatum extat in *Recessu Deput. Imperij Anno* 1600. §. Demnach dem *Appellanten* frey gelassen/ etc. 103. vid. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 30. §. 5. *& part.* 3. *tit.* 44. *ibique* Magenhorst.

TIT. LV.

Adversus Rei, vel Appellati non comparentis contumaciam, quomodo procedendum.

Ordin. Part. 3. Tit. 43. & Tit. 45.

Via procedendi contra reum contumacem triplex est.

§ 1. ACtori contra Reum, in primo termino contumaciter absentem, Proclama postulanti decernitur, quô factô, & sex Juridicis effluxis, triplex in contumaciam procedendi via constituta est. *Ord. part.* 3. *tit.* 43. *in princ.*

Prima, quâ ad bannum agitur.

2. Prima via est, quâ Actori ad bannum procedere licet, *Ord. ibid.* & Gail. *obs. pract. lib.* 1. *obs.* 60. Sed Actor ad bannum acturus, citatum contumacem denuò legitimè citandum curato, ad videndum & audiendum, se, ob contumaciam commissam in bannum declarari, vel ad allegandum causas, quamobrem declaratio illa fieri non possit nec debeat. *Ordinat. dict. tit.* 43. §. Doch wo der Kläger/ etc. quod fiebat judicialiter, quando Proclamate decreto, & lapsis sex Juridicis, petebat Actor, sibi decerni citationem auff die Acht.

Ubi contumax denuò citandus.

3. Et ita denuò citatus, si emanserit, & Proclama decretum, factum-

factumque fuerit, & sex Juridicæ effluxerint, in bannum declarator. Ord. d. tit. & §. **Doch wo der Kläger/ etc.**

4. Altera via est, quâ Actori licet ad immissionem ex primo decreto in bona citati procedere, secundùm *rei debitæ* naturam. *Ordin. part. 3. d. tit. 42. in princ.* Advertendum etenim, utrùm actio realis intentata sit, **Ob die Klage auff Haab und Güter / welche der Kläger/ als sein Eigenthumb / ansprechen thäte /** An verò personalis intentata sit, **oder auff einen persönlichen Spruch und Forderung gerichtet?** Nam in *realibus actionibus*, si tota res petita fuerit, in totam, si pars, in partem fit immissio: Sed in *personalibus* pro mensura debiti, seu quantitatis & summæ debitæ in libello designatæ, atque petitæ immissio fit: quanquam etiam propter expensas, *non in tantum*, ut practici loquuntur, verùm etiam in plus fieri queat. Vide *C. quoniam frequenter. §. In alijs verò casibus. Ut lite non contestata.* & Glossam *ad c. prout 4. adverbum, Terminetis: de dolo & contumacia.* Matth. Wesenbec. *in Paratitlis Digestorum ad tit. 2. lib. 9.*

Secunda, quâ agitur ad immissionem.

Ubi distingu. qualis actio intentata fuerit?

5. Et Reo ob contumaciam in bannum declarato, vel Actore ex primo decreto immisso, fas esto Actori bona Rei citati coram Judice Cameræ designare, & immissionem in illa petere, & Cameræ, causâ cognitâ, actorem in illa immittere liceto. *Ord. d. tit. 43.* §. **Und so also der Antworter/ etc.** Magistratus, sub quo in bannum declaratus domicilium habuerit, aut ejus facultates, bonaque sita fuerint, immissionem illam non impediunto, sed ad eam auxilium præstanto. *Ordin. ibid.* Quin & bonorum feudalium fructus Dominus feudi, deductis impensis, banno durante, Actori permittito. *Ord. ibid.*

6. Si actor, duabus superioribus viis omissis, in causa principali procedere malit, quæ tertia in contumaciam Rei absentis, quam ordinatio *d. tit. in princ.* præscribit, procedendi via est: Proclamate decreto factoque, & sex Juridicis lapsis, lis, Actore postulante, pro contestata habetor, & vel articulis producendis terminus ad proximam conceditur, vel ipso libello in continenti loco articulorum, si fortè articulatim propositum exhibuisset, repetito, & accusatâ contumaciâ, tempus probandi postulat; Judici tamen, si causa fuerit, ad proximam rejicere licebit; & deliberatione habitâ, si articulos admittendos esse decreverit, dilationem ad probandum arbitrariam concedet, & probatoriis, aliisque actis examinatis ponderatisque, tandem sententiam pronunciabit: Actorem tamen, etiamsi succubuerit, expensarum non

Via Tertia, progressio in causa principali.

condemnabit, sed ipsum contumacem, ast non nisi sub Judicii finem. *Ord. d. tit.* 43. §. **Wo aber der Kläger diesen Weg / etc.**

Eædem viæ in contum. agendi patent appellanti.

7. Similiter Appellanti contra contumacem Appellatum, ex tribus superioribus viis unam eligere, liberum est: sed in causâ Principali si processum elegerit, eadem, Proclamate decreto factoque, & sex Judicis ex actis *formalibus justificandis*, *libellumque edendo*, aliisque, quæ rebus conveniunt, agendis, præstabit, quæ Appellato præstanda *Ordinationis* lex paulò supra præscripsit. *Ord. part.* 3. *tit.* 45. *in principio* §. *penult. & ult.*

Quid hodiè observetur.

8. *Hodiè duabus viis*, processu ad pœnam banni, & ad immissionem ex primo decreto, *rejectis*, tertia tantùm, scilicet procedendi in causâ principali (*exceptio est tit. seq*) restat. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **Würde hierauff / etc.** 31. vers. **Jedoch mit hinführiger / etc.**

9. Denique notandum est, in hoc processu contumaciæ, contra Reum & Appellatum absentem articulos Actoris ad probandum admitti, & à Judice dilationem arbitrariam, ut dictum est, ad probandum concedi: *Sed secus observari*, si Reus, posteaquam in Judicio compauerit, ad articulos ab Actore exhibitos non respondendo, contumacem se gerat, eoque casu articulos ad probandum non admitti, sed pro confessis in contumaciam acceptari, ut *Ordinationis lex est, part.* 3. *tit.* 15. §. **Begebe sich aber / etc.** Et diversitatis rationem hanc afferri, quòd contumacia semel vel sæpius in Judicio comparentis, & postea absentis, major sit, quàm ejus, qui nunquam comparuit. *Ut sic regulare sit*, in Camera adversùs contumacem in non agendo articulos pro confessis, & litem pro contestata acceptari, adversus contumacem in non-comparendo verò, Actorem ad ulteriora, *hoc est*, ad libellandum, vel, ut nunc *stylus est*, ad probandum suum in primo termino productum libellum admitti.

Contumacia non agentis, major, quàm non comparentis.

10. Sed quid, si contingat Procuratorem quempiam, posteaquam terminum ad respondendum ad articulos obtinuerit, antequam is labatur, ex vita concedere, & dehinc Principalis, ad causam in suo statu reassumendum, citatus, non compareat, an articuli pro confessis acceptandi? Quasi hanc ob causam contumax emanserit, ne scilicet respondere cogeretur, *juxta c.* 2. *de confess. in* 6. Et quia discrimen observandum inter eum, qui statim ab initio non comparet, & eum, qui aliquando comparet, & eò usque processit, ut sciret, quid agendum sit, & propterea non solùm in constituto termino comparere, verùm re-

respondere teneatur, videretur dicendum, articulos pro confessis acceptandos.

11. *Sed per majora concluſum*, præjudicium confeſſatorum hoc caſu locum non habere, contra eum, qui Procuratorem apud acta nullum haberet. I. Quia etiam aliæ abſentiæ cauſæ, minus odioſæ, eſſe poſſent: quin & imò, ſi compareret, cauſas habere poſſet, quamobrem non teneatur reſpondere: (*quemadmodum*, exempli gratiâ, *ad poſitionem ſive articulum, certo tempore non definitum, in cauſa mutui, Reus cogi nequit, ut reſpondeat, neque reſpondere recuſans, pro confeſſo habendus fuerit*, Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 92.) aut ſi nullas haberet, adhuc terminum petere, & obtinere breviorem poſſet, ſic prior terminus pro purificato non habendus, præſertim cùm non ex culpa, ſèd caſu ſmortis contigerit, ut pro abſente haberetur.

12. II. Quia differentia nulla appareret, inter non comparentem in initio, & poſtea; quia ſimiliter in contumaciam, prævio Proclamate, procederetur: neque verò quis præcisè teneretur ad reſpondendum, ſed ad reaſſumendum cauſam in ſuo ſtatu, videlicet, ut punctum reſponſionum pertexat, novo quaſi in termino; quâ nondum petito, neque obtento, nulla purificatio, & conſequenter neque præjudicium ſequi queat.

13. III. Quia textus *d. c.* 2. *non obſtet*: ibi enim agi de caſu, cùm quis incontinenti reſpondere juſſus fuiſſet, qui etiam Juramentum reſpondendorum atque calumniæ jam præſtitiſſet. *Concluſ. Cam. Dub.* 105. vide *Receſs. Deputat. Imperij Spiræ Anno* 1600. §. **Fürters ſol in dem Fall/ da ein** *Procurator, &c.* 127. ubi pragmatica Imperii Sanctio eſt: Si Procurator quiſpiam termino ad reſpondendum articulis obtento, antequam is effluxerit, ex vita decedat, & Principalis ad reaſſumendum cauſam in ſuo ſtatu citatus fuerit, illo caſu Procuratorem apud acta non habenti, quaſi contumaciter emanſiſſet, confeſſatorum præjudicium ſubeundum non eſſe.

TIT. LVI.

Adversùs Tutores vel Curatores contumaces, quomodo procedendum.

Quomodo contra tutores contumaces procedendum.

§. 1. SI contra Tutores vel Curatores contumaces procedendum fuerit, non in cauſa principali, ſed cæteris *Ordinatione* præſcriptis viis, videlicet contra perſonas, aut ad bannum, aut ad immiſſionem in bona procedendum. *Decret. Camer. publ.* 30. *Martij Anno* 1593. §. 4. *Concluſ.*

Conclus. Cam. dub. 78. Nam si Tutores vel Curatores in culpa deprehendantur, pupillis fraudi esse non debet, sed jura ipsorum intacta, & salva conservanda, cùm delictum non nisi suos authores tenere debeat.

An in causa principali? Dubitatur.

2. Fuerunt quidem, qui hoc casu contra Tutores vel Curatores (qui citati essent, ut tales, & ex quo non comparerent, nec contradicerent, pro talibus habendi. *Confer. l. si quis ex aliena. ff. de judic. & ibid. Dd. notata*) eâ ratione, & sine discrimine procedendum esse statuerunt, ita tamen, ut si processus Impetrans in causa principali procedere vellet, is antequam procederet, qualitatem à se allegatam, *quòd nimirum Tutores essent*, probaret.

Negatur.

3. Sed quia hoc in præjudicium indubitatum pupillorum non defensorum cedere atque redundare visum fuit, & postea per multas ambages reparandum, neque possit, causâ semel læsâ, atque vulneratâ, non aliqua cicatrix reliqua manere, prior opinio obtinuit. *Dict. Concl. Cam. dub.* 78. vide *Recess. Deput. Imp. Anno* 1600. §. In dem Fall aber/ da *contra Tutores, &c.* 98. ubi pragmatica Imperii sanctio est: Proclamate contra Tutores vel Curatores contumaces facto, si in contumacem procedendum sit, processus non in causa principali pupillorum, vel minorennium, sed contra Curatores Tutoresve, ad bannum videlicet, aut contra ipsorum bona instituatur, quia citati in culpa deprehensi, eaque pupillis fraudi non esse debeat, sed illorum jura inviolata, facta atque tecta meritò conservanda sint.

An autem post novissi. recess. adv. Tuto. in causa princip. pronunciari queat?

4. Sed quid *hodiè* dicendum, duabus illis viis, procedendi *ad pœnam banni* vel *ad immissionem ex primo decreto*, in totum sublatis, per *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Würde hierauff/ etc. 36. An culpa Tutorum vel Curatorum non comparentium pupillo in tantum nocebit, ut contra ipsum in principali pronunciari possit, vel, An immissio ex primo decreto, aut Citatio auff die Acht contra Tutores aut Curatores, utpote in genere puniendæ contumaciæ singulari, & proinde in *novissimo Recessu Imperij* non immutato, adhuc peti queat? Vel etiam: An pœna contumaciæ hoc in loco arbitrio Judicis contra tutores non comparentes tutiùs commissa videbitur, quousque res hæc decisionem à Statibus inveniet?

Negatur ibidem.

5. Non inficior, hanc quæstionem ex *Recessu novissimo* dubiam apparere; Verùm quia hæc Tutorum contumacia *in Recessibus Imperij* singularem suam habuit hactenus dispositionem, à qua per verba d. Recessus novissimi nullibi secessum; (vide *Recess. Deput. de Anno* 1600.

§. In

§. **In dem Fall/etc.** 98. quia etiam ſingularis eſt, & cum reliquis contumaciæ generibus non convenit, proceſſus in contumaciam adverſus Tutores, vel quoscunque alieno nomine citatos: Item, qui contra Pupillum, non ſine abſurdo, in contumaciam hoc caſu procederetur, ut proinde magis credendum ſit, *Imperatorem & Status* maluiſſe hunc caſum ſuæ ſpeciali conſtitutioni relinquere, quàm abſurda decernere, ideo, aut mediam ſententiam *ex Receſſ. Deputat. de Anno* 1600. *dict.* §. **In dem Fall. etc.** 98. inconcuſſam adhuc ſtare, vel ut maximè pœnam arbitrariam, vigore *Receſſus noviſſimi*, in hos contumaces tutores decerni poſſe, arbitror. Add. Denaiſ. *tit.* 101. §. 9. *l. un.* §. 2. *ff. ſi quis jus dic. non obtemp. Schwanem. Proc. Cam. lib.* 1. *c.* 72. §. 31. & nota præjudicium *in cauſa* **Münchhäuſer** *contra* **Hildesheim**/*appell.* in qua 12. *Decembr.* 1659. miſſio ex primo decreto in contumaciam facta fuit.

TIT. LVII.

Adverſus contumaciam Procuratorum, quomodo procedendum, & contumaciæ ab illis commiſſæ pœnæ.

§. 1. SI Procurator quiſpiam, ſuâ culpâ & negligentiâ, atque temerè non procedendo, contumaciam commiſerit, ex ære proprio, abſque Principalis ſui detrimento contumaciæ pœnam ſolvito, damnumque rependito. *Ord. part.* 3. *tit.* 41. *in princ.* Imò juxta *Receſſum Imperij de Anno* 1654. §. **Nicht weniger die** *Advocati* **und** *Procuratores*, *& c.* 85. quoties pro retardanda lite, frivolas exceptiones produxerint, cauſas prorogationum fictas & irrelevantes protulerint, vel rem ſemel actam inaniter repetiverint, non tantùm in pœnam retardatæ litis condemnantur, ſed inſuper etiam pro arbitrio Judicis mulctâ majori vapulant. Sic in *cauſa* **G.** *contra* **J.** *Mandat. Execut. & immiſſ.* 13. *Decembris* 1658. Procurator **wegen verſpürter vorſetzlicher** tergiverſation **und Auffzugs / auch den** Actis **gantz zuwider / unbegründeten Angebens**/ unius marcæ argenti mulctâ mulctatus eſt.

Quomodo procedatur contra Procuratores contumaces.

Quæ jure noviſſ. ſit pœna ipſorum, litem temerè retardant.

2. Procuratores pro contumacibus habentur, intra tempus conſtitutum perſonas ſuas ad Judicium non legitimantes: In idem ſiquidem recidunt, alterius nomine in Judicio non comparere, vel comparere quidem, ſed non legitimè, *per jura vulgata.*

Contumax dicitur ſe non legitim.

3. Quamobrem adverſus Procuratores, de rato atque Mandato caventes, & intra tempus conſtitutum Mandatum non producentes, Proclama ex adverſo poſtulari, decretumque fieri, aut Ordinationis

Procurat. fruſtratoriè cavere non debent.

pœna reservari solet. Et Procurator quispiam, si in causa aliqua pendente se intromittens caverit, antequam citationem ad reassumendum partis adversæ Procurator impetret, & tempus citationis frustrà labi passus fuerit, (*i. e. mandatum intra constitutum tempus producendo, se non legitimaverit*) ita ut demùm post illius temporis lapsum, Procurator ex adverso citationem ad reassumendum impetrare necesse habeat, is non solùm in expensas moræ, sive retardatæ litis condemnator; ut constitutum est in *Recessu Imperij August. Anno* 1566. §. Als auch fürkommt / etc. verùm etiam graviores pœnas subito, si quid inde damni parti adversæ datum fuerit, quod per legitimationem tempestivè factam præcaveri potuisset, præstito. *Decret. Cam. publ.* 30. *Martij Anno* 1593. §. 3. *vers.* Wo aber erst / etc. *Conclus. Cam. dub.* 53.

Alioquin graviter puniuntur.

4. *Vide Recess. Deputat. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. Würde aber einer *in causa jam pendente, &c.* 72. ubi sanctio pragmatica est, ut si Procurator in causa aliqua jam pendente, sine citatione ad reassumendum se intromittens caverit, & post tempus cautionis inutiliter lapsum, adversarius citationem demum impetrare necesse habeat, is imposterùm graviori pœnâ, quàm anteà factum, afficiatur: quemadmodum etiam pari pœnâ afficiendus, si ejusmodi cautio præstita, & tempus cautionis inutiliter lapsum, causa sit, unde præcipuum aliquod præjudicium adversæ parti existat, quod non extitisset, si legitimatio statim subsecuta fuisset.

Nisi doceant nullam esse suam culpam.

5. Imò, si docere possint, se non temerè, sed à Principali rogatos ad cavendum prosiliisse, ultrà adhibitam autem diligentiam & indefessam admonitionem, se neque responsum, neque Mandatum accepisse, factam cautionem ipsimet quandoque impunè revocant.

Term. caution. prorogatur.

6. Sed notandum hîc, terminum cautionis Procuratori justis causis allegatis, probatisque prorogari. *Memor. Visit. Anno* 1578.

Mulcta Advocat. & Procurat. ob scripta recessusque injuriosos.

7. Juxta *Ordinat. Cameræ part.* 1. *tit.* 52. *& Recess. Deput. de Anno* 1600. §. Würde sich auch / etc. 78. extra pœnam contumaciæ, mulctentur etiam Advocati & Procuratores, si scripta injuriosa (Schmächhaffte Schrifften oder Producten) protulerint, vel ipsimet in recessibus talia effutiant: de quo egregium præjudicium apud Gylm. *Symphor. tom.* 2. *part.* 2. *tit. per tot.* ubi Procurator wegen gerichtlich übergebener Injurien, und Schmäch-Schrifften seines Procurator-Standes privirt und entsetzet / aber dem Advocato, bey Straff zwantzig Marck löthiges Golds / an diesem Hochlöbl. Cammer-Gericht nimmermehr zu practiciren / aufferlegt worden.

8. Item,

8. Item, si informiter, prolixè & confusè in Judicio recessendo agant, ut factum *in causa* M. Erben *contra* Hanns E. *verb. sententiæ*: Und seynd die durch N. N. gehaltene Recess, als weitläufftig / ungereimbt / verkehrt / und widerrechtlich mit vorbehaltener Straff zweyer Marck Silbers / innerhalb dreyen Tagen / in den Armen-Seckel unnachläßlich zu bezahlen / verworffen / auch hinführo so wol in dieser als anderer Sachen dergleichen langen unnöthigen recessirens bey noch schärpfferer Straff sich zu enthalten aufferlegt. Si informiter in Judicio proponant agenda.

9. Item, si recessus taxativus, vel scriptum hujus *supremi Judicij* taxativum producatur, ita factum *in causa* St. *contra* R. *appellationis* 20. *Martij Anno* 1640. *verba sententiæ*: Dann ist gegen Dr. N. N. wegen seines anzüglichen / und zur Taxation dieses höchsten Gerichts reichenden recessirens / die Straff zweyer Marck Silbers / in den Armen-Seckel zu erlegen / vorbehalten: Et *in causa* M. *contra* N. 7. *Julij Anno* 1657. in qua Advocatus wegen dessen dem Käyserl. Cammer-Gericht höchst-verklinerlichen Schrifften in pœnam unius Marcæ auri puri; item in *causa* D. *contra* P. eodem die, propter similem causam, singuli Procuratorum pœnâ unius Marcæ argenti, Advocatus causæ verò unius Marcæ auri mulctati sunt. Qualia, utpote quotidiana, *exteris præsertim Advocatis*, ne scripta taxativa Procuratoribus Cameræ transmittant, scientes rem mulctæ, quandoque pecuniariâ majori subjectam esse, & Cameræ Procuratores juratos talia producere prohiberi, *monitionis ergò sufficiant*. Mulctantur producentes scriptum Judicii taxativ. Monentur exteri Advocati.

10. Solent etiam Procuratores, ut se omni culpâ & mulctæ periculo eximant, talia producta, quæ metuunt esse ingrata seu taxativa, procurare, ut per modum missivæ clausæ, à Principalibus ad *Collegium Camerale* transmittantur, eaque hoc modo judicialiter in Camera producunt, arbitrantes, quia lecturæ facultas non datur, antequam à Judice communicetur, per hoc se culpæ vacuos futuros. Sed quia merita causæ per se communicativa sunt, in Judicio clausa producere, inordinatum est, ideo Camera nuperrimo decreto inhibuit, die Producta verschlossen einzubringen / & *Procuratorem N. N.* 10. *Septembris Anno* 1659. quòd contrarium tentâsset, mulctavit. Scripta, ad merita causæ spectantia, in Judicio clausa non produc.

11. Mulctatur etiam Procurator, si ad memorandam fortè sententiam, ex causis irrelevantibus, & sine Judiciali cognitione, se Procuratorio exoneraverit, ut factum in causa Holl. contra Wiex: in quo Procurator in tres Marcas argenti propter hoc condemnatus fuit 6. *Septembris*

Anno 1639. vid. *Memor. Visit. Procurat. Anno* 1586. §. 2. adde de *variatione Procuratorum* restricta *Memor. visit. Ann.* 1578. §. Und dieweil befunden. 1.

TIT. LVIII.

Adversus contumacem tandem comparentem, quomodo procedendum.

Ordinat. Part. 3. Tit. 46.

Quomodo procedatur contra contumacem comparentem.

§. 1. CContumax post unum vel alterum terminum si tandem compareat, sive Actor fuerit, sive Reus, vel comparet ante conclusionem, vel post conclusionem causæ.

Ante conclusionem causæ.

2. Si *ante conclusionem* causæ, litem in eo statu, in quo ante conclusionem est, reassumito, sed ad terminos præteritos ipsi redire ne liceto. *Ord. d. tit. in princ.* Expensas & damna ex arbitrio Judicis refundito. *Ord. ibid.*

3. Et hæc *Constitutio* adversus contumaces quoscunque, sive contumaciam non comparendo, sive alio modo, in principio, medio, aut fine commiserint, semper observator, *Ordin. ibid.*

Post conclusionem causæ si compareat.

4. Sin post conclusionem causæ finalem comparuerit, & conclusionem rescindi petiverit, nisi ex legitimis, justisque causis, & nisi etiam hoc casu expensas refundat, & damna præstet, ne obtineto. *Ord. ibid.*

In bannum condemn. quom. emendet contumac.

5. Ob banni contumaciam condemnati, si cum adversario transigere parati sint, & de transactionis modo non convenerit, penes Judicium atque Adsessores esto, quomodo in bannum contumaciæ declaratus, contumaciam emendare debeat. *Ord. d. tit.* §. Wo auch jemand ungehorsamb / etc.

6. Et contumax, si id, quod Judicis decreto illi impositum est, præstiterit, quicquid ejus bonorum ex vigore banni ablatum est, eâ æstimatione atque pretio, in quo tunc repertum fuerit, illi restituitor, extra tamen fructus perceptos. *Ord. d. tit. &* §. Sed cum Fisco transigere necesse non est, nisi ei peculiariter in pœnam condemnatio facta fuerit. *Ord. d tit. &* §.

7. Si Actor Judici expensarum atque damnorum contumaciæ designationem exhibere nolit, ista Actoris mora absolutioni à banno impedimento non est: sed illo casu *Judicium Camerale* proscripto per sententiam vel decretum injungere potest, quòd absolutionem à banno impetrare debeat, quatenus cum Procuratore Fisci Imperialis (*intellige, si illi*

si illi in pœnam peculiarem condemnatus fuerit) transigat, & adversario de expensis atque damnis caveat.

TIT. LIX.

Judicis decisio quid, & quænam in ea consideranda.

§. 1. PArtium disceptationem (*vid. suprà tit.* 28. §. 4.) tandem litis per Judicem decisio sequitur. Decisio litis est, quâ finis liti per sententiam definitivam imponitur: in qua considerandum est, tum *publicatio*, tum *impugnatio*. (*de hac sunt titt. tres seqq.*) Judicis decisio quid sit.

2. Ad publicationem sententiæ ejusque processum, quantum attinet; etsi de *jure communi* partes ad publicationem sententiæ citandæ sint, & vel sententia Principis, omissâ partium citatione, publicata non subsistat: attamen *in Camera Imperiali* partes ad audiendum sententiam non citantur, sed sufficit, generaliter & semel in principio litis legitimè citatas. In Cam. ad audiend. sent. partes non cit.

3. Si tamen contigerit, alterutram partem, posteaquam in causa conclusum fuerit, mori, tunc heredes ejus citantur, non ad reassùmendum causam, sed ad audiendum sententiam, si modò pars adversa hoc postulaverit, & mortem Adversarii in Judicio allegaverit: sin minus, absque citatione heredum sententia publicatur, etiamsi Judici extrajudicialiter de morte partis constet. Si mors partis allegetur, sententia per interlocutoriam in heredes transfertur. Quando ad aud. sent. heredes citentur.

4. Ratio, quia de morte partis Judici constare debet, ut Judici, *hoc est*, ex allegatione in Judicio factâ. Non enim sufficit, Judicem scire mortem partis, ut privatum, sed necesse est, ut sciat tanquam Judex. Gail. *lib.* 1. *obs.* 109. *n.* 4. *Confer* Ruland. *de commissionibus part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. ubi de *stylo Cameræ* Imperialis usitato refert & testatur, citationem hoc casu non semper locum habere. De morte partis Judici constare deb. ut Jud.

5. Quamobrem, *inquit Rulandus*, quæritur, An sententia contra heredes decernenda? In qua distinctionem hanc Camera observat, utrùm ante vel post conclusionem causæ pars ex vita discesserit. *Priori casu* officium Judicis imploratur, ut contra heredes decernat citationem, ad reassumendum causam. *Posteriori* casu iterùm distinctio observatur: aut scivit Judex. ut Judex, post conclusionem, & injungit legitimationem, quia non sufficit scire, ut privatum, Gail. *d. obs.* 109. *n.* 4. aut post sententiam rescivit, & per interlocutoriam sententia in heredes transfertur. Gail. *d. obs.* & hujus *styli Cameralis*, Ruland. *ibid.* præjudicia quædam annotavit.

De sententiis, absque citat. ad reassumend. publicandis, visitatorum Constit.

6. Verùm enim verò, cùm aliquando *Visitatores Cameræ Imperialis* viderent, non rarò evenire, quòd non modò, posteaquam in causis conclusum, & acta ad referendum tradita, sed etiam inter correferendum, alterutrius partis Procurator vel Principalis ipse è vivis excederet, & postea partium Procuratores, se vel serius, vel omninò non legitimarent, eâque ratione non solùm causæ vetustæ, & diutino processu in Camera agitatæ, præ cæteris (*quemadmodum legibus Ordinationis cautum esset*) referendo non expedirentur; verùm etiam, quamvis causarum relationes in Senatu inchoatæ continuarentur, votisque Adsessorum deciderentur, attamen ex defectu Mandati Procuratorii, sive legitimationis Procuratorum, magnis Imperii sumptibus & temporis dispendio, neque sine partium litigantium damno hærerent, nec expedirentur: *Decreto publico sanxerunt*, ut in causis id temporis concluſis, & ad referendum traditis, etiamsi nulla citatio ad reassumendum causam, vel audiendum sententiam postulata aut decreta fuisset, nihilominus *in ipsos Principales*, præcipuè verò, si pro ipsis sententia ferenda esset, aut illis vitâ defunctis, *contra Procuratores* eorum sententia publicaretur, ita tamen, ut postea partes litigantes, eorumve heredes in puncto executionis citarentur, & contra illos in constituto termino non comparentes, in contumaciam, *secundùm Ordinationis leges*, procederetur. *Memor. visitat. Anno* 1578. §. **Und demnach sich offt zuträgt/etc.** 8. *Ordin. part.* 1. *fol.* 138. vide Scipionem *verb. citatio. Denais. tit.* 73. §. 2.

Jus hodiernum de publicatione.

7. Sed quia *hodie* juxta *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **Damit auch zum vierdten / etc.** 99. Procuratoria etiam Principalium heredes complectuntur, ergò hæc omnia superius producta concidunt: sive enim ante sive post conclusionem Principalis moriatur, semper Judex habet, in quem sententiam ferat.

Sententiæ in litis Dominum feruntur.

8. De *jure communi*, si Procurator litem contestatus sit, sententia non in Principalem, sed Procuratorem fertur: verùm *de stylo Cameræ* consueto sententiæ contra Dominum litis feruntur atque publicantur: quamvis in Camera omnes causæ per Procuratores agantur, secundùm *Ordinationis* constitutionem *part.* 1. *tit.* 25.

Aſt contra Procur. in cauſ. injur.

9. Excipiuntur causæ injuriarum, in quibus sententiæ contra Procuratorem publicari solent; id quod tamen in arbitrio judicis positum est, qui, habitâ ratione qualitatis & atrocitatis injuriarum, contra Dominum litis sententiam ferendo, procedit. Mynsing. *obs.* 11. *cent.* 6. *num.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs. III. & obs.* 102. *lib.* 2.

10. Et

10. Et hoc *hodiè frequentius* est, quoniam in ipsa sententia infamiam præcavere, & honorem injurianti condemnato reservare potest. Sic in *causa* **Dahlberg** *contra* **Hormer** / *citat. super injurijs*, ubi ad petitionem Actoris & æstimatoriam actionem propositam, ita decisum: **Daß der Beklagte / an statt des begehrten Abtrags / seinen schmächhafften** Recess, **jedoch** / *salvo ipsius honore*, in proxima audientia **gerichtlich** revociren **solle** / cum expensis: ut regulariter fieri solet, nisi atrocitas injuriarum, & qualitas personæ, tàm injuriantis, quàm injuriati aliter suadeant. Quid hodiè obtineat?

11. Sed quæsitum est, si contingeret, alterum Principalem post litis contestationem, aut posteaquam in causa concluſum fuisset, diem obire, quando & quatenus hoc casu contra Procuratorem, tanquam Dominum litis, procedendum? Et concluſum est, absque citatione ad reassumendum, publicatione sententiæ contra Procuratorem procedendum non esse. Parte post concluſ. mortua, in quem sent. feratur?

12. Etsi enim *Recessus Imperij Anno* 1570. *Spiræ*, §. **Nach dem Unser und gemeiner Ständte/ etc.** jus scriptum communi hoc casu observandum esse statueret, attamen illud aliquandiu stylo Cameræ observatum non esse: Et *visitatores Cameræ Imperialis* ipsos suprà allegato *Memoriali A.* 1578. §. **Und demnach/ etc.** 8. illam Imperii constitutionem ad concluſiones definitivas duntaxat restrinxisse: quanquam etiam de illis anteà dubitatum fuisset, id quod tamen de jure communi minus dubium videbatur, & reverà non exigua differentia esset, inter submissiones interlocutorias & definitivas: In illis enim nunquam quasi dubium fuisse, quin indifferenter ante & post litis contestationem subsistendum sit, quemadmodum in Camera observatum esse testatur Gail. *lib.* 1. *obs.* 109. *num.* 6. ita, ut etiamsi Procurator eo casu pro Domino litis haberetur, attamen, sine citatione ad reassumendum, neque processus institutus, neque sententia publicata fuerit: reverà enim Procuratorem litis Dominum non esse, neque sine instructione atque consensu, quod subsistat agere quicquam posse, cùm sit contra mentem Procuratorem constituentis, & consensum illum etiam deficere. Adhæc deliberandum esse heredibus, utrùm litem continuare, an verò cedere, & quid agere nunc velint, facie litis, per mutationem personæ, non mediocriter ferè immutatâ.

13. *Fuerunt equidem*, qui existimarent, hoc casu interlocutoriarum discrimen instituendum, atque observandum esse; An nimirum

in

in punctis quibusdam jam purè, & ita concluſum ſit, ut nihil amplius, quàm ſententia reſtet, & ſententia nihil amplius, quod in Judicio agendum ſit, Procuratori injungat, & hoc caſu Procurator pro Domino litis habendus, ut ſententia publicari queat: ſed in cæteris punctis abſque citatione ad reaſſumendum procedi non poſſit; ſed *prior opinio* communiter approbata fuit. *Concluſ. Cam. dub.* 52. *vid. Receſs. Deputat. Imperij Anno* 1600. §. **Nach dem auch in Zweiffel gezogen wollen werden/etc.** 17. ubi pragmatica ſanctio eſt, ut ſi in cauſis definitivè concluſum fuerit, nunc ſine citatione ad reaſſumendum, &c. Sententia contra Procuratorem, ut Dominum litis publicetur, ſed in aliis omnibus cauſis citatio ad reaſſumendum impetretur.

Procuratore utroque mortuo. An ſententia defin. ferri poſſit.

14. Præterea, & hoc quæſtionis in Camera fuit, an d. §. in *Receſs. Imp. Anno* 1570. **Nach dem Unſer und gemeiner Ständt / etc.** locum haberet, Procuratore utriuſque partis defuncto, ita, ut etiamſi neutra pars Procuratorem apud acta haberet, attamen definitivè pronunciari queat? *Contrariæ* in hac quæſtione opiniones fuerunt. *Alij enim* judicârunt, quòd etiam hoc caſu, in perſonas Principalium (id quod aliàs ſemper in definitivis fiat) ſententiam publicare liceat. Etſi enim *Receſs. Imp. Anno* 1570. in ſingulari numero loquatur, attamen ſolummodò, *exempli causâ*, (quòd regulam non reſtringat) illum ita loqui, & ſemper fore, qui pro parte actrice ſe intromittens, Judicem de cauſa inſtructurus, & proceſſus neceſſarios poſtulaturus ſit: neque enim de ratificatione dubitandum.

15. *Alij verò* per majora contrarium concluſerunt, quia *Receſſus Imperij Anno* 1570. de unico tantùm caſu diſponat, eumque decidat, & aliquid novi ſit, quòd Judex, utrâque parte abſente, & Judicio pro duabus tertiis diminuto (*vulgò enim tres, quaſi Judicis partes conſtituunt: Primam in Judicis perſona: Secundam in Actore: Tertiam in Reo*) nec dum integro, pronunciari debeat: quemadmodum etiam poſtea in proceſſu ulteriori plus confuſionis inde exiſtere queat, ſi forſan plures unius ejusdemque cauſæ patrocinium ſuſcepturi eſſent, & ſine partium principalium conſenſu neceſſarii proceſſus impetrari nequeant: Et ad hæc, ſi quis pro parte victâ ultrò ſe intromiſſurus ſit, (quod præſumatur,) fore, ut effectus ſententiæ, & reviſionis tempus, propter ignorantiam partis, diu in ſuſpenſo hæreat. *Vid. concluſ. Cam. dub.* 58. *& Receſs. Imp. Ann.* 1600. §. **Gleicher maſſen ſeynd auch ungleiche Meinungen / etc.** ubi pragmatica ſanctio. Eo caſu, quo nemo Procurator,

neque

neque pars ulla præsens fuerit, nullâ ratione pronunciandum esse, ut eâ ratione confusio, aliaque inconvenientia præcaveantur.

16. Quæ disputationes omnes & singulæ tamen per *Recess. noviss. de Anno* 1654. §. Damit auch zum vierdten/ etc. 39. concidunt, quia alterutro Principalium mortuo, processus continuatur in *heredibus*: alterutro Procuratorum, in *Substituto*: utroque Principali, *in heredibus utriusque*: utroque Procuratore, in utriusque *Substituto*: modò Procuratorium, juxta formulam novissimam, actis sit appositum, *de quo suprà, tit.* 29. Disputationes supra relatę hodiè sublatæ.

17. Ad extremum, ne illud silentio hîc prætereatur: quamvis Judex ordinarius sententiam interpretari sive declarare possit; attamen sententiæ publicatæ declaratio in Camera locum non habet. Gail. *lib.* 1. *obs.* 116. *circa finem.* Sed duplex ejus impugnatio, de *illa igitur videamus.* Sententiæ declaratio an locum hab. in Cam.

TIT. LX.

De restitutione in integrum, contra sententiam Cameræ Imperialis.

Ordinat. Part. 3. Tit. 52.

§. 1. SEntentia Cameralis impugnatur per remedium juris, vel *ordinariè, vel extraordinariè.* Ordinariè sententia Cameralis impugnatur per petitionem restitutionis in integr. Remedia, quib. Cam. sent. impugn.

2. Hæc in integr. restitutio forsan quadantenus ordinarium remedium, *respectu revisionis*, dici potest, sed satis durè. Per se enim hoc remedium extraordinarium esse, omnes communi ore fatentur, quia contra regulas juris communis & ordinarii læsis ex justa quadam causa extrinseca competit. Vid. post alios Bend. *de Revis. conclus.* 1. *num.* 30. Restitut. in integr. quale sit remedium?

3. Planè illa restitutio, quæ ex *L.* 2. *C. de rescind. vend. tot. tit. extr. de restitutione spoliat.* datur, ordinaria est, quia ex ipso jure communi, ejusque regulis datur, de qua tamen suprà dicta non intelligenda; quia talia non per modum implorationis, sed ordinariæ actionis tractantur. Quæ restitutio sit ordinaria.

4. *Petitio restitutionis in integrum est*, quâ Judicis Cameræ officium imploratur, ut *sententiam* à se latam, certis de causis *retractet*, & rem, sive jus alteri per sententiam ablatum, restituat. Petitio restitutionis quid?

5. Notandum hîc: *de jure communi* non solùm eundem Judicem, qui sententiam tulit, contra propriam sententiam restituere posse, sed & Judicem superiorem, appellationis scilicet; Restitutionem verò in integrum contra sententiam in Camera latam, coram eodem Cameræ Quis Judex restituat contra sententiam.

Quare restit. contr. Cam. sent. coram Revisor. non prop.

Judice, non coram Revisoribus, (*utpote, quatenus ab Imperio mittuntur, superioribus*) proponendam esse, probat *tit. 52. part. 3. Ord. Cam.* hoc enim Judicium nullum Judicem appellationis recognoscit. *Recess. Imp.* de Anno 1530. §. Dieweil nun/etc. & propterea ibidem, *ut & Ord. part. 1. tit. 3. in princ.* Das oberste und letzte Gericht appellatur.

Argum. à Judic. infer. ad super.

6. Dictum §. 4. *Sententiam retractet*; Nam si Judici inferiori licet contra rem judic. & sententiam à se latam restituere, secundùm *l. in causæ 16. §. fin. & l. præfecti. 17. ff. de minoribus. l. 42. eod. tot. tit. C. si adv. rem judic. c. sciscitata & ibi Panorm. n. 10. d. rest. in int.* Gail. 1. *obs. 114. n. 3.* Brunnem. *ad L. 3. C. si adv. rem judic.* multò magis superiori, & summo Imperii Judici illud licebit.

Restitutio ex causis legitim. petenda.

7. Restitutiones in integrum contra sententias, non *per calumniam postulantur*: neque verò ex causis jam anteà judicialiter deductis, neque ex aliis non legitimis, nec satis relevantibus: secus si fiat, executio non differtur. *Ord. part. 3. tit. 52. in princ.* Et in expensas, Principalis aut Procurator, in culpa deprehensus, condemnator. *Ord. ibid.*

Non ex caus. antea proposit.

8. In dicto *tit. 52. in prin.* ad petendam restitutionem requiruntur, erhebliche Ursachen/so vormals in Gerichts-Händlen nicht angezogen. Malitia ergò petentis absit, & causæ non antiquæ, aut in actis jam antè deductæ, sed novæ producantur, necesse est. Vide *relat. Caspar. Klockij n. 12. 13. 14. 23. 25. 137. 142.* & passim. Aliàs restitutio denegatur, vel si dubium sit, an Causæ satis sint legitimæ, supplicans pro restitutione brevi manu, vel etiam pro citatione ad videndum se restitui *extrajudicialiter*, ad Judicium remittitur, ut auditâ parte alterâ, & cum majori causæ cognitione, vel denegetur, vel decernatur.

Mulcta secus facientium.

9. Quisquis enim ex iisdem causis, in actis prioribus ante sententiam jam propositis, restitutionem intentat, pro arbitrio Judicis, restitutione rejectâ, aliquando mulctatur pœnâ seu mulctâ duarum pluriumve Marcarum argenti, de quo præjudicium recens in *causa R. contra* K. U. W. *citat. super protracta justitia nunc Execut. 5. Julij 1659.*

Causæ antiq. cum novis cumulari possunt.

10. Possunt tamen causæ veteres cum novis cumulari, si antiquæ causæ, vel antiqua Instrumenta per nova roborentur, probationes cœptæ per novas confirmentur, & similiter. Ita *per L. 7. ff. de restit. in integ. L. si Prætor 75. ff. de judicijs, & tot. tit. C. si ex falsis Instrument.* Sfort. Oddus *de restit. in integr. pag. 2. q. 76. art. 4. n. 21.* & Nobilis Dominus à Borck *in relatione causæ* Hansen Dalpfin und Georg Haupitz *contra* Brandenburg Onolzbach apud Klockium *relat. 30. n. 26. & 27.*

11. Quid

11. Quid si autem novarum causarum notitiam habuit, sed iis in tempore non fuit usus, hunc restitutionis auxilio indignum judico: negligentiæ enim suæ præmium ferre non debet, *juxta Dd. communiter.* Nisi novæ anteà cognitæ fuer.

12. Dictum §. 7. *Per calumniam non postul. restitut.* Sic in *causa* **Schevens Erben** *contra* **Beckmann** Appellationis 12. *Decembris* 1662. petita restitutio contra definitivam confirmat, non tantùm denegata, sed etiam Advocatus priora repetens, in pœnam unius Marcæ auri, & Procurator, ob solam subscriptionem, in pœnam unius Marcæ argenti condemnatus fuit. Restit. per calumn. petentis pœna.

13. Si justæ causæ restitutionis subesse videbuntur, articulatim deductæ proponendæ fuerint. *Ord. ibidem. Hodiè summariè*: & si extrajudicialiter *citatio ad vidend. restitui* rogatur, summarius iste libellus supplicationi apponitur, vel in supplicatione indicatur, quòd *narrata ejus loco libelli in primo termino repetere sit animus*: planè ut in aliis processibus noviter impetrandis. Causæ restit. hodiè summ. proponi.

14. Petitionibus restitutionis in integrum non solùm contra sententias definitivas; verùm etiam contra interlocutorias, in Camera loco relinquitur, vid. *lib. 1. t. 24. §. 8.*

15. Sed in petitionibus restitutionis in integrum adversus interlocutorias, si Procurator apud acta fuerit, novâ citatione ad videndum restitui opus non est, quia in hujusmodi punctis celeriùs procedendum. *Conclusum Cam. Dub. 121. vide Recess. Imp. Spiræ Anno* 1600. **§. Wann gegen einer** *Interlocutori, &c.* 151. ubi Constitutione pragmaticâ hoc *confirmatum*, & petitiones restitutionis in integrum contra interlocutorias, statim in Judicio summariè vel articulatim Judici offerendas esse, *sancitum est.*

16. Et quamvis fuerint, qui legem *Ordinationis Part. 3. tit. 52.* de restitutione contra definitivas potiùs, quàm interlocutorias simplices intelligendam, & ad easdem restringendam esse voluerint: placuit tamen, Judicis arbitrio rem committendam esse, ita ut ille jus potestatemque habeat, partibus articulatam deductionem injungendi, Recess. eod. d. **§. Wann gegen einer** Interlocutori, &c. 151.

17. Et *notondum* hic, ad petitionem restitutionis in integrum generale Mandatum procuratorium non sufficere, sed speciale requiri. Quia autem mandatis generalibus in Camera hodiè usitatis hæc clausula petendi restitutionem inserta est, aliud desideratum esse vix memini, cum quo convenit Mynsing. *cent. 2. obs. 26. num. 4.* Quale mandat. requiratur ad petit. restitut.

Quæstio: An per Notarium rogari poss. restitutio.

18. Porrò *quæritur*: An restitutio in integrum per alium, quàm Procuratorem causæ ordinarium, fortè per Notarium, ut in revisione usu venit, in Camera rogari queat? Quod *de stylo negandum*, quia Procurator causæ, vi sui generalis ad acta producti Mandati, in specie etiam ad petendam restitutionem instructus est: unde duos Procuratores ad idem admittere inconveniens foret. Sic, cùm in *causa* S. *contra* M. *Mandati cum clausula*, Notarius 16. *Maji Anno* 1658. hoc ipsum tentâsset, illud 1659. 20. *Maji* per sententiam, cum reservatione dimidiæ Marcæ argenti, rejectum, & Procuratori causæ ordinario, petitâ restitutione non attentâ, ad docendum de paritione certus terminus præfixus fuit.

Quot modis restit. impetretur?

19. Ut autem tyrones sciant, quî in petenda restitutione in Camera procedatur, notandum: Restitutionem impetrari, vel *brevi manu*, vel *prævià* partis adversæ *citatione*.

Quomodo brevi manu extrajudic.

20. Brevi manu restitutio datur, vel judicialiter, vel extrajudicialiter: *Extrajudicialiter* in casu, ubi Appellans, intra 4. fatalium menses priores, processus appellatorios extrahere, & insinuare citra culpam suam, aut sui Procuratoris, ex alio incidenti impeditus fuit. Vide *Resolut. Cam. de Anno* 1657. 5. *Septembris* §. Sollen die *Procuratores, &c.*

21. In aliis causis, etiam adversus sententiam pro re nata hoc quidem tentatur, verùm talia extrajudicialiter impetrare rarum est. Sic in *causa* Limb. *contra* M. Actoria in puncto restitutionis in integrum, per sententiam 25. *Septembris* 1663. publicata, nec citatio præmissâ, repugnante licèt parte adversâ.

Judicialiter quando detur restitut.

22. *Judicialiter* datur restitutio, quando prævià imploratione, nobilis officii Domini Judicis, restitutio *brevi manu* in Judicio rogatur; & habet locum solùm, ubi Procurator partis adversæ apud acta, & sententia, adversus quam restitutio rogatur, interlocutoria est, *Recess. Deput. de Anno* 1600. §. Wann gegen einer *Interlocutori.* 151.

Notetur hîc præjudicium restitutionis, brevi manu judicialiter factæ, contra desertoriam appellationis ab interlocutoria: Urtheil des Hochlöbl. Käyserl. Cammer-Gerichts / eröffnet den 2. Aprilis des 1680. Jahrs: in Sachen weyland Egidii Hennings Wittib / entgegen Tit. die Hrn. Hrn. Gebrüdere Freyherren von Kielmannsegg / desertâ 1. Appellat. n. restitutionis in integr.

In

In Sachen weyl. Egidii Hennings nachgelassener Wittib/wider die Freyherren von Kielmannsegg Gebrüdere/ 1. Appell. ist Lic. A. zu dem am 5. Novemb. und 9. Januarii jüngst offerirten Eyd nicht gelassen / sondern gegen ihm/ wegen der in dieser Sachen verursachter Desertion, und zu spät abgelegten Juramenti restitutionis in integrum, die Straff vier Marck Silber / innerhalb 14. Tagen / in der Armen-Seckel / wie auch die Unkosten verzögerten Rechtens von Zeit an der ergangenen Desertori-Urtheil denen Hrn. Hrn. Appellaten nach rechtlicher Ermässigung unnachlässig zu bezahlen/ und entrichten / hiemit vorbehalten; Hierauff erkennet / daß gedachte Appellantin in integrum zu restituiren / und in vorigen Stand zu setzen seye / als wir sie hiemit restituiren und setzen : Dann ist dieser Sache von Ampts wegen vor beschlossen hiemit angenommen / und allem Vorbringen nach ferner zu recht erkandt / daß durch Richter voriger Instantz wol geurtheilt / übel davon appellirt / dahero solchen Urtheil / jedoch dergestalt zu confirmiren und bestättigen seye / daß mehrbesagte Appellantin neben der durch Cornelius von Jerusalem / wie auch mit general- und special-Unterpfänden geleisteter real- und personal-Caution, auff vorhero abgelegten Eyd / daß sie über allen angewendten Fleiß mit mehrern Bürgen zu caviren nicht vermöcht/ in supplementum ad cautionem Juratoriam zu lassen / so dann die aufferlegte recognitio oder diffessio jurata allein auff das Juramentum credulitatis zu verstehen und zu præstiren seye / als wir dieselbe hiemit solcher Gestalt confirmiren und bestättigen / die Gerichts-Kosten an diesem Käyserl. Cammer-Gericht biß auff den 21. Octobr. jüngst derentwegen auffgelauffen auß bewegenden Ursachen gegeneinander compensirend und vergleichend; Endlichen ist obermeldten Lic. sein des Juramenti perhorrescentiæ halben beschehenes Begehren gleichfals abgeschlagen/ sondern die Sach an Richter voriger Instantz remittirt und verwiesen.

23. Prævia citatione (*vid.* §. 19.) quæ restitutio rogatur, in ea citatio ad videndum restitui, æquè ac in priori decernitur vel *judicialiter*, vel *extrajudicialiter*, pro re nata, & supplicantis arbitrio: ipsa autem restitutio non datur, nisi cum causæ cognitione, per sententiam judicialem, in audientia. De restitutione prævia citat. petenda.

24. Et quia naturale est, quòd ad citationem non deflectat, qui brevi manu eam obtinere potest, ideo casus notandi sunt, in quibus *citatio* necessariò præmittenda est.

25. I. Si adversus lapsum (*vide suprà tit.* §. 55. *tit.* 23. 4. §. 12. & *lib.* 1. *tit.* 28.) fatalium restitutio rogatur, illa in Judicio rogari nequit, quatenus processus nondum introducti, & Procurator à parte adversa ad acta constitutus non est: citatio ergò præmittenda: *excepto* casu, ex *resol. Cam.* suprà §. 20. memorato. Quando ad restitut. necessaria citatio.

26. Si tamen processus jam reproducti sunt, & Procurator ex adverso

apud acta est, tales restitutiones adversus lapsum fatalium, utplurimum brevi manu rogantur, decernunturque facillimè, si fatalia lapsa sint, vel per negligentiam Nuntii aut Notarii, processus tardiùs exequentis, vel etiam Procuratoris eos tardiùs reproducentis : modò Notarium aut Procuratorem non solvendo esse, vel per Documentum Magistratus, ubi Notarius habitat, vel aliunde Judici constet. *Ita in resolut. dub. apud* Gylm. *tom. 1. part. 3. post tit. 3. n. 16. & immediatè alijs seq. resolut. n. 1. fol. mihi* 126. *&* 127. vide Gail. *1. obs. 143. n. 6. & obs. 45. n. 8.* Schvvanm. *lib. 1. proces. cap. 22. n. 12.* ubi hanc sententiam multis Cameræ præjudiciis approbatam dicit. Decernuntur etiam facillimè, si stetit per Judicem, quò minùs fatalia non fuerint observata, juxta Ruland. *de comm. & comm. lib. 1. cap. 7. n. 13.*

Ad restit. adversus definitiv. citatio requiritur.

27. II. *Citatione opus est*, si restitutio adversus sententiam definitivam, vel ejus vim habentem, rogatur; quia hic processus Libellum, litis contestationem, & quæ sunt reliqua, desiderat : juxta Mynsing. *1. obs. 49.*

28. *Quæritur hìc autem*, si appellatum sit ab interlocutoria, & causa deserta pronuncietur, quomodo hìc restitutio roganda, an brevi manu, an prævià citatione ? Vel, si appellatum sit à definitiva, & desertoria subsequatur, an hæc desertoria erit definitiva vel interlocutoria? Mynsing. *3. obs.* 88. hanc distinctionem ponit, ut desertoria appellationis à definitiva, æquè definitiva; Appellationis verò ab interlocutoria, interlocutoria reputetur: quod circa petendam hoc aut illo modo restitutionem servandum erit. *Reces. Deput. d. loc.*

Quomodo execut. supendatur per petit. restitut.

29. Quæritur etiam, quî executio per petitionem restitutionis commodè suspendi possit? Restitutione nihil esse innovandum, constat *ex jure communi*; nec exequendum est, *Primò* : ubi causa restitutionis aliquo modo probabilis, & bona fides petentis apparet. Vid. Thom. Gram. *consil. civili* 162. *num.* 11. Odd. *tract. de restit. in integr. p. 1. q. 43. n. 86. Secundò*, si executionis præjudicium est irretractabile, *e. g.* si in criminalibus facienda esset executio ad pœnam corporis afflictivam, vel honoris & famæ diminutionem, vel ad castrum inexpugnabile recuperandum, vel persona, in cujus gratiam fit executio, esset tàm potens, vel litigator immortalis, de cujus manibus vix repeti posset. His casibus omnibus *Dd. unanimiter concludunt*, per petitam restitutionem in integrum executionem suspendi, etiam, ubi aliàs non suspenderetur, taciteque adjectam videri inhibitionem, etsi expressè

con-

concessa non esset: uti ex *Baldo*, *Paul. de Castro*, & *Menoch.* tuetur Sfort. Oddus *d. loco num.* 47.

30. *In Camera* in hac materia *hoc jure utimur*, ut petitio restitutionis executionem per se suspendat, si non per calumniam, nec ex causis jamdum deductis & per priora decisis, vel aliàs irrelevantibus petatur, ita *statuente Ord. part.* 3. *tit.* 52. Auth. *vot.* 6. *apud* Meichsnerum in causa **Viermund** contra **Viermund** *tom.* 3. *decis.* 14. *num.* 189. Caspar. Klock. *de contrib. cap.* 19. *num.* 390. Mynsing. *cent. obs.* 84. *num.* 5.

31. Si tamen citatio *ad videndum restitui* extrajudicialiter petatur, simul etiam peti solet *inhibitio*: vel, quod propter adjectam pœnam, & citationem ad docendum vel videndum, utilius est, *Mandatum inhibitorium*, ut præcepto armato inhibeatur manus Judicis inferioris, ad exequendum fortè plus satis parata. Ita in *causa* **B.** *contra* **Schulenb.** *citatio ad videndum* restitui adversus sententiam desertoriam, juncto Mandato inhibitorio sine clausula de non exequendo, & si quid executum est, restituendo: (*quod notandum*) 20. *Julij* 1659. decretum est. Mandat. inhibitorium jungit. citat. ad vid. restit.

32. Si restitutio brevi manu, vel etiam citatio *judicialiter* rogatur, nihilominus *extrajudicialiter* pro Mandato inhibitorio supplicatur: vix enim in tanto executionis periculo, sententia Judicis longiorem moram requirens, tutò exspectari posset; tale Mandatum decretum in *causa* **K.** *contra* **H.** *Anno* 1659. cùm judicialiter pro restitutione brevi manu adversus desertoriam, ob non præstita solennia, officium Judicis jam imploratum esset. Sunt tamen hæc Mandata in præsenti materia obtentu difficillima: & qui ea obtinere vult, causas relevantes, atque momentosas pro restitutione adducat, necesse est. Mandata inhibitoria in caus. restitut. utilia. Sed obtentu difficilia.

33. Est etiam alia via suspendendi executionem, *quando Judici àquo*, vel speciali ad hoc obtento documento Cancellariæ, vel per authenticos extractus protocollares, habitorum, in hac materia in judicio Camerali Recessuum, remonstratur, post latam sententiam, novam in hoc *puncto restitutionis* in Camera cœptam esse litispendentiam, cujus decisionem suâ præmaturâ executione antevertere, inconveniens & illicitum sit: qua utplurimùm partes utuntur, si in Judicis inferioris animo multum confidant; vel ubi supplicatio pro inhibitione seu Mandato inhibitorio, non ex voto successit, aut metuendum est, ne interim dum supplicatur, executio fiat. Alia ratio execution. suspendendi.

34. Petitiones pro restitutionibus in integrum adversus latas desertorias, *hodiè in Camera* multum frequentes sunt, idque ob multorum in- Restitutiones adv. desertorias

frequenter petuntur.

inadvertentiam circa *Recessum Ratisbonensem novissimum de Anno* 1654. & in illo præscripta, ab Appellantibus neglecta formalia in requirendis actis intra trigesimum, & importando in primo termino Mandatum ad jurandum.

An restitutione petitâ, causa principalis examinanda sit.

35. An autem in decernendis aut denegandis restitutionibus, causa Principalis securè examinetur, *quæstionis elegantis est*? Ego distinguendum censeo, aut enim ad acta priora utrimque submissum, aut gravamina exhibita sunt. *Illo casu*, si ex actis appareat, petentem restitutionem malam fovere causam, restitutio jure denegabitur; *tralatitium enim in Camera est*, ubi restitutio rogatur, bonum causæ fumum requiri, & læsum non esse per desertoriam appellantem, quoties restitutus licèt, postea tamen ex mala causa rursum veniret, condemnandus. *Hoc casu verò*, nisi in causa concluſum sit, Judex non habet, ex quo certum Judicium de bonitate causæ formare queat, & ex gravaminibus solis hanc colligere dubitationis plenum est, cùm usque ad conclusionem talia produci queant, quæ Judicem aliud opinantem in contrarium moverent: nisi tamen gravamina adeò inepta & irrelevantia sint, ut etiam processus primo obtutu ad hæc denegandi fuissent, vel, si millies probarentur, nihil tamen relevarent.

An contra non devolutor. restitutio detur? Negatur regulariter.

36. *Quæritur etiam*, An contra non devolutoriam sententiam restitutio peti possit? Quod *regulariter negandum*: & ex eo, si duplex exceptio *non devolutionis* & *desertionis* objecta sit, quæ utraque vera apparet, semper super non devolutione pronunciatur, ut præscindatur occasio petendi restitutionem adversus desertoriam, juxta Mynſ. 5. *obſ.* 3.

Affirmatur certo casu.

37. Quid autem, si Appellatus per sub- & obreptionem obtinuisset, ut summa inappellabilis judicata, & per hoc causa non devoluta pronuntiata sit, Appellans autem ex continenti docere velit, ex falsis Instrumentis, ex falsis testimoniis seu allegationibus in hoc Judici sub-aut obreptum esse, quod haud difficulter accidere posset, an petendo restitutionem adversus non devolutoriam in hoc & simili casu est audiendus? Quod de *de jure communi ac Camerali* affirmandum censeo: nam ubi constat, circumventam esse religionem Judicis per falsa Instrumenta, seu falsas allegationes, si non sententia ipso jure nulla judicabitur, ut multorum vera opinio est, certè nemine dissentiente causabit in integrum restitutionem, *lib.* 23. *ff. de re judic. l.* 1. *&* 2. *C. si ex falsis Instrumentis*, *ibique Dd.*

Revisio an peti queat.

38. An à denegata restitutione revisio peti queat, etiam dubitatur,

sed

sed adsunt præjudicia, ubi à denegata restitutione revisio concessa, & in Camera acceptata fuit, in *causa Dr.* Willers *contra* Ritterin *Mandati de dimittendo hypothecam*, Metzenhausen *contra* Metzenhausen/ *Mandati ad edendum legitimè Inventarium, & reddendum rationes*: & aliis causis quamplurimis. Adsunt etiam, ubi quidem tentata, sed jure rejecta est, *de quo dicendi locus ulterior hic nullus*, cui placet, videat Klock. *tom. 3. cons.* 140. *num.* 47. ubi revisionem à denegata restitutione concedi, consulendo adserit, *in causa* Walwardt *contra* Hertzog in Bayern/ etc. *de hujusmodi materia* vide Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 17. *art.* 13. 16. & 17. ubi inter alia præsupponit, tempus, vel fatalia nondum esse elapsa. denegata restitutione?

39. Si Mandatum inhibitorium, ratione executionis suspendendæ, in Camera impetrari, & nuda extractus protocollaris exhibitio manum Judicis inferioris ab exequendo arcere nequit, quid remedii? *Ad exigendam cautionem* à parte adversa confugiendum; semper enim victoris est, idoneam cautionem præstare, se universa restituturum, si Adversarius in puncto petitæ restitutionis prævaluerit, juxta Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 48. Executionis suspensionem non impetrans, à victore idon. caution. postulet.

40. Quare, si mandatum inhibitorium denegatur, & citatio vel simpliciter, vel cum illo adjecto, jedoch ungehindert der Execution, ut quandoque fieri *ex aliquot præjudicijs* notatum, decernitur, supplicandum est, ut decretum eatenus limitetur, ut executio in citatione non nisi ad idoneam cautionem permittatur, ut factum *in causa* Bock *contra* Noppeney *Anno* 1658. quia enim hoc *juri & stylo Camerali* conforme est, facilè impetrabitur, & in tantum proderit, ut acceptâ per hoc occasione disputandi super idoneitate cautionis, restitutio aliquando citius in Camera obtineatur, quàm hic punctus, *ratione cautionis*, apud inferiorem decidi queat.

41. Cæterùm de restitutione in integrum *videant Tyrones fori tit. C. si adversus rem judic. Dd. ad eund.* & Canonistas *ad c. Auditis de restit. in integr.* cumprimis Joannis Ferrarii *Commentar. de usu supplicandi cap.* 6. *de beneficio restit. adversus rem judic. & seqq.* in quibus tractat de Discrimine *Appellationis*, *Supplicationis*, & in *integrum restitutionis*, ubi præcipuè illa observanda fuerint, quæ de remediis illis contra sententiæ læsionem cautè instituendis, tradit. *fol. mihi* 140. quæ verbotenus hîc subjicere lubet: quia commentarii istius exemplaria non amplius prostare scio. Discrimen appellationis, supplic. & in int. restitutionis, remissivè.

Quibus casibus alterutrô illorum 3. remedior. sit utendum?

42. Quapropter investigandum erit, *ait Ferrarius*, quo casu appellatio, quo supplicatio, quo item in integrum restitutio ad rescindendam sententiam possit quadrare; quod nisi assecutus fueris, per omnia inepties & citiùs, quod contra te est, auxilium imploraveris, quàm quo causæ tuæ suppetias tuleris. Porrò, si in eo articulo fueris, (*ut cum Ulpiano loquar*) cui per Appellationem subveniri poterit, neque precibus, neque petitæ restitutioni erit locus, sed eo remedio utaris, oportet, quod tibi rectè competit.

43. Sin autem ab eo Judice sententia sit lata, à quo appellare licitum non est, & causam habes, quamobrem dissolvere ipsam contendis, ad supplicationem tibi recurrendum erit, quæ in hoc appellationi ancillatur, ut est expositum, sed in ea negotii specie, qua est judicatum, omissâ appellatione, quam tamen pronunciantis contemplatione interponere potuisses, & causas supereſſe videris, quæ tibi auxilium suppeditare queant, contra rem judicatam restitutioni insistes, & voti compotem faciet. Neque tantùm ab instaurandis hujusmodi beneficiis, *sed ab effectu* eorum discrimen petere licet: quod si rectè observes, appellationem comperies, executionem planè impedire, ut, eâ pendente, quid innovetur. E regione, supplicationis est natura, ut, eâ non attentâ, ad judicatum faciendum procedatur. Restitutio autem mediam tenet viam, sententiæ executionem quandoque impediens, quandoque concedens, id quod sub distinctione hac quidam comprehendunt. *Hæc Joannes Ferrarius Montanus, Hassiæ Jurisconsultus quondam celebris.*

Forma libelli, remiss.

44. De forma Libelli, quo agitur ad restitutionem in integrum, vide eundem Ferrarium *cap.* 10. *l.* 4. *circa finem*, & alios Practicos, qui ab eo allegantur. Item practicum *Petri de Ferrarijs*, *fol. mihi* 238.

45. Tandem hunc titulum claudat expositio, omninò necessaria, quomodo *hodiè* in restitutionibus in integrum contra sententias Camerales procedatur; Quod cùm doceant *Communia Decreta* ab *inclyto Collegio d.* 7. *Julij* 1669. *&* 7. *Julij* 1671. publicata, illa propterea in solidum hîc subjiciuntur.

46. **Gemeiner Bescheid/ publicirt den** 7. Jul. Anno 1669.

Nachdeme man eine Zeit hero wahrgenommen / daß fast in allen / an diesem Käyserl. Cammer-Gericht abgeurtheilten Sachen / das beneficium restitutionis in integrum mißbraucht / und die in den beschriebenen gemeinen Rechten / auch Reichs- Satz- und Ordnungen darzu erforderte requisita wenig beobachtet worden; indeme bey denen deßhalben einbringenden Implorations-Schrifften nichts neues / sondern eben dasjenige / was in vorigen Instantien in Jure & facto außführ-

führlich vorkommen/ und darüber nach reiffer Erwegung und Deliberation bereits gesprochen ist / von neuem wiederumb hervor gezogen / recapitulirt / und also vielmehr was zu einer Revisions- als Restitutions-Instantz gehörig / auff die Bahn gebracht / ja wohl gar anzüg- und taxirliche Imputationes durch der Schrifft-Steller Unbescheidenheit jeweilen mit eingerucket werden; Welches dann nicht allein zu hochstraffbahrem Despect dieses Heil. Röm. Reichs höchsten Gerichts/ und vergeblicher Bemühung der Senatuum, bevorab der Re- und Correferenten/ sondern auch zu unverantwortlicher Wiederholung bereits decidirter Streitigkeiten / und schädlicher Verzögerung anderer Sachen gereichen thut: Als ist hiermit der ernstliche Befelch an alle Advocaten und Procuratorn / daß sie sich inskünfftig solcher unordentlicher Mißbräuch gäntzlich enthalten/und in denen Fällen/ wo gegen außgesprochene Urtheil sie das Remedium Restitutionis in integrum Platz zu haben / und die Sachen von Rechts wegen darzu genugsamb qualificirt zu seyn erachten werden / nicht das jenig / so schon vorhero in facto & Jure vorkommen / wiederholen / weniger einige ihrer seits conjecturirt / und eingebildete Rationes decidendi, und deren Refutationes mit einmischen / sondern eintzig und allein die in facto emergirende neue / dienlich und erhebliche Umbstände/ oder zur Hand gebrachte Urkundten / brieffliche Schein und Documenta, in denen Handlungen / so sie deßhalben überreichen / kurtz und nervosè einführen / und zugleich mit Special-Gewäldten von ihren Principalen, zu Abstattung des Eyds/ daß weder sie oder jetztgedachte ihre Principalen und deren Advocaten/von solchem neuen Einbringen vorhero einige Wissenschafft gehabt / oder selbiges zu der Sachen dienlich zu seyn nicht vermeynt / jederzeit gefast erscheinen / in alleweg aber die ihnen in solchen Restitutions- und allen andern Sachen zugefertigte Schrifften / ehe sie gerichtlich übergeben werden / fleissig überlegen / und wo etwas darinn befindlich / so dieses Käyserl. Cammer-Gerichts Respect / oder der / vermög der Ordnung / erforderter Bescheidenheit zuwider wäre / solches vor sich selbst verbessern und zum Glimpff bringen / oder gehöriger Orten zurück senden / keines wegs aber auff einigerley Reservation oder Protestation non approbationis contentorum, noch was sonsten dergleichen seyn mag / sich verlassen / diesem allem ohnaußgesetzt also nachkommen / und im widrigen einer unaußbleiblichen Geld-Straff / oder auch / gestalten Sachen nach / der suspension oder wol gar amotion ab officio gewärtig seyn sollen.

47. Gemeiner Bescheid / 7. Julii, 1671.

Endlich ist der gemeine Bescheid / daß gleich wie dieses Käyserl. Cammer-Gerichts Procuratores das Juramentum Calumniæ & Appellationis in primo termino gerichtlich abzustatten schuldig und verbunden seynd / also dieselbe auch hinführo in den jenigen Sachen / worinn man gegen die hieselbst außgesprochene Urtheilen das Remedium restitutionis in integrum an Hand zu nehmen gemeynet ist / so bald sie deßwegen gerichtlich anruffen werden / das hierüber nunmehr absonderlich verfaßte Juramentum nach Inhalt beykommender Formulen, so

wol Special-Gewalts/ als auch besagten Juramenti in ihrer Principalen und deren Advocaten, (so dem Gewalt jedesmal mit einzuverleiben) wie auch ihrer der Procuratorn selbst eigene Seel / in eadem audientia, und ohnerwartet fernern Bescheids abschwören sollen. Publ. 7. Julii Anno 1671.

48. Formula Mandati Specialis ad præstandum Juramentum in puncto restitutionis in integrum.

Wir Ends-bemeldte bekennen und thun kund jedermänniglichen / demnach in Krafft an dem Hochlöbl. Käyserl. Cammer-Gericht am 7. Julii 1671. publicirt- und eröffneten Gemeinen Bescheids und darauff eingerichten Formulæ Juramenti heilsamblich verordnet worden / daß in denjenigen Sachen / worinnen man gegen daselbst außgesprochene Urtheiln das Remedium restitutionis in integrum an Hand zu nehmen gemeynt/ die Procuratores, so bald sie deßwegen gerichtlich anruffen werden/ in ihrer Principalen und deren Advocaten/ wie auch ihre selbst eigene Seelen / so gleich in eadem audientia, und ohnerwartet fernern Bescheids/ angeloben/ und einen Eyd zu GOtt und auff das H. Evangelium schwören sollen/ daß sie von ihrem neuen Einbringen vorhero keine Wissenschafft gehabt/ oder doch solches zu der Sachen dienlich zu seyn nicht vermeynt / sondern nunmehr gedachtes Remedium Restitutionis Platz zu haben / und hierzu die Sach von Rechtswegen ohne Wiederholung desjenigen / so allbereit in facto & jure vorkommen/ gnugsamb qualificirt zu seyn erachten / alles getreulich und ohne Gefährde.

Und dann wir wegen der am Hochermeldten Käyserl. Cammer-Gericht in Sachen N. contra N. am - - - Gerichtlich publicirt und eröffneter Urtheil/ mehrerwehnten remedii restitutionis in integrum uns zu bedienen benöthiget seyn/ dannenhero dergleichen wolverordnete Eyd abzustatten / uns nicht weniger als andere gehalten wissen / die Wichtigkeit was solcher Schwur auff sich habe / etc. Uti in formula Mandati specialis ad præstandum Juramentum Calumniæ, &c.

49. Formula Juramenti in puncto Restitutionis in integrum.

Ihr N. werdet in Sachen N. contra N. angeloben / und in Krafft vorbrachten Original Special-Gewalts / in Eurer darinn benambsten Principaln, wie auch Euer eigene Seele / einen Eyd zu GOtt und auff das H. Evangelium schwören / daß weder ihr / noch gedachte Eure Principalen und deren Advocaten/ von jetzigen neuen Einbringen / vorhero einige Wissenschafft gehabt / oder doch solches zu der Sachen dienlich zu seyn / nicht vermeynet / sondern nunmehr das remedium restitutionis in integrum gegen die an diesem Käyserl. Cammer-Gericht außgesprochene Urtheil Platz zu haben / und hierzu die Sach von Rechts-wegen ohne Wiederholung desjenigen / so allbereit in facto & jure vorkommen / genugsamb qualificiret zu seyn erachtet / alles getreulich und ohne Gefährde.

50. Morum Decretorum tenor quando exactè & ad amussim non observatur, graviter puniri solent & ipsæ partes & Procuratores causæ: Ita factum *d.* 31. *Octobr. Anno* 1684. In Sachen Schencken *contra* Weisen/

Weisen / *appellationis* - - - Dann ist gegen ermeldt D. M. wegen bey dieser gesuchten Restitutions-Sachen verspürter vorsetzlichen Beyseitsetzung der gemeinen Bescheide vom 7. *Julij Anno* 1669. und 7. *Julij Anno* 1671. die Straffe einer Marck Silbers in den Armen-Seckel innerhalb drey Wochen unfehlbar zu bezahlen / hiemit vorbehalten / auch dergleichen Beginnens sich hinführo / bey unaußbleiblichen anderen exemplarischen Einsehen / zu enthalten aufferlegt.

51. Utrùm verò illa Communia Decreta, *quoad Juramentum*, ligent etiam Status Imperii, res altioris indaginis est: Sanè in *causa* Baden-Durlach *contra* Würtemberg / Solms *contra* Solms / Strassen *contra* Franckfurt / hoc nuperrimè disputatum, nec Juramentum præstitum; attamen eventualis oblatio facta fuit.

TIT. LXI.

De Revisione.

Ordinat. Part. 3. Tit. 53.

§. 1. EXtraordinariè sententia Cameralis impugnatur, vel per *Revisionem*, vel *per Syndicatum*. Dicitur *extraordinariè*: Etsi enim Revisionis remedium sive auxilium *Ordinatione Cameræ* præscriptum constitutumque sit, attamen propterea pro ordinario non habetur. Vide *elegantem tract. de revisione* Ludovici Bender. *Conclus.* 1. *num.* 20. *& seq.* Revisio extraordinarium remedium.

2. Revisio est *impugnatio* sententiæ Cameralis, sine dolo quidem, culpâ tamen erroreve vel Procuratorum, vel Judicum malè latæ. Confer Johann. Borcholten, *Comment. ad instit. lib.* 4. *tit.* 5. vel (*utì melius definitur*:) Revisio est remedium extraordinarium, quo in Camera per sententiam læsis ex quadam benignitate per *Commissarios Imperatoris & Statuum Imperij*, ad id Deputatos, revidendo acta succurritur. Revisio quid sit?

3. Differt à restitutione, *primò* quia illa partis errorem, revisio Referentis culpam redarguit: *secundò*, restitutio coram eodem Judice, scil. Camera, revisio coram Commissariis Imperatoris & Statuum Imperii rogatur. A Restitut. quom. differat.

4. Revisio vulgò (*& rectè quidem, ut mea fert opinio*) Judicium revisionis, & revisorium nuncupatur: Nam si revisio judicialis quædam disceptatio est, ut nemo harum rerum peritus inficias iverit; sanè Judicium sit oportet, sed à Judicio Camerali distinctum atque separatum: Judices enim hîc non *Domini Camerales*, sed alii sunt, & processus hic diversus aliusque, quàm Cameræ Imperialis. Si enim revisores Revisio est judicium.

procedendi modum ipsis in *Ordinatione* præscriptum servant, de reliquo omnis solennitas atque ordo juris ipsis remissa videtur. Bender. *dict. tract. de revisione, conclus.* 18. *num.* 48.

De modo constit. revis.

5. In Judicio igitur revisionis videndum, *Primò, de modo ejus constituendi*, sive de præparatoriis.

Ubi consid. I.

6. Circa modum constituendi consideranda sunt: I. *Insinuatio*, sive *designatio*, quæ *Electori Moguntino*, ut Cancellar. in scriptis fit. *Ordin. d. tit.* 53. *in princ. Vers.* Unserm Neven & §. *ult.* Per supplicationem, in qua significatur, supplicantem ex sententia, hoc vel illo die in Camera lata (*cujus copiam simul exhibet*) se maximè gravatum sentire, atque in ordinatione proscriptum remedium revisionis apprehendere coactum est, rogando, *hoc Cæsareæ Majestati* & futuris Revisoribus, ut & Judicio Camerali Elector notificare velit. Formulam vide apud Schvvanmann. *de proces. lib.* 1. *cap.* 75. *in fin.* & apud Gylm. in *Symph. T.* 2. *part.* 3. *tit.* 5. *post supplic.* 14.

Insinuatio, cui facienda?

II. Tempus, quando facienda?

7. II. Tempus revisioni insinuandæ præstitutum, nimirùm, ut fiat duobus mensibus (quod tempus duorum mensium secundùm *Ordinationem* præstitutum erat, deinde verò trium mensium, secundùm *Reces. Deputat. Anno* 1557. §. Wiewol ferner 23.) ante Cal. Majas ejus anni, in quo sententia lata est: *Intellige*, si tantum temporis à publicatione sententiæ adhuc super fuerit: Sin minus, in annum sequentem denunciatio illa differenda. *Ordinat. ibid.*

Hodiernum insinuat. tempus.

8. *Hodiè, ex Recessu novissimo de Anno* 1654. revisio, intra quadrimestre à die latæ sententiæ, apud *Electorem Moguntinum*, vel eo in causa interesse habente, apud *Electorem Trevirensem* petenda, & Cameræ insinuanda, sub pœna desertionis. §. In Fällen / da die Appellation 125. gravamina etiam summariter exhibenda, & *Juramentum revisorium*, à parte simul & Advocato præstandum: alterutrum, si in hoc termino 4. mensium negligatur, revisio deseritur, & sententia simpliciter executioni mandatur. *d. loco.*

9. Sic cùm in *causa D. contra P. appellationis nunc Executorialium*: Dominus Judex inferior per sententiam Cameralem definitivam, in qua in subsidium, Principale solvendo non existente, condemnatus erat, se maximè gravatum arbitraretur, & intra quadrimestre quidem, sed cum insufficiente Mandato revisionem intimaret, eâque (*currente adhuc fatali*) rejectâ, illam duabus Juridicis post quadrimestre lapsis repeteret; per sententiam 13. *Martij* 1657. als verspätet/ rejecta fuit.

10. *Dictum*

10. *Dictum* §. 8. *de juramento revisorio* ab Advocato præstando: An autem Consiliarii Statuum ad hoc adstringantur? *Dubitari potest*; quia Juramentum revisorium in sua materia æquipollet Juramento calumniæ, à quo Statuum Consiliarii in *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Uber dieses 43. exempti leguntur. Verùm quia I. præpotentiores hoc revisionis remedio sæpius quàm alii, idque instinctu versutorum officialium magis quàm motu proprio abutuntur, de quo (*nisi*, juxta Platonem, *difficiles forent, & cum discrimine hi sermones*) exempla essent in promptu: quia II. etiam *constitutio novissima* neminem in genere eximit, & III. *Status ipsi*, si revisionem petant, ab hoc Juramento *non sunt immunes*: ideò *verius est*, illos æquè ac alios ad præstationem hujus Juramenti teneri. Sic in *causa* W. *contra* O. *simplicis querelæ*, *nunc Executorialium*, non infimi nominis Consiliarius, Principis sui causæ Advocatus, utut diu multumque contradiceret, tandem tamen parte adversa enixè hoc exigente, motus generalitate constitutionis per *Notarium Hag.* 21. *August.* 1655. speciale mandatum, ad præstandum Juramentum revisorium, produci curavit.

Statuum Consiliar. an juram. revis. præstent? Infr. §. 72. h.

Quod affirmatur.

11. III. Officium Electoris Moguntini, in Judicio revisorio constituendo, sive præparando, ut is Cæsari eam significet, & Visitatoribus, ejus anni, Cameræque Imperiali, ut mittant Commissarios & Consiliarios excellentes, eruditos, & in revidendis actis peritos, qui unà cum Præside & Assessoribus Cameræ, per quos sententia fuit lata, omnis causæ revidendæ acta summo & accurato Judicio revideant, & quod Juris est, decernant. *Ord. ibid.* Si Elector Moguntinus in sua causa, aut alius contra illum revisionem petat, *Elector Trevirensis* in revisione denunciandaque, Moguntini partes sustineto. Recess. Imper. Anno 1594. Ratisb. §. Als auch. Recess. Imp. de Anno 1654. §. In Fällen. 125.

3. Officium Elect. Moguntini.

12. Porrò, revisionem peragunt Adsessores quidem, sub fide Juramenti, quo initio officii adstricti fuêre: Revisores autem dato speciali ad hoc jurejurando, cujus formulam vid. in *Ord. d. loc.* §. Und sollen der Käyserl. Majestät / etc. 8. nec reputantur pro judicibus, quamdiu injurati manent. Gylm. *præjud. Cam. verb. revisio. vers. Revisores, &c.* Reink. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. clas. 2. c. 15. n. 22.* Limn. *de I. P. l. 9. c. 2. n. 220.* V. *infra* §. 29. *h. t.*

Revisorum Juramentum. §. 30. infr. h. t.

13. Non tamen idem Adsessorum, quod Commissariorum circa revisionem officium est. Illi enim causas & fundamenta rei à se judicatæ de-

Diversitas officii Assess. & re-

visor. in revisionib.

demonstrant, & acta cum his diligenter revident & perpendunt: Hi deinde soli, momentis causæ ponderatis, sententiam priorem vel reformant, vel confirmant. *Ord. d. tit.* §. **Darauff sollen / etc.**

Formula sententiæ confirmatoriæ.

14. Si Cameræ sententia confirmetur, ita pronunciari solet: **Nach Verlesung und reiffer Erwegung der vorhergehenden übergebenen** Gravaminum, **und dargegen eingewendter** Exceptionum, **auch derer in** Camera hinc inde producirter **Schrifften / haben die verordnete Hm. Käyserl.** Commissarien **und** Revisores, **die dabevor am Käyserl. Cammer-Gericht** publicirte **Urtheil / davon die** Revisio **gesucht worden /** confirmirt **und bestätiget;** ita in *causa* **U.** *contra* **U.** pronunciatum esse in revisorio, testatur Meichsnerus *tom. 3. decis. 16. ubi proponit practicam proponendi gravamina, & Exceptiones in Judicio revisorio.*

Moguntinô imped. Trevirensis aditur.

15. Nota præterea circa hanc tertiam observationem: si Elector Moguntinus, inscià causâ, aut alius contra illum Revisionem petat, Elector Trevirensis in revisione denuncianda, dirigendaque Moguntini partes sustineto. *Rec. Imp. Anno* 94. *Ratisbonæ.* §. **Als uns auch / etc.** 107. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **In Fällen / etc.** 119. *vers.* **Und ein jeder / etc.**

4. Revocatio priorum Judicum.

16. IV. Considerandum est in modo constituendi (§. 6. *h.*) *officium Judicis* & Adsessorum Cameræ, ut si quis priorum Judicum Judicio abierit, vel abfuerit, eum revocent. *Ord. ibid.*

5. Revisor. ipsi, quinam sint?

17. V. Judices: qui summi Imperatoris Commissarii, & Ordinum Imperii visitantium legati; item Adsessores Cameræ, & qui sententiæ, cujus revisio petitur, concipiendæ interfuerunt, *Ordin. in princ. h. tit.* & hos *judices ordinarios*, non delegatos esse, censet, *Gail. lib. 1. obs. pen. num. 1.* ex ratione, quia à lege Imperii, Cæsaris & communi Statuum placitô, jurisdictionem ordinariam accipiant, add. Gail. 1. *obs. ult. n. 6. cui subjunge*, quòd Jurisdictio Revisorum se extendat ad causas promiscuè omnes in revisorio pendentes, & sic ad causarum universitatem: quod ordinarii Judicis nota certissima.

An Judices ordinarii? Affirmatur.

Alii negant.

18. Plerisque tamen, ut & Bendero *de revis. cap. 4. num. 31.* visum est, quia non Consiliariis hæc jurisdictio, sed Statibus data videtur; quia etiam hi pro arbitrio Principum singulis annis mittuntur, & mutantur, ut sic vicariam operam præstare, & jurisdictionem non ab *Ordinatione*, sed à suis Dominis, quibus hoc revidendi onus incumbit, sibi mandatam exercere videantur; hos Consiliarios non nisi *delegatos* esse; quam sententiam Vultejus *in opere suo posthumo de Judicijs lib. 1. cap. 4.*

num.

num. 55. multis impugnat: ad quem & Græveum ad Gail. *conclus.* 154. *num.* 3. Reink. *de reg. Secul. & Eccl. d. loc. num.* 20. in hac quæstione lectorem remitto, vix enim alicujus momenti est.

19. Cæterùm sciendum, quòd olim, juxta *Ordinationem*, unus ex Principibus ecclesiasticis aut secularibus, visitationibus & revisionibus ordinariis in persona adesse debuit: Sed nunc vices ejus supplere potest Consiliarius, modò qualificatus, & inter suos Collegas primipilus sit. *Recess. Imp. de Anno* 1654. Zu Abkürtzung. 127.

20. VI. Consideranda circa modum constituendi, (§. 6. *h.*) depositio certæ summæ pecuniariæ, quantam Visitatores, habitâ ratione personarum, causarumque arbitrabuntur, quæ fisco Imperiali, si revisionem postulans succumbat, dependenda. *Ord. d. tit.* 53. §. Und damit in solchen / etc. Et pro ista pecuniæ summa revisionem postulans cavere tenetur. *Ord. d.* §. Und damit in solchen. 6. Depositio pecuniæ.

21. *Ordinatio* meminit depositionis & cautionis conjunctim, in verbis: erlegen/ und dafür gnugsamb verbürgen: si tamen pro summa à *Revisoribus* taxata, datis fidejussoribus vel pignoribus, idoneè quis cavere paratus sit, eum ab onere depositionis relevari, *Status in ordinatione* sensisse, plurimi non sine ratione arbitrantur. Gail. *L.* 1. *obs.* 154. *n.* 1. Bend. *de revis. concl.* 6. *p.* 4. Reink. *de reg. secul. & Eccl. l.* 2. *c.* 15. *n.* 13. quicquid sit, *Recess. noviss. de An.* 1654. §. Damit dañ auch. 126. meminit depositionis simpliciter. An *Ordinat.* per hoc correcta sit, consulantur alii. An sufficiat cautio absque depositione?

22. Quid verò de pauperibus, qui neque certam pecuniæ summam deponere, neque fidejussores invenire, aut pignora dare possunt; An hi excludendi ab hoc remedio? Gail. 1. *obs.* 155. *n.* 4. Bender. *de revis. concl.* 5. juratò illos cavere jubet, &c. idque rectè; quia nemo, ob æris inopiam, jure carere debet. Si tamen litem perdunt, adeoque injustè ad revisionem provocaverint, pœna pecuniaria in corporalem commutatur: quòdque hi pœnâ carceris, des weissen Thurns/ plecti soleant, testatur Ruland. *de commissar. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 13. & consentit *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Damit dann auch/ etc. 126. Qu. de pauperib. nec depon. nec cavere valentibus.

23. Quantitatem summæ deponendæ, *in causis antiquis*, in revisio pendentibus, pro nunc Camera (salvâ ratificatione Revisorum) arbitrabitur, & partibus denunciabit; scilicet, ubi ad emissum *Cæsareum Edictum* revisionem se prosecuturas primùm declaraverint. *d. Recess. de Anno* 1654. §. Damit dann auch / etc. 126. Depositio non ante Archivum fiet, nisi revisione in hac causa inchoatâ. *d. loc. in fin.* Summam in antiquis caus. revis. Camera taxat.

Pœna temerè revis. petentium.

24. Si temeritas & malitia partium seu Advocatorum, revisorium tentantium deprehenditur, insuper pœnâ pecuniariâ, & in casu inopiæ, corporis afflictiva (*pro arbitrio*) mulctabuntur, *d. loc.* quo casu pœna Cameræ, sportulæ verò Revisoribus cedunt. *d. loc. Hactenus de modo constituendi Judicij.*

Litigatorum processus in Judic. revis.

25. *Secundò*, videndum in revisione, *de ratione procedendi*, (repete §. 5. supr. h.) & quidem à parte litigatorum sciendum: *De processu litigatorum* unicam legem *Ordinatione* præscribi: ut pars utraque, si velit, sua gravamina singulis scriptis deducta proponat, sed nec novi quicquam proferat, nec ultra scriptum unicum procedat. *Ord. d. tit.* §. Erstlich sol/etc. Nam in Judicio revisorio *beneficium L. per hanc C. de Temporibus appellationum*, videlicet, quòd non deducta deduci, & non probata probari possint, *locum non habet.*

De Juram. calumniæ.

26. Posteriori *Imperij Constitutione* sancitur, ut revisionem postulans, adversâ parte petente Juramentum calumniæ, coram Judice Cameræ, Præsidibus & Adsessoribus, vel ipse, vel per Procuratorem constitutum præstet. *Recess. Imp. Anno* 1600. §. Und obwol hiebey in Erinnerung etc. 150.

Quando hodiè præstandum.

27. Ex *recessu autem novissimo de Anno* 1654. §. In Fällen / da die 125. statim in ipso actu intimationis, vel ad minimum currentibus 4. mensibus, à die publicatæ sententiæ, hoc Juramentum in effectu præstandum, vel ad minimum mandatum speciale ad hoc offerendum est; aliàs revisio deseritur.

De processu, à parte Judicum.

28. Ad processum *à parte Judicum sive Revisorum*, quod attinet, illi antequam judicent, solenne Juramentum præstare tenentur: non se anteà in causa consuluisse: Judices priores in honore atque pretio habere: diligentiam in revidendo, fidem in judicando, jusque & justitiam adhibituros, & munera non capturos. *Ordin.* §. Und sollen der Käyserl. Majestät/ etc.

Illorum Juramt.

29. Juramentô præstitô, Commissarii Cæsareæ Majestatis, & cæteri Judices, cum Præsidibus & Adsessoribus, à quibus sententia lata est, primùm acta omnia & singula revident, & revidendo ponderant. *Ordin. h. tit.* §. Darauff sollen/ etc.

§. 12. suprà h. t.

30. Et quemadmodum Commissarii Imperatoris & Consiliarii in perpendendis actis diligentiam, atque fidem jurârunt: ita *Judex Cam. Præsides & Assessores*, vinculo & religione jurisjurandi, quod in Camera Judices constituti aliquando jurârunt, ad eandem diligentiam

tiam atque fidem adstricti, causas atque fundamenta sententiæ absque se latæ proferunt. *Ordin.h.tit.* §. Darauff sollen/ etc.

31. Deinde *Commissarij & Consiliarij soli*, momentis causæ ponderatis, id quod æquum, bonumque, decernunt, & priorem sententiam si justam esse cognoverint, eam confirmabunt, aut si erroneam nullamve, & juri contrariam, reformabunt. *Ord. ibid.* Revisores soli causas revidend. ponderant. §.13.h.

32. *Sententiâ priore* per Revisores *retractâ*, parti victrici deposita pecuniæ summa restituitur; & revisorum sententiam Camera exequitur. *Ordin. & tit.* §. Darauff sollen/ etc.

33. Et nullitas vel iniquitas sententiæ prioris, si sine dolo quidem, culpâ tamen, aut errore vel Procuratorum, vel Judicum acciderit, contra nocentes deprehensos, secund. Ord. jurisque præscriptum proceditur. *Ord.h.t.* §. Und ob/ etc. Sententiæ verò ratione habitâ, ejusque intuitu, judices eod. loco parique causa, cum inferioribus judicibus, à quibus appellatum esset, sunto. *Ord.h.t.* §. Und ob solche. 5. Denais. *tit.*271. §.8. Quom. animadv. in nocentes.

34. Sed ex *dict. textu Ordin.* §. Und ob solch. 5. dubium emersit, an sententiâ interlocutoriâ revisâ & retractatâ, causæ principalis tractatio ad Cameram, an ad revisores spectet? Siquidem juri communi consonum est, quando in appellationibus ab interlocutoriis pronunciatur, *benè appellatum, malè judicatum*, quòd non habeat locum remissio, sed causa coram Judice appellationis in principali tractanda sit; Verùm, & hoc casu Cameram in principali manere Judicem: imò si constiterit de dolo Judicum Cameralium, ipsum, qui officio suo non probè functus est, removeri, aliique Adsessori, aliique Consilio causam referendam committi, tenet Benderus *de revis. concl.*14. *quod vide probatum* Ruland. *de commiss. p.*1.*lib.*2.*cap.*21.*n.*19. & Limneo *de jur.publ.lib.*9.*c.*2. *n.*213. cum quibus & ego transeo: nam quæ de inferioribus sinistra gravandi præsumptio, huic juri causam dedit, illa in supremis hisce judicibus, *justitiæ Sacerdotibus, & Curiæ Romano-Germanicæ Senatoribus* meritò cessat. An retract. interlocut. à revisor. caus. princip. ad Cam. spectet.

35. *Sententiâ* autem *priore confirmatâ*, pecunia deposita in sumptuum factorum reparationem, pœnamque ejus, qui revisionem petivit, cedit. *Ordin.h.t.* §. Im Fall aber / da die Urtheil/ etc.

36. Revisore unô, pluribusve emanentibus recusatisve, in annum sequentem revisio differtor: iidemque rursus conveniunto. *Recess.Imp. Augustæ Anno* 1588. Olim, An ob unius alteriusve absentiam cæteri acta revidere queant, vel, An revisio in annum sequentem differenda De Revisoribus emanentibus.

sit, dubium erat. Vid. Benderum *de revision. cap.* 4. *num.* 175. Gyl. *præjud. Cam. verb. revisio.* Limn. *de jure publico c.* 9. *num.* 220. *Hodiè* per *Recessum Imperij de Anno* 1654. §. Zum andern/etc. 129. Hoc dubium sublatum, & sancitum est, ut sequens in ordine advocetur, ad supplendum vices absentis.

Quando tunc Cam. sentent. suam exequatur?

37. Revisores, si non convenerint tempore constituto, vel acta non relegerint, Camera sine mora sententiam suam executioni demandato: ita tamen, si constet, revisionem petentis culpâ impedimentum interveniisse: cæterùm revisionis auxilium salvum sit.

Revisiones locum an habeant in compromiss.

38. *Tertiò* considerandum: (*vid.* §. 25. 5. *h.t.*) in quibus causis revisio locum habeat? Et sciendum, in *compromissis*, sive arbitriis, quæ in Camera locum habeant, (*de quibus vid. lib.* 1. *tit.* 4. §. 71. 72. & junge de hac materia consilium unum aut alterum *Matthæi Wesenbecij*, quem vulgò authorem esse ferunt, in *Causa Nicolai Broms contra Senatum Francofurtanum*, Francofurti typis divulgatum, in 8.) revisioni locum non esse, nisi partes de læsione enormissima conquerantur, de qua liquidò & manifestè ex actis constet, adeoque pravum sit arbitrium, ut manifesta ejus iniquitas appareat: quo casu revisio non neganda, sed locus ei relinquendus. *Recess. Imp. Ratisbonæ Anno* 1594. §. Als auch der Compromiss. &c.

Revisio quib. caus. locum habeat?

39. In causis *L. diffamari*, revisionem locum habere, Gailius arbitratur *lib.* 1. *obs.* 132. *n.* 9. Itemque in sententiis interlocutoriis vim definitivarum habentibus. Gail. *lib.* 1. *obs.* 155. *num.* 6. vel si talis sit interlocutoria, quæ damnum irreparabile infert. *I. L. ante sententiam C. quorum Appellationes non recipiuntur*: ut proinde appellabilis reputetur; permissâ enim appellatione, permittitur & revisio. Vide de hac materia pleniùs Bender. *conclus.* 10. *num.* 8. Reink. *d. loc.* Si dilatio probandi illegitimè, i.e. sine cognitione causæ concessa fuerit, locum habet revisio.

40. *In genere*, in omnibus causis appellabilibus revisio locum habet, *dict. Recess. de Anno* 1654. §. In Fällen/da die *Appellationes.* 125. quæ autem causæ non sunt appellabiles, licèt per modum simplicis querelæ in Camer. introductæ sint, illæ nec etiam sunt revisibiles. §. Zu Abkürtzung 127. *d. Recess.*

Summa revisibilis.

41. Summa omnium causarum revisibilium 2000. Imperialium sortem adæquabit, pensionibus & interesse non computatis. *d. Recess.* §. Zu Abkürtzung/etc. 127. causæ summæ minoris à revisione arcentur.

Revisioni quomodo

42. *Quartò*, videndum (*add.* §. 38.) revisioni quomodo renunciandum?

dum? Hi, qui à revisione recedere eamque prosequi non volunt, sex ante visitationem Cameræ Imperii hebdomadis, *Moguntino Electori* renuncianto, sumptusque eo nomine, (so auff das Auß- und Abschreiben der Revision, und sonsten auffgangen) factos refundunto: Si non revocabunt eo tempore, & per calumniam petivisse judicabuntur, arbitrio Comissariorum & Visitatorum, habitâ ratione personarum & causarum, puniuntor, simulque expensas restituunto. *Recess. Deput. An.* 1557. §. Wiewol ferner Innhalts 23. *Vers.* Und da einer oder mehr / etc. renuncietur?

43. Sportulæ, nisi antè ad manus sumptam à Commissariis actorum revisionem, partes transegerint, perduntor, etiam in casu, ubi revisioni renunciari vellet. *d. Recess. de Ann.* 1654. §. Damit dann auch / etc. 126.

44. *Quintò*, perpendendum, An revisio executionem suspendat? De *hac quæstione* tum in Imperio, tum in Camera aliquamdiu controversia fuit; Nam quæsitum est, si aliqua in sententia contra se lata, Pars revisionem legitimo modo petiverit, eaque per *Electorem Moguntinum* Cam. Imp. denūnciata fuerit, an nihilominùs, ad instantiam partis victricis, & ad cautionem oblatam, in puncto executionis, procedendum; an verò executio usque ad revisionis expeditionem suspendenda; maximè verò, quando visitatio instans, aut revisio subsecutura? V. Consideratio: An executionem suspendat revisio?

45. Diversæ in hac quæstione in Camera opiniones fuerunt; *Alij enim* hoc casu, sine discrimine executionis punctum suspendendum esse, judicârunt, & sine expressa Ordinum Imperii declaratione nihil omninò hoc casu tentandum, & multò minùs decidendum vel statuendum esse. Quia in *Ordinatione Part. 3. tit. penult.* §. Im fall aber / etc. & §. Ob auch die *Revision, &c.* quæstio hæc definiatur, & expressè constitutum sit, sententiam executioni mandandam esse, *si per revisionem confirmata fuerit*, & sic, à contrario sensu, & inclusione unius, res in aliis casibus non videatur planè dubia, & idem in §. Gleichermassen / etc. sequenti confirmetur, *his verbis*: Daß alsdann mit der Execution fürgangen / und nicht weiter / etc. & propterea subsistendum non esse; modò tamen notorium fuerit, partem implorantem in revisione impetranda & obtinenda negligentem fuisse, & ut Commissarii conscriberentur, eam diligentiam non adhibuisse, quam adhibere debuisset: & *Ordinatio* non solùm expressè de casu isto disponat, verùm etiam expressè addat per adversativam, (quæ utique ad priorem casum referenda, an scilicet suspendenda executio, & subsistendum sit?) Dann sonsten / *ut verba Ordinationis habent*, wo der Mangel an der Parthey nicht Opinio affirmans.

gestanden / sol durch Saumniß der Commissarien an diesem beneficio nichts benommen / sondern / etc. quibus *Ordinationis verbis innuitur*, quasi aliàs ad viam executionis procedendo, beneficio isti præjudicaretur, & Revisio per se processum illum impediret, & suspenderet.

Opinio alia, non sine discrimine suspendi executionem.

46. *Alij autem*, & per *majora* contrarium statuerunt, non per omnia, & sine discrimine executionis processum suspendendum; & præcipuè quovis tempore executoriales ad instantiam partium, (si modò hæc locum habituræ sint, ut cùm de definitivæ condemnatoriæ, non de alia, vel etiam interlocutoriæ paritione agitur) decerni, ex Cancellaria emanare, insinuari & reproduci posse, non attento, quòd revisio petita, & futurum sit, ut locum habeat: quia existimatum non est, Revisionem effectum sententiæ vel rei judicatæ per se & ipso jure suspendere, vel revisionem circa hæc aliquid commune habere cum appellationibus à definitiva, prout nec ipso jure ad Revisores jurisdictio devolvatur, (*ut qui nulli quasi adhuc certi sint*) & priori Judici adimatur, quin penes eum aliqua, neque ea exigua illius pars integra remaneat, ut ex sequentibus rationibus ex *Ordinatione* deductis liquidum magis fieri: & faceret *textus in authent. Ut sponsalitia largitas. §. aliud quoque*, ubi *Gloss. per L. unic. C. de sententia Præfect. Prætor.* isque processus nullo cum præjudicio, minimo cum labore instituetur, magnoque fiet temporis compendio in casum seu eventum victoriæ, pro qua præsumptio est, cùm non nisi magnâ & insigni negligentiâ, vel etiam culpâ Judicis retractatio fieri possit.

47. Quousque autem tunc in puncto executionis procedendum, duo casus distinctè positi fuerunt. Aut enim Revisio eod. anno, intelligè, quo sententia lata est, instituitur, aut in annum sequentem & futurum protrahitur: *priore casu* processu quiescendum esse censuêre, quemadmodum etiam reproductione executorialium, & rebus à parte citati agendis, tantum temporis consumendum esset, ut interim Revisio finem sortiatur: *sed altero* casu placuit, processu non prorsùs acquiescendum, sed hinc inde procedendum esse, & causam prætensæ revisionis, quæ & qualis sit, ponderandam, & cognitioni Judicis partibus utrinque auditis submittendam esse, idque ex d. §. Ob auch / etc. vers. Doch anderer Gestalt nicht / als da sich kundbarlich und beweißlich (*scilicet in puncto executionis, alibi enim & jurisdictione penitus suspensa, id innotescere non posse*) erfünde / daß die anruffende Partheye / etc. quibus verbis etiam Judicio Camerali de qualitate seu vitio revisionibus cogni-

tio satis apertè & expressè tribueretur, quemadmodum eâ ratione etiam Cameræ Imperiali aliàs etiam in puncto executionis cognoscendi jus non adimeretur, sed potiùs tacitè concederetur; quemadmodum etiam in hoc & similiter in *præcedenti* §. non ageretur, an in puncto executionis procedendum, vel Jurisdictio pro suspensa habenda, sed an, & in quibus casibus executio realiter, & cum effecto solito, irrevocabiliter *scilicet*, sine omni exceptione, impedimento, appellatione, supplicatione, revisione, ad effectum perducatur, & propterea à quo casu processus executionis, & jam suspensus beneficio revisionis nihil detrahere debeat, quemadmodum etiam in præcedentibus §§. verba illa *sine impedimento*, vel *ulteriori revisione* non sine causa omissa sint.

48. Quamobrem *existimatum* fuit, quemadmodum istis casibus, quibus sententia jam confirmata, aut culpa vel negligentia aliqua eriam partis, unà cum facto Judicis (*intellige revisionis*) non procedentis deprehensa, executio cum effectu plenario fieri posset, ita etiam aliàs, ubi citrà præjudicium Revisio locum habere posset, in eventum procedi posse, in puncto executionis, quia nusquam in Ordinatione, & ne litera quidem unica reperiatur, quòd Cameræ jurisdictio per revisionem petitam quasi inhibitionem suspenderetur, & *argumentum à contrario sensu* nihil hîc ad rem facere, quia ibi, ut dictum est, non tractaretur, aut decideretur, an executio penitus suspendenda, sed an executio perpetuum, & irrevocabilem habeat effectum, ita ut nec impediatur, nec revocetur, & illud etiam regulariter citrà ullum causæ principalis præjudicium fieri possit, cumprimis verò, quia non indifferenter, & sine ulla quasi discretione ejusmodi puncto procedatur, & per cautionem partes satis assecurentur, & res paucis recessibus habendis absque longa actione judiciali expediri queat, cùm non liceat regulariter duplicare in puncto executionis seu paritionis, & omnia ferè penes Judicem sint; qui aliàs tenetur, & quidem maturè, dum omnia in recenti memoria hærent, sub incudem revocare, quæ egit, ut ad revisionem futuram instructus atque paratus veniat, sicut, & quæ ad cautionem, & alia extrinseca pertinent, paucis expediri possint.

49. Sed contra, si processus in puncto executionis diutius, & forsan in multos annos differretur, donec revisio procedat, & expediatur, fieri non posse, quin tàm Judex, quàm partes summè gravarentur, pro quibus tamen stet sententia, & res judicata, quæ non nisi ob graviores iniquitates (minimè hoc in loco præsumendas) retractari, vel annihilari

potest;

potest : prætereà partes, ut dieculam habeant, interea temporis (*quia certæ sunt, quòd pendente revisione procedi non possit*) impunè tergiversaturas, & eò promptiores futuras esse ad traducendum Judicium Imperiale supremum, si penes illas staret, nuda revisionis denunciatione sine ulla cautione, Juramento & pœna, Judicibus manus præcludere: parti verò victrici non solùm in universa causa principali, verùm etiam in eo præjudicari, quòd parti victæ eò licentius in bonis vagari liceret, quòd non citra ambages; in puncto liquidationis, neque unquam integrè refundi aut restaurari posset : Ad hæc etiam revisione finitâ, tempus illud, quo revisio durâsset, consumendum, & punctus executionis de novo inchoandus, & instituendus esset.

50. *Quamobrem existimârunt*, quòd non obstante hujusmodi revisionis denunciatione, interea temporis non incommodè executoriales quandocunque decerni, emanare, insinuari, & produci queant, atque debeant, & revisio denunciata vel significata si isto anno non procederet, & de eo satis & liquidò constaret, diutius in processu executionis non quiescendum : ita tamen, ut Judices antè simili planè modô, quemadmodum aliàs ad futuram revisionem facere solerent, omnia acta & vota, adhibito uno atque altero Deputato, de novo revideant, ponderent & significent, utrùm adhuc planè existiment, sententiam priorem juri consentaneam, & de jure retractari non posse, & rem si ita se habere deprehenderent, eo casu ulterius ad declarationem simplicium, & ad arctiores procedendum esse ; ad declarationem banni autem, quia hoc gravissimum & irreparabile damnum, atque periculum personæ atque vitæ conjunctum haberet, hoc casu procedendum non esse, sed ab eo interim, & tantisper abstinendum, donec revisio ad finem perducta foret, vel saltim ad aliam pœnam, putà, immissionis in bona, vel privationis, descendendum esse, ne eâ ratione executio frivolè temerèque protrahatur, sed processus expediatur, & pars negligens, moramque nectens non impunita evadat, nec sententia & res judicata diu impunè eludatur.

51. Propterea simul, quasi in eventum punctum executionis expediendum, (ut in aliis rebus, quæ in eventum agerentur, fieret) & partibus Exceptiones suas producendas esse, sub comminatione præclusionis viæ, & hâc ratione neutram partem habituram, de quo conqueratur, neque ullâ ratione periculum irreparabilis damni subituram, neque ferè, ut aliàs, multæ disceptationes supervacaneæ, & non necessariæ excita-

ren-

rentur: & partes, ſi negligentes ſe gererent, & præberent, in reviſione promovenda, eo caſu ſine mora atque dubio, more ſolito, & plenariè ad executionem procedendum eſſe. *Dubium Cam.* 122. *apud* Roſacorb.

52. Vide *Receſs. Imp. Spiræ Anno* 1600. §. **Belangend aber** *cauſas Mandatorum, &c.* 151. ubi conſtitutio pragmatica eſt, in cauſis Mandatorum de relaxando captivo, & decretorum alimentorum, reviſionem nemini negandam eſſe, ſed nihilominus, pendente reviſione, injunctæ paritionis de relaxando captivo, ad oblationem & præſtationem debitæ & ſufficientis cautionis, effectum non eſſe differendum, & captivum relaxandum eſſe, quemadmodum etiam in cauſis decretorum alimentorum effectus ſententiæ non ſuſpendendus, ſed ad executionem ſine impedimento procedendum eſſe, & ſanctionem hanc ad caſus & cauſas futuras duntaxat reſtringendam eſſe.

53. Quæſtio ſupra dicta: An reviſio executionem *de jure Ordinationis* ſuſpendat? *Olim* in utramque partem diſputata fuit: Executionem ſuſpendere, inter alios defendunt Frid. Mindan. *lib.* 2. *de proceſſ. cap.* 28. *n.* 2. & Gail. 1. *obſ.* 135. *circ. fin. obſ.* 134. *n.* 3. *& in tract. de arreſt. cap.* 12. *num.* 4. Andr. Knichen *in tract. de privil. Saxon. de non appell. cap.* 5. cujus inſcriptio: *quòd reviſio actorum in Camer. Imp. ſit remedium executionis moratorium.* Petrus Heigius *lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 63. De eadem quæſtione: An per reviſ. ſuſpend. executio? Auctores affirm.

54. Contra hos inſurgit Joh. Ludov. Bender. *tract. de reviſione, concluſ.* 20. *per tot.* adſerens, oblatâ idoneâ cautione, aut in defectum juratoriâ præſtitâ, executionem admitti; conſentit cum eo Thomas Merckelbach *tom.* 2. *Conſilior. Klockij conſil.* 100. *per tot.* ubi *Gailium* foro inſerviiſſe, & reviſoris munus obeuntem, in favorem *Ducis Bavariæ*, quo ſententia Cameræ pro **Ortenburg** lata, retractaretur, contrarium adſeruiſſe, præjudiciumque in *cauſa* **Brandenburg** *contra* **Borcken** in *obſervationibus ſuis* erroneè, & quidem (cùm in eo, reviſione non obſtante, Camera 30. *Octobr. A.* 1562. ad Executoriales proceſſerit) impingendo in rei veritatem, contra ſe ipſum citâſſe *Andream Knichen*, ob repulſam quam in præſentatione ad Aſſeſſoratum tulit, ductu invidiæ, & *Heigium*, quia *Anno* 1600. nomine Saxoniæ Reviſor deſignatus, talia ſcripſiſſe, tuetur. In eadem ſententia perſtitit Schvvanm. *de proceſſ. lib.* 1. *cap.* 75. adducens præjudicium, ubi ſupplicans apud *Cæſaream Majeſtatem* pro inhibitione ad Cameram repulſam tulit, ex eo, quòd hoc dubium futuris Deputatis enodandum jam antè commiſſum fuerat. Negantes.

Quid Anno 1600. hâc parte statutum?

55. Deputati hi per subsecutum *Recessum Deputationis de Anno* 1600. *&c.* §. Als auch Streit/etc. 149. huic dissidio medelam quadantenus adhibuisse videntur, quando statuunt, Revisione pendente, executionem suspendi, exceptis causis captivorum & alimentorum, ad præstitam idonem cautionem, ut & liquidationis puncto, in quo etiam, pendente revisione, procedendum; *remansit tamen adhuc dubium*, an ergò extra hos casus, in *Ordinatione & Recessu Deputationis* expressos, Camera in omnibus, adeoque etiam frivolis & calumniosis revisionibus ad effectum suspensivum admittendis vel denegandis, omni cognitione exuta fuerit?

56. Multi circa hoc Cameræ cognitionem nullam esse sustinuerunt; è contra alii, inter quos *Benderus* & *Thomas Merckelbach* Ordinationem atque Recessus Imperii intelligebant, non de revisionibus palpabiliter calumniosis & frivolis, sed de iis, quæ primâ facie aliquam veri speciem & colorem præ se ferebant, adserentes, si Camera promiscuè omnibus revisionibus evidenter calumniosis deferre teneatur, hoc tanto Judicio, nedum *Cæsareâ Majestate & Imperij Statibus* indignum esse, imò injuriosum maximè reputari, si Imperium tantam malitiam, per diversarum instantiarum diverticula impunè dilapsam, in revisorio adhuc fovere vellet: Status etiam, si prævidissent incommoda ex indifferenti revisionum permissione manantia, earundemque expeditionem in tot annos protractum iri, ut nunc in aprico est, supremi Judicii authoritatem non coarctare, sed ejus habenas relaxare ipsimet necessarium duxissent: absurdum quoque videri, eam authoritatem circa revisionem Cameræ non largiri, quâ inferiora tribunalia in deferendo aut refutando circa frivolas appellationes gaudent.

57. Experientia etiam docuit, multos hoc medio ad calumniam usque abusos esse, & in tantum invaluisse malitiam, ut vix sententia in Camera pronunciari potuerit, à qua ad revisionem pars succumbens non convolâsset, unde refractariorum remedium à plerisque indigitatum; Quare ne *Imperiale hoc Auditorium* litigantium improbitate & mole temerariarum Revisionum tandem subverteretur, ne etiam hoc judicium, (quod, juxta *Recessum Imperij de Anno* 1566. §. Nach dem dann der gemeine/etc. in hunc finem erectum, damit männiglich mit wenigster Beschwärung zu seinem Rechten geholffen werden mögte) à scopo planè aberraret: in *pleno Consilio Anno* 1619. declarando, atque interpretando *Ordinationem atque Recessus Imperij*, circa revisionum ma-

materiam, per generale *Senatus-Consultum*, cujus tenorem vide apud Denaisi. *edit. noviss. in append. pag.* 619. (& in collectione communium decretorum *Anno* 1688. denuò edita, pag. 21.) ordinatum, ut non tantùm circa formalia Revisionis, videlicet, an justo tempore intimata, an requisita adhibita, & quæ sunt similia, sed etiam circa materialia, an illi deferendum, & executio suspendenda sit, cognoscant Camerales: quod ut laudabile à multorum iniquis Judiciis eleganter jam antè *Anno* 1618. vindicavit Thom. Merckelbach *dicto suprà loco*, ubi in hac materia alterius Senatus-Consulti *de Anno* 1613. 11. *Martij* emanati meminit.

58. Ex eo nunc fluit, quòd etiam ante *noviss. Imper. Recessum*, non obstante intimatâ revisione, in *Causa* Meetz *& Conf. contra* Nebeln *Appellationis* 13. *Decembr. Anno* 1650. Vogell *contra* Hanau/ *& Consort. Mandati de relaxando arresto*, 17. *Martij Anno* 1654. Hilling *contra* Oenhausen / *Appellationis* 13. *Decembr. Anno* 1650. *in causa* Detling *contra* Wurmb/ 4. *Junij An.* 1652. Schwindt *contra* Franckfurt/ & in causis centum aliis, paritio per sententiam injuncta, & ad executionem processum fuit.

59. *In Recessu Imperij noviss. de Anno* 1654 §. 124. effectus suspensivus, in revisionibus futuris, in totum sublatus est, modò pars victrix sufficientem præstet cautionem, de restituendo judicatum, ubi in revisorio succubuerit; exceptis causis, religionem & spiritualia concernentibus: *Sic levitas prosiliendi* ad revisorium quadantenus coarctata, Judicii authoritas salvata, justitia ob revisionum in Imperio ultra semisecularem neglectum in revisorio tabescens, & quasi extorris, sedibus suis restituta, & tamen pars succumbens cautione mediante, de recipiendo rem abjudicatam, casu quo, secura reddita est, *Consilio sanè salutari & tempori accommodato.* Jus hodiern. ex noviss. Recess. de effectu revis. susp. sublato.

60. Ut autem per compendium cognoscatur, quæ circa revisionis materiam in dicto *Recessu novissimo* à §. Nach Berathschlagung 124. usque ad §. Das Anno 1613. 134. disposita sunt, præmittendum *Cæsareæ Majestatis* per omnem terram Imperii promulgatum Edictum, circa revisiones, de dato Regenspurg / 31. *Decembris*, *Anno* 1653. Edictum Ferdin. III. de revisionibus.

Wir Ferdinand der Dritte/ etc.

Entbieten allen und jeden Churfürsten/Fürsten/Geist- und Weltlichen Prälaten/Grafen/Freyen/Herren/Rittern/Knechten und Marschallen/Land-Hauptleuthen/Land-Richtern/ Schulteissen/ Bürgermeistern/Richtern/Räthen/Bürgern/Gemeinden/und sonst allen andern Unsern/und des Reichs Unterthanen/was Würden/ Stands / oder Wesens die seyn / denen dieser Unser offener Brieff vor-

kom̃t/ Unser Freundschafft und alles Gutes. Demnach Uns von des Heil. Reichs allhier anwesenden Chur-Fürsten und Ständen/ und deren abwesenden Räthen/ Pottschafften/und Gesandten/ in Ihrem Uns unterm dato 23. diß zu End lauffenden Monats Decembris, in puncto justitiæ eröffneten Bedencken / unter anderm gehorsambst eingerathen worden / weilen von so vielen und langen Jahren her/ die an Unserm Käyserl. Cammer-Gericht zu Speyer noch ohnerledigt hangende Revisions-Sachen / auff eine sehr hohe Anzahl gestiegen / und ungewiß / ob die Partheyen dieselbe alle annoch zu prosequiren gemeynt seyn/ und ob nicht viel derselben per amicabilem compositionem, oder sonsten hingelegt werden mögten/und daher die hohe Nothdurfft erfordert/ daß durch ein allgemeines offenes/an all Craiß außgehendes/und vermittels der außschreibenden Fürsten und Ständten des Reichs/ und auff deroselben bey einer nahmhafften Straff beschehene Forderung / durch dero Beambte und Unter-Richter/an allen Orten notificirendes Edict ein gewisser Termin, nemblich **der letzte Tag nechst künfftigen Monats Maji** angesetzt werde; In welchem ein jeder/ so Revision in Camera gesucht/ sub pœna desertionis, so wol bey dem Cam̃er-Gericht/ als Unsers lieben Neven des Churfürstens zu Maintz Liebden/ als des Heil. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern / sich gebührend anmelden/ und seine Gemüths-Meynung erklähren solle/ ob er die Sache zu prosequiren gedencke / oder auß was Ursachen er solche Erklährung alsobald zu thun nicht vermöge; worbey dann derjenige / welcher seine Revisions-Sachen zu beschleunigen und außzuführen bedacht ist/sich mit den Sportulis, umb dieselbe auff Ziel/ und Zeit/ so ihme dazu bestimmet wäre/ würcklich zu erlegen gefast zu halten/ und benebens seine Gravamina, da er einige zu produciren gemeynt wäre / und in bewährtem Termino damit auffkommen könte/ einzugeben / oder warumb solches nicht geschehen möge/ anzuzeygen hätte; und Wir Uns dann solches alles gnädigst gefallen lassen / und also die Nothdurfft erfordert/ daß solche Unsere Käyserl. Resolution, Erklährung und Verordnung Chur-Fürsten und Ständen des Heil. Reichs/und allen Craisen publicirt und zu wissen gemacht werde; Als haben Wir solches / vermittelst dieses Unsers Käyserl. Edicts / also hiemit ins Reich offentlich verkündten/ und zu männiglichs Wissen bringen wollen; Gesinnen und begehren demnach an E.E.L.L.und And.And.Freund-Vetter-Oheimb und G. andern aber befehlen Wir hiemit gnädigst und ernstlich/ daß die obgemeldt Unserer Käyserl. Resolution und Erklährung in allem gebührend nachkom̃en/ und Ihnen angelegen seyn lassen/ damit in dem obbestimbten Termin derselben gemäß gelebet / und dardurch vermög obbedeuten Bedenckens/ erwehnten Revisions-Sachen abgeholffen werde/ mit der angehengten gnädigsten Versicherung/ daß diejenige Partheyen/ in Vornehmung der Revisions-Sachen den Vorzug haben sollen / welche sich am ersten darzu erklähren und angeben werden; An dem allen thun und vollziehen E.E. L.L. A.A. und Ihr ein gutes und annehmliches / Uns benebens zu gnädigstem Gefallen gereichendes Werck / gegen deroselben hinwiederumb in Freundschafft Käyserl. Gnaden und allem Guten zu erkennen. Geben in Unserer und des Heil. Reichs

Stadt

Stadt Regenspurg / den 31. *Decembris Anno* 1653. Unserer Reiche des Römischen im 18. des Hungarischen im 29. und des Böheimbischen im 27.

Ferdinandt.

Vt.

Ferdinandt Graff Kurtz.

(L.S.)

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Wilhelm Schröder.

61. Edicti hujus causa fuit, moles causarum in revisorio pendentium plus æquo grandior: in quibus operæ pretium & de necessitate erat, cognoscere, quænam partes intereà à lite spontè destiterint, transegerint, liti renunciârint, sine herede mortuæ sint, vel aliter animum à causa abjecerint, de quo Cameræ aut *Electori Moguntino* nihil notificatum. Edicti causa.

62. Plurimi etiam ad hoc Edictum tam *Electori Moguntino* quàm Cameræ, se causas in revisorio pendentes prosecuturos, notificârunt, quos *Amplissimum Collegium* in usum futurum notare jussit.

63. An autem reliqui, qui hoc neglexerunt, juxta *literam Edicti*, revisionem deseruerint, non obstante, quòd Conventus Revisorum seu Visitatorum per *Recessum Imperij de A.* 1654. delectus in tempore præfinito non successerit, & adhuc in herba sit? Aliis dijudicandum relinquitur. *Interim hoc practicatum* constat, quòd pars victrix, contra quam olim revisio petita, in Cancellaria Imperialis Cameræ attestatum, super non renovata, vel reassumpta à parte adversa revisione, petierit, ut revisione desertâ executionem judicati faciliori negotio in Camera quæreret. An Edicto non obsecuti, revisiones deseruisse censeantur.

64. Quia verò præcipua revisionis notabilia, 1. ex Persona petentis. 2. Revidentis. 3. Materia revisionis. 4. Ejusdem tractandi forma, & 5. Fine seu effectu dependent, hanc methodum insequi animus est. Notabilia revisionis jure noviss. informatæ, recensentur.

65. 1. *Subjectum*, seu qui revisionem petere possit? **Wer mit Cammer-Gerichts Urtheil beschwert. §. Nach Berathschlagung.** 124. dict. *Recess. de Anno* 1654. Subjectum revisionem petens.

66. 2. Revidentes, seu qui debeant revidere? **Der beschriebenen Ständte würcklich zu diesem Actu verpflichtete Räthe/ die der Rechten und der Processen wol erfahren / und in den revidirenden Sachen mit advociren/ oder Urtheil sprechen / vorhin nit gebraucht worden / noch sonsten interessirt seyn. §. Damit dann auch zum dritten.** 130. *d. Recess.* **die trefflich erfahren/geschickt und gelehrt seynd.** *Ord. Cam. part.* 3. *tit.* 53. Quinam revideant?

pr. Recess. Imp. de An. 1559. §. Solche vorfallende/ etc. 64. die ansehnlich/ redlich/ gelehrt/ und geübt seynd / weilen billig / daß die jenige / so andere visitiren/auch nicht weniger/ dann die Visitandi qualificirt seyn sollen/etc. *Recess. Imp. de Anno* 1570. §. Dieweil dann ja billich/etc. 104.

Revisionis materia.

67. 3. *Materia revisionis*, seu in quibus causis peti possit revisio? 1. Die Sachen/die ad 2000. Rhlr. Capital/ohn Einrechnung der Zinß und Interesse sich betragen. 2. In welchen die Appellationes, vermög gemeiner Rechten / zulässlich ; Im Gegenfall / sol keine Revisio, / ob gleich dieselbe Sachen per modum simplicis querelæ in Camera anbracht / statt haben : §. Zu Abkürtzung 127. quo loco *simpl.* querelæ causa latè sumitur; quatenus non citationis tantùm, sed & mandatorum causam continet.

Forma tractandæ revisionis.

68. 4. *Ejusdem tractandi forma* consistit vel in *substantialibus* vel in *accidentalibus*. Substantiale 1. est ratione temporis : Daß sie in den vier nechsten à dato der außgesprochenen Urtheil lauffenden Monaten/ bey Chur-Maintz/als Ertz-Cantzlern/außgebracht/und Cameræ insinuirt werden. Nota : *penes Electorem Moguntinum non esse, revisionem rejicere : huic enim ea de re nulla notio per Ordinationem tribuitur.*

An El. Moguntin. revision. rejicere possit?

A quo tempore terminus petendæ currat?

69. *Nota etiam* : per hoc quæstionem olim controversam : An terminus revisioni petendæ præfinitus incipiat currere a die latæ sententiæ, an à die insinuatæ Moguntino revisionis ? De quo textus *Ordinationis* non adeò clarus, nunc esse decisam.

Gravaminum productio.

70. 2. *Substantialia*, ratione gravaminum, sunt : Daß die Revisions-Beschwerdten / da man einige zu producirẽ willens / summariter, kürtzlich und unterschiedentlich/ zugleich bey dem actu intimationis Cameræ übergeben / oder falls man daran behindert / vermittelst des an Bescheinung ein anderwärtiger Terminus begehrt werde. §. In Fällen. 125. Quæ insinuatio & productio judicialiter facienda : secus facientes ad judicium remittuntur : quomodo accidit in *causa* d'Orville *contr.* Porß *Appell.*

71. *Olim*, in ipso puncto revisionis, impetrans causas gravaminum in scripto Revisoribus exhibebat. Et aliquando, an Cameræ hæc gravamina communicanda sint, inter Revisores & amplissimum hoc Collegium *Anno* 1583. disceptatum fuit : de quo vide elegantia apud Gylm. *tom.* 5. *Symph. post supplic.* 71. *fol.* (*mihi*) 296.

Juramentum revisorium.

72. *Tertium substantiale* est Juramentum revisorium, quod præstatur juxta formam in *Ordinatione Cameræ* præscriptam, so wol von den

den Partheyen / als dem Advocato, entweder selbsten / oder vermittelst ihres bestellten Anwalts / (intellige speciali Mandato ad hoc instructo) in besagtem fatali der vier Monat. §. In Fällen. 125. d. Recess. De Statuum Consiliariis, *vid. supra* §. 10. *h.*

73. Si hæc formalia in uno aut altero negliguntur, Revisio deseritur, & pro non intimata habetur: sententia etiam in rem judicatam prolapsa, executioni mandatur, *d. Recess d. loc.*

74. Ad formam *accidentalem* (*vid.* §. 68.) spectat I. Modus revisionem Moguntino intimandi, quod fit per Memoriale seu Supplicam: cujus formam vide apud Schvvanm. *de process. lib. 1. cap. 75. in fin.* Gylm. *in Symphor. tom. 2. part. 3. tit. 5. post Supplic.* 14. & apud Author. *Comitiolog. novissim. p. 5. pag.* 384. De modo revisionem intimandi moguntino.

75. II. Modus revisionem Cameræ notificandi, quod fit, durch ein Chur-Maintzisch Denuntiations-Schreiben / cujus formam vide apud eundem *authorem Comitiologiæ*, *pag.* 387. Quomodo Cameræ notificetur. §. 11. sup. h. t.

76. Revisio autem in Camera exhibetur per Recessum, *ut sequitur*: Auff den 13. jüngst abgewichenen Monats dieses Jahrs eröffnete Urtheil / N. *contra* N. erscheine im Nahmen N. (*qui revisionem videlicet petijt*) Krafft Special Gewalts / den in originali, cum copia übergeb / producire darauff dieses Chur-Maintzische Denuntiations-Schreiben an ein Hochlöbl. Collegium abgangen / cum gravaminibus, bitte / beydes desselben / und angeregten Gewalts auffgetruckter Secreten / auch unterzogener Hand / recognitionem, und weilen darauß zu sehen / daß die Sache in einen andern Stand gerathen / so bitte / der Revision zu deferiren / und mich ad Juramentum revisorium gnädigst förderlichst zu verstatten. Quomodo in Camera exhibeatur.

77. *Nota*: in Camera solere vel Procuratores Cameræ juratos, vel Procuratores extraneos scriptum denuntiatorium exhibere: verùm, quia revisio ad Judicii taxationem tendit, Procuratores Cameræ hactenus non ausi sunt rogare, revisioni deferre, nec ad partis adversæ contradictionem ultrò se intromittere, sed simpliciter exhibendo literas, silere ipsos oportet, Recessus talis fuit: Quinam exhibeant.

Ego auff eröffnete Urtheil / übergeb diß Churfürstl. Mayntzische Denuntiations-Schreiben / und weilen die Sache in einen andern Stand gerathen / als laß es darbey.

78. Hodiè per Procuratorem extraneum communiter notificatio fit, quod & utilius est; Procuratores enim Cameræ, ob respectum, Lib. 2. tit. 2. §. 3.

quem

quem debent huic Judicio, in puncto revisionis Procuratores esse nequeunt, nec ad partis adversæ contradictionem quicquam regerere audent; quod extraneis, cum debita tamen moderatione, concessum.

Procuratores Cameræ revisiones promovere, prohibentur.

79. *Ulterius nota*: non licere Procuratoribus Cameræ juratis revisionem litigantibus suadere, aut eam ullâ ratione promovere; secus si fiat, mulctantur. Sic in *causa* H. H. *contra* J. B. 4. *Julij* 1639. *in Camera* pronunciatum: Ferners ist gegen D. N. N. wegen unzulässiger Production obangeregter Schrifften / vielen überflüssigen recessirens / und daß er die höchste Justitz mit Approbation und Verthätigung der angekündigten Revision, wider geleistete Eyd und Pflichten / taxirt und angegriffen / die Straff zweyer Marck Löthiges Golds / in den Armen-Säckel unnachläßig zu bezahlen / hiemit vorbehalten.

80. Revisioni Cameræ, ut modò dictum, notificatæ, Procurator partis adversæ contradicit, vel impugnando solennia, vel aliter urgendo executionem.

81. *Accidentale* etiam revisionis requisitum, sed tamen inseparabile est, sportularum tùm taxatio, tùm depositio. Taxatio Actorum in causis antiquis pro nunc salvo Revisorum arbitrio Cameræ commissa est. In novis soli Revisores taxant. Depositio, quamprimùm manus Actis applicabuntur, fiet ad Archivum, d. *Recess.* §. 120. Damit dann auch / etc. Die Partheyen. 126.

Finis revisionis. Devolutio.

82. 5. Finis seu effectus (*vid. supra* §. 64.) revisionis est, Devolutio scilicet, quòd de causa, an benè vel malè decisa sit, possint Revisores cognoscere. Suspensio executionis ist in futuris revisionibus auffgehoben / si præstetur cautio: exceptis causis spiritualibus, & religionis negotia concernentibus, §. Nach Berathschlagung. 124.

Cautio à victore præstanda.

83. Cautionis, (de qua modò dictum) subjectum est, das jenige was die Urthel in sich fasset / cujus æquivalens cavendo præstabitur. *d.* §. 124. *Modus offerendi, quoad victorem*, der sol die Cautions-Leistung förderſambst in Camera in scriptis übergeben. *d.* §. *Quoad victum*, mag derselbe wider die Caution excipiren / d. §.

Circa illam procedendi ratio.

84. *Quoad Judicem*, mag derselbe *in liquidis*, wie auch in quæstione, wie Fürsten und Ständte / oder ein Armer zu caviren hätte / seinem Arbitrio nach / urtheilen: *in dubijs*, sol er alsobald bey dem Craiß-außschreibenden Fürsten bey der Obrigkeit / oder per commissionem, sich deßfals erkundigen.

85. *Quoad processum*, in puncto cautionis, sol derselbe mit einer /

oder

oder höchſt zwo Wechſel-Schrifften coram Deputatis geführt / und partibus hinc inde mehr nicht als zween Monat pro termino bewilliget werden.

86. Hactenus de eo, quod in puncto reviſionis, *utpote præliminare*, in Camera tractari adſolet. Nunc ſequitur de reviſionis proſecutione.

87. Gravaminibus exhibitis, pars adverſa unico ſcripto contradicit, omni novo ab utraque parte prorſus remoto. His exhibitis, *Cæſareus Commiſſarius & Deputati Conſiliarij*, vigore Juramentorum, de novo in tali cauſa præſtandorum, cum Præſide & Adſeſſoribus, qui ſententiam tulerunt, omnia & ſingula Judicii Acta, ſumma cum diligentia perlegunt, revident, & perpendunt, deinde Adſeſſores, qui ſententiam conceperunt, in præſentia Deputatorum, cauſas & fundamenta, ex quibus ſententia prolata eſt, indicant, & poſtea Conſiliarii ſoli, abſentibus Adſeſſoribus, deſuper cognoſcunt. *add.* §. 13. & 31. *ſup. hoc tit.* De reviſionis proſecutione.

88. Si ſententia reformatur, Impetranti pecunia depoſita reſtituitur. *Ordin. part.* 3. *tit.* 53. Darauß/ etc. Si confirmetur, eam perdit; & ſi temeritas ſeu malitia ejus, aut advocati, deprehenſa fuerit, luunt in ære aut corpore, ſportulis Reviſoribus, mulctâ autem Collegii uſui applicatis, *d. Receſſ.* §. Damit dann auch/ etc. 126.

89. Executio ex præſcripto *Ordinationis*, ſive ſententia reformata ſive confirmata à Reviſoribus fuerit, nunquam ad Reviſores, ſed ſemper ad Cameram ſpectat, *Ordin. part.* 3. *tit.* 53. §. Darauff ſollen/ etc. & §. Im fall/ etc. & §. Ob auch/ etc. de quo vide latiùs Bender. *de reviſione cap.* 4. *num.* 26. & *cap.* 23. & 24. *per tot.* Execut. ſent. reform. vel conf. ad Camer. ſpectat.

90. Ad reviſionem inchoandam, Moguntinus Elector, deputatis reviſionibus & viſitationi extraordinariæ Statibus notificabit, quæ partes, ſeu qui ad emiſſum *Cæſareum Edictum*, ſe reviſionem proſecuturos, indicaverint, §. Damit dann auch/ etc. 130. *Verſ.* Des Chur-Fürſten zu Maintz Ld. ſollen auch. fin.

91. Camera acta exquiri faciet, & ſalvâ ratificatione Reviſorum, ea taxabit. d. §. 130. Ex deputatis 24. Statibus, quatuor Senatus, & ex his unus ad novas, tres reliqui ad cauſas antiquas ordinabuntur. Concordia ante omnia à Deputatis inter partes tentabitur, §. Wenigers nicht. 133. Cauſæ majoris momenti, vel in quibus periculum armorum eſt, ante reliquas expedientur. *d.* §. 133.

92. Reviſores Status, eorumque rerum Cameralium periti Conſiliarii, per claſſes diviſi, viginti quatuor numero, Spiræ 1. *Novembris*

Anno 1654. rem inchoabunt, visitationi, puncto justitiæ & revisionibus expediendis, usque ad 1. *Novembris An.* 1655. *vacantes*: hos insequenter alii continuantes in eadem statione ad 1. Maji Año 1656. postea singulis semestribus alii succedentes revisionis & visitationis negotia absolvent.

93. Verùm, ut quævis alia, ita & hæc initium, nedum perfectionem adhuc efflagitant. Nam extra *Episcopi Ratisbonensis* & *Ducis Megapolitani* Deputatos, è Statibus prætereà nulli Spiræ comparuerunt, dahero es noch wie vor heist: Es ist wenig nutz / Satzungen zu machen / da denselben nicht nachgesetzt wird: sunt verb. *Recess. Imp. de Anno* 1570. §. Alsdann / etc. 29.

Quo temp. postrema revisio celebrata fuerit? ambiguum.

94. Recessus novissimus *ab Anno* 1582. usque huc in Camera nullas revisiones ordinarias seu visitationes esse celebratas, §. Nachdem nun / 132. indigitat. Limn. *de Jure Publ. lib. 9. cap. 2. num.* 198. Annum 1588. ponit. Sanè, constat, *in causa* Bürgermeister und Rath zu Nürnberg *contra* Friederichen Marggrafen zu Brandenburg / die Craiß-Sachen betreffend / Cæsareos Commissarios & Revisores sententiam 18. *Septembris Anno* 1583. in Camera latam 3. *Julij Anno* 1587. Spiræ in Revisorio confirmâsse: *Anno* 1600. etiam Commissarios & Visitatores Spiræ præsentes fuisse, ex eorundem relicto nobis Recessu visitationis patescit. *Nisi hæ forsan extraordinariæ fuerint.*

Quæ causa neglect. revisionum?

95. Sed eleganter nunc quæritur: Quæ causa hujus in Imperio satis longi neglectus fuerit? Limnæus *citato loco* hanc indigitat: Cùm *Anno* 1588. ventum esset, in ordine Principum Ecclesiasticorum, ad *Germaniæ Primatem* Archi-Episcopum Magdeburgensem, qui tunc temporis Joachimus Ernestus Marchio Brandenburgensis reformatæ religioni addictus fuit, Catholicos Status ut votum & sessionem in Comitiis, ita Revisoris quoque munus eidem denegâsse; & abinde Revisiones Cameræ in hodiernum usque diem, omnium afflictorum dolendis suspiriis, immobiles hærere.

An Cameræ revisor. recus. liceat?

96. Quæritur etiam: An Cameræ liceat Revisores legitimis ex causis recusare? Quod affirmatur *ex Recessu Imperij de Anno* 1559. §. Und nachdem sich / etc. & ita quandoque factum esse apparet ex *dicto Recess.*

An & partibus?

97. An & partibus hoc liceat? Etiam quæritur; Quod æquè adfirmatur, arg. *dict. Recessus*, & sic nomina Revisorum ad instantiam partis in Camera communicanda esse, ut possit contra eos excipere, tuetur post alios Reinkin. *de regim. secul. & Eccl. lib. 2. class. 2. cap. 15. num. 21.*

& sic

& sic observatum *in causa* **Biermund** *contra* **Biermund**/ testatur Gylm. *præjud. Cam. verbo revisio, vers. nomina, &c.*

98. An in Aula Cæsarea admittatur? Adfirmat hoc Author Comitiolog. Ratisbon. *noviss. part. 5. fol. 375. ex Instrum. pacis art. 5. §. 20. vers. quoad processum, &c.* verùm, *Instrumentum pacis* non revisionis, sed supplicationis meminit, ut liceat parti gravatæ à sententia in Judicio aulico lata ad *Cæsaream Majestatem supplicare*, ut acta judicialia denuò, adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utraque religione æquali numero Consiliariis, & qui concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerint, aut certè Referentium aut Correferentium partes non sustinuerint, revideantur, liberumque sit suæ Majestati, in causis majoribus, & unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere. In Aula Cæsar. supplicatio loco revis. usitata est.

99. Ergò in hoc supplicationis separato remedio, nec notificatio ad Moguntinum, nec fatale denunciandi revisionem, nec Revisores Statuum, nec sportulæ requiruntur, quia ab invicem diversa sunt, etiam juxta jus ordinationis. *Ord. Cam. part. 3. tit. 51.* Supplicat. remedium an sit necessitatis?

100. Olim Cæsareæ Majestati liberum erat, viam supplicationis contra sententiam partibus largiri vel denegare, ut consuluit in *ardua causa* **Fulda** *contra* **Würtzburg** Thom. Merckelb. *Consil. Klockij. Cons. 82. num. 27.* Hodiè per Instrumentum pacis ab eo quadantenus secessum, & partibus hoc remedium absolutè concessum apparet.

101. Huic supplicationi suspensivus effectus per *Instrumentum pacis* quidem tribuitur; sed meo judicio non aliter quàm juxta jus commune: *scilicet* ut caveat executionem quærens, secundùm requisita *Auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imper. offerendis.* in quo cum revisione, juxta *jus hodiernum* convenit. An habeat effect. suspensivum?

102. Quia verò, juxta modò dictum *Instrumentum pacis*, hoc unicum suspensivum remedium sententiarum in *Aula Cæsaris* latarum indigitatur: Appellationes, quæ *à sententia Imperatoris* ad relationem aliorum pronunciantis, *vel à Cæsare malè informato*, ad meliùs informandum, *vel à Cæsare ad Imperium*, olim ab aliquibus tentabantur, per hoc non obscurè explosæ sunt. Sicut jam olim à Gailio *1. obs. 155. num. 6.* Petro Heigio *1. quæst. 10. num. 20.* Reinking. *de regim. secul. & eccles. lib. 1. Class. 5. cap. 9.* rejectæ: à Johanne Dauth. verò *in tract. de testament. num. 36. tit. a fol. 68.* & Thom. Merckelb. *in dicto suprà consilio* (an benè De Appell. à Cæsar. malè inform. ad meliùs informand.

vel malè, meum non est judicare) adsertæ sunt. Exempla vide apud Reinking. *d.loco* longo Catalogo relata.

Quæstio singularis.

103. Quæritur quoque, quia revisio in causis de Jure communi inappellabilibus cessat, per text. *in Recessu novissimo de Anno* 1654. §. In Fällen 115. An valeat adhuc, si ex jure speciali & extraordinario, *e.g. Privilegij*, causa inappellabilis sit, sed per modum simplicis querelæ ad Cameram devolvatur? Benderus *de revisione conclus.* 26. *per totum*, illam valere adserit.

104. Sed *Recessus novissimus* regulam generalem ingerit: Daß in Sachen und Fällen / da von dem Unter-Richter nicht appellirt werden kan / auch kein Revisio, ob sie gleich in Gestalt simplicis querelæ daselbst angebracht / statt habe. §. Zu Abkürtzung / etc. 127. quicquid tamen sit, *Benderi* sententiam adhuc veram judico: quia, ubi Jurisdictio Cameræ in prima instantia in causa fundata est, privilegium inferioris vix considerari potest.

A denegata revisi. an revisio. petere liceat?

105. An à denegata Revisione denuò revisio peti queat? etiam quæritur; multi hoc adfirmant, cùm hoc non sit, bis revisionem petere vel concedere, sed denegatam saltem revisionem iterum præhabitâ meliori informatione & cognitione negotii admittere, ita in terminis Alvar. Valascus *Consult.* 51. *num.* 27. *tom.* 1. & Boërius *decis.* 140. & 141.

106. In Camera frequens est, ad denegatam seu refutatam primâ vice revisionem, eam secundâ & tertiâ vice rursum denunciare. Si tamen prima in formalibus defecerit, & per hoc ut deserta refutata sit, nec secunda admittetur: quia vitium primæ transfunditur etiam in secundam. Sic in causa D. contra P. neglectô semel intimandæ revisionis fatali, quoties ejusdem intimatio repetebatur, toties denegata seu rejecta fuit. Quod idem accidit *in causa K. contra F. Appellat. nunc executor. Anno* 1658. & *in causa N. contra L. Appellat. nunc executor.* 14. *Februar. Anno* 1656.

In revisorio succumb. an aliam revision. petere possit?

107. An, qui revisionem petiit, sed in revisorio succubuit, denuò ad revisionem convolare possit? Negatur, quia semel tantùm supplicare licet. *L. si quis adversus.* 5. *C. de precibus Imperat. offerend.* & hoc per *Ordinationem Cameræ part.* 3. *tit.* 53. indubitatum est: litium enim tandem finis esse debet.

Victor in Camera an revisionem revisionis petere queat?

108. Verùm, si qui in Camera victor extitit, in revisione succumbat, an saltem ab eo revisio revisionis peti possit? Magis dubium, & Gordiano nodo intricatius est. Sed, si æquitas, & in Judiciis servanda æqua-

litas

litas spectetur, adfirmativa verior est: quod enim quis in propria persona æquum judicavit, hoc ipsum in alterius persona iniquum dicere, incivile est. *tot. tit. quod quisque juris, &c.* & quod Actori licet, id non debet non licere reo, & vice versâ. Nec minùs Revisores sententiam benè latam in pejus reformare, ac Adsessores in ea ferenda quandoque quid humani pati possunt, ut in hoc legum & Ordinationis adminicula æquè succumbenti in revisorio, ac succumbenti in Camera concedi debeant, ordinatione præsertim nullibi reclamante. Vid. Bender. *Concl. 37. n. 15. & præsertim num. 31. & seqq.*

109. An sub conditione, *nisi ita pronuncietur*, revisionem petere, & Cameræ intimare liceat? In certa facti specie, inter Dn. *Johann. Georgium & Ottonem, Comites Solmenses ab una, & Communitatem* zu Freyensee/ *ab altera parte*, ventilata, aliquando quæsitum est; Comites enim petebant declarationem sententiæ, & nisi ita declaretur, in eum eventum Cameræ revisionem denunciari fecerant. Revisores etiam manum actis admoturi videbantur; sed Camera, wider solch vermeintlich begehrte Revision, Exceptiones coram Revisoribus opposuit, adserens, hanc revisionis petitionem eventualem *Ordinationi* esse contrariam, & exspectandam esse Collegii sententiam in puncto petitæ declarationis. Revisio sub conditione petita, an admittatur?

110. Quare Revisores *Anno* 1583. 28. *Maji* pronunciârunt: Daß die begehrte Revision beschehenem Ansuchen / und darauff erfolgtem Außschreiben nach / nicht anzunehmen / sondern die Kläger in die Unkosten/ deßwegen auffgeloffen/ so hiemit auff 400. Gulden gemässiget/ zu verdammen seyen. Exceptiones Collegii, & sententiam Revisorum, vid. apud Gylm. *Symphor. tom. 5. post supplic. 71. fol.* 3000.

111. Quæsitum etiam fuit, an Camera, ubi causa in revisorio pendet, sed à Judice inferiore aut parte ipsa præmatura executio metuitur, pro inhibitione seu Mandato inhibitorio decernendo adiri posset? Frider. Mindan. *de proces. lib. 2. cap.* 28. Cameram *in causa* Brandenburg *contra* Borcken hoc denegâsse & decrevisse, mögens Supplicanten an gebührendem Ort fürbringen / adserit. An Camera, pendente revisione, inhibere possit?

112. Quicquid tamen sit, Cameram Jus inhibendi habere, ex *jure Ordinationis* etiam defendi posset: non enim in præjudicium Revisionis quid tentat, sed executionem in ejus præjudicium imminens, manusque Judicis seu partis à præmatura executione arcet.

113. *Hodiè* non dubitandum, pendente super cautione lite, (cujus cognitio, vigore *Recessus novissimi*, solius Cameræ est) parti aut Judici

inferiori, executionem præmaturè meditanti, inhiberi posse, cùm hoc sit attentare adversus litis pendentiam Cameræ. Secundò executio non privatâ authoritate facienda, sed ab ordinario causæ Judice quærenda, & terminus executionis, qui juxta dict. *Recessum novissimum de Anno* 1654. non nisi expedito puncto cautionis currit, non est anticipandus.

114. Præmissis omnibus lubet subjicere notabilia quædam, quæ non incommodè huc referri posse videbantur:

A revisoriis Statuum judic. an appelletur ad Cameram?

Quæritur autem: *A Revisorijs Statuum Judicijs* an possit ad Cameram appellari? Et de eo quidem non dubitandum, si illa judicia revisoria pro Ordinariis remediis habeantur. Hinc etiam nuperrimè in diversis causis, ex *Episcopatu Monasterienſi* ad Cameram per appellationem devolutis, decisum fuit, revisorium ibidem pro Ordinario habendum, ac propterea processus decreti sunt.

An à sentent. in judicio restitutionis latis?

Hâc occasione quoque notandum: restitutionem in integrum, in Ducatu *Pomeraniæ* pro ordinario remedio reputari, ac proinde processus decerni: quod ex subnexo attestato liquet:

Copia Attestati, von Chur-Brandenburgischer Hoff-Gerichts-Cantzley in Hinter-Pommern: cujus orig. prod. 31. *August.* 1664. *in caus.* Danitz *contra* Retzmann / *citat. ad videnda se restitui adv. lapſ. fatal.*

Seel. Ehewalt Christian Danitzen Kinder Vormünder wider Dubschlaff Retzmann / in punct. testamenti: Weilen die Pommerische Hoff-Gerichts-Ordnung besaget / daß das darinnen verordnete beneficium restitutionis ein Remedium impugnativum ist / dadurch vorige Urtheil vim rei judicatæ nit erlangen kan; so müssen Supplicanten sothane Hoff-Gerichts-Ordnung in Camera Imperiali produciren / und ist kein ferner Attestatum zu extrahiren nöthig. Sign. Colberg 19. *Novemb.* 1663.

An idem in Episcopatu *Paderbonenſi* obtineat, probatio *in causa* von Kaiñ *contra* von Grothen 18. *Febr.* 1688. per Decretum injuncta est, ita: Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern woferne Supplicant, daß restitutio in integrum in Judicio à quo remedium ordinarium seye / glaublich bescheinen wird / solle ferner ergehen / was recht ist.

An à judic. Leuterationis?

Sic etiam à Leuteratione, in Episcopatu Hildesiensi & Principatu Halberstadiensi usu recepta, ad Cameram appellatur; quod testatur recens præjudicium in *causa* Hessen *contra* das Kloster Michelstein / & documentum, hîc subjectum:

Do-

Documentum, daß die Leuterung im Fürstenthumb Halberstadt *pro remedio ordinario* gehalten werde.

Wie der in unserer Regierung gesprochene Urtheile / und Bescheide Execution suspendirt und verhindert werden / und erstlich von der Leuterung / und wie darinn procedirt werden solle.

CAP. XIX.

Nachdeme auff Sächsischen Boden eingeführt / daß die Leuterung von Bey- und End-Urtheilen admittiret / und die Sententiæ darduch in totum vel pro parte suspendirt werden; lassen Wir es dabey bewenden / jedoch / daß dieselbe nicht alleine intra decem dies, à die latæ sententiæ eingegeben / sondern auch denselben das Urtheil oder Bescheid / dessen Leuterung gebeten / auch die Gravamina, deßhalben die Leuterung eingewendet / expresse inserirt werden / damit sich Unsere Räthe / in Admittirung oder Verwerffung derselben / darnach zu richten haben; Und solle darauff bey nechstfolgender Audienz Bescheid erfolgen / und wann sie angenommen / Leuterant schuldig seyn / dieselbe innerhalb 4. Wochen à die interpositionis, gebührlich zu justificiren / und Leuterat darauff in gleicher Frist excipiren / Leuterant hernacher in 14. Tagen repliciren / Leuterat in derselben Zeit duplicando concludiren / und fernere Gesetze nicht zugelassen / auch mit der Probation dessen / so negirt / wie in prima instantia gesetzet / gehalten werden.

Daß diese vorhergehende Worte sich in der alten und noch bißher gebrauchten Halberstädtischen Cantzley-Ordnung befinden / solches wird / auff Begehren / mit Unterdrückung E. Hochw. Halberstädtischen Dom-Capituls Secret attestirt und bezeuget. Actum Halberstadt / den 5. Junii, 1687.

Utrùm verò *Supplicatio*, qualis in Ducatu Lüneburgico usitata est, pro *Remedio ordinario* habenda? Decisum nondum est: Hinc *causæ* Blachs *contra* Witten / & Storre *contra* Rheten / ex hoc capite adhuc hærent.

TIT. LXII.

De Syndicatu.

Ordinat. Part. 3. Tit. 53.

§. 1. SYndicatus est, quo sententia, per dolum corruptionemve, aut affectum Judicum, prævaricationemve Procuratorum lata, impugnatur. *Ordin. dict. tit.* §. Ob sich aber auß der Partheyen. Confer. *ratione doli*, iterum *Commentarios* Joann. Borcholt. *ad Instit. Lib.* 4. *tit.* 5. adde *supra Lib.* 1. *tit.* 34. Syndicatus quid?

2. Eleganter monet Paris de Puteo *in tract. de Syndic.* tit. d. *offic. Syndici*, *cap.* 1. *n.* 6. non passim scrupulosas contra Judices inquisitiones instituendas, nec Syndicatum indistinctè indulgendum esse: injuriosa, ca- Syndicatus non indistinctè permittendus; & quare?

calumniosa, & insolenti Syndicatione enim nervum justitiæ frangi, authoritatem Judicum deprimi & vilescere, malè feriatos vires & audaciam sumere, Judices à justitiæ administratione absterreri, vel saltem propter hujusmodi vexas ad procedendum lento pede comoveri. Addit Hortens. Cavalcan. *de brachio regio tit. 5 n. 14.* de centum enim Judicibus nonaginta probos reperiri; sed de populi multitudine, quàm paucos.

Ratio petendi Syndicatus.

3. In petendo instituendoque Syndicatu, eadem forma, eædemque processus leges, quæ in revisione, observantur. *Ord. d. tit.* §. fin. V. Auch den Proceß derhalben fürzunehmen.

Syndicatus an execut. suspendat?

4. An ergò Syndicatus æquè executionem suspendit ac revisio? De jure novo dubium ex eo oriri videtur, quia in *Recessu de Anno* 1654. saltem revisionis fit mentio, à qua Syndicatus diversum remedium est; Syndicatus enim dolum, revisio culpam referentis arguit.

5. Verùm, quia per *Ordinationem Cameræ p. 3. tit. 53. §. fin.* Syndicatus iisdem regulis, quibus ipsa revisio, concluditur, exinde forsan non incongruè quis argumentabitur, quod in revisione à Statibus dispositum, hoc & in Syndicatu obtinere: non attento, quòd forsan major ratio suspendendæ executionis propter dolum in hoc, quàm in illo sit.

Prosecutionis processus partem primam de instantia accepimus, (vide sup. tit. 27. in fin. hoc libr. 3.) accedamus nunc ad alteram, quæ de processu executionis est.

TIT. LXIII.

Quid executio, quæ ejus media, & modus seu processus.

Ad executionem quando procedatur?

§. I. POsteaquam sententia Cameralis publicata, in rem judicatam transit, quod fit, si neque *restitutio in integrum*, quæ tamen non calumniosè, nec temerè, sed ex legitimis causis articulatim deductis atque propositis postulanda. *part. 3. Ordin. tit. 52.* neque *revisio*, de qua *parte ead. tit. 53.* adversus illam petita fuerit; (*quod vide mutatum supra tit. præced.*) ad Executionem tum demum proceditur: siquidem sententia legitima est causa executionis, tanquam effectûs.

Executio quid? Quibus mediis fiat?

2. Executio autem est actus legitimus, quo Judex sententiam suam latam, quæ in rem judicatam abiit, exequitur. *Ord. Part. 3. tit. 48. in pr.* Media, per quæ executio fit, sunt tum Executoriales, tum Mandata Executorialia. Mynsing. *Cent. 5. obs. 94. idem Cent. 6. obs. 24. per totum ibidem.* Gail. *pract. obs. lib. 1. obs. 113. num. 1. & 13.*

Executoriales quid?

3. Porrò *executoriales sunt literæ*, quibus Judex sententiæ latæ paritionem victæ parti, sine clausula justificatoria, præfixo ad hoc termino

mino sex septimanarum, & trium dierum, imperat, junctâ citatione ad docendum de paritione, vel videndum se declarari in pœnam insertam executorialibus, aut adducendum causas, quamobrem talis declaratio fieri non debeat. Gail. *d. obs.* 113. *num.* 1.

4. Executoriales duplicis generis sunt, nempè simplices, aut arctiores, *part.* 3. *Ord. tit.* 48. *in princip.* Simplices executoriales sunt, quæ primò simpliciter, sub comminatione tamen pœnæ insertæ, in consueta solitaque forma emanant. Quid simplices.

5. E contrario arctiores executoriales, quæ non absque gravioris pœnæ comminatione emanant, *part.* 3. *Ordin. d. tit.* 48. *prin.* nam si simplicibus executorialibus non obtemperetur, tum denique arctiores, cum annexa comminatione banni, decernuntur, & in contumaciam in pœnam banni proceditur, ob regulam illam juris communem: Crescentibus delictis, (*cujusmodi & contumacia est*) pœnæ etiam meritò crescere debent. Gail. *d. obs.* 113. *in princip.* Arctiores quid?

6. Dictæ executoriales impetrabantur olim, post sententiam in Camera latam, per Schedulam à Cancellaria, sub pœna 10. Marcarum auri, cum termino 6. septimanarum, insinuabantur, & reproducebantur, ut processus alii. Execut. quando olim impetratæ.

7. Quia autem ob tardiorem recursum ordinis, expediendæ executioni impedimento esse videbantur, per *Recessum novissimum de Anno* 1654 §. Damit auch/ etc. 159. Executoriales sententiæ, *quoties executione opus*, nec pars victrix in possessione est, annectuntur & terminus præstandæ docendæque paritionis, pro distantia locorum, ordinariè & communiter ferè 3. mensium in ipsa sententia adsignatur, sub pœna arbitrio Judicis commissa: ut plurimum tamen sub pœna, in executorialibus olim usitata, 10. *scil. Marcarum auri*, & comminatione realis executionis. Hodiè annectuntur sententiæ.

8. Hoc termino effluxo, succumbens per suum Procuratorem paritionem in ordine, quem vocant, paritionis edocet, vel loco paritionis exceptiones aut alia, in puncto executionis admissibilia producit: si terminum negligit, aut Procuratorem triumphantis ordo paritionis post terminum citiùs, quàm illum tangit, hic in suo paritionis ordine paritionem efflagitat, urget, & si planè non, vel juxta sententiæ tenorem defectuosè paretur, petit declarationem pœnæ, & Mandatum de exequendo, *d. Recess.* §. In welchem Termin, &c. 160. Modus procedendi in executione.

Executor. redemptio hodiè cessat.

9. Sic Executorialium redemptiones è Cancellaria, insinuationes, & reproductiones, ut & extensiones earundem adversus Judicem, quæ olim elapso termino paritioni præfinito ex singulari quadam cautela impetrabantur, nunc cessant, & partis succumbentis Procurator, ex fide officii, principalem, ut terminum paritioni præstitutum observet, monere tenetur.

10. Si cui tamen, impetrato documento sententiæ è Cancellaria, (*quod sine difficultate per Schedulam ab ejus præfecto impetrare potest*) adhuc volupe sit, partem succumbentem per ejus insinuationem, an parere velit, requirere; hoc in arbitrio ejus situm est.

11. Si sententia *omissionem* præcipiat, æquè ut in aliis comminatio pœnæ annectitur, quam in casum contraventionis incurrit succumbens, & proceditur adversus illum ad realem declarationem; decernitur adversus tertium Mandatum de Exequendo pœnam commissam, & ipse cautionem de non turbando, vel pro re nata similem præstare jubetur, *Recess. de Anno* 1654. §. In Fällen &c. 162.

12. Loco arctiorum, hactenus sub pœna banni emanatorum, juxta dict. *Recessum novissimum de Ann.* 1654. §. So offt auch der Richter ꝛc. 86. adversus declaratum in pœnam fit comminatio pœnæ dupli, & realis executionis: vel contra non parentem decernitur Mandatum de exequendo, tam pœnam commissam, quàm causam principalem, adversus *Directorem circularem*, den außschreibenden Fürsten; vel adversus Judicem domicilii; vel (si qui horum interesse in causa habeant) adversus alios. *d. Recess.* §. In welchen Terminen. 160. ut plurimum pars impetrans, adversus quem decerni velit, in Recessu indicat, vel se in Cancellaria indicaturum offert.

Mandat. executoriale quid.

13. Cæterùm Mandatum executoriale (*vid. supr.* §. 2. *h.*) seu executivum est, quando Judex ad quem, executionem sententiæ Judici à quo demandat. Mynsing. *d. cent.* 5. *obs.* 94. *& cent.* 6. *obs.* 24. Gail. *d. obs.* 113. *n.* 13.

Quomodo differat ab executorial.

14. Trita illa est distinctio, quòd Executoriales ad partem, Mandata executorialia verò ad Judicem dirigantur. Processus utrobique ferè idem est; si enim non pareat, cui executio mandata est, proceditur ad paritorias, & tandem, crescente contumaciâ, ad declarationem pœnæ. Vide tamen, quoad istam distinctionem, Gail. 1. *obs.* 113. *n.* 13. 15. Schvvanem. *obs.* 171. *n.* 5.

15. Man-

15. Mandatum autem executoriale pari ratione tum simplex, tum arctius est, instar executorialium. Gail. *d.obs.* 113. *n.* 3. sub pœna 10. Marcarum auri puri simplex, sed arctius sub pœna dupli emanat. Mandatum executivum duplex.

16. Hoc *singulare* est, si quis executioni à Camera demandatæ violenter se opponat, quòd incidat in pœnam banni, & procedatur adversus ipsum, *ut in ordinatione, & modò dicto Recessu de Anno* 1654. §. Wegen des *modi exequendi.* 15. conventum est. De facto resistens execut. banni pœnam incurrit.

17. Aliud *singulare*, quòd in causis Mandatorum sine clausula, in puncto executionis, utraque via petendi arctiora, vel Mandatum de Exequendo, sed non nisi alternativè concessa videtur, ex *resolut. Cam. de Anno* 1657. 5. & 24. *Septemb.* Dnn. Procuratoribus communicatis. §. 8.

18. Loco Mandati Executorialis, rogatur ut sæpè *Mandatum inmissoriale*, maximè, si actio realis instituta fuerit: vel executoriale & immissoriale simul, pro causæ qualitate & impetrantis arbitrio. Mandatum immissoriale qu. rogetur.

19. Ante terminum in sententia præfinitum, Mandatum executoriale rogare frustraneum est: hoc enim tempus judicati, ex *ordinatione* & *recessibus Imperij* parti succumbenti indultum, ipsi non est auferendum.

20. Mandatum executoriale rogatur vel *judicialiter* vel *extrajudicialiter*. Hodiè extrajudicialiter vix decernitur, idque ad evitandam præmaturam executionem: & quia pars succumbens in termino paritionis faciliùs nunc quàm antè audiri, eoque prævio, quod juris est, judicialiter decerni potest. Mandatum Execut. extrajud. vix decernitur.

21. Si tamen pars succumbens vel insufficienti paritione, vel frivolis Exceptionibus, vel frustraneis prorogationibus, Judicem Judiciumque fatigare non desinat, & sententia præambula, daß die Arctiores, oder das gebettene Mandatum de Exequendo, ohne ferner Anruffen / auß der Tantzley gefolget werden sol / præmissa fuerit, ad supplicam extrajudicialem sæpè Cancellariæ injungitur, ut sine ulla partis triumphantis ulteriori imploratione in judicio, Mandatum de exequendo extradat: ita sæpiùs, & nuper adhuc 20. *Septemb. Anno* 1659. in causa *P.* contra *M.* observatum. Limitatio.

22. Et hæc de mediis executionis: (*vid.* §. 2. *h.*) nunc deinceps de ejus modo seu processu generatim dicendum est.

23. Cùm autem omnis Processus duplex sit, alius ordinarius, alius extraordinarius, ut *Dd. & Interpp.* communiter & unanimiter Processus execut. duplex.

tradunt; utrumque processum in puncto executionis, diverso tamen respectu, locum habere respondetur.

Ordinarius quando habeat locum? Quando extraord.

24. *Ordinarius Processus* locum habet, quando actio in factum ex capite judicati proponitur, & ordinariè deducitur: *Extraordinarius* verò, quando nobile officium Judicis, non tamen in formam seu modum actionis, sed simpliciter & summatim, pro expedienda executione sententiæ, imploratur; Isque in Camera Imperiali locum habet, *Part.3. Ordin. d.t.48. per totum.* Gail. *obs.*113. *n.*9. *&* 10.

Extraord. Process. subdivisio.

25. Prætereà cùm extraordinarius Processus subdividatur, isque sit talis, vel ratione ordinis, vel probationis; quæri etiam poterit, uter ex duobus illis processibus extraordinariis adhibendus sit? Et priorem, nempe ratione ordinis, locum habere, respondetur, teste Gail. *d. lib.*1. *pract. obs.* 106. *n.* 3.

Quæ declaratur.

26. Ratione *Ordinis* ideò dicitur summarius, quòd in eo de plano proceditur; Ratione *Probationis*, quòd semiplenæ probationes admittuntur. Quod tyronum causâ in re obscura adjiciendum.

27. Quemadmodum autem ordinarius Processus certos suos terminos, utì vocant, seu Actus habet; ita quoque extraordinarius nonnullos suos Actus habet, sed tamen longè diversimodos.

Actus processus extraordinarii.

28. Nam in primo termino, qui executorialibus præstitutus est, Processibus impetrantis nomine reproductis, à parte ejus, contra quem emanârunt, de paritione docendum, aut contra executionem excipiendum est. Gail. *d.obs.*113. *n.*4. Imò *hodiè*, (missis executorialibus) in termino paritioni præfinito, vel ad minimum in proximo post terminum adveniente ordine paritionis, de paritione docendum, aut contra executionem excipiendum est.

Quæ except. in exc. admissibiles?

29. Atqui objectæ exceptiones non facilè, nec omnes indiscriminatim admittendæ sunt; Merita causæ enim in puncto executionis non recoquenda esse, ne crambe bis cocta fiat, in *Recessu Visitationis de Anno* 1586. §. *pen. & ult. & de An.* 1572. §. Dem alten Sprichwort ꝛc. 18. jam antè dispositum.

Distinctio hîc adhibenda.

30. Proinde inter Exceptiones hac in parte diligens adhibenda est distinctio, cujusmodi hæc est: Aut Exceptiones oppositæ merita causæ concernunt, aut contrà; *Priore casu*, executor Exceptiones allegatas ad priorem Judicem remittere, nec desuper cognoscere debet; *Posteriore casu* executor quidem desuper cognoscere potest: & siquidem

dem appareat, illas relevantes esse, & executioni obstare, ad priorem Judicem remittere, & executioni supersedere debet; Si autem irrelevantes exceptiones esse, executor animadverteret, tunc ille, non attentis iis, sententiam exequatur. Gail. *d. obs.* 113. *n.* 8.

31. Adeoque reprobanda maximè est facilitas quorundam, qui gratificando parti succumbenti quaslibet faciles Exceptiones ad Cameram remittunt, interim executionem retardantes, ad hoc ferè, ut Camera & pars triumphans novo labore fatigentur.

32. Quamvis autem Ordinat. *P.* 3. *T.* 48. simpliciter contra Exceptionem oppositam in causa executionis replicationem permittere videatur, tamen per *Mem. Visit. An.* 1572. §. Dem alten Sprichwort nach ꝛc. 18. sancitum est, quòd Judex Exceptiones objectas in primo termino accuratè attendere, & trudinare debeat, ne temerè terminum ad replicandum concedat.

33. Si Executorialibus intra tempus præfixum non pareatur, in paritionis termino, à parte victrice executorialium processibus reproductis, partis succumbentis contumacia accusanda, & parti victrici arctius Mandatum sub pœna banni postulanti decernendum, victusque, si obstinatè contumax sit, ob contumaciam in pœnam & bannum declarandus est. *Part.* 3. *Ordin. d. tit.* 48. *in princ.* & §. Würde aber ꝛc.

34. Quæ ita de *Processu executionis* extraordinario, in Camerali Judicio usitato, pro ratione temporis, & fine *tertio Libro* imponendo, obiter proposita sint.

PANDECTARUM CAMERALIUM, *SIVE* JURIS CAMERALIS, *LIBER QUARTUS.*

DE JUDICII CAMERÆ PERSONIS.

TIT. I.

Personarum Cameralium nomine, quinam intelligantur, & de earum divisione.

§. 1.

EXplicatâ Jurisdictione Cameræ, *lib.* 1. itemque Processu Judiciariæ Audientiæ, *libr.* 2. & Causarum, *libr.* 3. sequitur nunc de *Personis Cameræ.*

Personæ Camerales quæ?

2. Personarum Cameræ Imperialis nomine intelliguntur, qui Cameræ Imperiali operam idoneè navant. Unde de Personis Cameralibus non, nisi idoneis recipiendis lex Ordinationis generalis est, *Part.* 1. *Tit.* 3. *in princ.*

Quales?

3. Personæ Camerales duplicis generis sunt: Necessariæ, vel minùs necessariæ; minùs necessarias etiam Theoretici *utiles* appellant.

Quæ necessariæ?

4. *Necessariæ* sunt, sine quibus maximè Judicium subsistere nequit: Subdividuntur in primarias & secundarias. *Primariæ* sunt, quæ primas in Judicio Camerali tenent; Cujusmodi est, tùm *Judex*, tùm *Judicis Vicarius*, qui & *Præses* dicitur. *Secundariæ* sunt, quæ secundas tenent; Cujusmodi sunt *Assessores.*

Quæ minùs necessariæ?

5. *Minus necessariæ* sunt, sine quibus equidem judicium subsisteret, sed adhibitæ faciliorem exitum judicio præbent. Hæ vel partibus litigantibus, vel negotiis Judicii expediendis inserviunt.

6. *Quæ partibus inserviunt*, sunt Advocati & Procuratores. Iidemque sunt vel Fisci vel Principalium. Advocati & Procuratores Fisci sunt, qui publicè cuivis, privatim Fisco constituti sunt.

7. Personæ Cameræ inservientes, præstant operam in judicio, vel

vel extra: Extra judicium inservit *Quæstor*, der Pfenningmeister. In Judicio, nimirum vel administrando, ut est *Administrator*; vel administratori parendo. Personæ, quæ parent, sunt Cancellariæ, vel viliores.

8. Cancellariæ negotiis occupatæ personæ sunt, *primò*: Protonotarii & Notarii. *Secundò*: Lectores, & Magistri Tabellariorum. *Tertiò*: Ingrossistæ & Copistæ. *Quartò*: Famulus & Pedellus.

9. Personæ vilioribus officiis occupatæ sunt tabellarii. *Hucusque ita de ipsis personis Cameralibus: Sequitur nunc de earum officijs.*

TIT. II.

De Judice Cameræ Imperialis, & ejus Officio; itemque Vicario.

§. 1.

JUdex universi Judicii Cameralis *caput atque Director* est. Ordin. *Part. 1. tit. 7. §. final. & tit. 9. in princ.* Unde ipsi, & non *Imperatoriæ Majestati*, cujus vices sustinet, Supplicationes & omnia producta inscribuntur: *In quo exteri plurimùm errare solent.* Judex Cameræ quis?

2. In ejus persona potissimum duo consideranda sunt, nempe constitutio Judicis, & constituti functio seu officium. *Constituitur* autem, vel nominatur à *Cæsarea Majestate*, aut *Romanorum Rege*, qui Cæsaris loco est. Ord. *Part. 1. tit. 1. §.* Nemlich / *& tit. 4. in princ.* Ejus constitutio à quo.

3. Judice Cameræ vita defuncto, vel munere abs se abdicato, *Cæsar* extemplo certior redditus alium subrogare tenetur. Ordin. *Part. 1. tit. 4.* Interim, si neminem defunctus, Adsessorum consensu, sibi destinâsset Successorem, Comitum vel Baronum Collegii unus ab Assessoribus *vice Judicis* eligitor: isque eo munere perfungitor, dum vel alius ritè sufficiatur, ipseve in officio confirmetur; hunc in casum alius ipsi Comes vel Baro in Adsessoribus succedito. Ordinat. Camer. *Part. 1. Tit. 4.* Ipso defuncto quomodo successio ordinetur?

4. Qualitates seu Adjuncta Judicis Cameræ sunt, ut sit vir strenuus, & gravis, Judiciique facultate præditus, ex Imperio oriundus, & Ordine Principum Ecclesiasticorum, vel secularium, aut saltem Comitum, & Baronum Imperii delectus, (*Secularis tamen, si quis sit, Ecclesiastico præfertur,*) ad judicandum idoneus, iterumque experientia valens, non solùm consuetudinum & Statutorum Germaniæ benè gnarus, verùm etiam peritus Processûm judiciarium dirigendi, & controversias tollendi, ac talis omninò esto, quam cæteræ Imperialis Judicii personæ revereantur. Ordin. *Part. 1. tit. 1. & tit. 3. pr.* Qualitates ejusd. Judicis Cameræ.

5. Et

Ejusdem stipendium.

5. Et honorarium seu stipendium Judici, diverso respectu diversum constitutum: Nam si ex Comitum vel Baronum ordine est, duo millia florenorum illi penduntur; Si verò Princeps est, tùm salarium dignitatis & eminentiæ intuitu augetur. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 43. Vide de hoc Judicis Cameræ salario per *Recessum noviss. Ratisb. de Anno* 1654. *adaucto tit.* 16. *infr.*

Officium Judicis in genere.

6. Sequitur nunc officium Judicis in genere. Judex totius Judicii caput, norma atque ordinationis custos vindexque sit acerrimus; ex fide officii negligentes, & delinquentes castiget; mulctas per pedellum colligat; nemini unius rei intuitu pareat: Denique se talem gerat, ut & apud alios honor, reverentiaque, & in exequendo munere authoritas inviolata consistat. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 3. *&* 9.

7. In obeundo munere assiduum se rigidumque, eo tamen respectu, quo par est erga ejusmodi dignitatis gradusque viros, juxta *Ordinationem* se exhibeat. *Memor. Visitat. Anno* 1562. *pr. &* §. 1. *&* 4. Per Senatus Assessorum relationes & suffragia diligenter observet, ut ritè omnia peragantur provideat, aliena & superflua amoveat, celeritati & expeditioni studeat. Ord. *Part.* 2. *tit.* 10. *pr.*

8. Sententiam efflagitantibus importunè, hoc tantùm respondeat, relatum iri suo quamque causam loco & ordine: à quo vero, quando, quove Senatu, id prudenter celet. Ordin. *ibid.* §. Es sol auch / ꝛc. 8.

9. Assessoribus in diversos Senatus distributis, Judex, ut suo quisque loco manè in tempore adsit, operam dato: in auditorio communi otiosè prius congregari ne permittito. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 10. §. Und so solche. 12.

10. Ordinem in referendis causis, dicendisque sententiis conservato, eximere se conantes ipse Præsesve causam roganto, sæpius & sine causa factitantes, Constitutionem de Adsessoribus indignis experiuntor. *dict. tit.* §. Es sollen auch ꝛc. 13. & §. Und so der. 14. Relationes, sententiarumque dictiones ne turbato, neve interpellari ab aliis sinito; nemini interim assurgendi, aliena tractandi, discurrendique facultatem dato. *dict. tit.* §. Item / es solle. 15.

11. Iteratò sententias tùm demum rogato, cùm justa subesse causa videbitor. *d. tit.* §. Es sollen auch ꝛc. 22. In secunda vel tertia rogatione priora prolixè repeti prohibeto. *d. tit.* §. In solcher ꝛc. 13. In Audientiis, ut dictata rectè excipi possint, silentium & attentionem procurato, delinquentes pro merito punito. Ord. *Part.* 1. *tit.* 11. §. In offentlichen.

12. Au-

12. Audiendis causis tùm antiquis, tùm novis, ordinem cum Adsessoribus statuito, *dict. tit. in princ.* Longiores inanesque Recessus interpellato, atque in scriptis agere compellito. *dict. tit.* §. **Als man auch** &c. 4. (*vide etiam de hoc inhibitionem acerrimam in Recessu de An.* 1654 §. **Gleicher gestalt** &c. 98.) Procuratorum verba superflua celeritatemque in loquendo nimiam inhibeto. *d. tit.* 11. §. *ult.*

13. De causis referendis, submissionumque vel vetustate vel Privilegio, diligenter inquirito, si ordo invertatur, causas exquirito. *Memor. Visit. de Anno* 1571. §. **Von Anfang einer** &c. 11. Distributorum Actorum Indices seu repertoria, in quibus conclusionis distributionisque tempus & articuli submissi continentur, non minùs quàm lectores habeto. Ord. *Part.* 1. *tit.* 10. §. **Und damit der** &c. 6.

14. Præter Actorum Indicem, alium indicem sive repertorium rerum gerendarum Judex habeto, unde & suo quæque tempore, citra causarum partiumve detrimentum, proponantur, & res semel decisæ ne quicquam instaurentur, sed executioni dentur, utque semel cœpta, ac aliquo casu interrupta, ad finem primâ quâque occasione perducantur. Ordin. *dict. tit.* §. **Damit auch** &c. 26.

15. Qui arcana Judicii efferre putabuntur, in eos Judex Consilio Adsessorum, diligenti inquisitione habitâ animadvertito. *Judic. Camer. Memor. de Anno* 1557. §. **Und dieweil.** 7. *in fin.*

16. *Et hæc de officio Judicis*, si præsens est, in genere breviter dicta sint. Quod verò attinet ad officium Judicis in specie, quod non unum seu simplex, sed varium, & multiplex est, utpote in Assessoribus recipiendis, vel minùs idoneis repudiandis, sicut & in aliis compluribus actibus, tùm judicialibus, tùm extrajudicialibus, aliisque in rebus exercendis; de his alibi forsan dicendi locus erit. Officium Judicis in specie, remissivè.

17. Quòd si verò Judex absens est, tùm *Vicarius ex Præsidibus* adhibendus est. Est autem Vicarius Judicis, qui Judicis absentis vices sustinet, *Memor. Visit. Anno* 1577. §. **Damit auch** &c. 5. Judicis Vicarius.

18. Judex enim, à Judicio absens, vel morbo vel negotiis per mediocre temporis spacium avocatus, partes suas, voluntate & consensu Assessorum, alicui de Comitibus vel Dominis, quos *Præsidentes* appellant, & in Assessorum numero sunt, vel alii demandat. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 22. *in princ.*

19. Quomodo autem ab Imperatore Præsides constituantur, vid. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 1. §. **Nemlich wollen** &c. Quamvis autem olim duo Præsidum Constitutio & numerus.

tantùm Præsidentes constituti fuerint. Ordin. *part.* 1. *dict. tit.* & §. Tamen hodiè illis tertius additus fuit. *Recess. Imp. Anno* 1570. §. Nemlich wollen wir. 51. Ast per *Instrumentum Pacis art.* 5. §. 20. quartus, ita, ut duo horum Augustanæ Confessioni sint addicti.

Præsidum officium, quà sunt Judicis Vicarii.

20. *Vicarijs Judicis* & Præsidentibus, etsi pleraque omnia officia incumbant, quæ Judici ipsi: attamen singulariter quædam illis injungenda sunt. Itaque Vicarius in Consilium adhibitis Deputatis Assessoribus negotia Cameræ extraordinaria expediat, & nihil pro suo lubitu faciat.

21. Si extraordinaria negotia in pleno Senatu tractanda fuerint, Judicem certiorem reddat, eidemque significet, & num ipsemet tractationi interesse velit, sciscitetur. *Memor. Visit. Anno* 1577. §. Damit auch kein Præsident. 5. De rebus extraordinariis, quicquid Judice absente tractatum est, ad Judicem redeuntem deferat, ut in illis suo officio fungi possit. *Memor. Anno* 1577. *dict.* §. 5.

22. Quamobrem rebus illis extraordinariis tractandis & expediendis semper Protonotarium vel Notarium aliquem adhibeat, qui id, quod concluſum est, in peculiari Protocollo consignent. *dict. Memor. Visit. Anno* 1577. *eod.* §. 5. Et rerum omnium, Judice absente, tractatarum, peculiare regestum habeat, ex quo Judicem de omnibus & singulis edocere queat, *dict.* §. 5.

23. Et non solùm Judicem de causis extraordinariis, & extra Collegium incidentibus, verùm etiam de excessibus, ἀταξία, denique de rebus omnibus, quæ in absentia Judicis accidunt, Judicem redeuntem edoceat, ut officium suum in omnibus facere possit. *Mem. dict. An.* 1577. §. 7.

24. Sed & in gravioribus causis semper Notarium adhibeat, qui quicquid deliberatum est, diligenter consignet, *Memor. eod.* Si peregrinandum ipsi fuerit, Judici significet, ut alium ipsi substituat, *ibid.* Senatum plenum non convocet, nec ad convocandum, sive per Deputatos, sive per alios se commoveri patiatur, nisi Judici antè significaverit. *ibid.*

Præsidum officium singulare.

25. Ad *Præsidentium Officium* quod attinet, his singulariter, & similiter injungatur, ne illi plenum Senatum, sine Judicis venia, atque consensu, convocent, sed ordinariis suis expeditionibus, & Justitiæ administrationi, in quem finem constituti sunt, summâ diligentiâ incumbant, aliaque negotia omnia extraordinaria ad Judicem deferant. *Memor. Visit. Anno* 1577. §. Wann nun. 1.

26. In

26. In causas, submissionesque relationi paratas, earumque ætatem, qualitatesque inquirat, Ordinis immutationem roget. *Memor.* 1571. §. Von Anfang. 11. Commissas Adsessorum pœnas, sine respectu exigat, interque neglecta distribuendas curet. *dict. Mem.* 1571. §. Es wird auch. 4.

27. Relationibus adsistat, promoveatque: à proposito aliena, & parerga inhibeat. *Jud. & Adsess. Memor.* 1574. §. Die Herren Präsidenten &c. 2. Supplicationum, maximè iteratarum, tertiarumque expeditioni, & æqualitati studeat. *Judic. & Adsessor. Memorial. de Anno* 1575. §. Die Präsidenten. 9.

28. Præsidibus munus suum citra gratiam ambitionemque exsequentibus idem, qui Judici honos eademque observantia exhibetor. *Judic. & Adsess. Memor.* 1600. §. Uber welches alles. 9.

29. Ipsis, cum Judice rectè conveniat, simulque in emendationem corruptelarum & concordiæ communis conservationem incumbant. *Judic. & Adsess. Memor. de Anno* 1577. §. Darumb auch die. 7.

30. Veniam, seu abeundi potestatem justis ex causis concedant, non tamen nisi ad biduum triduumve, & bis in Anno. *Consult. Camer.* 1587. *cap.* 3. Idque de Consilio duorum Assessorum præsentium. Denaisius. *Verb. commeatus.* §. 10.

TIT. III.

De Assessoribus Cameralibus, & eorum Officio.

§. 1.

Assessores Judicii Cameræ sunt, qui proximum à Judice locum tenent, eidemque assident, & omnem operam in cognoscendis & dijudicandis causis præstant. Unde non simplices Assessores, *juxta Jus Justinianeum*, sed ipsi (*quasi*) Judices sunt, ad hoc constituti, ut causas in judicio Cameræ propositas cognoscant, & decidant. Ordin. Cam. *Part.* 1. *Tit.* 13. & 14. & exinde passim in *Ordin. Cam.* appellantur Urtheiler ꝛc. vide *Part.* 3. *tit.* 53. §. Ob sich aber ꝛc. Assessores, qui sint, & quales?

2. Iidemque sunt Comites vel Barones: aut equestris Ordinis, & Jureconsulti. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 1. In quibus primò, tum *Ortus*, tum *Natio* diligenter consideratur. *Ortus*, ut sint ex justo & legitimo matrimonio procreati. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 31. *per tot. ibid. Natio*, ut sint ordinariè, & regulariter *Germani*. Ord. *Part.* 1. *in princ.*

Originarii præferuntur extraneis.

3. Nec immeritò originarii extraneis præferuntur: cujus hæc ratio est, quia originarii meliùs censentur scire mores & consuetudines ejus Provinciæ, ex qua sunt oriundi. Mynsing. *d. cent. 4. obs. 30. per tot. ibid.*

Assessorum præsentatio.

4. Deinde etiam in Assessoribus tum *Nominatio*, tum *Electio* attendatur. Est autem Nominatio actus legitimus, quo hic vel ille pro Assessore Camerali nominatur & commendatur. (*Vulgatiori nomine dicitur præsentatio.*)

Qui nominent ipsos.

5. Nam *primò* Cæsar Cameræ Assessores ex Comitum ordine binos, binos ex Jurisconsultis, & contemplatione hereditariarum provinciarum, binos equestris ordinis: Electores senos, Circuli duodenos nominent. Ordin. *Part. 1. tit. 1. §. 3.* Præter Superiores, Electores alios duos, circuli senos nominandi potestatem habeant. *Recess. 1566. §. 74. 75.* His Cæsar ex Comitibus, vel Baronibus unum: Electores duos: 6. Circuli, junctis Austriâ & Burgundiâ Provinciis, senos per vices adjungant. *Recess. Imp. 1570. §. 51.*

Numerus Assessorum ex Instrum. pacis.

6. Juxta *Instrumentum Pacis* & *Recessum novissimum de Anno* 1654. §. Demnach auch im Frieden-Schluß. &c. 169. Adsessores 50. erunt. *Imperator ordinat* Judicem, quatuor Præsides, & ex his duos Augustanæ Confessionis: item duos Adsessores. Reliqui Adsessores ordinantur à septem Electoribus, (*Regi enim Bohemiæ, quà Electori, nulla præsentatio competit,*) & novem circulis, Austriaco, Burgundico, Franconico, Bavarico, Suevico, Rhenano Superiore, Westphalico, Saxonico inferiore, & superiore, ita ut inter hos duos alternetur.

7. Olim à sex saltem Circulis nominabantur, excluso Austriaco & Burgundico. Ord. Camer. *Part. 1. tit. 2. Hodiè* quia numerus Adsessorum adauctus, juxta *Recess. Imper. de Ann. 1570.* §. Wann aber künfftiglich &c. 53. Austriacus & Burgundicus Circuli ad præsentandum non minùs quàm alii admittuntur.

SCHEMA PRÆSENTANTIUM.

8. *Assessores Catholici præsentantur:*

		ab
Imperatore		2
Electoribus	Moguntino	2
	Trevirensi	2
	Colonienſi	2
	Bavarico	2

Circu-

Circulis	Austriaco	2
	Burgundico	2
	Bavarico	4
Circulis mixtis (à parte Cathol.)	Franconico	2
	Svevico	2
	Rhenano superiore	2
	Westphalico	2

9. *Adsessores Augustanæ Confessionis præsentantur:*

ab		
Electoribus	Saxonico	2
	Brandenburgico	2
	Palatino	2
Circulis	Saxonico superiore	4
	Saxonico inferiore	4
	Et hi duo alternando	1
Circulis mixtis (à parte Evang.)	Franconico	2
	Svevico	2
	Rhenano superiore	2
	Westphalico	2
	Et hi quatuor alternando.	1

10. Circuli etiam Bavarici *Augustanæ Confessioni* addictis, sua libertas in hoc passu relicta est. *Instrum. Pac. art. 5. sect. 20. §. ult.* vide de hoc schemate præsentationis *dict. Instrum. Pacis eod. loc.* §. 57. ubi de Assessoribus Augustanæ Confessionis, & *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Demnach auch im Frieden-Schluß. 169. ubi de Assessoribus Catholicæ Religionis.

11. Notandum tamen, schema præsentantium plenè formam suam integrantem nondum accepisse. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. *Notandum.* 30. Et præter Episcopos Wormatiensem, Spirensem, Argentinensem; Principes, Palatino-Simmeranum, Bipontinum & Hessum, qui præsentationes hactenus peregerunt, alios in hoc circulo Rhenano Superiore esse, qui prætensiones suas dirigunt in Jus præsentandi. *d. Recess.* §. In den Ober-Rheinischen Crayß &c. 33. ubi dicitur: Daß die Reichs-Städte erstgedachten Creyses sich von solchem Jure præsentandi nicht außschliessen lassen wollen: *Quarum rationes*, inter alias, feruntur esse: (1.) Quia contribuere coguntur. (2.) Quia præsentatio toti Circulo adjudicatur, non verò solis Principibus. (3.) Quia etiam

in aliis circulis, in specie verò *in Franconico*, Civitates non excluduntur, sed adjunguntur. Ord. Cam. *Part.* 1. *Tit.* 2. §. 1. (4.) Quia Civitates, vigore *Instrum. Pacis* in omnibus tam circularibus, quàm generalibus conventibus votum decisivum habent. (5.) Argumentum ducitur à majori ad minus. Civitates Imp. sunt, juxta cum aliis Statibus, Visitatores & Reformatores Cameræ. *Recess. Imper.* 1532. *tit.* 2. Vom Cammer-Gericht. §. 3. *Recess. novis.* 1654. §. Damit dann. 130. Quod plus est, quàm nominare & præsentare. *add. Recess. Deput.* 1557. §. Nemlich als Anfangs. 4. *ibi*: Syndicos oder Raths-Freunde. &c.

12. Si quis Assessorum suo munere se abdicaverit, vel decesserit, Judex id ei, ad quem tùm nominatio pertinebit, denunciet: is intra sex menses à die requisitionis, duos vel tres alios nominet, idque tamen citra fraudem & ambitum. Ordin. *Part.* 1. *Tit.* 4. Et denunciatio per certum tabellarium transmittatur. Und solle der Bott inständig umb eine gewisse schleunige Resolution anhalten. *Memor. Visit.* 1557. §. 6. Uno enim in præsentando tergiversante, alius ejusdem juris cum eo particeps præsentare potest. *dict. Recess.* 1654. §. Zum Fall auch. 26.

Quot præsentandi sint hodiè?

13. Plures duobus aut tribus simul ne nominentur. *Visitat.* 1573. Si ejusdem Circuli nulli idonei extent, ex proximo petantur. *Visitat.* 1556. §. 18. Sed *hodiè* duos aut tres præsentare non necesse est, sed ex *Constit. novissimi Recessus*, si unus idoneus præsentatus fuerit, Camera illum recipere tenetur. *d. Recess.* §. Gleichwol aber / und dieweil. 27. *Electoribus*, suo arbitrio, vel Nobiles vel Jurisconsultos nominare, liberum est. *Recess. Deput.* 1557. §. Weiter. 18.

Nisi præsententur, quando Camera surrogret?

14. Nisi intra semestre tempus Elector, circulusve nominaverit, intra 14. aut 30. dies Camera, ex jure quæsito & sibi delato, Adsessorem in demortui vel secedentis locum ex Officio surrogat. *Recess. Imper. de anno* 1654 §. Die Ersetz- und Bestellung. 22. A dato tamen dicti Recessus sex illi menses semel tantùm ad annum extenduntur, idque propter multitudinem præsentandorum, *d. Recess.* §. Dieweil aber die Ersetzung. &c. 24.

Electio Assessorum quid?

14. Hæc de *nominatione*: nunc sequitur de *Electione*. Electio Assessorum Cameræ est Actus legitimus, quo hic vel ille, ex nominatis & commendatis Assessoribus, tandem pro Assessore Camerali suscipitur.

Quid in ea observandum.

16. Ex iis itaque, qui nominantur, Judex & Assessores maximè idoneum cooptent: Si omnes non idonei visi fuerint, alios intra constitutum tempus deposcant: quo citra idoneam nominationem transmisso, ipsi

ipsi ejus circuli, de quo agitur, originarium, vel ex vicinia, quicunque videbitur, adsciscant. Ord. *Part.* 1. *Tit.* 4.

17. Si unicus præsentabitur, isque idoneus sit, ejus eligendi potestas sit. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 4. Imò *hodiè* talem eligere tenentur juxta ea, quæ suprà dicta. Si nec idonei Nobiles extent, J. C. in eorum locum suscipiantur. Ordin. *Part.* 1. *Tit.* 3.

18. Unde, si Nobilis cum ignobili præsentatur, & utrique in eruditione æquales inventi sunt, hactenus Nobiles in electione, quandam prærogativam obtinuerunt. vid. Ordinat. Camer. *Part.* 1. *Tit.* 3. *inprinc.* In verbis: So der Rechten gewürdiget &c.

19. Judex & Assessores, omnesque adeò Camerales nulla veteris Religionis, vel Confessionis distinctione promiscuè nominentur, atque seligantur. *Recess.* 1555. §. Als unter andern. 105. Inclusis *Hodiè* etiam Reformatis. *d. Recess. de Anno* 1654. §. Doch solle darbey. 23. In his etiam, qui assumuntur ex officio Assessoribus eadem utriusque Religionis ratio habeatur. *Recess. Deput.* 1557. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Doch solle darbey &c. 23.

20. Duo fratres, alter in Assessorum numerum, in Procuratorum alter ne recipiatur, eodem *Recess. Deput.* 1557. §. Ferner. 34. An autem duo fratres Assessoris munere fungi simul possunt? Quod affirmandum. Sic Dominus *Philippus Tegnagel* in Adsessorem adsumptus, cùm Frater ejus Gregorius jam Adsessorem ageret, teste *Rulando* in Libello, quem inscripsit, *de modo referendi in Camera*: Sic etiam *Balthasar & Johannes Sylvij*, Fratres Germani, uno eodemque tempore Adsessores Cameræ fuerunt. Nec hoc inconveniens, quia in Camera Imperiali sunt aliquot Senatus, inter quos distribui fratres, & in votando sejungi possunt. Assessores an esse possint duo fratres?

21. An Socer, & gener uno eodemque tempore Assessores agere possunt? Quod affirmandum, nulla enim hîc *Ordinationis* prohibitio extat, quare & de præsenti talia indies accidunt. An quis possit esse Procurator, cujus Sororius est Assessor? Et de hoc non est dubitandum; Ordinatio enim non reclamat, & exempla exstant. An Socer & gener.

22. In Assessorum electione, nullâ habitâ consideratione vel Ordinis, vel elogii in nominatione adhibiti, is qui dignissimus habetur, præferatur. *Memor. Visitat. Ann.* 1562. §. 10. De nominatis diligens inquisitio procedat, nisi explorata per relationem causæ industria est, cujusque in suffragium non eatur. *Recess.* 1570. §. Und ob wol. 55. in hac In electione, dignissimus præferendus.

hac præsentationis materia, Ordinat. *Part.* 1. *titul.* 4. strictè servetur. *Recess. Imper.* 1654. §. 22.

23. Nominati Acta, ad industriæ specimen referenda sibi tradita, solos sine ope vel conscientia aliena perlecturos relaturosque, fidem ante omnia dextramque dabunt; hique, qui examini intererunt, de causæ meritis, Actorumve contentis, quæ videbuntur, interrogabunt: relationes apud Acta conservantor, iisdemque iterum, vel tertiò Adsessoratum ambientibus, adeuntor: & cum relationibus novorum competitorum conferuntor. Volentibus ex integro referre jus esto. *Judic. & Adsess. Memor. de Anno* 1600. §. **Damit aber noch.** 16.

24. In creatione Assessorum suffragia purè, non in eventum feruntor, si quid restabit scrupuli, iteratò perquiruntor. *d. loc.* §. **Und damit bey.** 17.

25. Si plures duobus vel tribus nominentur, qui se primò sistunt, examinentur, & ex his, si quis idoneus sit, cooptetur. *Recess. Visit.* 1573. §. 12. Alieni à prisca Religione, vel Augustanâ Confessione, (*Adde*, vel Reformata, *ex jure hodierno*) non adscisçantur. *Memor. Visitat. Ann.* 1577. §. 11. & 1578. §. 4.

26. Ad studium quinquennale in Academiis Germanicis, in Ordinatione requisitum, nulla reflectio esto, sed qualitas præsentati considerator. *Recess. Imper. de Ann.* 1654. §. **Sintemahln.** 28.

Habitus Assessorum.

27. In nominatis & electis etiam habenda est ratio ejus adjuncti, quod *habitus* dicitur. Est autem habitus, *decorus cultus, seu vestitus, qui Assessores Camerales decet.* Habitu itaque honesto, & decoro, reliquisque actionibus præ cæteris conspicui sint, memores tùm sortis suæ, tùm *Imperialis Majestatis*, cujus & locum tenent, & Justitiæ præsunt. Ordin. *part.* 1. *tit.* 8. Cumprimis autem in Judicio & Senatu vestibus honestis, decentibusque compareant. *Memor. Visit. Anno* 1556. §. **Und nachdem.** 13.

Judices Assessoresque Cæsaris & Ordin. Imp. vicem gerant.

Assessores perpetui & togati Imperii Senatores.

28. Assessores enim, quia cum Judice, *Cæsaris unà Ordinumque* in Imperio vicem gerunt, & *perpetui & togati Imperij Senatores sunt*, decenti & honorabili cultu utantur. Et ut id ipsum diligenter observetur, & fiat, Judex provideat, & contumaces eo usque, donec ordinationi satisfaciant, & Senatu & stipendio arceantur. *Memor. Visitat. Anno* 1570. §. **Dann obwol.** 1.

Assessorum Officium.

29. Officium tandem Assessorum sequitur, de quo breviter, quæ sequuntur, observentur.

30. Primò,

30. *Primò*, Assessores soli *Judicio Camerali* operam navent, & ab aliis negotiis, mercimoniis, advocationibus, consultationibus Judiciorum litiumque alienarum, penitus abstineant: A *Cæsaris*, atque aliis commissionibus immunes sint: à jure dicendo, & rectâ officii ratione, nullâ jurisjurandi religione vel obligatione, avertantur. Ordin. *Part.* 1. *titul.* 6. *Secundò*, non ex proprio, nudoque arbitrio, sive conscientia, sed legibus, constitutionibusque publicis, & probatis consuetudinibus jus dicant: Idque æqualiter inter omnes, sine affectu vel sordibus disperciantur. Ordinat. *Part.* 1. *titul.* 13. Supr. lib. 3. tit. 20. §. 17.

31. *Tertiò*, nullis negotiis, causarum Cameralium progressum remoraturis, in Senatu vel alibi occupentur. Ord. *ibid.* *Quartò*, relationes attentè audiant, sententias ne interrumpant, nec aliud agant. Ordin. *ibid.* *Quintò*, in puncto horæ in Senatu adsint, nisi necessitate præpediti, & distenti: nec cæteris moram injiciant. Ordin. *ibid.* *Sextò*, litigantibus, vel liti affines seu propinqui, consensu Judicis causâ facessant: sin minus, conjunctionem Procuratores Judicii clanculum, & opportunè detegant. Ordin. *ibid.* *Septimò*, Idem Procuratores ex quavis justa suspicionis causa faciant. Ord. *P.* 1. *T.* 22.

32. *Octavò*, quas ante Assessoratum causas egerunt, deferant: Sin partibus cognatione, vel arctâ affinitate juncti sint, consulendi porrò facultatem habeant. Ordinat. *Part.* 1. *tit.* 13. *Nonò*, in Senatu gesta, dicta & judicata, æterno silentio involvant, nulli injussu Cæsaris revelent. Ordinat. *ibid.* *Decimò*, res proprias extra Senatus, Judiciique tempus curent. *Recess. Visit. Ann.* 1533. §. 7. *Undecimò*, suspicionis amovendæ causa, Procuratorum familiaritatem nimiam, domesticamque consuetudinem evitent. *Memorial. Visitat. Anno* 1556. §. 6. *Duodecimò*, præmia emerita & honoraria à nemine capiant, aut durante officio, saltem resignent. *Memor. eod.* §. 11. *Decimotertiò*, Processus judicialis peritiam ipsi habeant, nec ab aliis mutuentur. *Memorial. eod.* §. 7. *Decimoquartò*, partes in Camera litigantes in domum vel in familiam ne admittant. *Memor. eod.* §. 23. *Decimoquintò*, de literis contumeliosis, vel minacibus ad Collegium scriptis, querelam, vel ad Cæsarem vel scribentis Magistratum deferant, vel ipsi contra auctorem defensionem publicè edant. *Memor.* 1557.

33. Assessores munere suo ante sena expleta stipendia, *hoc est*, *ante sexennium*, sine justis causis se non abdicabunt, de causis Commissarii, & Visitatores cognoscent.

34. An autem hæc obligatio ad sexennium, cum hac conditione, intelligatur: **Wann das Reich mit der Zahlung / auch / wie sich gebühret / inhält?** Aliis judicandum relinquo: obligatio enim hæc reciproca esse videtur.

35. An etiam, ubi visitationes negliguntur, dimissio ex justis & gravissimis causis, aliunde intra hoc tempus impetrari potest? Ita videtur dicendum, & adsunt exempla; Sic *Dominus Doct. Hieronymus* **Dückel** *in Anno* 1639. 5. *Martij*, in Assessorem adsumptus, intra hoc tempus sexennale resignavit, & Consiliarius *Neoburgicus* factus est.

36. Officio abituri, non nisi post sex menses, à die resignationis, abscedant: sin præsto sit Successor, suo arbitrio utantur. Ordinat. Camer. *Part.* 1. *Tit.* 4. Relationes & correlationes ante discessum expediant, ante expeditionem ne dimittantur. *Recess. Imper. de Anno* 1654. **§. Wann auch ein oder anderer.** 140.

TIT. IV.

De Procuratoribus & Advocatis Fisci, & utriusque Officio.

§. 1.

Procurator Fisci quis?

PRocurator *Fisci* est, qui Procuraturam causarum Fiscalium in Camera Imperiali exercet: seu, ut Blum. *Proc. tit.* 8. *thes.* 6. *habet:* Procurator Fisci Cæsarei, seu *Fiscalis Cæsareus est*, qui causas Fiscales nomine Fisci Cæsarei in Judicio Camerali prosequitur. Advocatus Fisci est, qui Advocaturam earundem ibi exercet.

Quis Advocatus?

2. Uterque, & Procurator, & Advocatus Fisci rerum Fiscalium peritus, & à Cæsare creatus sit; Item vir bonus & doctus, **eine redliche / gelehrte / verständige / und der Rechten gewürdigte Person** / ut habet Ordinat. *Part.* 1. *titul.* 15. Ambo igitur à *Cæsarea Majestate* ad hoc officium deputantur; Cameræ autem nomine *Sacræ Cæsareæ Majestatis* Juramento obstringuntur, *dicto loco.*

Utriusque Constitutio Qualitates.

Diversa eorum sunt munera, sed ad unum finem.

3. Quemadmodum autem & Procurator & Advocatus Fisci diversæ personæ sunt: ita & utriusque diversa munera seu Officia sunt, licèt ad eundem finem & effectum tendunt. Soli enim causis Fiscalibus, nec aliis occupantur. Ordin. *ibid.* Fiscales autem causæ *lib.* 1. *tit.* 8. enumeratæ sunt.

4. Cùm autem Fisci Advocati Officium per se certum & manifestum sit, paucula quædam de officio Procuratoris Fisci subjiciemus.

5. *Primò*, ipsemet Procurator Fisci constitutus causas Fiscales pera-

peragat. Quòd si autem impeditus fuerit, quò minùs id facere possit, non nisi solùm Advocatum Fisci sibi substituat. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 15. Procurat. Fisci Officium.

6. *Secundò*, Procurator Fisci arbitrio *Deputatorum* obtemperet. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 16. *Recess. Imp. de Ann.* 1654. §. Berührtem unserm Käyserlichen. 93. ubi hoc renovatum.

7. *Tertiò*, si quem sine eorum voluntate convenerit, expensas de suo refundat: Cæterùm Fiscus ipse, si sic Camera pronunciavit, restituat. Ord. *ibid.*

8. *Quartò*, in Fisci reditus diligenter inquirat, pœnas ex causa fractæ pacis potissimum, easque ultrò exigat: pecuniam mulctaticiam undique contrahat, qua in re Cameræ adminiculo utatur. Ord. *ibid.*

9. *Quintò*, in scriptis agat, brevitati studeat, ac legibus Procuratorum pareat. Ord. *part.* 1. *tit.* 17.

10. *Sextò*, vetustiores causas primò proponat, æqualitati adhæreat, nullius cujusquam præterquam *Cæsaris & Ordinum è Comitijs* Mandato contrario inde dimoveatur. *Recess. Deputat.* 1557. §. Der Käyserl. Fiscal. 47.

11. *Septimò*, in causis exemptionum summariè procedat, conclusionemque acceleret. *Memor. Visit.* 1580. In his sive imploratus, sive non, ex Officio & propriis Fisci expensis litem agat. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. Berührtem unserm. 93.

12. *Octavò*, de pœnis Fiscalibus sine voluntate Deputatorum, ne transigat. Ordinat. Cam. *Part.* 1. *titul.* 16. §. Und nachdem &c. 2.

TIT. V.

De Advocatis & Procuratoribus partium, & eorundem Officiis in Camera.

§. 1.

ADvocati & Procuratores partium sunt, qui ipsis Principalibus advocando & procurando, *respectivè*, in Camera inserviunt. Quid Advocati & Procurat. partium.

2. Illorum numerus arbitrarius: horum juxta Ordinat. Camer. *Part.* 1. *tit.* 18. *ad* 24. Juxta *Recess. Imper. de Anno* 1570. §. Wiewol auch leichtsam &c. *ad* 30. limitatus est: vide tamen hîc Denais. *tit.* 232. ex quo arbitrarius quodammodo videtur. De illorum numero.

3. Præter utrumque tamen, etiam *tertius* in Judicio Camerali adjungitur, seu locum habet, sed *extraordinariè*: nempè in causis Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Nobilium & Civitatum, An tertii, præter Procurat. in judicio agere possint?

modò sint illorum Advocati & Procuratores honesti & idonei, & de calumnia & malitia jurent, Ordin. *Part.* 1. *Tit.* 25. *per totum. Intellige*, si Statibus causas suas tractantibus ita placuerit: Vix autem memini, accidisse, ut Procurator extraneus admissus fuerit, quamvis *Ordinatio* hoc quadantenus indigitet. Add. *suprà cap. sing. de Ordinib. rer. Lib.* 2. §. 8.

Communia Advocat. & Procurat. 1.

4. Advocati & Procuratores partium quædam communia, quædam verò propria habent. Communia inter se habent, primò, quòd uterque & Advocatus & Procurator per Judicem & Adsessores recipi debent. Ordinat. *Part.* 1. *Tit.* 18.

De illorum receptione, & præstandis.

5. Antequam autem in Advocatum aliquis recipitur, specimen quoddam doctrinæ suæ in scriptis, unà cum supplica pro obtinenda Advocatura Cameræ exhibet: ex quo unus *Assessorum*, cui hoc à *Judice* committitur, referendo Judicium suum exponit: Postmodum in pleno, collectis votis vel rejicitur, vel admittitur: admissus à duobus ad hoc deputatis Adsessoribus, examinatur, an legitimæ nativitatis, & à quibus parentibus oriundus; cui Religioni addictus; in quibus Academiis studuerit, & quamdiu; an graduatus; ubi & à quo promotore: tandem in *publica audientia*, juxta formam in ordinatione præscriptam, aliquando *etiam in Lectoria jurat.* Ubi Advocati munere aliquamdiu in Camera laudabiliter defunctus fuerit, si volet, supplicat pro obtinenda Procuratura: & si eam per decretum obtinuerit, rursum jurat, & statim Procuratorum subsellia ingreditur, locum, ut moris est, ultimum occupans. Vid. sup. *Lib.* 2. *t.* 3. §. 12. *& seqq. & notant. comm. decr. d.* 30. *Septembr.* 1672.

Ubi jurent Advocati in ordinem assumti?

Commune II. & III.

6. *Secundò*, quòd uterque legitimæ originis, natalium, status, morum, vitæ, qualificationis, eruditionis & reputationis sit. Ordinat. *ibid. Tertiò*, quòd etiam uterque possit cogi, ut in causis pauperum serviat. Ordin. *Part.* 1. *titul.* 19. §. *fin.* Mynsing. *cent.* 4. *observat.* 31. *per tot.* Gail. *lib.* 1. *pract. observat.* 43. *num.* 6.

Causæ pauperum quomodo inter illos distribuantur?

7. In hoc autem Pedellus Collegii novit servare ordinem, ut causæ pauperum distribuantur numero æquali, & præsertim inter novitios, multitudine causarum nondum gravatos: unde decreta vulgaria: Ist derselbe / an welchem die Ordnung zum Procuratoren / oder zum Advocaten hiemit verordnet. Solent tamen interdum pauperes, in specie pro hoc aut illo Advocato causæ suæ adjungendo supplicare, in quo quandoque illis gratificatur: excusatione tamen Advocato, si quam habet, salvâ. Add. *L.* 1. *tit.* 30.

8. Ad-

8. *Advocatis propria sunt*, quòd etsi se productis non subscribant, (*De jure hodierno vide alibi dicta, & Decretum comm.* 13. *Dec.* 1659. §. 4.) eam tamen in illis fidem diligentiamque adhibere teneantur, ne quid clientibus inde nascatur præjudicii. *Visitat. Memor. de Ann.* 1557. §. **Dieweil die** Advocaten. 62. Quòd etiam publicationi sententiarum intervenire, suasque sedes solitas occupare debeant. *Procurat. Memor.* 1574. §. **Dieweil auch erkundigt** &c. 2. Quod tamen nescio, per quem Advocatorum neglectum, multis nunc annis intermissum est. Advocatorum propria.

9. Quæ propria sunt Procuratorum, ea concernunt illorum Officia, quæ aut generatim aut speciatim considerantur. Quoad generalia, *primò* curent, ne plures suscipiant causas, quàm peragere possint. Ordin. *part.* 1. *titul.* 19. Proinde Judex diligenter inquirat de multitudine causarum in Procuratoribus, & ne sese iis nimium prægravent, provideat. Ordin. *ibid.* Procuratorum propria, generatim considerata.

10. *Secundò*, sua duntaxat munera obeant, & cætera intermittant. Qua tamen in parte recentibus seu novitiis Procuratoribus indulgendum est, idque consensu Judicis Cameræ. Ord. *ibid.*

11. *Specialia Officia* sunt, quæ exercentur in *Judicio* aut *Consilio*, aut extra utrumque, nempe coram *Cancellaria*. Cùm autem Officium Procuratoris in Judicio potissimum sit, *præcipuè videant*, ut in judicium ingressuri, coram tribunali graviter & honestè sese gerant, horis solitis satis maturè compareant, in suo loco & ordine consistant, nec inde absque venia recedant, sed finem exspectent. Ordin. *Part.* 1. *titul.* 23. Hodiè juxta *Procur. Memor. de Anno* 1574 §. **Dergleichen sollen** &c. 1. In puncto primæ Judicio interveniant, habitu longo decentique. Specialia Officia. Potissimum in Judicio peragitur.

12. Non inutilibus & jocosis Colloquiis, sed utilibus & seriis sermonibus in judiciali audientia studeant. Ordin. *ibid.* Unusquisque eorum in judiciali Audientia ad ea, quæ propositurus est, diligenter attendat. Ordin. *ibidem.*

13. Acturi, ante omnia & imprimis suas personas ad agendum per sufficientia Mandata legitiment. Si autem non habent sufficientia Mandata, de rato caveant. Ordin. *part.* 1. *titul.* 21. Quòd si generalia Mandata habent, copias collationatas in aliis causis, quas habent, producant. Ordin. *P.* 3. *tit.* 21.

14. In reproducenda citatione, item in reproducendis Instrumentis, Actis prioris instantiæ, atque aliis cautionem de rato, si velint,

præstent, sed non nisi ad contestationem usque : postea Mandatum sufficiens, non tamen sine clausula ratificatoria retroactorum, producant, Ordin. *ibid. Hodiè* in primo termino vel Mandatum exhibeant vel caveant. *Recess. Imper. de Anno* 1654. §. **So dann sollen** &c. 42.

15. Qui intra tempus cautionis, vel ultrò acceptum vel statutum, se non legitimant, præter arbitrariam pœnam sumptus etiam dilatæ litis sustineant. *Recess. Imp. de Anno* 1566. §. **Als auch fürkom̃t** &c. 93. Partibus damna resarciant: si nulla petantur, ex officio castigantur. *Memor. Anno* 1570. §. **Dieweilen auch die** Procuratores. 21. & Procuratorum *Memor. de anno* 1575. §. **Solte aber jemand.** 6.

Formula recessus judicialis.

16. Deinceps materias suas quascunque in scriptis proponant, & in illis nihil aliud, quàm in hunc modum ponant : *In causa N. & N. ex una atque ex altera parte exhibeo illud scriptum, nempè Libellum, exceptionem, replicam, duplicam* &c. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 23. Eaque scripta, non habitis prolixis, sed brevibus recessibus exhibeant, & in iis non nisi necessaria deducant.

Longiores recessus vitandi.

17. A *longioribus recessibus* penitissimè abstineant : Secus si fecerint, primâ vice mulctam marcæ argenti, secundâ, tertiâ, quartâ, quintâ & sextâ vice duplicatam : Postea, si incorrigibiles se præbeant, degradationem, & pro qualitate causæ plenariam remotionem experiantur, *Recess. Imper. anno* 1654. §. **Gleicher gestalt** &c. 98. Recessus etiam longiores à Notariis in Audientia ex tempore notabuntur, Protocollum in Consilio indies exhibebitur, & per decrera extrajudicialia transgressores mulctabuntur. *dicto Recess. d. loc.* Pedellus ad hoc singulari Juramento devinctus, mulctam exiget, & mulctati eam è suo, non partium Marsupio exsolvent : Secus facientes officio removebuntur, *dict. Recess. d.* §. 98.

De mulcta transgressorum.

18. Procuratores scripta sua ita dictando proponant, ut verba eorum Protocollistæ calamo excipere possint. Ordin. *ibidem.* Unusquisque Procuratorum, cùm eum ordo attigerit, procedat, nec alium præcurrat. Ordin. *ibid.* Alter alterum sermocinando non impediat. Ordin. *ibid.* Exceptionibus nullius pretii & subterfugiis ne utantur : Jurisjurandi sui *ordinationisque* memores, causam promoveant. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 23. §. *ult.*

19. Scripta ab Advocatis ad se missa inexhibita penes se ne detineant, alioqui à Judice, prout res erit, mulctantor. *Mem.* 1556. §. **Dieweil auch befunden.** 26.

30. Ad

20. Ad exsolvendum tributum in Cameræ sustentationem, *Fiscali poscente*, partes assiduè compellant. *Cam. Mem.* 1557. §. Es sollen auch &c. 29. Fiscali ne maledicant, ipsumque sinant vacare suo muneri sine molestia. *dict. Cam. Mem. de anno* 1557. §. Darbey sol &c. 30.

21. Adjuncta in productis relata simul exhibeant. *d.l.* §. Sollen auch. 32. Producta ante exhibitionem perlegant, emendent, subscribant, & si magna sint, colligent. *d. loc.* §. Dieweil sie auch. 59.

22. Sententias latas in judicio per ludibrium ne cavillentur; ejusdem existimationis rationem respectumque, sub arbitraria pœna, habeant: gravati querelam seorsim ad judicem, & modestè deferant. *Mem. Visit.* 1559. §. Es sollen auch. 40. Omnibus in causis separatim atque distinctè, sive oretenus, seu scripto, sine confusione agant, *d.l.* §. Zu dem sollen. 41.

23. Sententias publicatas litigatoribus assiduè significent. *Mem. Visitat.* 1564. §. Wiewol auch. 24. *fin.* Producta adversaria partibus suis, Advocatisve, protinus transmittant. *Visit. de anno* 1567. §. Solchem vorzukommen. 5.

24. In causis attentatorum, inhibitionis, dationis tutorum & curatorum, nunciationis novi operis & similibus, quantum fieri potest, summariter procedant. *Procurat. Memor. anno* 1574. §. Man wil auch &c. 3. *Verbaliter* nihil producant, quod *realiter* non exhibent. *eod. loc.* Partes suas & Advocatos, quid & quo tempore agi oporteat, celeriter certiores reddant. *Procurat. Memorial. de anno* 1581. §. Man wil sie. 3. A titulis partium in Recessibus proferendis abstineant. *Procur. Memor. de anno* 1575. §. Da auch die. 3.

25. Procuratores extra causas, procurationi suæ demandatas, ne postulent, neque Advocati munere Procuratorum, nisi recepti in numerum, defungantur. Ord. Cam. *Part. 1. tit.* 19. §. Nachdem sich ꝛc. 1. Advocatus Procuratoris munere fungi nequit.

26. Advocato, quo quisque volet, utatur, nec Procuratorum persuasionibus inde avertatur. *ibid.* Causarum sibi commissarum numerum Procuratores jurati apud Collegium (*si requiratur*) profiteantur, pluribus quàm ferre possunt onerati, ad usque quarundam exitum abstinere à novis citra Cameræ consensum jubeantur. *ibid.* §. Dergleichen sol &c. 2. Causarum numerus bis minimum quotannis exploretur, quot cuique Procuratori sint relinquendæ, Camera arbitretur. *Visit. de Anno* 1559. §. Dieweil auch &c. 36. *Hoc tamen hodiè nunquam aut rarò contingit.* De numero causarum à Procurat. suscipiendarum.

27. Solis

27. Solis causis Cameralibus, nisi quas jam ante susceperint, subserviant: Junioribus tamen, quod citra fraudem negotiorum Cameræ fiat plusculum hîc indulgetor. Ordin. *Part. 1. tit. 19.* §. Es sollen auch ꝛc. 4. Rerum ad Reipublicæ statum & Comitia pertinentium Mandata nec accipiant, nec his similibusque tractandis aut transigendis occupantor, *eod. in fin.*

28. Quorum sunt Procuratores, horum & Advocati sint, si requirantur, & utrique muneri sufficiant: ex causa urgente à Judice & Adsessoribus patrocinii necessitate exsolvantur. *Recess. Deputat. de Anno* 1557. §. Und demnach an ꝛc. 48.

29. Partibus iniquâ mercede vel arrhis ne sint graves: causas suo patrocinio commissas aliis Advocatis Junioribus ne credant: si partes consenserint, tamen eorum scripta cum fide recognoscant. *d. Recess.* §. Wir setzen. 49.

30. Lite inter duos ejusdem Procuratoris Dominos incidente, neutrius causam, sine ejus voluntate, alii committant. *d. loco.* §. Und wann etwan. 51. Causas ordinarias cum extraordinariis non commisceant. Ord. *P. 1. t. 23.* § 9. Quisquis suum Protocollum habeat, & diligenter id inspiciat. Ordin. *ibid.* §. 10.

De Officio Procurator. coram Consilio.

31. Hucusque de Procuratorum (§. 11. *h. t.*) officiis in judicio: Nunc de eorum officiis *coram vel in Consilio* despiciendum est. In obtentionibus mandatorum, ac processuum in causis, in quibus vivâ voce appellatum est, qualitates sententiæ, & à qua sententia appellatum est, an summa pecuniaria ordinationi consentanea sit, in supplicationibus Procuratores indicent. Ordin. *P. 1. tit. 22. pr.*

32. Nullus Procuratorum de uno Consilio ad aliud supplicet; sed quovis tempore supplicationes suas ad ipsum Consilium, in quo Judex Cameræ est, & non in particularibus Consiliis præsentet. Ord. *ibid.* §. 1.

33. Procurator, cui semel aut iterum Processus denegati sunt, si rursus ex novis rationibus, aut etiam alia via supplicandum putet, priores supplicationes, unà cum earum annotatis decretis, si in promptu habeat; Sin minus earum copias, similiter cum illa ultima supplicatione exhibeat. Ordin. *ibid.* §. 3.

34. Nomina eorum, contra quos supplicatur, exprimat, & circumstantias in supplicatione pro sententiis addat. Ordin. *ibid.* §. 4. Supplicaturus pro obtinendo Processu, Mandatum exhibeat. Ord. *ibid.* §. 6. *Vel, ut nunc moris est, de rato caveat.* Et nomine partis, quæ absens est,

Sup-

Supplicationi subscribat. Ordin. *ibid.* §. 7. Et si quid petere velit in causa judiciaria; nonnisi judicialiter petat. Ordin. *ib.* §. 8.

35. Coram Cancellaria (*vid.* §. 11. *h. t.*) copias attestationum, aliarumque materiarum, Procurator *primò* petat, ac redimat. *Deinde* pecuniam debitam exsolvat. *Tertiò*, nec cancellos ipsos; Sicuti *quartò* nec Archivum ingrediatur. Ordin. *part.* 1. *titul.* 24. Procurator. offic. coram Cancellaria.

36. Ad extremum, Procurator causas, absque voluntate & consensu Judicis alii non tradat. Ordin. *part.* 1. *titul.* 20. Absens autem Procurator, veniâ Judicis antè impetratâ, & alium substituere potest. Ord. *ibid.*

37. Denique ex *comm. decr.* 21. *Novembr. Anno* 1537. notandum, Procuratores, quando aliis Dominis se ad officia obstringunt, munere procuratoriô solvi. Verba decreti: Und nachdem bemelter D.M. laut seines Angebens / sich in anderer Herren Dienste begeben / und verpflichtet / und dardurch seines Procuratorn-Stands an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht erledigt. ꝛc.

TIT. VI.

De Administratore Cancellariæ, & ejus Officio.

§. 1.

ADministrator Cancellariæ Cameralis (*qui hodiè audit Cancellariæ Præfectus*, der Cantzley-Verwalter) est, qui omnia negotia in Cancellaria administrat. Ordin. *Part.* 1. *titul.* 27. Ejus officium consistit tùm in *personis regendis*, tum *rebus ipsis dirigendis*. Ordin. *ibid.* Præfect. Cancell. quis? Ejus Officium.

2. Personas Cancellariæ Cameralis ita regat, ut eæ operas suas gnaviter præstent: debito ac consueto tempore sedulò in Cancellaria & Consilio sint, maneantque: ad quod quisque ex officio tenetur, aut aliàs sibi per Administratorem in negotiis Cancellariæ, ex causis emergentibus & contingentibus præcipitur, id maturè & diligenter expediant & perficiant. Ord. *ibid.* Quomodo personas regat.

3. In rebus ipsis dirigendis ante omnia ordinem observet. Ordin. *ibid.* *Primò* itaque & præcipuè hoc in specie curet, ut Acta omnia, in quibus submissum & concluſum est, sint completa, & completa ad referendum præbeantur. *Secundò*, ut Processus & literæ non retardentur, ita quidem, ut si opus sit, ipsemet manum etiam admoveat. Ordinat. *ibid.* *Tertiò*, ut omnia quæ è Cancellaria Imper. in scriptis seu literis emanaverint, ipsemet revideat, revisa subscribat, & subscripta In rebus regendis, quid ipsi agendum?

Imperiali signo consignet. *Quartò*, & postremò, ut in genere tam in personis quàm rebus defectus deprehensos corrigat, & si virtute & vi officii sui hoc efficere non possit, in consilium & auxilium *Archi-Episcopum Moguntinum* adhibeat. Ord. *ibid.*

A quo constituatur.

4. *Elector* quippe *Moguntinus*, tanquam *Archi-Cancellarius*, Præfectum Cancellariæ, Protonotarios, Registratorem, Notarium Fisci, Notarios & Lectores, Nuntiorum Magistros, & Receptores, **Botten-Meister und Cantzley-Tax-Einnehmer** creat. Ordin. Cam. *part.* 1. *tit.* 26. *in princ.* Ejusdemque consensu Scribæ, amanuenses, & Cancellariæ Minister, Ingrossisten **und der Cantzley-Knecht**/à præfecto recipiuntur, amoventurque. Ordin. Cam. *d. loc.* §. **Es sollen** &c. 1.

Cancellaria idoneis personis instruenda.

5. Cancellaria idoneis semper hominibus, quantum opus videbitur, instruitor. *Recess. Deput.* 1557. §. **Und sol die.** 36. Officialium Cancellariæ omnium abdicatio, missiove sex ante mensibus significator. *d. loc.* §. **Nachdem auch.** 44. Ex consortibus ejusdem functionis, alter alterum officio excedentem, intervallo non minùs trium mensium subsequitor. *d. loc.* §. **Und dieweil** &c. 45. Denaisi. *tit.* 61.

Infr. tit. 8. §. 15. fin.

6. Ob negotiorum multitudinem periculumve causarum extra horas solitas, feriatis etiam diebus conveniunto, residua absolvunto. *Memor.* 1559. §. **Wiewol auch** &c. 25.

7. Ob duplicatos Cancellariæ labores prioribus Protonotariis, Notariis & Lectoribus unus alterque pro officii, cujusque usu & necessitate adjunguntor. *Recess. Imper. de anno* 1570. §. **In unsers Cammer-Gerichts** &c. 63.

8. Cancellariæ Præfectus demandatum sibi ab Elector Moguntino Cæsareum Sigillum fideliter custodito, nec nisi his, quæ à Camera decreta fuerint, imprimito. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 27. §. **So viel auch** &c. 4.

9. Scribas negotiis Cancellariæ admoveto, non alienos amanuenses, sed peculiariter Judicio & Cancellariæ jurejurando devinctos. *Memor.* 1556 §. **Dieweil in dieser.** 32. Cancellariæ munera capiendi facultatem adimito, *dicto loco.* §. **Dieweil sich auch** &c. 48. Processibus expeditis sacrum sigillum sine mora apponito præfat. *Mem.* 1557. §. *ult.*

10. Præfecto in obeundo munere nemo molestus esto, in Senatum inque Actorum fornices, quoties volet, ingreditor, à Notariis, Lectoribus, aliis Cancellariæ Ministris officii rationem reposcito, & ad justa præbenda compellito. *Recess. Deput.* 1557. §. **So viel dann weiter.** 35. *Recess. Visitat. Anno* 1556. §. 24.

11. Ut

11. Ut emendatè sententiæ, & attestationes describantur, curato. *Præfat. Memor.* 1560. §. **Dieweil der** Ingrossisten &c. 2. Informes Supplicationes vel producta incorrecta, vel ultrò observata vel suggesta à partibus, Præfectus & Protonotarii Collegio punitionis gratiâ indicanto. *Procurat. Memor.* 1560. §. **Es sollen auch** &c. 6.

12. Si quid in pleno Senatu deliberabitur, quòd Præfectum scripto complecti oporteat, in Senatum ipse quoque advocator. *Memor.* 1571. §. **Da auch je.** 10. Actorum Fiscalium scrinia, ut clausa sint, diligenter curato. *Præfat. Memor.* 61. §. **Daß dem** Notario &c. 1. Flagitatarum, præscriptarumque & redemptarum attestationum dies præfectus ipsis in Cancellaria Rotulis inscribito. *Recess. Deputat. de Anno* 1600. §. **Als auch bißher** &c. 139.

TIT. VIII.

De Camerali Quæstore, & ejus Officio.

§. 1.

Quæstor Cameralis ejusque Officium.

QUæstor Cameralis est, qui rei pecuniariæ in Camera Imperiali præest. Ordin. *P.* 1. *tit.* 40. Ejus officium consistit in pecunia *recipienda*: recepta benè *custodienda*, benè custodita *eroganda*, & supererogata tandem *ratione reddenda*. Ordinat. *ibidem.*

Circumstantiæ in receptione pecun. considerandæ.

2. In receptione, *circumstantia* & *qualitas monetæ* considerantur. Ord. *ibid.* Circumstantia sit loci, aut temporis. *Locus* deponendæ, vel exsolvendæ pecuniæ sit, ut aut directè, & primâ quoque viâ *Spiram* ad Quæstorem: aut verò *Augustam*, *Francofurtum*, & *Norimbergam* ad Burgimagistros mittatur, & ibidem deponatur: adjunctis simul literis ad Judicem Cameralem datis, de quantitate pecuniæ transmissæ & exsolutæ, datâ desuper quietantiâ. Ordin. *ibid.* *Tempus* exsolvendæ pecuniæ sit spatium singulorum semestrium Mercatus Francofurtensis. Ord. *ibid.*

Qualitas monetæ exsolvendæ.

3. *Qualitas* exsolvendæ monetæ sit, ut ea sit proba, & justa: sin injusta & reproba, reprobetur. *Memor. Visit. Anno* 1572. §. **Der Pfenningmeister sol auch** &c. 5.

4. In custoditione considerentur etiam potiss. locus & receptaculum, *ibid.* Locus sit Camera Imperialis, ubi pecunia traditur & deponitur. *Receptaculum* verò arca sit, in qua deposita, unà cum scheda testificatoria, præsente Judice, vel alio ejus loco, à Quæstore ponitur, cujus clavis soli Quæstori concredita sit. Ordin. *ibid.*

In erogatione quid considerãd.

5. In *erogatione* consideretur, an ea debita seu ordinaria, an in-

debita seu extraordinaria sit? *Priore* casu, si erogatio facta fuerit, expedita est: *Posteriore* verò contrà. Proinde ad indebitas & extraordinarias erogationes, nullis Cameræ Decretis, injussu Judicis, adigatur: Si contra muneris rationem perurgeatur, ad Judicem justam querimoniam deferat. *Memor. quæst.* 1577. §. Wann auch &c. 2.

6. Indebitum autem hîc, non tantùm ratione personæ, cui non debetur, sed etiam ratione temporis considerari potest. Proinde ab Ordinibus, Civitatibusve Delegatis, ne cui ante diem stipendium repræsentari Quæstor sinat: nec si fiat, eô nomine apochas conficiat. *Memor.* 1572. §. Und dieweil &c. 9.

De redditione rationum.

7. In *redditione rationis* considerentur *primò* ipsum ratiocinium, nempè tabulæ accepti & expensi: *Deinde* tempus, nimirum annuæ visitationis: *Tertiò* personæ, cujusmodi sunt Visitatores. *d. Ord. tit.* 40. etiam ipse Judex & Adsessores: quibus, si petant, ratio reddatur. *Reform. Cam. Imper. Anno* 1531. §. Item/ nachdem. 49.

8. Appendix officii Quæstoris Cameræ hæc sit, ut is inobedientes, & non solventes quotam debitam, Fiscali illicò indicet, ut contra eos debito modo procedat, & ad solutionem properam coarctet. Ordin. *Part.* 1. *Tit.* 40. Ab Ordinibus Imperii huic muneri præfigatur. Ord. Cam. *part.* 1. *tit.* 40.

9. Pecuniam ab ipsis Statibus Spiræ vel in Camera persolutam confestim Judici significet, eoque vel alio ejus vice præsente (*hodiè huic rei duo Deputati à Collegio addicti sunt*) in eadem arca deponat. Ord. Cam. *d. loc.*

10. Pecuniam è locis designatis quamprimùm minimoque sumptu ad se pertrahat iis formis, quas ipse receperit, & quarum documentum perhibuerit, *Recess. Imperij Anno* 1531. §. 49. *Fiscal. & Quæstor. Memor.* 1572. §. Der Pfenningmeister. 5. *& Memor.* an den Herrn Cammer-Richter. 1580. §. Insonderheit. 4.

11. Quid, quantumcunque contributionum receperit, Fiscali significet: Nuntiis, Procuratoribus, Statibusque, quæ reliqui debiti summa sit, petentibus edat. *dict. Fiscal. & Quæst. Memor.* §. Aber den Pfenningmeister. 3. *& seq.*

12. Procuratores & Nuncios, contributiones in moneta proba ordinum nomine exsolventes, protinus liberatos dimittat: illi vicissim literas autographas pecuniæ genera exprimentes edant, describendique copiam faciant: in renuentes Cameræ animadversio sit. *d. loc.* §. 7.

13. Pere-

13. Peregrè profecturus, teſtesque ex delegatione Cameræ interrogaturus, proprio periculo partes interea ſuas homini fido & induſtrio demandet, Cameramque de abitu certiorem faciat. *Quæſt. Mem. de Ann.* 1600. §. *ult.*

TIT. VIII.

De Cameralibus Protonotariis & Notariis, & eorundem Officio.

§. 1.

PRotonotarii & Notarii Camerales ſunt, qui in Camera Imperiali potiſſimùm rerum peractarum ibidem literas concipiunt, & perficiunt. Et quia hæ perſonæ, officia, communia & cognata habent: ea quæ de Protonotariis hîc proponuntur, etiam de Notariis intelligenda ſunt. Ordin. *Part.* 1. *titul.* 29.

Protonotarii & Notarii qui ſint? Communia officia habent.

2. Quamvis autem, ut ex definitione præmiſſa liquet, Protonotariorum & Notariorum officium maximè conſiſtat, tam in literis rerum peractarum in Camera concipiendis, quàm conceptis perficiendis: tamen etiam in aliis exercetur.

Quod ipſorum potiſſimum officium.

3. *Primò*, Protonotarii munia ſua per ſe, non per alios obeant: niſi ad breve tempus, ex morbi aliave juſta cauſa, præfecto cognita & approbata. Ordin. *P.* 1. *t.* 28. §. 1.

Aliæ muneris Protonotariorum partes.

4. *Secundò*, Eorum unus aſſiduè Senatui in tempore adſit, Aſſeſſorum ſententias & ſuffragia, præſertim in definitivis, conſcribat: Sententiæ formam ex mente majoris partis concipiat: Aſſeſſoribus priusquam dilabantur, recitet: Referentibusque ſubſcribendam porrigat. Inter referendum, atque ubi eo præſente opus non erit, conſenſu Judicis, ad munia revertatur. Ordin. *ibid.*

5. *Tertiò*, tempus commeatûs dati, & reditûs cujuſque Aſſeſſoris adnotatum, ad Quæſtorem deferant. Ordin. *ibid.*

6. *Quartò*, in judicio geſta, dicta, alteruter Protonotarius vel ambo, juncto Notario, pro ſe quisque excipiant ſummâ fide: poſt audientiam continuò Protocolla ſua conferant. Ordin. *ib.*

7. *Quintò*, errores in Protocollis obſervatos Judici & Aſſeſſoribus modeſtè indicent: In Senatu neminem interpellent. Ord. *ib.*

8. *Sextò*, in Judiciis ſubmiſſiones leviores, quæ nec Actorum inſpectionem deſiderant, notent; Poſtridiè ex Protocollo ex tempore decidendas, & propediem publicandas, in Senatu prælegant. Ord. *ibid.*

9. *Septimò*, in Cancellaria, sententiarum aliarumque rerum monumenta conficere, descripta relegere & subscribere, Protonotariorum potissimum opus sit. Ord. *ibid.*

10. *Octavò*, submissiones Codici suo inscribant, lectorib. tradant: ut acta quamprimùm compleantur, perficiant. Ord. *ibid.*

11. *Nonò*, Procuratoribus ipsi, Notariive denegatorum processuum causas ne prodant. Ord. *ibid.*

12. *Decimò*, in judicio, præter recessus, etiam quæ incidenter dicuntur, manu assequantur. *Memor.* 59.

13. *Undecimò*, Notariis in Senatu subveniant: ut rectè Protocolla conficiantur, conferanturque, & annua sententiarum volumina describantur, submissionumque liber absolvatur, provideant. *Memor.* 1557.

Supr. tit. 5. §. 17. hu

14. *Duodecimò*, Procuratorum recessus ad verbum scribant, longiores aliave de causa prohibitos notent. *Visitat.* 1559.

15. *Decimo tertiò*, ob negotiorum multitudinem, periculumve causarum, extra horas solitas, diebus feriatis conveniant, residua absolvant. *Visit.* 1559. *supr. tit.* 6. §. 6.

16. Acta, quibus in concipiendis commissionibus usi fuerint, Archivis sarta solidaque reponant: ne qui ex iis libelli disperdantur, caveant. *Memor. de Anno* 1559. §. Wann die Protonotarii &c. 22.

17. Audientiis Protonotarii Notariive adsint, quando quæque coeperit desieritvè, annotent, & cum visitatoribus, si id petant, communicent. *Judic. & Assessor. Mem. de ann.* 1570. §. Es ist auch &c. 4. Substitutiones coram Notariis vel Protonotariis in Cancellaria fiant, & protocollis illicò ab iisdem inserantur: secus si fiat, ratæ non sint. *Recess. Visit. de anno* 1560. §. Betreffend. 7. *Memor. Visit. ann.* 1585. §. 11. Protonotarius vel Notarius consignandis suffragiis, consultisque in pleno Senatu adhibeatur. *Judic. & Assess. Mem. de ann.* 1577. §. Damit auch. 5 *fin.*

Notariorum muneris partes.

18. *Notarij* suas vices ipsi non per alios, nisi gravi de causa obeant: in Senatu, Judicio & Cancellariâ, idem quod Protonotarii jussi faciant: his ut suo tempore succedere possint, semet dignos præstent. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 29.

19. Acta concluса, uuà cum Lectoribus, incessanter compleant: ut submissiones in causis spolii, purgationis, & executionum, præ aliis referendæ dentur, provideant. Ord. Camer. *part.* 1. *titul.* 29. §. *& seq.* In Protonotarii absentis aut impediti locum, Notarius Judicio à Præfecto adhibeatur. Ordin. *part.* 1. *titul.* 28.

20. Cui

20. Cui repertoriorum cura incumbit, in protocolli Indice conficiendo Scribis adjumento sit: sententiarum Codicibus repertoria propria conficiat: alienis tractandis ab officio ne abducantur: crebrius abesse caveant, etiam in feriis manum operi admoveant. *Mem. Notarior. de anno* 1557. 17. *Aug.*

21. Diem & Annum Protocolli completionis, etiam margini inscribant. *Mem. Judic. & Adsessor. de Anno* 1586. §. Den Notarien &c. 7.

TIT. IX.

De Lectoribus Cameralibus & eorum Officio.

§. 1.

Lectores Camerales sunt, qui præcipuè in Camera Imperiali omnia Acta, & producta colligunt, & sibi invicem ea in re mutuam & fidelem operam præstant, & in complendis Actis Protonotariis & Notariis adjumento sunt. Ordinat. *part.* 1. *tit.* 30. Lectores qui sint?

2. *Eorum officium* maximè consistit, in actis & productis recipiendis, & receptis aliisque recondendis. Ordin. *ibidem.* Quare in Judicio sedere, Scripta seu producta à Procuratoribus recipere, signare, inscribere, Decreta, submissiones & conclusiones annotare, & Actis inserere jubentur. Ord. Cam. *dict. p.* 1. *t.* 30. Eorum officium.

3. Pro recondendis Actis & productis *Archivum* ordinatur, ut recondita facilè & assiduè depromi exinde possint. Ordin. *part.* 1. *tit.* 30. Idque *duplex* est: Unum pro omnibus Actis, quæ sunt simplicis querelæ, aliisque ejus generis. Alterum pro causis appellationum, & aliis ad eas spectantibus. *ibid.* Acta reconduntur Archivo, quod duplex.

4. Ad utrumque *Archivum* ne quisquam admittatur; maximè ex Procuratoribus, aliisve juribus partium inservientibus: sed foris præstolantibus Lectores operam dabunt; secus facientes peccata singula singulis florenis luent. Ord. Cam. *part.* 1. *tit.* 30. §. 5. Ad Archivum nemo admittendus.

5. Æqualitatem inter partes tueantur: alterum præ altero ne promoveant; Secus facientes pœnam commeritam exspectent. *Memor. de Anno* 1556. §. Nach dem Klag ꝛc. 54. Causas connexas ne divellant, sed uni referenti tradant. *dict. loco* §. Darbey sollen &c. *Recess. Visit.* 1585. §. Es wird. 15. Cancellariæ observata sibi menda Præfecto indicent, & cum ejusdem repertorio suo conferant. *Lect. Memor. de Ann.* 1557. 17. *Aug.* Officium Lectorum ulterius exponitur.

6. Vetustiores causas recentioribus, privilegiatas communibus

non

non privilegiatis, præmittant. *Visit. Recess. de Ann.* 1559. §. **Es sollen auch.** 47. Ut iisdem causis iidem referentes continuentur, allaborent. *Memor.* 1559. §. **Doch auch ein** &c. 40. Referentibus suos correferentes ne indicent. *Lect. Memor. de Anno* 1562. §. *ult.*

7. Submissiones circa prorogationes terminorum, dilationes, responsiones, admissiones Commissariorum & legitimationes Procuratorum Referendas ne dent, neve pro interlocutoriis, nisi ex causa, Judice jubente, inscribant, *Judic. & Assess. Memor. de Ann.* 1568. §. **Ob auch wol.** 3. Protonotariorum manualia asportantes, Judici, tandemque etiam Visitatoribus deferant. *Jud. & Assess. Mem. d. loc.* §. **Wiewol auch** &c. 4.

8. Relationes in articulo responsionum, termini vel prorogationis, pro relationibus ordinariis ne adnotent. *Judic. & Assessor. Memor. de ann.* 1585. §. **Den Lesern ist** &c. 4. Aliis occupationibus vacui, Notariis in complendis Actis adsint: ne quæ Acta, nisi complenda, Cancellariæ seu tabellario inferantur, provideant. *Recess. Deput. de anno* 1557. §. **Uber den dreyssigsten** &c. 54.

9. In mensa (**auff dem Bescheidt-Tisch**/) Decretis faciundis dicata, maturè collocent, quæ referenda tradentur: in Protocollorum marginibus producta omnia numeris designata habeant. *Consult. Camer. de ann.* 1585. *dub.* 21.

TIT. X.

De Tabellariorum Cameralium Magistro, ejusque Officio.

§. 1.

Magister nunciorum quis? Ejus officium.

MAgister Tabellariorum Cameralium est, qui Tabellariis in Camera Imperiali præest. Ordinat. *Part.* 1. *tit.* 35. Ejus officium spectatur in tabellariis amandandis, & amandatis redeuntibus audiendis. Ord. *ibid.*

2. In *amandandis*, ordinem Nunciorum Præfectus observet. Idque propterea, ne quis nunciorum præ alio prægravetur; Quem in finem etiam suum Catalogum diligenter habet: nec se audientiis judiciariis subducat. In *redeuntibus audiendis*, relationem ipsemet diligenter annotet, diem reditus assignet, cui nuncius subscribat. Ordin. *ibid.*

3. Processus expeditos Nuntio, quem ordo tetigerit, exequendos demandet, nec largitur, ut vel à Procuratoribus in Cancellaria relinquantur, vel cui, & quando, velint, committantur. Ordin. *p.* 1. *t.* 35. §. **Solchem zu** &c. 1.

4. Or-

4. Ordinem & æqualitatem inter Nuncios servet, processus cuique commissos, reducisque relationem sibi factam, diemque reditus annotet, & à Nuncio subscribendam curet: quæ suprà simplam mercedem acceperit, pyxidi inferre jubeatur, & inter omnes per trimestria distribuatur. Ordin. *d. l.* §. Es sol auch. 4.

5. Nuncios, commissione acceptâ discedere è vestigio, jubeat. Ordin. Cam. *d. loco.* §. Der Bottenmeister. 3. Si duo, tres, aut etiam unus processus uni viæ destinati adsint, plures præstolari ne permittat. *Recess. Imper. de anno* 1654. §. Zu dem End. &c. 68.

6. Quotquot suos processus non per Cameræ Nuncios exsequentur, ab his *concordiæ nomine* in dena milliaria quinos bacios, vel quantum æquum erit, exigat; id consignatum testatumque pixidique similiter illatum, tertio quoque mense nunciis dividat. Ordin. Camer. *d. loc.* §. Und nachdem &c. 5. Concordat-Gelder.

7. Audientiis novarum adsit: quas executiones, sine suo jussu permissuve factas animadverterit, postridiè in Senatu indicet. Ord. Cam. *d. loc.* §. Ferner sol &c. 6. A Cancellaria ne abscedat, *Nunc. Memor.* 1557. §. *ult.* Executiones minùs legitimas ne recipiat, neque subscribat. *Memor.* 1559.

8. Processibus post termini vel fatalium lapsum reproductis, diem flagitatorum, adeptorum, nuntioque commissorum adnotet: simul quo die Nuntius redierit, quo processus executos Procuratori restituerit, admoneat. *Præs. Memor.* 1550. *in princ.* Processus plures, quàm ut justo tempore insinuari possint, simul uni ne committat. *Memor. Visitat. ad resol. Collegij* 1586. §. 2. *fin.*

TIT. XI.

De Cameralibus Ingrossistis & Copistis & eorum Officio.

§. 1.

INgrossistæ & Copistæ Cameræles sunt amanuenses seu Scribæ, qui in Camera Imperiali debita sua officia expediunt. Ordin *Part.* 1. *Tit.* 31.

2. Idque non solùm Mandato, & jussu administratoris: sed etiam tùm Protonotariorum, tùm Notariorum, tàm intra, quàm extra Cancellariam.

* * *

TIT. XII.

De Pedello & Famulo Camerali & utriusque Officio.

§. 1.

Pedellus Cameræ quid? Ejus officium.

PEdellus Cameralis est Præco Cameræ. Ordin. *Part.* 1. *Tit.* 34. seu Nuncius Judicii, ein Gerichts-Botte. Blum. *Proc. tit.* 19. *th.* 1. ejus officium potissimùm consistit tùm in productis, à Procuratoribus exhibitis tempore judiciariæ audientiæ, Lectori offerendis, tum in decretis proclamationibus loco consueto exequendis. Ordin. *d. tit.* 34. §. 4. & 5.

2. Cùm autem duo Collegii Pedelli destinati sint, semper alteruter in ipsa audientia adsit, atque Lectori æquè ac Procuratoribus ex adverso Scripta, quæ producuntur, offerat, necesse est.

3. Et hoc quidem Pedelli officium est in *Audientia*: reliquum ejus officium est *extra audientiam*; idque in faciendo vel omittendo.

In faciendo.

In *faciendo*, ut Assessores convocet. Ordin. *ibid.* Aliosque Camerales, quoties erit extra ordinem conveniendum. *Memor.* 1556. §. Item/ wann die &c. 30.

4. Ut decreta *extrajudicialia* causarum extrajudicialium, vel etiam, si qui Processus *intra Mœnia Civitatis* insinuanda veniunt, (in quo ultimo tamen & Nuncius pro arbitrio *de stylo* adhibetur,) insinuet.

5. Ut pro Curia assiduè excubet, & fores tam Audientiarum, quàm Senatus suo tempore aperiat, claudatque. Ordin. *Part.* 1. *Tit.* 34. *in princ.* Ut Procuratores ad Judicium non, vel non quomodo oportet, convenientes, vel citra excusationem emanentes, adnotet, *Judic. & Assess. Memor. de anno* 1576. §. Damit auch die. 9.

6. Ut pœnas Procuratoribus quovis modo irrogatas, exigat. *Procurat. Memor.* 1561. §. In dieser Visitation. 5. Ut mulctarum rationem conscribat, servetque pro inquirenda cujusvis peccandi consuetudine aptam. *Cons.* 94. *dub.* 60. *in fin.* Ut mulctam Procuratori, ob plus æquo longiorem recessum dictatam, ipsi denunciet, exigatque. *Recess. Imp. de anno* 1654. §. Gleichergestalt &c. 98.

Pedelli officium in omittendo.

7. In *omittendo*, ut ab ingressu & egressu, quoad consultatorium hypocaustum, tempore consultationis abstineat: & traditurus vel significaturus aliquid, fores pulset. Utrasque fores intimam & extimam simul ne pandat. *Camer. Memor. de anno* 1557. Dictum hypocaustum seu Senatum, die Rath-Stube/ nisi præsente Lectore, vel Adsessoribus (*Lectoriæ enim custodiæ, præter eum, quem singuli habent Adsessores, etiam clavis commissus*) ne aperiat.

8. Hæc

8. Hæc de *Pedello & Officio* ejus: nunc de *Famulo*, & ejus officio, quoque paucula dicenda. Famulus Cameralis est, qui in Camera Imperiali famulatur. Ordin. *Part.* 1. *tit.* 32. Famulus Cameralis, & officium.

9. Ejus officium sit in foribus Cancellariæ aperiendis, & apertis recludendis. *ibid.* Idque debito, & consueto tempore. Et tam intra, quàm extra Cancellariam diligenter exequatur, quod illi commissum est.

TIT. XIII.

De Tabellariis Cameralibus & eorum officiis.

§. 1.

TAbellarii Camerales sunt Nuncii Cameræ Imperialis, qui tabellas & processus asportant. In quibus *primò* tum *constitutio*, tum *remotio* considerentur. Nuncii Camerales qui?

2. In *Constitutione* præcedat diligens perquisitio per *Judicem & Assessores*, de eorum vita & moribus, utpote fide, probitate, atque integritate, quæ omnia, si in illis deprehendantur, per *Judicem & Assessores* recipiantur. Deinde eorum *adjuncta*, seu qualificationes quoque attendantur, quæ tum in lectione, tum in scriptione consistant: Tales itaque suscepti suas pyxides habeant, *ibidem*. In *remotione* tabellariorum ineptitudo, seu inhabilitas eorum spectetur, qua de causa etiam removeantur. Eorum constitutio. Et remotio.

3. *Secundò* officium eorum considereretur ratione discessus & reditus. Circa officium ratione *discessus* quædam in genere, quædam in specie perpendantur. In *genere*, & quidem primò, ut tabellarii equos habeant. Eosque suo sumptu alant. *Ordin. part.* 1. *tit.* 37. *in princ.* quod intelligendum von den reitenden Botten / nicht von den Bey-Botten. Officium Nunciorum.

4. II. Ut equitaturi debito loco, & tempore præsentes sint: *Loco*, ad fores Cancellariæ exspectent. *Tempore*, tam ante, quàm post meridiem. Ordine interim observato, nempe ut is semper appareat, quem ordo attingit, An welchem die Reise ist: tabella enim in Cancellaria suspensa, juxta quam unus post alium discedet, processus sibi commissos insinuaturus.

5. III. Etiam requiritur, tum promptitudo, tum alacritas in tabellariis. IV. Ut non nisi ab ipso Magistro tabellariorum benè instructi expediantur & ablegentur. V. Modestia & decor in iis eluceścant, *ibid.*

6. Circa officium, ratione discessus, in *specie* spectentur ea, quæ sequuntur. Ante omnia autem hîc habeatur ratio seu distinctio perso-

narum, quibus quid insinuandum: est autem persona vel publica, vel privata. Publica in Magistratu constituta, eademque secularis aut Ecclesiastica. Secularis superior, aut inferior. De quibus omnibus & singulis deinceps videndum.

7. Primò, *Electoribus & Principibus* tabellarius processus, Mandata seu literas insinuaturus, ad eorum sedes consuetas, (de quibus anteà diligenter inquirat, num ibi præsentes sint) se conferat, & illis ipsis, si poterit, submissè originale insinuet, aut *si plures faciendæ sunt insinuationes, concordantem copiam ex illo præbeat*, originale monstret, legique sinat, cum retroscripta utrobique executione.

8. Quòd si verò extra solitam sedem *Electorem & Principem* personaliter inveniat, tum illi soli insinuatio fiat. Si autem ipsorum Electorum & Principum copiam habere nequit, eorum constitutis Cancellariis & aliis his similibus offerat. Quòd si neque illarum personarum copiam habere poterit, minoribus personis, quæ tamen de aulica familia sunt, præsentet, vel aularum portis affigat, vel in valvis oculariter relinquat, nec secum auferat.

9. Secundò, transeundo ad *Ecclesiasticas personas*, cujusmodi sunt, Prælati, Abbates, item Prælatæ & Abbatissæ & similes, illis ipsis quoque, quoad fieri poterit, in cœnobio, seu Monasterio insinuatio fiat. Si verò hujus vel illius personam alibi inveniat, tum etiam illis ipsis ibidem exhibitio contingat.

10. Quòd si autem neque in consueta sede, neque extra eam, hujus vel illius Ecclesiasticæ principalis personæ tabellarius copiam habere poterit, tunc ejus Vicario, Priori, Secretario, aut alii officiario cœnobii seu monasterii, & non aliis minoribus, vel levioribus personis insinuatio fiat: illis autem omnibus absentibus, aut renuentibus, portarum custodibus tradat, vel in earum limine illas oculariter relinquat.

11. Tertiò, redeundo nunc ad publicas personas, in Magistratu aliquo inferiore constitutas, contra *Comites & Barones* eodem etiam modo, quo suprà, procedatur.

12. Quartò, si tabellarius, Dicasterio seu Consistorio processus insinuare velit, videat ut toti judicio insinuet, tradendo originale, aut si plures insinuationes expediendæ sint, copiam ex illo, perlecto, originali, exhibeat. Si verò totum habere nequit, quærat de Præside, vel Magistro Scabinorum, aut alio qui eorum loco est, vel etiam Seniore aliquo judicii, huicque vel illi indicet, se habere Imperiales literas, quas insinuare, & pro-

& propterea rogare velit, ut is unum atque alterum assumat, coram quibus suum officium expedire possit: si hoc obtinere potest, benè est; sin minus, uni saltem ex prædictis insinuet, & ante eum ponat, & jacere sinat.

13. Quintò, *Consulatui*, vel *Senatui* alicujus urbis, vel oppidi, tabellarius processus insinuaturus, eodem modo procedat, quo paulò antè, nempe in actu insinuationis, quoad Dicasterium, vel Consistorium: modò videat, ne extra civitatem id faciat.

14. Sextò, tabellarius *toti communitati* literas Imperiales insinuaturus, civium Magistris, & Senatui eas exhibeat, si eorum copiam habere poterit: sin minus, foribus curiæ affigat: Si verò curia non existat, Ecclesiæ, vel publici alicujus ædificii valvis affigat.

15. Hucusque *de insinuationibus publicis personis expediendis*: Sequitur nunc de insinuationibus, quæ *privatis* personis expediendæ sunt. Ubi primò tabellario tenendum est, ut ipsi Principali in loco domicilii literas Imperiales insinuet, & quidem originales; *Si autem plures insinuationes expediturus est, conformem inde copiam tradat, & autographum monstret ac legat.*

16. Si verò ipsum Principalem in consueto domicilio habere nequit, ejus uxori, aliive domestico, qui ex ephebis exiit, tradat & mandet, ut properè hero ac patrifamilias det; aut per certum internuncium transmittat ad præcavenda damna.

17. Quòd si autem, absente hero, neque uxori, neque alii domestico alicui idoneo insinuare possit, tum etiam in præsenti cuivis alteri de familia, modò is negotium intelligat, insinuet.

18. Si verò fores præclusæ, nec tabellarius intromissus fuerit, domesticus tamen aliquis se in fenestris, aut in limine januæ præsentaverit, tunc celeriter literas Imperiales in alterutro vel commodiore loco habitationis collocet.

19. Præterea tabellarius sive publicis, sive privatis personis, edicta, proscriptiones, banna & similia insinuaturus sit, locum & alia in traditis scriptis exequendis Imperialibus observet.

20. In summa, tabellarius Cameralis omnia & singula ita expediat, ut defendere possit. Sin minùs, suis sumptibus denuò insinuationem expedire teneatur.

21. *Post reditum*, tum relatio, tum restitutio pecuniæ residuæ fiat. Relatio coram tabellariorum Magistro, quam sua propria manu in ejus registro consignet. *Ord. part. 1. tit. 35.*

22. Relationibus in Camera producendis se subscribat. Idque cum omnibus suis circumstantiis rei peractæ accuratè fiat. De quibus omnibus ac singulis præmemoratis, *vid. Ord. part. 1. tit. 35. 37. & 38.*

APPENDIX.

TIT. XIV.

De modo referendi in Camera.

§. 1.

In modo referendi quæ observanda?

IN causis referendis, dicendisque sententiis, ambages vitantor: ad rem necessaria, velut articuli, exceptiones pertinentes, responsiones, probationes, termini substantiales, quæque alia merita causæ concernunt, atque ab iis pendent, proferuntor: Documenta, privilegia, instrumenta, summatim, quantum opus, referuntor: acta nec tota, nec majorem partem, nec superfluæ Advocatorum Disputationes, recitantor, dictantorve; necessaria duntaxat excerpuntor. *Recess. Visitat. de Anno* 1556. §. Anfänglich wiewohl etc. 1. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Den modum referendi belangend etc. 143.

2. Ut temporis compendium in referendo habeatur, relationes non dictantor, sed leguntor, *d. Recess. d. loc.* Ante relationem, in quo submissum, meritaque causæ brevibus à referente indicantor. *d. Recess. d. loc.* Articuli decreto seu sententia semel decisi ne reponuntor. *Mem. Cam.* 1557. §. Und zu Abschneidung. 11. *Rec. Imp. de A.* 1654. *d.* §. Den modum referendi &c. 143.

3. Cuilibet Assessorum, qui recitatam relationem minus benè intellexit, aut lectam oblivioni tradidit, eam in Senatu perlustrare, actaque si ejusdem cum referente Senatus est, ad se informandum domum suam portare fas esto. *d. Recess. de Anno* 1654. §. Und nachdem etc. 144. Sive in definitivis, sive majoris momenti interlocutoriis submissum sit, idem observator. *d. Recess. d. loco.*

4. Relatio ex proprio referentis protocollo extractuque fiat, neminique ex ipsis actis referre conceditor. *d. Recess. & §. Jud. & Assess. Mem.* 1577. §. Gleichfalls sollen etc. 13.

5. In religionis negotiis, juxta *Recessus Imperij*, *pacem religiosam* & *prophanam*, ut & *Instrumentum pacis* sine passionibus regia via proceditor. *d. Recess.* §. Mehrermeldtes. 157. Secus qui fecerit, litem suam facito, & Syndicatui subjectus esto. *d. l.* Ut cognoscatur semotis affe-

affectibus judicatum esse, quilibet causas sui voti scripto comprehensas exhibeto. *d. loc.*

6. Expeditio relationum ita maturator, ut correferens, maturè ex actis originalibus semet informare, & in quo circa factum à referente fortè erratum sit, monere possit. *d. loco.* §. Diesem nächst und damit. 145. Relationes semel cœptæ sine digressione ad alia continuantor. *d. loc.* §. In alle wege aber ꝛc. 146. In referendo prolixæ facti jurisve deductiones omittunto. *d. loc.* §. Denen Referenten etc. 147.

7. Quando, cum Referente Correferens, reliquique votantes conveniunt, hi non nisi per verbum (*placet*) succinctè, (salvo quòd confirmandi unius aut alterius voti ergò ultra adjiciatur) se declaranto, *d. Recess.* Würde dann zum sechsten etc. 148.

8. Vota & relationes à Referenre subscribuntor, clausa Judici, vel hujus Vicario, peculiari in cista custodienda, porriguntor. *d. Recess.* §. Vorgehend dieses etc. 150.

9. Acta nondum submissa ne referuntor, neque ab Advocatis, Procurator. aut sollicitantibus ante submissionem sollicitantor: Secus qui fecerint, puniuntor. *d. Rec.* §. Als auch die Erfahrenh. 153.

10. Adsessore ante expeditam relationem decedente, ipsi in Adsessoratu surrogandus nullatenus exspectator, sed acta inter reliquos, & maximè inter demortui aut decedentis in uno Senatu Collegas, distribuuntor. *d. Recess.* §. Als auch zum dreyzehenden. 155.

11. Referente mortuo, correferens in referendi mun. succedito. *d. Recess.* §. Welches dann auch zum vierzehenden ꝛc. 156.

Plura de modo referendi, ejusque tempore & loco vide apud Denaiss. tit. 259. & seqq.

Methodum referendi in Causis S. Q. versiculi seqq. non inelegan-ter exprimunt.

Cui referenda datur de prima causa querela
Cernito 1. Personas, num legitimatio subsit;
2. Ordoque processus. 3. Post per narrata libelli
Colligito factum. 4. Qualisque sit actio mota:
5. Actor an intentum probet. 6. Et reus excipiat quid.
7. Quid definiri deceat: cui damna ferenda?

Add. Rosacorb. *in pract. forens. cap.* 2.

TIT.

TIT. XV.

De Cameræ immunitate.

§. 1.

EXpeditis *laboribus* personarum Cameræ, eorumque officio: Sequitur eorundem *remuneratio*; quæ consistit in duobus: concessa ab Imperatore & Imperio *immunitate* & *salario.*

2. *Cameræ Imperialis Judex, Præsides, Assessores,* Advocati, Procuratores, Protonotarii, Notarii, Lectores, Scribæ, & in genere omnes Spiræ Camerales, ipsorum familia, liberi, viduæque, quamdiu Spiræ degerint, (So lang sie ihr häußlich Anwesen bey und an dem Cammer-Gericht haben/ ohnverruckten Standt halten / und sich des Orts nicht in die Burgerschafft verheyrathen/ oder sonsten unter andere Jurisdiction begeben / so lang sie auch in den Schrancken ihrer Cameralfunction verbleiben / doch daß sie Gastung Ord. P. 1. t. 49. §. 1. Wirthschafft oder Kauffmannschafft Rec. nov. §. 141. hergegen nicht gebrauchen sollen.) A vectigalibus, cunctisque oneribus & jurisdictionibus reliquis immunes sunto. *Ord. Cam. part.* 1. *d. tit.* 49. *pr. Recess. Imp. de Anno* 1654. *dict.* §. Hingegen aber. 141. Hinc cùm *Amplissimus Magistratus Hamburgensis* à D. D. Johanne Reichardo Cappio Advocato Cameræ jurato, præstationem gabellæ detractionis, den Abzug / de hereditate, quam ibi uxorio nomine nactus fuerat, exigeret, ille autem propterea Mandati processus contra dictum Magistr. impetravisset, *die* 7. *Julij* 1682. in sequentem modum sententia lata, adeoque Camer. immunitas vindicata fuit: In Sachen Doct. Johañ Reichardt Cappens/ Klägers/ wider Burgermeister und Rath der Stadt Hamburg/ Beklagte/ Mandati de non gravando in immunitate publica contra leges Imperii; Ist das von Dr. Limbach der Declaration pœnæ halber beschehen Begehren noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern Dr. Seiblin Einwendens ohngehindert/ glaubliche Anzeig zu thun/ daß dem außgangen/ verkündt- und reproducirten Käyserl. Mandato alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt seye/ zeit 2. Monat pro termino & prorogatione von Ampts-wegen angesetzet/ mit dem Anhang/ wo sie solchem also nicht nachkoñen werden/ daß erwehnte Beklagte jetzt als dann/ und dann als jetzt in die Poen berührten Mandati einverleibet / hiemit erklärt / fernere Process auch erkennt/ daß sie ihrem Gegentheil die Gerichts-Kosten/ an diesem Käyserl. Cammer-Gericht derentwegen auffgeloffen/ nach Rechtlicher Ermässigung zu entrichten und zu bezahlen schuldig seyn sollen. Publ. 7. Jul. 1682.

5. T. 1.

3. Transactione inter *Electorem Palatinum* & Cameram *Anno* 1579. (*teloniorum & vectigalium* causâ) inita fruuntor. Controversiæ super intellectu ejus enatæ per viam amicam, aut aliam sopiantur. *Recess. Imp. de Anno* 1654. *d.* §. Hingegen aber etc. 141. *in fin.* (Cui quia hactenus contraventum, novum mandatum desuper est decretum 12. *Maji Anno* 1665.) Vid. infr. *ad calcem hujus tit.*

4. Suæ alienæve litis causâ ibidem commorantes, securitate eâdem & protectione gaudento. *Ord. part.* 1. *tit.* 49. *in princ.* Qui praxeos addiscendæ causâ eodem conveniunt, pari cum Cameralibus libertate fruuntor. *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 49. §. Es sollen auch ꝛc. 1. *De quibus not. Comm. Decr.* 22. *April.* 1659. Nuncii & Notarii exequentes, ubique in Imperio tuti inviolabilesque sunto. *d. tit.* 49. §. Item die. 2.

5. Camerales in universum omnes fide clientelaque *Cæsareâ* & Statuum, maximè vicinorum (*intellige speciali*) comprehenduntor. *Ord. part.* 1. *tit.* 49. §. *ult. Recess. Imp. de An.* 1654. §. Als auch bey den allgemeinen Friedens-Tractaten. 167. Motus bellici, ubi in Imperio (quod Deus benignè avertat) recruduerint, paterna clientela à Majestate Cæsarea, Statibusque periculo eximuntor. *d. Recess. d. loc.*

6. Consules & Senatus *Civitatis liberæ Spirensis*, de causis securitatem utriusque concernentibus, cum Collegio candidè communicanto, (*immedietate Civitatis in alijs salva*) *d. Recess. d. loc.* Quid de liberis Cameralium propriam familiam focumve habentibus, circa immunitatem judicandum, salvo utriusque partis jure tàm in petitorio quàm possessorio, Cæsareæ commissioni reservator. *d. Recess. de Anno* 1654. §. Dann wie es wegen etc. 142.

7. Ad decidendas, inter Cameram & Civitatem Spirensem vertentes controversias, nominatis ab utraque parte confidentibus, Commissio Cæsarea ordinator. *d. Recess. de Anno* 1654. §. Als auch bey den allgemeinen etc. 167.

8. Dictum *supra* §. 3. Novissimo Imp. Recessu ad componendas controversias, inter *Electorem Palatinum* & *Cameram*, ratione immunitatis à vectigalibus subortas, amicabilem aliamve fuisse reservatam. Huic consequenter sciendum, quòd hæc compositio pridem confecta fuit: Vicissim autem *Sereniss. Elector* compensationem detrimenti ex illa immunitate in se redundantis, ab Imperii Statibus postulavit, ejusque etiam spem obtinuit; *Sicuti ex subjectis scriptis patet*:

Des H. Röm. Reichs Chur-Fürsten und Ständen zu gegenwärtigem Reichs-Tage verordnete Räthe / Bottschafften und Gesandte / Großg. Hochgeehrte Herren.

Ew. Hochwürd. Excell. und meinen Hochgeehrten Herren kan ich / auß gnädigstem Befehl Ihrer Churfürstl. Durchl. zu Pfaltz / meines gnädigsten Chur-Fürsten und Herrn / nicht verhalten / daß nachdeme zwischen höchstgedachter Ihrer Churfl. Durchl. und dem Löbl. Käyserl. Cammer-Gericht zu Speyer / wegen dessen Zoll-Befreyung / und des zwischen der Chur-Pfaltz und obgedachtem Käyserl. Cammer-Gericht / in Anno 1579. deßwegen auffgerichteten / und in dem letzten Reichs-Abschied / de Anno 1654. §. Hingegen aber &c. angezogenen Vertrags / einige Strittigkeiten bißher sich enthalten / solche ohnlängst verglichen und beygelegt worden / dergestalt / daß denen Cameralibus eine namhaffte quantität an Wein / Früchten / und andern Victualien und Hauß-provision, an denen Chur-Pfältz. Zollstätten / zu Wasser und Land Zoll-frey durchzuführen / von Jh. Churfl. Durchl. verwilliget worden. Nachdeme aber höchstged. Ihro Churfl. Durchl. meinem gnädigsten Churfürsten und Herrn / durch besagte der Herren Cameraln Zoll-Befreyung / an dero Wasser- und Land-Zöllen ein sehr grosses abgehet / auch ins künfftige / wann die Anzahl der Assessorum, nach besage des Instr. Pac. ersetzet / einfolglich auch die Advocaten und Procuratores, wie auch Practicanten vermehret werden solten / noch ein grösserer Abgang zu gewarten / allermassen deren consumptibilia meistentheils entweder in dero Landen geholt / oder durchgeführt werden müssen / und daß wider alle Recht und Billigkeit lauffen würde / daß höchstged. Ihro Churfürstl. Durchl. als welche ihr Contingent zu Unterhalt des Cammer-Gerichts / gleich andern Chur-Fürsten und Ständen beygetragen / wegen situation ihrer Landen / vor andern Chur-Fürsten und Ständen dißfals allein gravirt / und solchen grossen Abgang an ihren Zoll-Intraden / ohne daß anjetzo auff dem Rhein-Strohm und sonsten allerdings darnieder-liegende Commercien / wie Reichskündig / sehr geschmählert sind / allein leyden sollen.

Als habe ich obiges Ew. Hochwürd. Excell. und meinen Hochgeehrten Herren fürstellen / und dabey dieselbe gebührend ersuchen wollen / Sie geruhen / Ihren Gnädigst- und Gnädigen Herren Principalen / auch Obern / dieses Werck dahin zu recommendiren / damit bey noch währendem Reichs-Tag / durch ein allgemeines Reichs-Gutachten Ihrer Käyserl. Majest. dahin eingerathen werde / daß allerhöchstgedachte Ihre Käyserl. Majest. zu einer Ergötzlichkeit und Recompens obigen Abgangs / etwa die Anwartung auff ein hiernächst sich eröffnendes Reichs-Lehen / so jährlichen an Einkünfften ohngefehr 2000. Rthlr. ertragen mögte / allergnädigst ertheilen / oder nach der Hochlöblichsten Chur-Fürsten und Ständen Gutbefinden / etwas anders / darauß Ihro Churfl. Durchl. mein gnädigster Herr / ein proportionirtes utile schöpffen / conferiren lassen wolten; Umb welches Ihre Churfürstl. Durchl. meines gnädigsten Herrn rechtmässigen desiderii Beförderung dann / Ew. Hochw. Excell. und meine Hochgeehrte Herren hiemit dienstlich er-

ersucht und gebetten haben wil; Es werden auch höchst-gedachte Ihre Churfürstl. Durchl. solches so wol gegen Eu. Hochw. Excell. und meiner Hochgeehrten Herren gnädigst und gnädige Herren Principalen und Obern / als auch gegen dieselbe erwiedern / und in Churfürstl. Gn. erkennen / und ich verbleibe

Ew. Hochwürd. Excell. und meiner Hochgeehrten Herren

dienst-bereitwilligster

Caspar von Borckhe / Chur-Pfältz. zu gegenwärtigem Reichs-Tag verordneter Abgesandter.

Als der Chur-Pfältz. Herr Abgesandte obiges Memoriale im Augusto 1670. gleichen Innhalts nochmalen übergeben / und solches den 15. Aug. zur Dictatur gelänget / ist darauff nachfolgendes Reichs-Gutachten ergangen:

Der Röm. Käyserl. Majest. unsers allergnädigsten Herrn zu gegenwärtigem Reichs-Tag bevollmächtigten höchst-ansehenlichen Principal-Commissario, dem Hochwürdigsten Fürsten und Herrn / Herrn Marquart, Bischoffen zu Aistätt ꝛc. bleibt hiemit gebührend ohnverhalten / und ist nicht wenigers auß dem in Abschrifft beygefügten Memoriali mit mehrerm zu ersehen / was bey gegenwärtiger Reichs-Versammlung / im Namen Ihrer Churfürstl. Durchl. zu Pfaltz / wegen Zoll-Befreyung des Käyserl. und Reichs-Cammer-Gerichts zu Speyer angebracht / und welcher Gestalt dabey begehrt worden / daß in Betrachtung sich dißfals noch einige Strittigkeiten enthielten / höchst-gedachte Ihre Churfürstl. Durchl. aber / durch solche Exemption ein merckliches abgienge / auch da gedachtes Cammer-Gericht / nach Anleitung des Instrumenti Pacis ersetzt werden solte / noch mehrers abgehen würde / bey allerhöchst-ernannter Jh. Käyserl. Majest. es dahin zu richten / damit mehr-höchst-besagter Ihr. Churfürstl. Durchl. zu Ergötzlichkeit solchen Abgangs / die Anwartung auff ein etwann sich hiernächstens eröffnetes Reichs-Lehen / von ohngefehr 2000. Reichsthaler jährlicher Einkünfften ertheilet werden mögte / so auch folgends in den 3. Reichs-Collegiis in gehörige Berathschlagung kommen. Wann man nun wohl geschehen lassen kan / daß offthöchst-berührt Ihrer Churfürstl. Durchl. mit dergleichen expectanz, doch absque præjudicio, & salvô Jure tertii gewillfahret werde; Als hat man es auch mehrallerhöchst-erwehnter Ihrer Käyserl. Majest. hiemit / gleichwolen dergestalt allerunterthänigst recommendiren wollen / daß man hingegen der Zuversicht gelebe / es werden viel-höchst-ernannte Ihre Churfürstl. Durchl. dahin bedacht seyn / damit die ermeldter Exemption halber mit dem Cammer-Gericht annoch obschwebende Strittigkeiten zugleich ihre Richtigkeit erhalten mögen. Worinit ꝛc. ꝛc.

Signatum Regenspurg den 26. Aug. 5. Sept. Anno 1670.

TIT. XVI.

De Salario Cameralium.

§. 1.

De justitia salarii personarum Cameral.

QUia justum est, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium: & leges abhorrent, sine præmio homines laboriosis officiis præfici: quia etiam iniquissimum est, nec unquam reperientur tam insigniter stolidi literati, qui laborare velint, & esurire: Idcircò ab ipsis principiis Cameræ, de *Salario Cameralium* & mercede seu stipendio, laboribus tantisque viris *justitiæ Sacerdotibus, & legatis Cæsaris Statuumque perpetuis* condigno, cogitatum fuit.

Olim ex sportulis conficiebatur.

2. In prima Cameræ fundatione sportulæ, juxta quantitatem in lite motum taxatæ, cedebant in salarium personarum Cameræ. *Vid. Ord. Cam.* zu Worms *Anno* 1495. auffgerichtet. *tit.* Von den Sportulen und Belohnung der Gerichts-Personen. Et his non sufficientibus, quod deerat, ex Imperii proventibus præstabatur.

Quæ sublatæ Anno 1500.

3. Verùm istæ sportulæ, *Ordin. Cam.* 1500. *tit.* 9. abrogatæ fuerunt, *additâ ratione*: Auff viel und mancherley Gerüff wolle man sie abgestellet haben; Et virtute ejusd. *Constitut. tit.* 1. Von der Beysitzer Sold / Judici pendebantur *floreni mille quingenti*; Comitibus & Baronibus singulis, qui Adsessorio fungerentur munere, *sexcenti*: cæteris Doctoribus, Licentiatis aut Equestris Ordinis singulis *quadringenti*: (ubi nota manifestum Typographi errorem, qui pro Sechshundert / Sechszehenhundert / expressit.)

Salarii tunc constituti quantitas.

Mutatio Anni 1521.

4. Isthoc salarium repetitum in der Cam̃er-Gerichts-Ordnung zu Worms *Anno* 1521. *tit.* Besoldung der Cammer-Gerichts-Personen. 8. excepto, quòd in illa ordinatione mille ducenti floreni pro salario Judicis constituti leguntur.

Anni 1530.

5. Juxta *Recessum Imperij de Anno* 1530. pendebantur cuilibet Adsessori fünff hundert Gulden in Gold. Quod juxta monetam currentem hodiernam, aureo pro duobus florenis currentibus computato, 1000. Gulden facit. §. Und damit die Adsessores &c. 80.

Anni 1555.

6. Secundùm *Ordinat. de Ann.* 1555. pendebantur pro Salario Domino Judici floreni mille: Comitibus & Baronibus Adsessoribus septingenti: Doctoribus, Licentiatis & Equestris ordinis quingenti. *Part.* 1. *tit.* 43. In Conventu Deput. 1557. *vigore Recessus* §. Dieweil auch den Ständen. 19. Constitutum fuit: Daß hinfürter denen Beysitzern

sitzern ihre bestimmte Bezahlung / an statt eines jeden Güldens / so bißhero durch 16. Batzen / oder 64. Kr. entrichtet und vergnügt / von dem 1. April. des 1558. Jahrs anzufahen / ein jeder Gülden zu 72. Kr. gelieffert und bezahlet werden solle.

7. Juxta *Recessum Imperij de Anno* 1570. §. Derhalben setzen. 57. pendebantur Adsessoribus illustribus, Comitibus scilicet & Baronibus, pro salario floreni octingenti (*singulos octodecim baciorum*) cæteris verò Assessoribus septingenti floreni (*singulos quindecim baciorum*) pendebantur. Anni 1570.

8. Sic crescentibus indies Cameræ laboribus & adauctis rerum pretiis, necesse etiam fuit augere salaria, ut tandem in *Comitijs Anno* 1641. *Ratisbonæ* celebratis negotium hoc Deputatis Imperii *Francofurti Anno* 1642. & 43. congregatis fuerit commissum, qui perpensis considerationibus Cameræ gravissimis in puncto justitiæ sibi oblatis, quantum determinârunt, quod à Cæsarea Majestate ratificatum, & in nuperrimis *Comitijs Ratisbonensibus* à Statibus confirmatum est. Novissima mutatio 1642. & 43.

9. Penduntur ergò, juxta *Recessum novissimum An.* 1654. §. Dieweil auch die jährliche Besoldung. 11. Hodiernum salarium Domini Judicis, Præsid. Assess. &c.

Domino Judici - - - -	4400.	Rthlr.
Domino Præsidi - - -	1371.	-
Assessori - - - - -	1000.	-
Fiscali - - - - - -	1000.	-
Advocato Fisci - - - -	571½.	-
Medico Cameræ - - -	285.	-
Cancellariæ Præfecto, ut Nunciorum Dep. -	152½.	-
Quæstori - - - - -	344.	-
Lectoribus - - - -	45.	-
Pedello - - - - -	90.	-
Nuncio Equestri - - - -	32½.	-

10. Huic in gratiam Lectoribus adjungo: Officialium Cancellariæ salarium.

Käyserlichen Cammer-Gerichts Cantzley-Personen Bestallung.

Verwalthers Jährliche Bestallung -	640.	fl.
Protonotariorum - - -	416. fl.	40. kr.
Notariorum - - - -	213. fl.	10. kr.
Lesern - - - - -	213. fl.	20. kr.
Notarii Fisci - - -	100.	Rthlr.

Bottenmeister vom Reich - - -	84. fl.
Einnehmers - - - - -	70. fl.
Ingrossisten - - -	100. fl.
Cantzley-Knecht - - - -	42. fl. 40. kr.

Alles Cammer-Gerichts-Währung / den Gulden zu vier Kopffstück gerechnet.

Rationes adaucti salarii.

11. Rationes, quæ *Imperatorem & Status ad hanc* auctionem commoverunt, tantæ sanè fuerunt, ut nisi calamitas Germaniæ communis, & infelix nostra ætas reclamarent, hoc salarium ad alterum tantum rursum adauctum, vix tamen adæquaret, labores sumptusque pro caritate loci, in quo vivitur, expendendos.

12. Sileo, quòd à primis Cameræ initiis Cæsar cum Statibus in omnibus ferè Germaniæ diætis, necessitate rei commoti, de hac auctione deliberârint: Scil. Daß sie mit solchem Salario versehen werden mögten / damit sie / nach Anleitung der Ordnung *de Anno* 1531. §. Es sollen sich auch ꝛc. ihrem hohen Stand gemäß / sich damit stattlich könten außbringen / und nicht leichtlich Ursach gewinnen / von dem Gericht außzusetzen. *Ord. Cam. de Anno* 1594. *tit.* Von den *Sportul*en und Belohnungen der Gerichts-Personen / in verbis: Ist es noth Cammer-Richter / Urtheiler und andere Personen / die dem Gericht verpflichtet / und zu warten verbunden seyn / redlich zu besolden. *Ord. Cam. de Anno* 1500. *tit.* Von der Beysitzer Sold / in verbis: Item / als auff dem gehaltenen Reichs-Tag zu Freyburg auß treffentlichen Ursachen und Bewegungen geschlossen gewesen ist / Cammer-Richtern und Beysitzern ihren Sold zu bessern. *Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 43. in verb. Und die Personen desselben desto bleiblicher seyn / auch ihren Aemptern desto baß außwarten mögten. *Ord. de Anno* 1530. §. Und damit dieselbe etc. *Recess. Imp. de Anno* 1570. §. Sintemal nun etc. 56.

13. Sileo etiam, quòd Assessores dignitatem Imperatoris & Imperii repræsentant, deßwegen sich (sunt verba *Recessus Imperij de Anno* 1531. §. Es sollen sich. 29.) in Betrachtung / daß sie von Käyserl. Majest. auch Churfürsten / Fürsten und Ständen des Heil. Römischen Reichs an solche hohe Justiz verordnet / und an ihre Statt sitzen / mit zierlicher ehrlicher Kleidung / auch sonsten allem Wesen und Handel vor andern also stattlich / erbarlich und dapfferlich halten und erzeigen / damit Sie Käyserl. Majest. und Ständen des Reichs zu Ehren / gegen mán-

männiglichen in äusserlichem Schein dafür angesehen etc. etc. Quod grossis quatuor & dimidio, sive septem solidis (olim Cancellarii Regis Galliæ, *Philippi Antognini* Salario diurno) fieri neutiquam potest. Vide Limneum *de Jur. Publ. tom. 3. lib. 9. c. 2. n. 35. & in notit. Regni Franciæ lib. 2. c. 15. pag. 772.*

14. Causa adaugendi salarii sufficiens fuit, & adhuc est. *Primò*, quòd olim annona valde vilior; domus multò minori conducebantur pretio; servorum ancillarumque mercedes, & salaria viliora, vestium impensæ tenuiores: *hodiè* autem annonæ precium ubique creverit, gabellæ, impostæ, accisæ, & mille exigendi strophæ aliæ ubique locorum caritatem induxerint, ut qui antiquis temporibus salaria constituta *hodiè* continuanda adfirmaverint, etiam antiqua rerum pretia postliminio reducat, necesse habeat, aut ipse censor multum injustus sit. Limn. *dict. c. 2. n. 34.* Causæ salarii augendi ulterius deducuntur.

15. *Secundò*, quòd æquum sit, illis largiri quoddam Salarii auctuarium, die keiner extraordinari Begnadung / remuneration, exspectanz, recompens, oder einiger Zubuß und Nebenhülff / wie die Namen haben / und Menschen Sinn erdencken mag / vor sich / oder ihre Erben / gleich andern bey Hoff auffwartenden / sich zu getrösten haben / nichts weniger dannoch denen fast schweren laboribus Cameræ allein abwarten / und 6. Jahr lang bey dem Gericht beständig zu verbleiben / nach außweiß ihres Juramenti, obligirt und verbunden seynd.

16. *Tertiò*, quòd miserandum sit, si *tanti gradus viri* suæ senectuti vel posteritati, *reponendo quotannis summulam in arcam*, consulere nequeant, sed, ut de Advocatis loquitur *Imperator in l. per hanc 7. §. 4. C. de Advocatis diverf.* Judicum post decursum celebrem Adsessoratus, & labores glorioſos, egeni exire cogantur.

17. *Quartò*, quòd in exiguo, & necessitatibus familiæ non conveniente salario, multi ad *illicitas corruptiones* impellantur: (*vulgatum enim est: Si vis incorrupta Judicia; egestatem amove*) A quibus tamen hoc supremum Tribunal in tantum *gratiâ Dei* hactenus abhorruit, & adhuc abhorret, ut omnia quotquot & in Imperio & extra Imperium vigent, Judicia integritate, si non antecedit, tamen exæquet.

18. *Quintò*, quòd magno Cameræ causarumque ibidem vertentium malo experientia docuit, ob exiguitatem Salarii, & ejus loci annonæ caritatem, multos solum stationemque suam mutâsse.

19. *Sextò*, quòd vivitur in loco direptionibus militaribus, omnisque

que generis insolentiis expositò: ut nuperrimis temporibus, cum jactura rerum suarum, plusquam (*pròh dolor!*) experti sunt Camerales: & propterea viri gravissimi detrectant, talem ambire dignitatem, quæ multum laboris & periculi, nihil verò aut parum solatii: multum honoris in publico, domi autem indigentiam, & sic in universum non nisi splendidam miseriam, adferret.

TIT. XVII.

De Mediis, unde salarium desumendum.

§. 1. SI liberè fari licet, peccârunt in hoc Status, quòd, antequam hoc summum Tribunal erigeretur, in Imperio non fuerint solliciti, de certis alimentationi Cameralium (extra Imperii contributiones) conquirendis adsignandisque reditibus: aureum enim illud seculum facilius quàm præsens media ad hoc suppeditâsset: & prævisu perquam facilè fuit, tales contributiones Statuum, ut omnes aliæ in Imperio, tardius exsolvi & difficulter exigi.

Quibus mediis Judicium Cam. ab incunabulis sustentatum.

2. *Anno* 1495. ut supra indicatum, sportulæ cedebant in sustentationem Cameralium, ita tamen, ut in quo sportulæ deficerent, reditus Imperii reliquum supplerent. *Vid. Ord. Cam. de Anno* 1495. zu Worms auffgerichtet / *tit.* Von den *Sportulen* / und Belohnung der Gerichts-Personen.

3. *Anno* 1500. Sportulis sublatis, conclusum, ut salarium Adsessorum solùm è reditibus Imperii, von des Reichs Hülff/ sumeretur. Vide Cammer-Gerichts-Ordnung *de Anno* 1500. *tit.* Von den *Sportulen*.

4. *Anno proximè sequenti* 1507. in Comitiis Constantiæ celebratis ordinatum, ut reditus Cancellariæ Cameralis, pœnæque Fiscales Cameræ pro salario cederentur, Statusque quod residuum esset, contribuerent, vid. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Costnitz *Anno* 1507. auffgerichtet/ *tit.* Wovon Cam̃er-Richter *&c.* 5. *&* *tit.* Daß die Stände. 12.

5. *Anno* 1521. Status suis sumptibus Regimentum Imperii, Cameramque sustentare promiserunt, usque quo alia certiora media ad hanc rem conquirantur. *Recess. Imp. Wormat. An.* 1521. §. Und dieweil. 12. Quod continuatum, *vig. Recess. Norimb. Anno* 1522. §. Weiter/ als sich. 18. usque ad Festum S. Michaëlis 1523. *Anno autem* 1524. Comitiis Norimbergensibus conventum fuit inter Cæsarem & Status Imperii, ut Imperator ad sustentationem Cameræ semissem sumptuum, alterum verò semissem Status conferrent, daß Käyserl. Majest. zwey

Jahr

Jahr lang / die nächsten / das Cammer-Gericht zum halben Theil / Churfürsten / Fürsten und Stände aber zum andern halben Theil unterhalten und verlegen sollen und wollen / *Recess. Imp. dict. An.* 1524. §. Und erstlich. 1. Quæ conventio postmodum An. 1526. *Rec. Imp. Spir.* §. Weiters als hiebevor. 27. repetita, & usque ad 1. *Maji An.* 1531. extensa fuit.

6. *Anno* 1530. *Adaucto Assessorum salario*, rursum medietatem Imperator, medietatem Status susceperunt exsolvendam, und solches auff drey Jahre lang / welche auff den ersten Tag des Monats Mayen 1531. anfahen. *Recess. Imperij Augustæ dict. ann.* §. Weiter nachdem. 73. Istis tribus annis præterlapsis, personas Camerales *Imp. Carol. V.* suis sumptibus usque ad annum 1541. sustentavit.

7. Isthoc autem *Anno* 1541. onus sustentationis Cameralis, in tres annos, in solidum susceperunt Imperii Status. Chur-Fürsten / Fürsten und Stände haben bewilligt / das Cammer-Gericht drey Jahre lang / die nächsten / gantz zu unterhalten. *Recess. Imper. Ratisbon. dict. Ann.* §. Und nachdem wir. 33.

8. *Anno* 1544. Imperator Cameram rursum suis sumptibus sustentare cœpit. *Recess. Imp. Spir. eod. An.* §. Daß nun auch. 100. Et cùm variis ex causis, in dictis Comitiis *Spirensibus*. §. So viel das Recht. 92. Et §. Daß nun. *Wormatiensibus*, *de Ann.* 1545. §. Und wiewol. 13. Ratisbonensibus, de *Anno* 1546. §. Und nachdem. 7. super restauratione Cameræ atque stipendio Cameralium Status inter se convenire non possent; ab hoc tempore Imperator, amore justitiæ in Imperio conservandæ, & ne nunquam *satis laudatum hoc tribunal* pessundaretur atque interiret, Judicem Cameræ junctis aliquot paucis à se electis Assessoribus, de suo sustentare perrexit.

9. *Anno* 1548. Imperatori quidem in Comitiis Augustanis à Statibus concessum, ut vocatis ad hoc Adsessoribus Cameram restauraret: sustentationem verò, quousque de certis reditibus, mediisque ordinandis inter se convenirent, Status solùm in se susceperunt, inque eo initio ita fervidi fuêre, ut etiam *Burggravio Misniæ*, sub comminatione mutationis Statûs exsolutionem suæ quotæ injunxerint. *Recess. Imper. August. Anno* 1548. §. Und nachdem uns etc. 23. *& seqq.* Et §. Und wiewol Churfürsten etc. 30. Et §. Mit dem Gesandten und Gewalthabern des Burggravens von Meissen etc. 74. (*Sed eheu! quantum ab hoc fervore remissum.*)

10. In quo in Comitiis Augustanis *Anno* 1551. §. **Dieweil nun etc.** 28. & *Anno* 1555. cùm ordinatio Cameræ renovaretur, *part.* 1. *tit.* 42. & *Anno* 1557. & consequenter usque ad hæc tempora continuatum.

11. Interea aucto Cameralium numero eorumque stipendio, pro aliquali sublevatione Statuum *Anno* 1566. *in Comitijs Augustanis*, §. **Wir setzen.** 81. mulcta trium millium aureorum, non comparentibus Visitatoribus dictari solita, sustentationi Cameralium adjecta: præteritæ *neglectæ* autem, quæ præsentibus, (quibus labores demortuorum, resignatorum, vel aliàs absentium indistinctè accrescunt) indistinctè etiam jure cederentur, (**dann der die Arbeit trägt / des Abwesenden Nutzen und Gewinn auch haben sol** / inquit rectè *Aurea Bulla tit.* 26. §. **Wann aber ein Fürst etc.**) *per Recessum novissimum de Anno* 1654. §. **Und nachdemmahlen.** 12. sublatæ sunt, *de quibus in sequentibus.*

12. Ita *Imperator & Status* semper Justitiæ in Imperio exercendæ, atque hujus perillustris Judicii, rationem magnam habuerunt: sed quoties ad media sustentationum deventum, apud quemlibet aqua hæsit.

13. *Anno* 1522. in Comitiis Norimbergensibus, §. **Weiter / als sich Churfürsten etc.** 18. in verbis: (**Alsdann unser Statthalter / auch Churfürsten / Fürsten / Stände und Regiment etliche Mittel und Wege auffgezeichnet / und der einen oder mehr anzunehmen / in unserm Bedencken stehen.**) Item *Anno* 1529. §. **Weiters / als hiebevor etc.** 27. diversa media pro sustentatione Cameræ Sacræ Cæsareæ Majestati à Statibus fuêre oblata, sed partim, ut Imperio onerosa, partim ob prolixitatem impracticabilia, & quæ difficulter executioni mandarentur, sepositа sunt.

14. Interim querela Cameralium continua mansit, *salaria à Statibus tardiùs quàm par est, exsolvi.* Et quia summa æquitas postulat, ut residuum, quod non in exigua quantitate restat, Adsessoribus, eorumve viduis & liberis, exsolveretur, cùm non tantùm labores functionis suæ sustinuerint, sed etiam in ipsâ flamma belli, ad Mandatum Cæsaris & Statuum, immobiles Cameræ adhæserint, & ne *illustre hoc Tribunal* planè corrueret, pro salute Imperii varias militum inhospitationes, commeatus, exactiones, prædationes, rapinas, & omne genus insolentiarum militarium, *quibus hanc Spiram, præ alijs Civitatibus ferè omnibus, cum maximo Cameralium & civium damno, plusquam afflictam fuisse, miseranda Civitatis facies adhuc dum ostendit,* perpessi fuerint; imò ut se liberosque redimerent, non tantùm facultatum suarum

rum summam voraci militi objecerint, sed insuper etiam ære alieno se gravare coacti sint, quos, posterosve hoc deservito carere, non minùs Imperio ignominiosum, quàm etiam iniquum foret.

15. Exinde *primò* aliquando cogitatum fuit, annon consultum esset, pro exsolvendis Cassæ Cameralis restantibus, à *quibusdam Civitatibus Imperialibus liberis*, factâ pro cujusvis opulentia inter has, congruâ distributione, præter propter ab unaquaque decem millia Imperialium (quod consideratis earum commerciis fructiferis exiguum judicatum) & sic *summam aliquot centenorum millium* fide Imperii communi, *mutuò rogare*, ipsisque in remunerationem, ad securationem aut satisfactionem justam vel nova privilegia conferre, vel antiqua extendere, vel etiam teloniorum quorundam auctuarium largiri.

16. Secundò, pro erigendis certis Statibusque minùs onerosis Cameræ reditibus, cogitatum etiam fuit: Annon à *quovis capite Judæorum* per universum Imperium aureum annuatim in hanc sustentationem exigere consultum sit? Prout hic modus salariandi *Regimenti Imperij* in *Ordinatione regimenti Anno* 1500. aliquando practicatus. Nec hoc perpensis maximis, quibus pro conditione sua in Imperio gaudent privilegiis, grave his fore, quia aureus pro singulo capite exiguum esset; inter Judæos etiam plurimi divitiis præpollent, qui egenis in hoc succurrere teneantur, juxta *Recess. Imperij de Anno* 1512. §. Item eine jegliche Juden-Person / in verbis, und der Reiche dem Armen in solchem zu statten kommen.

17. Tertiò, annon consultum, *Sacram Cæsaream Majestatem* rogare, ut amore conservandæ justitiæ in Imperio gratiosissimè largiretur, cederetque in sustentationem Cameræ, *Tributum unius aurei*, quod à singulis Judæis, masculis & fœminis, adultis aut minoribus, indistinctè sibi noviter electo annuatim, & maximè in *Festo Incarnationis Domini* pensitari solet, & vocatur Cronsteuer / und respectivè Opffer-Pfenning. Etsi fortè Status unus aut alter, in collectandis hoc aut priori modo pro sustentatione Cameræ Judæis, interesse quoddam prætenderet, idipsum hunc fortè, eodem amore conservandæ in Imperio justitiæ, & quia sic levaretur, non tantùm à tædiosis (*in undique conquirendis à Statibus contributionibus Cameralibus usitatis*) processibus Fiscalibus, sed etiam contributione ipsa, facilè remissurum: maximè, cùm sibi in jure, quod in suo territorio Judæos habet, de reliquo nihil decederet.

18. *Quartò*, cogitatum fuit, annon per Imperium quædam *beneficia Ecclesiastica*, in manu secularium existentia, quorum cœnobia aut Abbatiæ diruta appareant, nec sacra in iis tractantur, impetrato consensu à summo Pontifice, (*maximè à Catholicis, propter ipsorum conscientiam*) Cameralibus, ad aram sacræ justitiæ diurna sacra tractantibus, in sustentationem adsignari possent; Hoc enim à quibusdam Universitatibus, ut *Heidelbergensi*, *Tübingensi*, aliisque factitatum, & à *summo Pontifice approbatum legitur.*

19. *Quintò*, cogitatum fuit: Annon in sustentationem Cameralium ex parte conferret, si *Sacra Cæsarea Majestas* rogaretur, ut privilegia non nisi ex soluta certa quantitate, in futurum Cameralium stipendium pro annuis reditibus elocanda, imposterum conferrentur: indubiè enim quàm plurimos hanc summam haud gravatè pensitaturos.

20. *Sextò*, cogitatum fuit: Annon ad Cameræ sustentationem fixam, stabilemque inveniendam, expediens esset, si Status per aliquot annos *pensionem summæ* 200000. *Imperialium* ad Collegium in certis terminis annuatim deponi curarent, pro reditibus annuis ex continenti rursum elocandam: hoc enim medio spacio viginti annorum summam capitali correspondentem lucro cessuram, & sic paulatim Status ab hac sustentatione in totum liberari.

21. *Septimò*, de novis teloniis in vicinia erigendis, vel feudis Imperatori & Imperio apertis, vel etiam (*si Deus volet*) pace aut bello noviter Imperio quærendis, sustentationi Cameræ adjiciendis, plurimorum cogitationes prudentissimæ quidem in deliberationem venêre.

22. Verùm, ut interesse cujusvis Status privatum in multis aliis, ita & in materia præsenti impedimento fuit, quò minùs res in hoc aut illo perfectionem cerneret. Mansêre itaque in hodiernum usque diem contributiones Statuum, juxta modum in matricula Camerali *& Recessu Ratisbonensi novissimo* §. Und zwarn so viel anfänglich. 9. expressum, *ubi vide.*

TIT. XVIII.

De modo exigendi Salarium Cameralium.

§. 1.

Contribut. Cam. quibus locis numerandæ?

CONtributiones Camerales, duabus per nundinas Francofurtenses pensionibus, *ibidem*, vel *Augustæ* vel *Noribergæ* apud Coss. & Senatum

tum deponuntor, vel ipsi *Spiræ* Quæstori numerantor, atque apochæ eo nomine redduntor. *Ordin. Cam. part.* 1. *tit.* 40.

2. Acceptam pecuniam tres illæ Civitates Quæstori renumeranto, simulque antapochus, ejus tum summas, tum & species exprimentes tradunto, *d. tit. Ord.* §. 2.

3. Ut contributiones ante terminum colligi, Quæstorique Cameral singulis nundinis Francofurti eas recipienti maturè exsolvi possint, Status quatuor ad minimum hebdomadis, transmittendo ad cassam cuilibet circulo destinatam, nundinas solutionemque anticipanto. *Recess. Imp. de Anno* 1654. **Und zwarn/ so viel anfänglich etc.** 9. Quo tempore solvendæ?

4. Qui secus fecerit, moramque de termino ad terminum protraxerit, præmisso extrajudiciali monitorio, in marcam auri puri, vel si quota solvenda mulctam excedit, in pœnam dupli condemnator. *Recess. Imp. de Anno* 1654. §. **Würde aber deme also etc.** 10.

5. *Neglectæ* viventium & absentium Adsessorum inter præsentes distribuuntor; *demortuorum & resignatorum* autem cessanto: harum loco Adsessoribus, eorumque viduis liberisque, juxta adaucti Salarii quantitatem, quod restat, solvitor. *d. Recess. de Anno* 1654. §. **Und nachdemmahlen.** 12. *& seq.* Quod abundat, ut & neglectæ demortuorum & resignatorum Cassæ Camerali, ad securandi Adsessores sui salarii ergò, inferuntor, *dict. loc.* Neglectæ viventium.

6. Contributiones Cameræ, nisi in divisione territoriorum & hæ inter Status simul divisæ sunt, Cameræque hoc notificatum fuerit, à possessore domus gentilitiæ, **des Stamm = Hauses / exiguntor.** *d. Recess.* §. **So dann bleibts etc.** 16. Mortuorum.

7. Principes Comitesque, ad sessionem atque votum in *Comitijs novissimis* 1654. recepti, simul cum aliis Statibus contribuunto. *d. loc.* §. **Betreffend aber die** media &c. 14. subditos, in subsidium pro his contributionibus collectare liberum esto. *d. Recess. &* §.

8. Nota: **Die neulichst recipirte Fürsten seynd Dieterichstein/** Piccolomini, **Auersberg/ Hohenzollern/ Eggenberg/ Lobkowitz/ die Grafen: Christian Graff von Rantzau etc. und mehr andere.** An autem ad sustentationem Cameræ contribuere teneantur, non obstante, si aliqui ex his feuda regalia forsan in Imperio nondum possideant, de hoc consulendi sunt alii.

9. Unâ tertiâ de restantibus defalcatâ, & usui Imperii reservatâ, duæ in 12. Nundinis Francofurtensibus à dato *Recessus Imperij* proximè

mè sequentibus, junctâ quotâ currente exsolvuntor, *d. Recess.* §. Wegen der bey Churfürsten. 19. Illæ in salarii residui Adsessoribus eorumve viduis liberisque debiti, hæ in annuatim currentis solutionem penduntor. *d. Recess.* §. Und sollen. 20.

10. Præmisso extrajudiciali monitorio, Principes directores circulares (die Craiß-außschreibende Fürsten) ad implorationem Fisci, sine respectu & non exspectatâ declaratione banni, morosos exequuntor, *d. Recess.* wegen des *modi exequendi.* 15. illos, qui ob impossibilitatem tardiores sunt, solummodò ad simplum quod debetur: qui ex proposito, simul ad pœnam dupli. *d. Recess. d. loc.*

11. Resistentes executioni, ipso facto in bannum Imperiale incidunto: à judice summariè desuper cognoscitor. *d. Recess. d. loc.* Status Fiscali, se imploranti, promptum paratumque auxilium ferunto. *d. Recess. d. loc.*

12. Contra plus æquo tardiores in exequendo, Mandata executorialia decernuntor, vel executio alteri ex Statibus, aut vicini circuli directori, commendator. *d. Rec.* §. Wofern aber. 17. Si Princeps circuli directores ipsi in mora solvendi, alterius confinis circuli director exequitor. *d. Recess.* §. Also auch ꝛc. 18.

13. *Nota ad* §. 9. *supra*, ubi defalcationis tertiæ facta mentio: ut sententiæ, quæ in causis Fiscalibus, contributionem Cameræ concernentibus, quotidiè publicari solent, ab omnibus, maximè praxeos Cameralis Tyronibus, (*qui in eo sæpè hallucinantur*) intelligi possint, exemplum earundem, junctâ ejus explicatione subjicio:

14. In Sachen des Käyserlichen Fiscals, Klägern / wider Herrn Hugo Eberhardten / Bischoffen zu Worms / und Frau Mariam Eleonoram, Pfaltz-Gräffin bey Rhein / beyde des Ober-Rheinischen Craises außschreibende Fürsten / Beklagte / *Mandati Executorialis sine clausula*, in specie die Stadt N. N. wegen 4. neuer Zieler / eines Rests im zweyten termin, dañ noch acht verfallene terminen zwölfften Theils / ist D. N. N. sein der Declaration pœnæ und arctiorn halber beschehenes Begehren noch zur zeit abgeschlagen / sondern Dr. N. N. abermaligen Einwendens ungehindert / glaubliche Anzeig zu thun / daß der am 13. *Decembr. Anno* 1658. ergangener Urthel / mit würcklicher vorgenommener Execution gegen die säumige Stände / so wol auff die von zeit des jüngern Regenspurgischen Reichs-Schlusses verfallenen neuen / als der zwölfften Theils alter Restanten halber ein völlig Genügen beschehen

sey /

sey/ Zeit zwey Monat pro termino & prorogatione von Ampts wegen hiemit angesetzt / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß ermeldte Herren Beklagte jetzt als dann / und dann als jetzt in die Poen berührtem Mandato einverleibt / hiemit erklärt/ fernere Proceſs auch erkannt seyn sollen ꝛc.

15. *Ad intelligendam hanc sententiam, omnesque similes ex Recessu novissimo*, recolligendum: 1. Daß des alten Außstands der Cammer-Gerichts-Unterhaltungs-Gelder allein zwey Drittheil in 12. Terminen / das ist / in zwölff à dato des letztern Regenspurgischen Reichs-Schlusses folgenden Franckfurter Messen / nebenst denen auff jedwedere Meß fälligen Current neuen Zielern von den Ständen zu bezahlen seyen / muß also *Secundò*, wie viel der Rest eines jeden Stands ante dictum Recessum Imperii gewesen / à Quæstore Camerali erforschet. 3. Derselbe in drey Theile gelegt / deren zween Theile (der ein Theil cessiret) per 12. dividiret / und also die Terminen gemacht werden.

16. Dieser Terminen seynd nunmehr (nemlich zu Ende des Jahrs 1659. umb welche Zeit an der ersten Herauß gabe *Pandectarum Rodingij*, durch Jacob Siverts geschehen / gearbeitet worden) eilfe/ und wird in nächst-künfftiger Oster-Messe des Jahrs 1660. der zwölffte verfallen; Wann also vorgesetzte Urtheil den 24. Novembris des Jahrs 1659. oder nach letzt-gewesener Franckfurter Herbst-Meß *(quod præsupponendum*, publicirt wäre / hätte die darinn bemeldte Stadt/ nach deren Inhalt / an den 12. Zielern der alten Restanten / drey / an den neuen Currenten von Messen zu Messen immerhin lauffenden Zielern/ sieben bezahlt; ausserhalb / daß etwann in 2. Terminen der neuen Zieler einiges in Resto verblieben / darauff die Urtheil unter andern mit anweiset/ und ist nebenst bemeldtem Rest an den neuen Zielern noch vier/ an den alten acht schuldig / de similibus simile judicium esto.

17. *Pro nunc*, (nemlich im Jahr 1668. da gemeldter Siverts erwehntes Buch zum zweyten mal auffgeleget) seynd alle zwölff alte Zieler vorbey/ und wann man biß heut dieses 1668. Jahr rechnet/ werden gezählet 28. neue Zieler/ nemlich alle Jahr 2. Zieler. Et quia plurimi Status non solùm de antiquis, sed etiam de novis contributionibus nihil solverant, 1. *Junij* 1666. in pœnam respectivè dupli sunt declarati; quoad reliquos verò, die etwas zahlt/ oder nicht gar / ut & contra Duces circulorum, qui exequi debebant, reservatâ.

Quia

QUia *Auguſt. Cameræ Imperialis Collegium* per communia Decreta, *d. 1. Decembr.* 1659. ut & in ſequentibus annis ſubinde publicata, in Proceſſu Camerali, ratione Receſſuum oralium in audientiis uſitatorum, ordinum paritionis & Novarum, terminorum, præfixorum & Collectorum, importandi Mandati Procuratorii, præſtandi Juramenti appellationis, termini legalis, celebrandarum audientiarum & ſimilium, plurima reſpectivè immutavit & noviter introduxit, quæ ſupra paſſim ſunt allegata, & ut *experientia docet*, curſum ordinum ſubmiſſionesque cauſarum mirabiliter accelerant; ideò ut Lectori benevolo res clarior ſit, *commune Decretum de Anno* 1659. uno quidem contextu, ſed ſubjectis quacunque pagina, & loco congruo, quæ ſubſecuta ſunt, Cameræ declarationibus, aliisque notatis annectere voluimus.

ENdlich iſt der gemeine Beſcheid / weilen die Erfahrung bißher im Werck bezeiget / daß die am 30. Octobr. 1655. mit Anſetzung unterſchiedlicher gewiſſer Gerichtlicher Ordnungen (1.) beſchehene Fürſehung / zu Erreichung der Röm. Käyſerl. Majeſt. unſers allergnädigſten Herrn / wie auch geſamter Churfürſten und Ständen des Reichs / in dem letztern Regenſpurgiſchen Reichs-Abſchied (§. 88 & 94.) wegen Abkürtz- und Beſchleunigung des Gerichtlichen Proceſſes / an dieſem Käyſerl. und des H. Reichs Cammer-Gerichte außgedruckte Intention, allerdings noch nicht zulänglich / (2.) ſondern anderweiter mehrer Verordnung vonnöthen ſeyn wolle.

§. 1. Daß es zwar erſtens / noch zur Zeit bey der am erſtgemeldten 30. Octobr. 1655. eingeführten Abtheilung der unterſchiedlichen Gerichtlichen Ordnungen verbleiben ſolle / und mögen die Procuratores jedesmals immediatè nach publicirten Urtheilen / (3.) was ſich darauff gebührt / in ordine ſententiarum, alſo auch coram Deputatis, wie Herkommens / (4.) handeln / jedoch / daß nichts dahin gezogen

(1.) Scil. Sententiarum, reproductionis, novarum & paritionis.

(2.) Quod propterea potiſſimum accidit, cùm non tantùm ordo Novarum à quibusd. Procuratoribus usque ad dimidium, & ſæpè etiam plures menſes extractus, ſed etiam plurimi inutiles, necnon niſi repetitiones priorum in ſe continentes Receſſus admiſſi fuerint, ita ut ſæpè ad minimum 5. vel 6. anni elapſi, antequam in cauſa concludi potuerit.

(3.) Ita ut ſi vel unicus alius ordo poſt publicatas ſententias dicto ordini ſententiarum prælatus fuerit, & in eo actum, ſtatim eo ipſo cum præjudicio eorum Procuratorum & cauſarum, quæ in ordine Nov. neceſſariò proferri debebant, ordo ſententiarum pro illa vice extinctus ſit, & in eo amplius agi non poſſit; Licèt per abuſum à Procuratoribus nonnunquam contrarium practicatum, & ſi ad ordinem ſententiarum parati non erant, alius loco ipſius inchoatus, & proxima Juridica nihilominus in ordine ſententiarum adhuc fuerit actum, quod tamen ipſis per Pedellum interdictum. Sufficit autem ſi Procuratores poſt publicationem ſententiarum, unicum tantùm receſſum in d. ordine ſententiarum habuerint; aliud tamen eſſet, ſi (*quod rarò fieri ſolet*) publicatio ſententiarum tam citò finiretur, ut una vel altera hora reliquis ordinibus aſſignata adhuc ſupereſſet.

(4.) Vigore decreti *de 9. Januar. 1660. §. 1.* allwo verordnet / daß die *Reproductions-Receſſ* allein

gen werde/ als was vermöge der Ordnung und Reichs-Abschieden dahin gehörig. So viel aber die Distinctionem terminorum præfixorum à collectis, seu collectorum à præfixis belanget/ wird dieselbe hiemit auffgehoben und verordnet/ daß hinfüro die pro terminis præfixis damals angesetzte Ordnung/ allen und jeden terminis, sive collectis sive præfixis, sive etiam legalibus, gemein und universal seyn/ zumalen nicht mehr paritionis, sondern terminorum ordo (5.) genennt werden solle.

§. 2. Zum andern sollen hinfüro die Procuratores in denen Sachen/die nach heutigem dato erst außgebracht werden/ (6.) ihre Vollmachten jedesmal entweder in originali, oder signirten Copiis, wie sichs gebührt/ (7.) gleich in primo reproductionis termino: juxta *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. So dann sollen ꝛc. 36. Und zwar impetrantischer und Appellantischer Seiten/ (weil man so wol zu Einschickung des Gewalts als anderer Nothdurfft (8.) Zeit genug/ und vorher bey Er-

Rrrrr langung

in Appellations Sachen/ deren Weitläufftigkeit halben in Schrifften einzubringen/ und auff andere Sachen nicht zu extendiren/ sondern alles anders *utrimque, tàm in hoc, quàm sententiarum ordine*, und *coram Deputatis*, durch mündliche Recess zu verhandlen/ annoch erlaubt/ doch/ daß dieselbe dem gemeinen Bescheide gemäß/ auff das kürtzeste/ und nicht über 3. Linien lang gemacht seyen. In tribus ergò ordinibus, etiamnum hodiè dictatio recessuum concessa est, scilicet ordine sententiarum, reproductionis (*quoad causas S. Q. & Mandata*) & coram Deputato; (*de quo vid. supr. Lib. 2 tit. 9.*) in reliquis duobus enim, *ordine Novar.* videlicet & *term.* ut & in ord. Reproductionis (*quoad appellationes*) solent Recessus in quadam schedula scribi, in audientia legi, & Notariis ad complendum Protocolla copia dari; similiter etiam parti adversæ Recessus per Extractum communicari: neque adversarius, nisi in aliquot tantùm casibus, desuper respondere potest. (*ut infra fusius*) Sed ad importandos suos Recessus proximum suum ordinem expectare debet: Hunc modum recessandi etiam Fiscus observare tenetur.

(5.) Vigore decreti *de 11. & 12. Jan. 1660. §. 10.* müssen *post præstitam cautionem* die Gewälte *in ordine terminorum*, und nicht *in ord. Nov.* eingebracht werden; also auch/ wann einer auff das/ so sein Gegentheil *in ord. Term.* eingebracht/ etwas zu recessiren hat/ sol es ebenmässig *in eodem ord. terminorum*, wann ihn dieselbe erreichet/ beschehen.

Dicitur, post præstitam cautionem: Si enim cautio præstita non fuerit, Mandata procuratoria in primo termino reproductionis importari debent, quamvis etiam præstitâ cautione nonnunquam in ordine Novar. per abusum producantur.

Jahren eines seeligen Todts verblichen / und nach-benannte Kindere / als N.N. welche den (dies & annus) an diese Welt gebohren / alle in ihrer Minderjährigkeit nach sich / aber keine testamentarische Versehung verlassen / wie es mit deren Bevormundung solte gehalten werden; dannenhero die Reichs-Wohl-Gebohrne / auch Reichs-Freye Wohl-Edel-Gebohrne Herren / Herren / Räthe und Außschuß der unmittelbahren freyen Reichs-Ritterschafft / etc. Unsere Hochgeehrte Herren und Schwägere / auff Unsere Personen bedacht gewesen / zu verschiedenen malen Uns inständiglich ersuchend / daß wir Uns dieser Kinder Vormundschafft beladen wolten / so mehr / weilen wir dero anhängige Geschäfften / auff gleichmässiges Ansuchen / auß Freundschafft nun eine Zeit hero tractirt / und dahero derenselbigen die beste Wissenschafft trügen; daß wir derohalben in solch Begehren endlich eingewilliget / thun auch solches hiemit / so fern / wann von der Röm. Käyserl. Majestät / oder / in dero Namen / von dem Hochlöbl. Käyserl. Cammer-Gericht zu Speyer wir hierzu ordentlich confirmiret und bestättiget werden / zu welchem Ende wir zugleich / nebens diesem Documento Consensus, auch dem Edlen und Hochgelahrten Herrn N. N. beyder Rechten Doctorn / und Hochpreißl. Käyserl. Cammer-Gerichts wohlverordneten Advocaten und Procuratorn völligen Gewalt ertheilet / thun auch selbiges in krafft dieses / also / daß ermeldter Hr. N. N. bey hochermel. Käys. Cammer-Gericht / in Unserm Namen erscheinen / obbeschriebenen Unsern Consens, mit Vorweisung dieses / bescheinen / und da wir per Decretum darzu gelassen werden / alsdann den gewöhnlichen Vormunds-Eyd in Unser Seel schwören / auch zugleich / sub hypotheca generali omnium bonorum nostrorum, so viel hierzu gehörig / die Satisdation leisten / Tutorium vel Curatorium in forma consueta bitten / auch alles anders hierinnen thun und lassen solle / was Wir selber gegenwärtig thun und lassen solten / könnten oder mögten; Wann er auch eines mehren Gewalts / dann vorstehet / benöthiget / den wollen Wir ihme hiemit so vollkommentlich ertheilet und zugetheilet haben / als ob derselbige mit außtrücklichen Worten specialiter hierinnen begriffen wäre / und wie es sonsten bey diesem Käys. Cammer-Gericht styli, üblich und Herkommens ist: Was nun erwehnter Unser Anwalt in dieser Vormunds-Sachen / unter Unserm Namen fürnehmen und handeln wird / das wollen Wir jederzeit ratificiren und genehm halten / thun auch selbigen / bey Verpfändung Unserer Haab und Güter / so viel hierzu vonnöthen / aller Bürden der Rechten entheben; Dessen zu wahrer Urkund haben Wir Uns eigenhändig unterschrieben / und Unsere angebohrne Adeliche Pettschafft fürgedruckt. So geschehen / etc.

Documentum Consensus allein.

Ich Ends-unterschriebener bekenne / in Krafft dieses / nachdeme die Reichs-Frey-Wohl-Edelgebohrne Frau N.N. mir wehemüthigst zu erkennen gegeben / wie daß Ihr geliebter Ehegemahl / der weyl. auch Frey-Reichs-Wohl-Edel-

Edelgebohrner N. N. vor wenigen Jahren dieses Zeitliche gesegnet / und vier mit Ihro erzeugte Kinder / alle noch minderjährigen Alters / nach sich gelassen / dahero Ihr gebühren wolte / sich umb einen Vormundt umbzusehen / welcher / nebens Ihr / sich deroselben Vormundschafft unterziehen thäte / mit Bitten / weilen keine nahe Freunde vorhanden / und andere Ritter-Glieder im Odenwald / der Entsessenheit halber / nicht anständig / daß mich damit beladen lassen wolte. Ob nun wohl damit gern verschonet geblieben wäre / so habe jedoch endlich / auff ohneinstelliges Zusprechen / den Kindern zum besten / ob ulterius, quod est in mora periculum, mich dahin erbieten lassen / dahero so wol in meinem / als gemeldter Frau Wittib Namen / auff habenden Special-Gewalt / die gewöhnliche Solennia abzulegen / urbietig bin; Urkundtlich meiner eigenhändigen Unterschrifft / und gewöhnlichen Pettschafft. Speyer ꝛc.

Schrifftliche Cautions-Erbietung.

Ich zu Ends Benannter ꝛc. Demnach / nebst der Reichs-Frey-Wohl-Edelgebohrnen Frauen N. N. mich / zu Ubernehmung deren mit dem weyland auch Reichs-Frey-Wohl-Edelgebohrnen Herrn N. N. erzielter Kinder / mit Namen N. N. nöthiger Vormundschafft erbitten lassen / dergleichen aber keinem / ehe er gewöhnlich Gelübd / Eyd und Obligation geleistet / vertrauet wird: Also thue mich auch dahin hiemit erbieten / einen Eyd zu GOTT / und auff das Heilig Evangelium in meine Seele zu schwören / daß alles und jedes / was oberwehnten meinen anvertrauten Kindern gut und nützlich ist / thun und handlen / was unnütz und schädlich / vermeiden / unterlassen und verhüten / deroselben Person und Güter in gutem Glauben und Trauen vertretten / und zum besten versehen / ein ordentlich Inventarium förderlich auffrichten lassen / meiner Administration und Handlung zu gebührend und rechter Zeit Rechnung thun / mit vollkommener Uberliefferung alles desjenigen / so solcher Vormundschafft halber / zu meinen Handen kommen / und mehrgemelten meinen Pfleglingen zuständig seyn / wie auch dessen / was ich ihnen schuldig bleiben werde / und sonst alles anders thun wolle / was einem getreuen Vormund zustehet / bey Verpfändung meiner Haab und Güter; In Urkund meiner eigenhändiger Unterschrifft / und gewöhnlichen Pettschaffts. So geschehen ꝛc.

Special-Gewalt ad præstandum solennia pro Matre Tutrice.

Ich zu Ends Benannte bekenne / in Krafft dieses / nachdeme weyland der Wohl-Edelgebohrne Herr N. N. vor wenigen Jahren diese Zeitlichkeit gesegnet / und / nebst mir / seiner Wittiben / vier erzielte Kinder / benanntlich N. N. noch alle minderjährigen Alters / sonder einige Testamentarische Vormundschafftliche Bestellung und Verordnung / nach sich gelassen / daß Ich / auß tra-

tragender Mütterlicher Zuneigung und obliegender Schuldigkeit/ mich mit deren Vormundtschafft beladen zu lassen / gutwillig erkläret / nächst Erbietung / die gewöhnliche Gelübd / Eyd / Obligation und Renunciation forderist zu thun/ wie dann zu dem End dem Edlen und Hochgelehrten Herrn N. N. der Rechten Doctorn/des Hochlöbl. Käyserl. Cammer-Gerichts Advocato und Procuratori, völligen Gewalt ertheilet / bey hoch-ermeldtem Käyserl. Cam̃er-Gericht den gewöhnlichen Vormunds-Eyd in meine Seele zu schwören / und zugleich/ sub hypotheca bonorum meorum, so viel hierzu vonnöthen / die erforderende Caution zu leisten/ sonderheitlich aber dem Senatus Consulto Vellejano, dessen Ich wohl verständigt worden / und secundis Nuptiis zu renunciiren / auch alles anders zu thun und zu lassen / was Ich selber gegenwärtig thun und lassen solte / könte / oder mögte.

Was nun ermeldter mein Anwaldt hierbey in meinem Namen fürnehmen und handlen wird / das gerede und verspreche Ich / gleich ob solches persönlich gethan / auff-und anzunehmen / auch stät / vest / und ohnverbrüchlich zu halten/ und meinen Anwaldt derowegen aller Gefahr und Schadens/ bey Verpfändung meiner Haab und Güter / allerdings zu entheben ; dessen zu wahrer Urkundt hab Ich mich mit eigener Hand unterschrieben / und mein angebohrnes Adeliches Pettschafft beygedruckt. So geschehen.

Vid. Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 2. tit. 1. ubi plura offendes, de datione tutorum, vel curatorum, quoad personas immediatè Imperio subjectas.*

MANTISSA VI.

Ad Lib. I. tit. 20. §. 15. pag. 284.

Mandatum de exequendo Imperij Recessum, & respectivè proprias Ordinationes, tollendo recursus Apostolicos in civilibus & temporalibus causis, sine clausula. In causa Fiscalis Generalis contra Principem, Judicesque Leodienses, & Consort.

LEOPOLDUS Divinâ favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Rex, Archi Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Würtenbergæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, & Goritiæ, &c.

Admodum Venerabili & Perillustri MAXIMILIANO HENRICO, Archi-Episcopo Colonienſi, Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellario, Episcopo Leodienſi & Hildesienſi, Administratori Stabulenſi, Præposito Bergtesgadenſi, Comiti Palatino Rheni,

utrius-

utriusque Bavariæ, ut & superioris Palatinatus Duci, Landgravio in Leuchtenberg, Principi Electori & Consanguineo Nostro charissimo, &c.

Nec non Honorabilibus, peritis, Nobis & S. Rom. Imperio fidelibus, dilectis, & devotis, Dilectionis Suæ Consiliariis Consiliorum Privati & Ordinarii, utì & Officiali Leodiensi, unà cum ejusdem Sententionario: Præterea Paribus Curiæ feudalis, Scabinis supremæ Justitiæ, Viginti Duumviris & eorum Revisoribus, Statuum Deputatis Leodiensibus, Oppidorum quoque & totius ditionis Leodiensis Officiatis, Scabinis & Justitiariis, prout etiam Locumtenenti, & Paribus Aulæ Curingianæ Comitatus Lossensis, ac Scabinis superioris Justitiæ Vliermalensis, aliisque omnibus & singulis subalternis ejusdem Comitatus Justitiariis; Judicibus porrò Synodalibus seu Ecclesiasticis Leodiensibus, Protonotariis Apostolicis, & generatim omnibus causarum Advocatis, Procuratoribus, ac Prælocutoribus, Notariis, & Apparitoribus, gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum.

Admodum Venerabilis & Perillustris Princeps Elector & Consanguinee charissime, nec non honorabiles, periti, fideles, dilecti, ac devoti.

Judicio Imperialis Nostræ Cameræ, ejusdem Procurator Fiscalis & Consiliarius noster *Philippus Ludovicus Arbogast*, Jurium Lt.us ex officii sui munere humillimè remonstrando exposuit; Qualiter quotidiana ad fastidium testetur experientia, quòd licèt omnia & singula sacri Romani Imperii membra, Principes, Status, Officiati, Judices, Justitiarii, Subditi & Incolæ ad reverentiam, observantiam, & executionem ejusdem Sanctionum & Recessuum, & eorum quæ in iisdem pro ipsius Imperii Jurisdictione adversus exteros usurpatores vindicandâ salubriter cauta sunt, inviolabiliter teneantur: Diversis porrò Ejusdem Constitutionibus, Edictisque Cæsareis Juri tâm Canonico quàm Civili consonis, speciatim autem Novissimo Ratisbonensi Recessu, ac insuper Capitulatione Nostrâ Imperiali vetita denuò & interdicta sit Jurisdictionum sæcularis & Ecclesiasticæ confusio, causarumque civilium ad Judices & Nuntios Apostolicos, omni super iis censura in Imperio carentes, veluti per appellationes ab Officialibus Colonienſi, Leodiensi, & Monasterienſi. aliosque recursus illicitos pertractio, statutis in contraventores simul & recurrentium Advocatos, Procuratores, & Notarios acribus pœnis: ad quarum proinde sanctionum

& pro-

& prohibitionum Imperialium realem obsequentiam, debitumque effectum, cumprimis Archi-& Episcopi Principes dictarum ditionum, singulariter verò Leodiensis ejusque Officialis, aliique Justitiarii, per & inter quos præcipuè hujusmodi abusus orti, tantò magis obstricti sint; Quemadmodum etiam laudabiliter Dilectio Vestra maturè perpendens, quòd jurisdictio Metropolitica in civilibus & prophanis causis à sacro Romano Imperio in Se Suamque Archi-Diœcesin indubiè promanet, ac immemorialis temporis usu roborata sit, volens etiam fundamentalibus Imperii Constitutionibus se conformare, & incommodis Jurisdictionum confusionibus damnisque partium exinde prosilientibus obviare, ejusmodi abusus in evocationibus causarum civilium ad judicia merè Ecclesiastica, tanquam per sacrum Imperium reprobatos, per Officiatos & Justitiarios patriæ & Curiales Leodienses tolli, & è-contra supremam hujus Imperialis Nostræ Cameræ Jurisdictionem tam in dictis Imperii Constitutionibus quàm Capitulationibus clarè fundatam, & planè incontroversibilem debitè conservari, ejusdemque Mandatis promptam paritionem præstari, diversis in Adjunctis sub Num. 1. 2. & 3. comprehensis Ordinationibus, in eum finem successivè, & partim non ita pridem emissis, seriò & sub arbitraria pœna præceperit.

Nihilominùs in facto comperiatur per crebra quæ ad exponentis Fiscalis, vel etiam partium Imperii jurisdictionem respicientium instantiam ab hoc supremo Nostro Judicio emanârint, & adhuc sollicitentur Mandata pœnalia in particularibus causis civilibus cassatoria appellationum, recursuumque Apostolicorum, & executorialia sententiarum per te Officialem Leodiensem utì civilem eatenus Judicem latarum, quod tamen idem Officialis, aliique Judices Leodienses, præcipuè vos Synodales & Protonotarii Apostolici, multique illius indubitatæ Imperii Provinciæ subditi & incolæ, eorumve Advocati & Procuratores præmissis Constitut. & Ordinationib. contraveniendo, pristinos abusus, provocationes & usurpationes Apostolicas in sæcularibus causis respectivè continuent, foveant, iisque passim deferant, & taliter Executiones rerum per ordinarios civiles Judices legitimè judicatarum præpediant, frustrentur, & eludant, unico vestro Judicum merè Ecclesiasticorum & inservientium incongruo lucro, maximo autem damno publico, dum per tales Appellationum ambages, lites indifferenter etiam de rebus exiguis multiplicentur, partesque sumptibus indebitis exhauriantur.

Cui propterea gravi malo & pernitioso exemplo cùm per efficacius quoddam remedium generale, salvâ pœnarum contra reos anteriores prosecutione, obviam iri publicè expediat, eique prospicere officio suo haud parum incumbat, ac hujus Nostri Cæsarei Tribunalis Jurisdictio ad hoc multifariè fundata sit.

Hinc Mandatum hoc Nostrum Cæsareum unà cum citatione ita planè exigente necessitate sibi decerni, & ad meliorem omnium notitiam Leodii, Huji, & Casseleti publicè affigi instantissimè petiit & obtinuit, quòd hi Processus hodiernâ die, quâ datum infra patet, modo subsequenti decreti fuerint.

Authoritate itaque nostrâ Imperiali, tenoreque præsentium, sub pœna viginti marcarum auri puri, Fisco Nostro Cæsareo irremissibiliter persolvendarum, districtè præcipiendo mandamus, & seriò injungimus, Dilectioni inprimis Vestræ, & Consilio privato, ut pro authoritate, & munere suo Principali, quovis meliori, efficaciori, & promptiori modo, per suum Officialem, omnesque Judices, Justitiarios, subditos, & incolas patriæ Leodiensis, & Comitatus Lossensis supra memoratam Imperialem prohibitionem & cassationem Appellationum & recursuum Apostolicorum in civilibus, prophanis, & temporalibus causis, desuperque emissas proprias Ordinationes perfectè observari & exequi mandent, & effectivè procurent; Vobis verò Judicibus Synodalibus, Protonotariis Apostolicis, Advocatis, Procuratoribus, Prælocutoribus, Notariis & Apparitoribus Leodiensibus & Lossensibus, ne ullos in causis ejusmodi prophanis & sæcularibus posthac processus, literas, Commissiones, aut recursus Apostolicos, acceptetis, admittatis, foveatis, procuretis, vel similibus inserviatis, sed ab illis planè vobis caveatis & abstineatis, nullâ ratione habitâ juramenti in contrarium ad tuam Officialis Leodiensis compulsionem antehac nulliter & coactè præstiti; Tibi quoque Officiali unà cum tuo Sententionario, vobisque reliquis præfatis superioribus & subalternis Officiatis & Justitiariis Leodiensibus & Lossensibus similiter mandamus, ut ejusmodi Recursus, Processus, Rescripta, Inhibitiones, Sententias, Executoriales, & Mandata Apostolica in civilibus causis minimè attendatis, sed illis, & quibuscunque desuper fundatis, vel astructis, utì per se nullis, non obstantibus, imò spretis & rejectis, sententias in civilibus per te sæpè dictum Officialem Leodiensem, aliosque Ordinarios sub Imperio Judices latas ad instantiam partium, pro suo quilibet respectivè munere, realiter exe-

executioni demandetis,& mandari faciatis,speciatim etiam vobis Consiliariis Consilii ordinarii Leodiensis,tanquam conservatoribus privilegiorum Imperialium, quæ Jurisdictionis & Superioritatis nostræ Cæsareæ observantiam in civilibus contra evocationes & usurpationes merè Ecclesiasticas maximè concernunt,ut ad querelam partium defectuosos & contraventores per Processus pœnales & Mandata opportuna debitè coërceatis & corrigatis, quatenus placuerit Dilectioni Vestræ,vobisque omnibus evitare pœnam superiùs comminatam. Factura est Dilectio Vestra, & vos exequimini hac in parte jussionem Nostram seriam.

Insuper eâdem nostrâ authoritate Dilectionem Vestram, vosque suprà mentionatos omnes & singulos citamus ad comparendum die trigesimo,insinuationem seu affixionem istius proximè subsequente, quorum decem pro primo, decem pro secundo, reliquos verò decem pro tertio & peremptorio termino assignamus,& præfigimus,vel si dies ipsa juridica non fuerit, ex tunc proxima causarum audientia, per Procuratores ad hoc legitimè constitutos, in auditorio dictæ Nostræ Imperialis Cameræ, & docendum se sic morigerè gesturos, vel videndum & audiendum Dilectionem Vestram & Vestrûm quemlibet in præfatam pœnam incidisse decerni & declarari, vel dicendum & allegandum causas rationabiles, quare declaratio talis fieri non debeat, recipiendumque desuper justitiam expeditam ; aliàs ad Procuratoris Fiscalis instantiam ulteriùs procedetur contumaciâ vestrâ non obstante, de quo Dilectionem Vestram, & Vos certiores facimus.

Simulque statuimus & volumus hos Processus in supradictis locis per modum Edicti publici proponi & affigi, ejusdemque vigore quemlibet, ac si in propria persona, vel loco domicilii sibi denunciati & insinuati essent, obligari & teneri debere.

Datum in Civitate Nostra Imperiali Spira, vigesimâ septimâ Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, sexcentesimo, septuagesimo tertio, Regnorum nostrorum Romani decimo sexto, Hungarici decimo nono, Bohemici verò decimo septimo.

Ad Mandatum Domini Electi
Imperatoris proprium.

(L.S.)

Johannes Nicolaus Becht, Lt.us
Cancellariæ Præfectus.

Jacobus Michaël, Lt.us Judicii Imperialis
Cameræ Protonotarius.

Adjunctum sub Num. 1.

MAximilianus Henricus, Dei gratiâ, Archi-Episcopus Colonienſis, S. Romani Imperii Princeps Elector, per Italiam Archi-Cancellarius, & S. Sedis Legatus natus, Episcopus ac Princeps Hildesienſis, & Leodienſis, Administrator Bergtesgadenſis, utriusque Bavariæ, ſuperioris Palatinatus, Weſtphaliæ, Angriæ & Bullonii Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergenſis, Marchio Franchimontenſis, Comes Loſſenſis & Hornenſis, &c.

Venerabilibus, Honorabilibus, Doctis & Fidelibus Nobis dilectis, Cancellario & Conſiliariis Conſiliorum Noſtrorum Privati & Ordinarii, nec non Officiali Noſtro Leodienſi, Deputatis quoque Statuum, Scabinis, Officiatis & Juſtitiariis Civitatis, aliisque Patriæ Noſtræ Leodienſis, & Comitatus Loſſenſis ſalutem. Noveritis Nobis humillimè expoſitum eſſe, quòd licèt Curia Noſtra Metropolitica Colonienſis fuerit ſemper ſuperior in ordine appellationum, & competens reſpectu Curiæ Noſtræ Leodienſis indifferenter etiam in cauſis civilibus & prophanis, proque tali non ſolùm per antiqua reſpectivè ac ultima Statuta Curiæ Noſtræ Leodienſis, ſed & per ſupremæ Imperialis Cameræ Judicium, & diverſos Imperii Receſſus recognita; & proinde quæſtio competentiæ ac devolutionis vel non devolutionis cauſarum, quæ viâ appellationis per partes gravatas ad Officialem Noſtrum Metropoliticum devolvuntur, cognitioni & deciſioni ejusdem, nulli verò alterius, minùs autem inferiorum reſpectivè Judicum ſubſit; Executio autem Sententiarum per eundem ſic aditum latarum, quæ de jure inappellabiles, vel defectu legitimæ Appellationis, aut aliàs in judicatum lapſæ ſunt, à nullo, præſertim inferiori Judice ſeu Tribunali quovis prætextu impediri, ſed è contra omni modo promoveri, & non obſtantibus per Receſſus Imperii, à quo Jurisdictio ſæcularis utriusque Noſtri Officialis Colonienſis & Leodienſis promanat, vetitis provocationibus perfici debeat.

Nihilominùs contrarium planè in pluribus cauſis paſſim contingat, & tam per Officialem Noſtrum Leodienſem, quàm alios ejusdem Noſtræ Ditionis, Comitatusque Loſſenſis Juſtitiarios, tam per admiſſionem oppoſitionum per Partes in Curia Noſtra Metropolitica condemnatas ſuper competentia vel validitate Sententiarum Officialis Noſtri Metropolitici exhibitarum, quàm recurſuum Apoſtolico-

licorum in causis civilibus & prophanis, etiamsi hi Recursus & Processus à supremis in Imperio Tribunalibus velut nulli declarati & cassati sint, de facto practicetur, in grave & non tolerandum Imperialis, Nostræque Metropoliticæ jurisdictionis vilipendium ac præjudicium, nec non partium damnum, prout non ita pridem in causa LENARTS contra COURS evenerit, in qua tametsi testantibus Actis pro quondam Arnoldo Lenarts, utì cum Uxore & Liberis suis scripto herede Joannis Eyckenhuts, ejusque æris alieni solutore, aliàs à decreto Officialis Nostri Leodiensis Postpositivo plenarii possessorii, quod in parte per eundem ejusque Commissarios, sicut & per Scabinos Tungrenses dicto Arnoldo adjudicatum fuerat, adeoque à notorio gravamine ad Officialem Nostrum Metropoliticum appellante, jam inde à 17. Junij 1644. lata sit, juxta c. fin. C. de Ed. di. Adr. toll. sententia provisionalis Manutenentiæ universalis, & immissoria totius hæreditatis, ad effectum præsertim suspensivum de jure & Privilegiis Curiæ Nostræ inappellabilis; proindeque ejus Executio cassata per Cæsareum Mandatum, subsecutasque Sententias Camerales, nec non declarationem adversarii Wilhelmi Cours, velut in causâ merè civili & prophana, illicitâ appellatione Apostolicâ, diversimodè injuncta sit, & vigore novarum Litterarum respectivè executorialium & requisitorialium Officialis Nostri Colonienſis ad Leodiensem, omnesque judices, sub quibus bona quæstionis sita sunt, emissarum per Officialem Nostrum Leodiensem bis terque decreta, ejusdemque authoritate, non obstante nova dicti Cours provocatione, pro Licentiato Petro Lenarts cœpta fuerit, quin & ulteriùs per Mandatum Imperiale Cassatorium & Executoriale sine clausula Nobis exhibitum, non attento adversæ Partis recursu ad viginti Duumviros Leodienses, & quibuscunque non obstantibus confirmata, nec non ulteriores & respectivè arctiores dicti Officialis Nostri Colonienſis desuper Requisitoriales emanaverint: His tamen omnibus posthabitis, tam ipse Officialis Noster Leodiensis propriis suis, suique Prædecessoris Decretis executivis contraveniendo, quàm prædicti pro solis violentiæ casibus limitati extraordinarii Judices, nullam de causa principali ad ordinarios spectante cognitionem habentes sub prætextu ultimæ hujus Appellationis ad Sedem Apostolicam anteà rejectæ demandatam, cœptamque Executionem retractare præsumpserint, Deputatis Statuum super hoc conniventibus; imò & pro

hujusmodi revocatione, non considerato quoque Decreto pœnali; *Nisi* mentionati Nostri Officialis Colonienſis debitè insinuato, diversi è contra Processus executivi tam adversus Justitiæ Satellites, vulgò Crenckenarios, qui jussu & authoritate Officialis Leodienſis judicatum Nostri Officialis Colonienſis exequi incœperant, quàm contra ipsum Impetrantem Lic. Lenarts, aliosque à parte adversa indies expracticentur, & attentata accumulentur, quemadmodum sæpe nominatus Lenarts de illis aliisque Contraventionibus dicti judicati Colonienſis Nobis graviſſimas querelas depoſuit, & narrata ſufficienter juſtificavit. Per quæ omnia cùm Cauſarum per Officialem Noſtrum Colonienſem judicatarum Executio impediatur & Curſus Juſtitiæ ſiſtatur, imò hæc in Jurisdictionis Noſtræ Metropoliticæ ſimul & Imperialis graviſſimum præjudicium manifeſtè tendant, ideoque ſæpè dictus Lenarts contra præmiſſa, aliaque ſimilia, authoritatem Noſtram Principalem & Metropoliticam humillimè interpellârit.

Hinc volentes, prout tenemur, Jurisdictionem Noſtram Metropoliticam conſervare, fundamentalibusque Imperii Conſtitutionibus Nos conformare, ſalvo de cætero in Cauſis Eccleſiaſticis reſpectu Sedi Apoſtolicæ & Tribunalibus Curiæ Romanæ debito, vobis omnibus & ſingulis hiſce ſerio mandamus, injungimus, & volumus, ut partes in cauſis civilibus & merè prophanis condemnatas ad debitam Judicatorum Officialis Noſtri Metropolitici Colonienſis obtemperantiam & ſatisfactionem realiter pro veſtro reſpectivè munere compellatis; ſpeciatim verò prætacta attentata, aliasque Contraventiones ſæpè ſpecificati judicati Executorialium, & Requiſitorialium ejusdem Officialis Noſtri non ſolùm ſiſti & tolli curetis; ſed & inſuper idem judicatum pro dicto Lenarts promptæ & plenariæ executioni demandetis, ſeu demandari faciatis, ne alioquin ob defectum Paritionis de arctioribus conſervandæ Imperialis ſimul & Metropoliticæ Noſtræ Jurisdictionis opportunis & neceſſariis remediis proſpicere cogamur. Signatum Bonnæ 10. Julii, 1670.

Maximilianus Henricus.

(L. S.)

Herm. Seyler.

Ad-

Adjunctum Num. 2.

MAximilianus Henricus, Dei gratiâ, Archi-Episcopus Colonienſis, S. Romani Imperii Princeps Elector, per Italiam Archi-Cancellarius & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus natus, Epiſcopus & Princeps Hildeſienſis & Leodienſis, Adminiſtrator Bergtesgadenſis, utriusque Bavariæ, ſuperioris Palatinatus, Weſtphaliæ, Angriæ & Bullonii Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergenſis, Marchio Franchimontenſis, Comes Loſſenſis, Longienſis, & Hornenſis, &c.

Omnibus & ſingulis ad quorum notitiam haſce pervenire interierit, ſalutem in Domino maturè perpendentes, quòd Jurisdictio Metropolitica in Leodienſibus & Monaſterienſibus, aliisque civilibus & profanis cauſis à S. Rom. Imperio in Nos & Archi-Diœceſin Noſtram promanet, ac immemorialis temporis uſu roborata ſit, nec non tam in Imperii Conſtitutionibus, quàm Imperatorum Capitulationibus prohibitio evocationis cauſarum civilium ad Judicia merè Eccleſiaſtica clarè fundata & incontroverſibilis planè, atque notoriè exiſtat, adeoque in iis Illuſtriſſimo Domino Nuntio Apoſtolico nulla cognitio competere valeat, quinimò omnes recurſus, qui ad Dominos Nuncios Apoſtolicos in hujusmodi cauſis fiunt, tanquam abuſus per Sacrum Imperium reprobati eſſe dignoſcantur, & quotidiè tam in Imperiali Camera quàm Judicio Aulico per Mandata caſſatoria tollantur, & partes ad Dominos Nuntios Apoſtolicos in Leodienſibus vel aliis profanis cauſis recurrentes tanquam Jurisdictionis Imperii violatores coërceantur. Hinc quatenus præter omnem opinionem in cauſa de Sart & Rolandi contra le Clerq; Ill.mus Dominus Nuntius contra Officialem Noſtrum Colonienſem quidquam ulterius decernere intendat, cauſam hanc utì Noſtram amplectimur, & noſtram propriam facimus, dictumque Officialem Noſtrum, Noſtrique officii promotores in ſpecialem Noſtram protectionem ſumimus, omnemque indemnitatem eisdem promittimus, & tàm dicto Officiali Noſtro, quàm officii Noſtri promotoribus in hac cauſa coram Illuſtriſſimo Domino Nuntio ſeſe intromittere, vel jurisdictionem ejusdem ullatenus prorogare, neque ſuper Metropolitica Noſtra ab Imperio profluente & incontroverſibili Jurisdictione in ullam diſceptationem conſentire præſumant, ſeriò & ſub pœna arbitraria inhibemus; Inſuper Officiali Noſtro Colonienſi ut non obſtantibus Illuſtriſſimi Domini Nuntii comminationibus in hac & ſimili cauſa

civili

civili & prophana Mandatis cassatoriis & executorialibus ab Imperiali Camera vel Judicio Aulico relaxatis & imposterum relaxandis promptam paritionem præstet, clementissimè injungimus. Datum in Residentia Nostra Bonnæ tertia Martii, 1672.

Maximilianus Henricus.

(L.S.)

Jo. Pet. Burman.

Adjunctum Num. 3.

MAximilianus Henricus, Dei gratiâ, Archi-Episcopus Colonienſis, S. Romani Imperii Princeps Elector, per Italiam Archi-Cancellarius & Sanctæ Sedis Apostolicæ Legatus natus, Episcopus & Princeps Hildesienſis & Leodienſis, Administrator Bergtesgadenſis, utriusque Bavariæ, superioris Palatinatus, Westphaliæ, Angriæ & Bullonii Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergenſis, Marchio Franchimontenſis, Comes Lossenſis, Longienſis, & Hornenſis, &c.

Venerabilibus, Honorabilibus, Doctis & Fidelibus Nobis dilectis, Cancellario & Consiliariis Consiliorum Nostorum Privati & Ordinarii, nec non Officiali Nostro Leodienſi, Deputatis quoque Statuum, Scabinis, Officiatis & Justiciariis Civitatis, aliisque Patriæ Nostræ Leodienſis, & Comitatus Lossenſis salutem.

Quamvis ex tenore Edicti Nostri currente Anno 1672. die decima quinta Februarii satis luculenter appareat, Intentionem Nostram nunquam fuisse, nec esse, prohibere, ne in causis civilibus Leodienſibus etiam coram Officiali Leodienſi introductis ad suprema in Imperio Tribunalia, Cameram scilicet Spirenſem & Judicium aulicum, partes recurrant: Cùm tamen graves quærelæ ex parte Promotorum officii Nostræ Archiepiscopalis Curiæ ad Nos delatæ fuerint, quòd Edictum mentionatum ad suprema hæc Dicasteria torqueatur, contra clarissimas dispositiones tam Capitulationum Cæsarearum Ferdinandi IV. recolendæ memoriæ, & Leopoldi modò felicissimè regnantis, quàm ultimi Recessus Imperii Ratisbonenſis; Nos incommodis Jurisdictionum confusionibus, & damnis partium exinde meritò timendis obviare volentes, præsentibus declaramus, Intentionem Nostram nunquam fuisse recursus hos ullatenus inhibere, prout etiam in Nostra potestate constitutum non est, ut illos inhibeamus: Quocirca Cancellario, ac Consiliariis, Officiali, aliis-

aliisque Officiatis & Justitiariis Civitatis Nostræ Leodiensis & Comitatûs Lossensis clementissimè mandamus, ut in quibuscunque causis civilibus & prophanis, quamvis coram Officiali Nostro Leodiensi introductæ, & per eundem decisæ fuerint, Mandatis Cameralibus, & Judicii Aulici morem gerant, obtemperent, & illa, quoties ad eosdem relaxata & directa fuerint, debitæ Executioni sine ulla tergiversatione demandent, nullatenus verò impediant, vel impediri faciant, aut permittant, quò minùs partes in memoratis causis ad Officialem Nostrum Colonienſem velut immediatum in ejusmodi Appellationum causis Judicem, & Officialis Nostri Leodiensis in eisdem superiorem, pro tali à supremis hisce Dicasteriis, totoque Imperio semper agnitum, liberè recurrant, causasque suas etiam profanas & civiles coram eodem prosequantur, & decisionem ejusdem exspectent; Hæc enim est Nostra Clementissima & enixissima voluntas, cui tam omnes & singulos suprà nominatos, quàm partis, Curiæque Nostræ Episcopalis Leodiensis Advocatos, Procuratores, Notarios, & Sollicitatores sese conformare volumus. Signatum Bonnæ hac 6. Maji, 1672.

Maximilianus Henricus.

(L. S.)

Jo. Pet. Burman.

MANTISSA VII.

Ad Lib. 1. tit. 20. §. 50 55. pag. 295. 296.

Copia Mandati de inrotulandis & transmittendis Actis ad Universitatem Impartialem *sine Clausula* in Camera Imperiali emanati.

WIr LEOPOLD / von GOttes Gnaden / Erwöhlter Römischer Käyser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / zu Hungarn / Böheim / Dalmatien / Croatien / und Sclavonien ꝛc. König / Ertz-Hertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / Steyr / Kärndten / Crain und Würtenberg / ꝛc. Grafe zu Habspurg / Tyrol und Görtz / ꝛc. Entbieten denen Ehrsamen / Unsern und des Reichs Lieben Getreuen N.N. Bürgermeisteren und Rath der Stadt Cölln Unsere Gnad und alles Guts. Ehrsame / Liebe / Getreue. **Unserem Käyserl. Cammer-Gericht** haben Unsere Liebe Andächtige Elisabetha Ercklentz Wittib Hermes / so dann der Ehrsahm / Gelehrt / Unser

und des Reichs Lieber Getreuer Christianus Ercklentz / der Rechten Doctor, demüthigst und unterthänigst supplicirend für- und anbracht: Was gestalten Sie / nach erhaltener Revision bey Euch ermeldten Bürgermeisteren und Rath / die zwischen Jhnen und Gottfriden Ercklentz / wie auch Annen Schlebuschen / Wittiben Ercklentz und Consorten / verübte Acta und Handlungen auff eine unpartheyische / wolbestellte / allerseits unbekandte Universität / erga Oblationem condignarum Sportularum zu schicken / gebührend angesucht hätten.

Ob wol nun Sie Supplicanten der tröstlichen Zuversicht gelebt / es würdet Jhr / besagte Bürgermeister und Rath sothanem rechtmässigen suchen und bitten deferiret haben; So seye jedoch solches Begehren wider alles verhoffen / auff achtmahliges in diesem Punct gethanes suppliciren / jedesmalen in die von Euch mehrgedachten Bürgermeistern und Rath außgelassenen verzögerlichen Registraturen committiret / und also ihnen in effectu abgeschlagen worden: Dahero sie Imploranten an der öffters gebettener Transmission Actorum ad Impartiales (worinn sie doch allen Trost ihres Rechtens ex justæ Causæ confidentia gesetzet) zumalen desperiren / und zu ihrer endlichen Erörterung das heilsame Beneficium Provocationis nothdränglich ergreiffen müssen.

Wann aber nach Anlaß des jüngern Reichs-Abschieds §. Doch mit diesem Zusatz 113. außdrücklich verordnet wäre / daß / auff den Fall die Appellation oder Revision effectum devolutivum an berührt Unser Käyserlich Cammer-Gericht nicht haben könte / alsdann der Parthey ordentlich Obrigkeit auff derselben gebührendes Ansuchen und Begehren die vollkommene Acta, nach Jnhalt des Reichs-Deputations-Abschied de Anno 1600. auff deren / zuvor mit Zuziehung und in Gegenwart beyderseits Litiganten oder Gewalthabern fürgehender Inrotulation, ohne nebenseitige Recommendation, auff eine unpartheyische Universität / oder anders Collegium Juridicum zu schicken / und deren Rechtliches Gutachten zu fordern schuldig seye. Dahero zu Observanz solcher / *ipso Jure* gebottener Verschickung / sonderlich an diesem Unsern höchsten Gericht / & in hoc facto nullo Jure justificabili, & malæ consequentiæ, in perniciem Imperii, & eversionem Constitutionum Ejusdem, nec non in Partis Implorantis gravamen ac damnum irreparabile vergente, nullamque moram ferente à præcepto, vermög der Ordnung Part. 2. Tit. 23. fundatâ ob notoriam immedietatem hujus Supremi nostri Judicii Jurisdictione angefangen / und behörige Mandata erkeñt werden könten und solten.

Solchem nach / umb diß Unser Käyserlich Mandat und Ladung / an und wider Euch Eingangs ermeldte Bürgermeister und Rath zu ertheilen / inständigst anruffend erlangt / daß solche Proceß **auff zuvor** *hinc inde* **eingeholten Bericht und Gegen-Bericht** / auff ihrer Supplicanten Kösten / heut dato nachfolgender Gestalt erkennt worden seynd.

Hierumb so gebieten Wir Euch / von Römischer Käyserlicher Macht / und bey Pöen zehen Marck Löthigen Golds / halb in Unser Käyserliche Cammer / und zum andern halben Theil ihnen Impetranten unnachläßig zu bezahlen / hiemit ernst-

ernstlich / und wollen / daß ihr den nächsten nach überantwort- oder Verkündung dieses / die vor euch ventilirte Acta allerseits compliret / collationiret / subscribiret / ritè in Præsentia Partium inrotuliret / und sie darauff / per duos de Gremio Vestro Deputandos Impartiales erga condignas Sportulas, auff eine wolbestellete außwendige Juristen-Facultät *sub Juramento Silentij*, und ohne nebenseitige Recommendation, dem jüngern Reichs-Abschied gemäß / *junctâ Copiâ Summariissimi vidimatâ* vorerwehnter massen auff der Impetranten Kösten gelangen lasset / deren Urtheil einholet / und demnächst solche in Gegenwart der Partheyen eröffnet und publiciret / deme also gehorsamlich nachkommet / als lieb euch seyn mag / obangedrohete Pöen zu vermeyden / daran geschicht Unsere ernstliche Meynung.

Wir heischen und laden dabeneben euch / von berührter Unserer Käyserl. Macht / auch Gerichts- und Rechts-wegen hiemit / daß ihr auff den dreyssigsten Tag demnächst nach beschehener Insinuation dieses / deren Wir euch zehen für den ersten / zehen für den andern / zehen für den dritten / letzten und endlichen Rechtstag setzen und benennen peremptoriè, oder ob derselbe kein Gerichts-Tag seyn würde / den nächsten Gerichts-Tag darnach / durch einen Gevollmächtigten Anwaldt an hiesigem Unserem Käyserl. Cammer-Gericht erscheinet / glaubliche Anzeig und Beweiß zu thun / daß diesem Unserem Käyserl. Gebott alles seines Inhalts gehorsamlich gelebt seye: oder wo nicht / alsdann zu sehen / zu hören / euch umb eueres Ungehorsams willen in vorgemeldte Pöen gefallen seyn / mit Urtheil und Recht sprechen / erkennen / und erklären: oder aber beständige erhebliche Ursachen und Einreden / ob ihr einige hättet / warumb solche Erklärung nicht geschehen solte / in Rechte gebührlich fürzubringen / und endlichen Entschieds darüber zu gewarten.

Wann ihr kommet und erscheinet / alsdann also oder nicht / so wird doch nichts destoweniger auff des Gegentheils / oder seines Anwaldts Anruffen und Erfordern hierin in Rechten / mit gemelter Erkändtnüs / Erklärung / und andern gegen euch verhandelt und procediret / wie sich das seiner Ordnung nach gebühret / darnach ihr euch zu richten. Geben in Unserer / und des Heiligen Reichs Stadt Speyer / den dreyzehenden Tag des Monats Septembris, nach Christi unseres lieben HErrn Geburt im Sechszehenhundert / drey und siebentzigsten / Unserer Reiche des Römischen im sechszehenden / des Hungarischen im neunzehenden / und des Böheimischen im achtzehenden Jahren.

Ad Mandatum Domini Electi
Imperatoris proprium.

(L. S.)

Johann Niclas Becht / Lt. Käyserl. Cammer-Gerichts Canzley-Verwalter / subsc.

Jacobus Michaël, Lt. Judicii Imperialis Cameræ Protonotarius, mp.

MANTISSA VIII.

Ad Lib. 1. tit. 20. de Privilegiis Statuum, cap. 6. § 23. ad verba: In reliquis eadem observanda, quæ Hamburgi in usu sunt:

ISthæc verba cumprimis quoque accipi debent, de cautione *sub nexu corporis* ab appellante præstanda: quæ requiritur vigore Privilegii à *Carolo V.* dati, à *Rudolpho II.* confirmati, ibi: Solle der jenige/ welcher von einem zu Lübeck außgesprochenen Bescheid zu appelliren/ zu dingen/ zu suppliciren oder zu reduciren vermeynet/ zuvoran dem Rath zu Lübeck einen Gülden Lübecker darlegen ꝛc. und der Widerparthey Gewißheit und Sicherheit thun/ mit gnugsamen Bürgen oder Pfanden/ daß er ihr umb ihr gehabt Recht/ so sie wider ihne mit Urtheil erlangt hätten/ auch Kosten und Schäden/ derhalben empfangen/und ihr mit Recht zuerkandt/wo er seiner Appellation im Rechten verlustig/ oder in obberührter Zeit dero nicht nachkommen und Folg thun würde/Genug und Ablegung thun wolle/ oder ob er gemelte Gewißheit und Sicherheit zu thun nicht vermögte/ sich darfür mit seinen Eyden und Verhafftung seines Leibes verpflichten: Das alles/ wie obstehet/ eine jede Parthey/ so appelliren/ dingen/ suppliciren oder reduciren wil/ zu thun schuldig und pflichtig seyn solle/ und so das beschehen/ sollen alsdann und nicht ehe/ solche Appellationen anffgenommen und zugelassen werden. Ubi notatu digna est sententia *Anno* 1593. lata, per quam intellectus *Privilegij Lubecensis* declaratus, ratione appellantis, si fidejussores habere, vel cautionem præstare non potest, quando carcerem ingredi debeat?

In Sachen Georg Empsinghoff/ wider Niclaus Ratzenburg/ als Vollmächtigen/ und Johann und Heinrichen Karsten Principalen 1. Appellationis in specie ermelten Heinrichen Karsten belangend/ ist der Bescheid: Schwöre Lic. Vianden/ Krafft andern Special-Gewalts/ innerhalb fünff Monaten/ so ihme pro termino & prorogatione von Ampts wegen darzu angesetzt/ derwegen fürzubringen/ in seines Principalen Seele einen Eyd zu GOTT und auff das Heilige Evangelium/ daß er von nächstvorgehender Instanz, Urtheil/ Erkäntnüs und Processen nicht gefährlich/ noch seines Widertheils Gerechtig-

tigkeit zu verhindern / appellirt / sondern anders nicht wisse noch verstehe / dann daß er eine gute Sache habe / und ihme nach Satzung der Rechten / seine Gerechtigkeit zu beschirmen / zu appelliren / und weiter Recht zu suchen / Noth gewesen / und noch ist / daß er auch derselben Appellation, ob er sich mit seinem Widertheil in der Güte nicht vertragen würde / förderlich nach seinem besten Vermögen / wie sich zu Recht gebührt / nachfolgen und prosequiren / auch gemelten seinem Gegentheil / dieser Sachen halben / mit Bürgen oder Pfanden genugsame Sicherung und Gewißheit / vermöge Lübischen Privilegii, zu thun / allen möglichen Fleiß angewendet / aber solches zu wege zu bringen nicht vermögt; Derhalben er seinem Gegentheil umb sein gehabt Recht / so er vor Richtern voriger Instantz erhalten / auch Kosten und Schaden / derhalben auffgelauffen / und ihme mit Recht zuerkennt / oder auch / was sonsten in dieser Instantz mit Urtheil und Recht aufferlegt werden mögte / woferne er dieser Appellation in Rechten verlustig / oder in gebührender Zeit und Weise derselben nicht nachkäme / Genüg und Ablegung thun / und im Fall er solches nicht also würcklich leisten würde / oder könte / alsdann sich mit Verhafftung seines Leibs einstellen wolle: Daß solches gehört werden / und ferner darauff ergehen solle / was recht ist.

Præcedens præjudicium factum est ad imitationem consonantis alterius *in causa* Herman Meyers / wider *Brigittam* Schinckels verordnete Curatores, appellationis: Sententia publicata 17. *Octobr.* 1596. Disputaverat verò Lubecensis Procurator oretenus privilegium, eò quòd corporis Verhafftung statim post interpositam appellationem fieri & durare usque ad decisionem causæ hîc in Camera deberet: Sed eô non attentô, judicatum in effectu, ut suprà: Cui sententiæ tunc temporis Lubecenses acquieverunt.

Visum autem *fuit nonnullis*, durissimum fore, si quis V.C. illiteratus, in casu valdè dubio, ubi fortè Dd. invicem ipsimet pugnant, à claris practicis & Juris Doctoribus, Advocatis suis, persuasus, appellationem prosequatur, & posteà in Camera succumbat, quòd tunc ex levissima, & fortè nulla culpa ideò carceri mancipari debeat. *At respondérunt alij*: Quia *Lubecæ* plurimi peregrini, *Poloni & aliæ gentes*, negocientur, qui sæpè malitiosè, ad subterfugiendas sententias Lubecensium appellarent, & posteà hîc causa cadentes, nunquam se iterum Lubecam, ad sustinendam executionem, conferrent, adeoque elusoriæ fierent eorum sententiæ: ideo hoc remedium inventum, ut cogantur

se denuò ibi sistere. *Non esse autem mentem Lubecensium*, quòd tunc carceri mancipandus sit victus appellans: Sed arrestandum saltem esse, ne Lubecâ excedat, priusquam secundùm jus commune, prout illud ex qualitate causæ & sententiæ desuper latæ aliàs executionem fieri dictaret, executio facta fuerit: & si fortè ex circumstantiis causæ locum occupet regula: Qui non habet in ære, luat in corpore: non iniquum esse, ut appellans eidem etiam subjiciatur.

Denique sciendum: Privilegium Lubecense in Camera *26. Octobr. Anno* 1561. pro insinuato receptum: extensionem verò *4. Septembr. Anno* 1588. insinuatam, per interlocutoriam Judicis acceptatam fuisse, und Urkundt darüber erkendt / *19. Febr. Anno* 1589.

MANTISSA IX.

Ad Lib. 3. tit. 11. §. 51.

AN à citatione appellari possit? Ut hæc quæstio rectè decidatur, præmittendum est, quòd in foro sæculari Jus civile non Canonicum sequamur in Appellationibus recipiendis, vel non: ita expresè tradit Guid. Pap. *decis. 7. n. 1. in fin.* cui concord. Ord. *P. 2. tit. 28. §. fin.* Quæ dilucidè disponit, in Appellationibus ab interlocutoriis Jus Cæsareum sequendum esse: Præterea notum est, quòd quamvis de *Jure Canonico* ab omni gravamine indistinctè liceat appellare, tamen *lege Civili* non est permissa Appellatio ab interlocutoriis, nisi in casibus à jure expressis. Guid. Pap. *d. decis. num. 1.* Quos casus partim nominatim, partim remissivè refert *num. 2.* inter quos casus neutiquam reperitur Appellatio à decreto, vel insinuatione citationis, seu ab ipsa citatione. Imò Bart. *in l. ante sententiam. n. 12. ff. de appell. recip.* & *ibidem ipsius addit*: apertè tenet, Citationem omninò valere, & citatum debere comparere, ad allegandam incompetentiam: etiamsi in patria Judicis citantis esset notorium, citatum Jurisdictioni citantis non esse subjectum. Quoniam notorium, ab onere proponendi non relevat: Quæ regula *sec. eosdem 1.* fallit in his, ratione quorum incompetentia non in facto, sed jure fundatur: id est, de quorum exemptione notoriè ex jure constat, ut quia illa *Corpori Juris* inclusa, ac per consequentiam notoria est. *E. g.* Clericus exemptus non tenetur comparere ad citationem, extra territorium jus dicentis; ad proponendum

scil.

scil. Privilegium fori; quùm de ipsius exemptione, ex ipsa lege constet. 2. Fallit, si quis citetur ad locum notoriè non tutum; ibi enim relevatur citatus, ab onere proponendi incompetentiam fori: cùm sine periculo proponi nequeat, in casu, ubi quis citatur ad locum notoriè non tutum: Secus, quando ad locum tutum. 3. Fallit, si Judex nimis brevem terminum citato assignet: quam limitationem tamen intellige secundùm distinctionem Angeli, in *d. l. ante sententiam. num.* 29. Quem etiam ad prædicta, vide *ibid. n.* 24. 25. & 26.

Ex quibus denegati sunt Processus 17. *Junij*, *Ann.* 1588. In Sachen Bernhard Flackers/ auch Steffan Schaden/Richters zu Balwe & Cons. Appellanten / contra Dieterich Esselen zu Pettenberg / und Heinrich Kumpffhofe / Appellaten / in qua pro citatione & compulsorialibus supplicando narrabatur, Es habe Dieterich Esselen / Richter zu Pettenberg / verschienene Zeit Appellantes, Ingesessene des Ampts Balwe / Cöllnische Unterthanen / an das Gericht Pettenberg / in der Grafschafft von der Marck citirt. Weilen aber dieselbe ihrer Person und Güter halb / selbigem Gericht nicht unterworffen/ so hätten sie ex regula, quòd extra territorium jus dicenti impunè non pareatur, dawider protestirt: Dessen doch ungeachtet / habe gemelter Richter contra Appellantes 4. *Febr. st. n. Anno* 1588. wiederumb eine Citation erkandt / und wider sie verkünden lassen: *à qua appellatum* 12. *ejusd. mensis.* Vide Clezel. *de appellat. cap.* 3. *n.* 104. & eundem, *ratione prohibitæ ab executione appellationis*, *c.* 4. *n.* 60. *seqq.*

MANTISSA X.

Ad Lib. 3. tit. 8. fin.

Supplicatio pro Mandato de avocando milite, de restituendo & non amplius offendendo, auff die *Constitution* des Land-Friedens/ Marggraff Philipsen zu Baden / *contr.* Hertzogen Johan Casimirn / Churfl. Pfaltz. *Administratorem.*

Narratur. Wiewol de Jure ac constitutione Pacis publicæ, auch darauff verbesserter Executions-Ordnung und Reichs-Abschiedt versehen/darzu bey hoher Pöen verbotten / gebotten / daß des Kriegs-Volcks Werbung / Muster-Platz / Einlägerung / Durch-An-oder Abzüg Imperio, und dessen zugehörigen Unterthanen und Verwandten allerdings unschädlich seyn/

seyn / und sie damit auch mit Nahm / Raub / Brand / Rantzionierung / Plünderung und dergleichen Beschädigung nicht belästigt / beschwehrt / verhergt noch verderbt werden sollen/deßwegen auch ein jedwederer Kriegs-Obrister den Crayß-Ständen genugsam zu leisten schuldig: eo non attento, sondern dem allem zuwider / hat Reus sich neulichen gelüsten lassen / als er in verschienenen Monaten Martio, Aprili, und noch lauffendem Majo etlich Fahnen Kriegs-Volck geworben / dasselbe mehrertheils in die gemeine Ampts-Dörffer der vorderen Grafschafft Sponheim / als Welstein ꝛc. doch unersucht Actoris, als unzweiffentlichen Mit-Gemein-Herrn/eingelegt und geferiret/ gleichwol mit dem Versprechen/ daß ihnen nicht mehr / dann Feuer / Liecht und Losament vergönnet / in dem übrigen aber / auff allbereit beschehene Vorsehung / des Manns durchauß verschonet werden solt: Darbey es aber nicht lang verblieben / noch die Kriegs-Leute / und die Pfältzische Beampte damit ersättiget / sondern über das sie nun länger / dann sieben Wochen dem armen Mann und Unterthanen/ am erstbenanntem Gemeins-Ort überm Halß gelegen / das Jhrige abgeätzt / auffgefressen und verzehrt / gantz unchristlicher Weiß geübet / mit Nehmen / Rauben / Rantzionierung / Brand und Plünderung / die arme Unterthanen in eusserst Verderben gesetzt / und dahin getrungen / daß sie sich / laut beyliegender Schreiben / mit A. B. C. und E. signirt/ dahin erklärt / da ihnen nicht geholffen / und solcher Unrath abgeschafft werden solte / daß sie endlich Hauß und Hoff verlassen / mit Weib und Kind davon ins Elend / und an den Bettel-Stab ziehen müsten/ in Betrachtung / dergleichen unerträgliche Beschwernüssen kein Auffhörens / sondern sich solches Unheil von Tag zu Tag häuffen und mehren thut / auch sich die Soldaten und Befehlchs-Leut offentlich verlauten lassen/ daß sie noch zur Zeit zu weichen / oder die Quartier und Losament zu endern/nicht bedacht; Darauff von den Marggräffischen Beampten/ (so doch mit diesen unnöthigen Kriegs-Wesen ihres Theils nicht zu thun) in Mangel der Proviant bey den Unterthanen / so nunmehr guten Theils / wie gehört / auffs eusserst erschöpfft / gar verderbt / und verhergt / ab den Fürstlich-Marggräffischen Kästen und Speichern Frücht begehrt / mit angehengter Betrohung / da ihnen solche verweigert / dieselbe selbst abzuholen; Darauß dann endlichen nichts anders / dann allerhand Unrath / gemein Land-Verderben/ Jammer und Noth zu befahren / derwegen auch solches Kriegs-Wesen und vor Augen-schwebende Gefahr / desto gröſſer und umb so viel mehr in Acht zu nehmen und abzuschaffen / je ungewisser der Außgang desselben / und der Abzug eines so übermüthigen übel-disciplinirten Kriegs-Volcks ist: Bevorab dieweil all schrifftlich Ersuchen und Bitt / umb Abschaffung solcher Ungebühr und unleidenlicher thätlicher Beschwerung / bey Chur-Pfaltz / so dessen in obangeregten Gemeins-Dörffern / unersucht des Mit-Gemeins-Herrn / Anwaldts gnädigen Herrn Principals / im wenigsten nicht befugt / durchauß nichts verfangen / dann solches beschwehrlichen Wesens kein Ende noch nicht-Auffhörens. Wann dann vielberührte Einlägerung des Kriegs-Volcks und durch dessen überlästige Nahm/

Raub/

Raub / Brand und Plünderung / auch andere dergleichen Thätlichkeiten zugefugte Beschwerungen und Beschädigung der armen Unterthanen / obangezogenen Rechten und Reichs-Constitutionibus und Abschiedt stracks zu entgegen / und bey hoher Pöen verbotten / auch summum periculum in mora, und unwiederbringlicher Schaden zu befahren.

Also ist Anwaldts an E. Fürstl. Gnaden unterthänige Bitt / und hochfleissiges Begehren / zu Abhelffung erst angedeuts hochbeschwehrlichen Obliegens / und Verhütung äusserſten Land-Verderbens / Euer Fürstl. Gnaden wollen ihme Mandatum avocatorium, auff die Constitution des Land-Friedens / umb ernstliche Abschaffung des eingelegten Kriegs-Volcks an ob-specificirten Gemeins-Orten / dann auch / ratione connexitatis, Mandata de restituendo & resarciendo damno dato; & non ampliùs offendendo seu turbando, wider hochgedachten Hertzog Johann Casimirn / Churfürstl. Pfältz. Administratorn und Vormundt / auch Ihrer Fürstl. Gnaden Beampten zu Altzey und Creutznach / darinnen ihnen solches alles bey nahmhaffter Pöen aufferlegt und befohlen werde / gnädig erkeñen. *XVIII. Maji, Anno* 1588. **ist gebettenes** Mandatum avocatorium sine, **die übrige** Process cum Clausula **erkennt.** Quamvis supplicans non petierit citationem **auff den Land-Frieden /** tamen fuit injunctum Protonotario, ut eam præfigat Mandatis de restituendo &c.

Hæc enim, cùm sint accessoria, sine principali non possunt consistere: Siquidem aliàs Cameræ Jurisdictio non esset fundata. Sola enim citatio eam fundat, principaliter pro se, & in consequentiam etiam pro suis accessoriis. Gail. *lib.* 2. *de pace publ. c.* 4. *n.* 1. *& c.* 5 *n.* 17. *&* 18. Ista omnia dilucidè probat. Adde Memoriale Visitationis de Ann. 1579. §. **Ferner** &c.

MANTISSA XI.

Ad Lib. 4. tit. 4. de Assessoribus, §. 20.

QUo loco adfirmatur Quæstio: *An duo fratres Adsessoris officio fungi simul possint?* Diversa ab hac est viri Clarissimi *Jani Langlæi*, in Senatu Britanniæ Celticæ Consiliarii sententia, qui *Semestrium lib.* 7. *cap.* 3. quod titulum præfert: *Fratres duos eodem in consessu Senatoriâ aut aliâ dignitate ornari non posse.* De isthoc argumento exactissimè disserit & disputat. Quia verò illud semestrium opus non ubivis occurrit, visum est, non abs re fore, si ipsiusmet Auctoris verba hîc insereremus. Legibus Regiis, *inquit Langlæus*, à Carolo VIII. Ludovico XII.

& Henrico II. Galliarum Principibus latis, constitutum est, Patrem & Filium, vel *duos Fratres*, Senatoriâ dignitate, eodem in consessu ornari non posse: Neque illum, qui in amplissimo aliquo ordine locum, Principis beneficiô, quovis modo nactus sit, allegi cooptarive in eum debere, si Patrem, vel Filium, vel Fratrem, ejusdem Curiæ conscriptum, habeat, nisi prius ejus rei Princeps admonitus, quid fieri velit, Senatui rescribat. Cujus rei illa videtur esse ratio, quòd verisimilimum sit, ambos illos Senatores, frequentiùs in eandem sententiam ituros, neque alterum ab altero dissensurum; ita ut sententia ab uno dicta, quædam quasi assentiendi necessitas facta alteri videatur. Tametsi enim libera, in Senatu maximè, censentium esse oporteat suffragia, & ubi quid pro Republica consulendum est, Senatori liceat in aliam à Patre, vel Fratre sententiam ire: Vix tamen fit, ut vel filium, vel fratrem, seorsum à se sentientem, æquo animo quis audiat. Neque nisi perrarò contingit, ut hujusmodi personæ diversas sententias sequantur: quin (*quod de Ligarijs fratribus Cicero dixit*) horum ferè semper conspirans & penè conflatus est consensus: ita ut in qua sententia unus fuerit, alius etiam esse velit. (a) Quod & his versibus expressit *Horatius*: (b)

(a) Cic. in orat. pro Q. Ligario.

(b) Ad Fuscum Aristiam Epistol. l. 1. 10.

\- - - *Ad cætera pene gemelli.*
Fraternis animis, quicquid negat alter, & alter;
Annuimur pariter.

Extantque apud Vett. exempla multa Parentum, qui Filios in Senatu & publicis Consiliis, seorsum à se sentientes æquo animo non tulerint. Ex quibus illud memoratu dignum de *Rhisiaso*, qui in Consilio Achæorum, cùm de societate cum Romanis adversus Philippum ineunda ageretur, filium Demiurgum, cui *Memnon* nomen erat, à se dissentientem ægerrimè tulit, & cùm precibus non posset, minis ac terroribus in sententiam suam pertraxit: De quo *Livius*. (c) Id autem institutum, ne duo aut plures ejusdem familiæ senatoriam dignitatem eodem in Collegio assequantur, jampridem in nostra Gallia invaluisse, locupletissimus testis est *C. Cæsar*: (d) Scribit enim apud *Heduos* (quos olim constat Galliæ ferè totius Primatum obtinuisse) Leges, duos ex una familia, vivo utroque, non solùm Magistratus creari vetuisse, sed etiam in Senatu esse prohibuisse, &c. Sed quod de Patre & Filio, duobusque fratribus eidem Curiæ non adscribendis, constitutum est, à summis quoque Vectigalium Judicibus Parisiis observari,

(c) Livius ab U. C. Lib. 32.

(d) Bell. Gall. lib. 7.

mani-

manifestum est: (e) nec id quidem injuriâ, cùm & eadem subsit ratio. *Reique publicæ expedire crediderim, ut & idipsum ad alia omnia jus dicentium Collegia porrigatur.* Ita enim futurum, ut Justitiæ, æquitatisque sacra rectiùs impleantur, neque frequens adeo locus *coitionibus* sit, studiisque Judicum ambitiosis. Quamobrem & à plerisque celebratur vetus illud perpetuumque *Venetorum* institutum, quô inter cives ita distribuuntur Magistratus, ut duo ejusdem gentis, aut etiam consanguinei maximè necessarii eodem in Magistratu esse non possint. (f) &c. An verò fratribus in eodem Ædilium, Prætorum, Consulumve aut aliorum Magistratuum Collegio apud Romanos esse licuerit, dubitatione carere non videtur. Siquidem *P. Scipionem L. fratrem* in ædilitate Collegam habuisse, apud *Polybium* legimus &c. Sed magis est, ut id etiam fas non fuisse, dicamus. Id enim solis *Scipionibus*, inque gratiam *Publij* datum fuit, nec quibusdam aliis unquam concessum, & ideò ad exemplum non trahendum, &c. Multorum prætereà aliorum populorum legibus constitutum fuisse, *Aristoteles* (g) tradit: ne simul Pater & Filius, vel Fratres Magistratum adipiscerentur. Et hoc quidem, (ni fallor) rectissimè. Quamvis enim fieri possit, ut hujusmodi personæ à coitionibus, improbaque omni & illicita pactione temperent, vitioque & culpa omni vacent; Suspiciosorum tamen de se hominum opinionem non effugient. Cùm receptissimum sit; eos omnes, qui Reipublicæ Præfecti sunt, præbere se non integros tantùm, scelerumque omnium puros debere, sed existimationi suæ modis omnibus consultum ire. Tametsi enim privati adversus malignas hominum opiniones satis fiduciæ habere debeant in bona conscientia. Principes tamen viri & in Magistratu positi (*ut Seneca dixit*) multa debent famæ opinionique suæ dare. (h) &c. Planè, quæ de Patre filioque Regiis Constitutionibus sancita sunt, ut eundem in Senatum cooptari non debeant: ad socerum generumque trahenda esse, plerique existimant; quòd etiam verisimilimum sit, generum diversam à socero sententiam dicturum non esse, quemadmodum nec Filium à Patre: cùm lex socerum Parentis locum obtinere dicat. &c. Sed cùm hodiè Senatus in plures decurias distributus sit, possintque pater & filius, socer & gener, fratresque alii seorsum ab aliis collocari, atque ita non usquequaque incommodè suo munere defungi: Facillimè *legis gratiam* Princeps facit; illosque Codicillis suis eandem in Curiam cooptari jubet: ita tamen ut uni eidemque

(e) Rebuff. in Const. Reg. tit. de consil.

f) Contaren. de Magistr. & Rep. Venetor. L. 1. & 2.

(g) Polit. lib. 5. c. 6.

(h) Lib. 1. de Clement. cap. 15.

decuriæ non adscribantur. Quod & nonnunquam Senatus, ea in re veluti connivens, Principis etiam veniâ non expectatâ, permittit, si modò Regius cognitor non intercedat: Nullum enim tunc subesse videtur periculum, ne non illi suo munere rectè fungantur: cessatque Constitutionum ratio, quæ coitiones inter gentiles, affinesque iniri facilè, suspicatur. (i) Ipsos verò una eademque in Decuria operam navare, nunquam conceditur. &c. Novissimè factæ sunt (*Imperante Carolo IX.*) hac de re Regiæ constitutiones duæ: quarum priore in Conventibus Ordinum hujus Regni *Aureliæ Anno* 1560. habitis edita, pater cum filio, fratres, patruus & avunculus, cum nepotibus ex fratre vel sorore, in eundem non tantùm Senatum & supremum consessum, sed in rationalium etiam cœtum, & quodcunque aliud jus dicentium Collegium assumi, cooptarique prohibentur: ita ut sanctionis illius gratiam fieri, Princeps nolit, neque quavis ex causa factæ rationem haberi. Posteriore verò *Anno* 1566. *Molinis* latâ edixit Princeps, sanctionem illam & alias omnes tàm à se, quàm à majoribus suis rogatas de Parentibus & liberis, fratribus & propinquis aliis, in eundem Judicum conventum non assumendis, sartas tectas haberi, & inviolatè custodiri: hoc addito, ut si qui antea necessarii in eundem judicantium cœtum assumti fuerint, classium distributione separentur &c. Itaque, quorum in Constitutt. Regiis, modò dictis, nominatim mentio fit, illi sine dubio hodiè eundem in cœtum assumi non debent: ne sic quidem, ut seorsum collocentur. Sed cùm Senatus noster ex quatuor Judicum decuriis constet, qui in duas (ut appellant) sessiones distributi, senis mensibus alternatim, fessis integri succedentes, pari numero sedent: Ita ut qui priores à *Calendis Febr. in Calendas Augusti* juri dicundo operantur, reliqua anni parte, aliis munus suum obeuntibus, vicissim ferientur: Dubium non videtur, quin pater & filius, fratres, patruus & ex fratre nepos, aliique hujusmodi cooptari in eum possint, non ita quidem, ut classium tantùm distributione separentur (hoc enim fieri, ut jam dixi, fas non fuerit) sed ut diversis in consessibus seorsum, diversoque anni tempore, juri dicundo dent operam; Iis enim sic collocatis, fieri non poterit, ut alter, gratiâ vel auctoritate suâ alterum in sententiam suam pertrahat, vel ut coitiones invicem ineant. Quo enim pacto? Cùm magno itinerum intervallo distincti, nec confabulentur, nec se videant, dum hîc in urbe munere suo defungitur; ille muneris exsors, rari fortè, vel alibi in ædibus suis delitescens,

(i) L. 1. §. Origo. de postul. l. generaliter 2. c. d. Episc. & Cler.

tescens, rerum suarum satagit. &c. Sed quid de Gentilibus dicendum, qui ante *Constitut.* 1566. *editam*, eundem in conventum allecti, inque diversas stationes distributi sint? An decuriis omnibus, ad maximum auditorium coëuntibus, sedes illis dari, dicendæque sententiæ potestas fieri debeat? Tot enim convenientibus conscriptis parvi referre videtur, quòd alter alterum, qui sanguine eum attingat, in sententiam suam perducturus sit. Sed satius est, ut uni tantùm eorum, nempe prius adscripto, altero amandato, hoc jus tribuamus. *Parum quippe profuerit*, stationum divisione illos segregari, si in majoribus, gravioribusque negotiis (*cujusmodi ferè sunt, quæ in primanorum classe disceptantur, tum maximè, cùm classibus congregatis aliquid statuendum est,*) censendi potestas ipsis fiat: Sicque decerni, cùm res ad disceptationem vocaretur, in Senatu nostro sæpenumero vidi: Tametsi sciam, interdum, Senatu veluti connivente, cùm nemo reclamaret, censendi nobiscum potestatem illis factam: Quod tamen in posterum temerè ne fiat, Auctor Senatus lubens fuerim. Nam & commemini, *quendam è nostris*, ea ipsa die, qua in ordinem relatus est, cum classibus in primum & maximum consessum coactis, de re aliqua graviore in Consilium itum esset, in sententiam patrui posteriùs censentis, ejus auctoritate vel gratiâ ductum, desertâ suâ, quæ censentium numero prævalebat, quasi transfugam, concessisse: *Admurmurantibus cunctis*, Regias sanctiones, de gentilibus & propinquis eundem in cœtum non admittendis, ad amussim exercendas esse. *Hactenus Langlæus.* Vid. quæ de hoc argumento habet Mevius *ad Jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 1. *art.* 5. Addatur Dn. Deckherri *Specimen commentat. Cameral. in not. ad Ordinat.* 1. 5. 18. *pagin.* 196.

Quando plenus Senatus convocatur.

MANTISSA XII.

Reduction der Cammer-Gülden zur Reichs-Währung & *viciſſim*, welche im Jahr 1672. bey damahliger Abhörung des Pfenning-Meiſters Rechnungen in Druck außgegangen.

Cammer-Gülden zu Reichs-Währung.

Caſſſ.	Rthlr.	Kr.	Hlr.	brüch.
1	--	78	2	2
2	1	66	4	4
3	2	54	6	6
4	3	43	0	8
5	4	31	2	10
6	5	19	4	12
7	6	7	6	14
8	6	86	0	16
9	7	74	2	18
10	8	62	4	20
11	9	50	6	22
12	10	39	1	1
13	11	27	3	3
14	12	15	5	5
15	13	3	7	7
16	13	82	1	9
17	14	70	3	11
18	15	58	5	13
19	16	46	7	15
20	17	35	1	17
21	18	23	3	19
22	19	11	5	21
23	20	--		
24	20	78	2	2
25	21	66	4	4
26	22	54	6	6
27	23	43	--	8
28	24	31	2	10
29	25	19	4	12
30	26	7	6	14
31	26	86	--	16
32	27	74	2	18
33	28	62	4	20
34	29	50	6	22
35	30	39	1	1
36	31	27	3	3
37	32	15	5	5
38	33	3	7	7
39	33	82	1	9
40	34	70	3	11
41	35	58	5	13
42	36	46	7	15
43	37	35	1	17
44	38	23	3	19
45	39	11	5	21
46	40	--		
47	40	78	2	2
48	41	66	4	4
49	42	54	6	6
50	43	43	--	8
51	44	31	2	10
52	45	19	4	12
53	46	7	6	14
54	46	86	--	16
55	47	74	2	18
56	48	62	4	20
57	49	50	6	22
58	50	39	1	1
59	51	27	3	3
60	52	15	5	5
61	53	3	7	7
62	53	82	1	9
63	54	70	3	11
64	55	58	5	13
65	56	46	7	15
66	57	35	1	17
67	58	23	3	19
68	59	11	5	21
69	60	--		
70	60	78	2	2
71	61	66	4	4
72	62	54	6	6
73	63	43	--	8
74	64	31	2	10
75	65	19	4	12
76	66	7	6	14
77	66	86	--	16
78	67	74	2	18
79	68	62	4	20
80	69	50	6	22
81	70	39	1	1
82	71	27	3	3
83	72	15	5	5
84	73	3	7	7
85	73	82	1	9
86	74	70	3	11
87	75	58	5	13
88	76	46	7	15
89	77	35	1	17
90	78	23	3	19
91	79	11	5	21
92	80	--		
93	80	78	2	2
94	81	66	4	4
95	82	54	6	6
96	83	43	--	8
97	84	31	2	10
98	85	19	4	12
99	86	7	6	14
100	86	86	--	16
200	173	82	1	9
300	260	78	2	2
400	347	74	2	18
500	434	70	3	11
600	521	66	4	4
700	608	62	4	20
800	695	58	5	13
900	782	54	6	6
1000	869	50	6	22

NB. Die Brüch ſind drey und zwantzigſte Theil eines Hellers.

Cam-

Cammer-Kreutzer zu Current-Kreutzern.

Cam̃erkr.	Curr.kr.	Hlr.
1	1	2_{23}^{10}
2	2	4_{23}^{20}
3	3	7_{23}^{7}
4	5	1_{23}^{17}
5	6	4_{23}^{4}
6	7	6_{23}^{14}
7	9	1_{23}^{1}
8	10	3_{23}^{11}
9	11	5_{23}^{21}
10	13	$-_{23}^{8}$
11	14	2_{23}^{18}
12	15	5_{23}^{5}
13	16	7_{23}^{15}
14	18	2_{23}^{2}
15	19	4_{23}^{12}
16	20	6_{23}^{22}
17	22	1_{23}^{9}
18	23	3_{23}^{19}
19	24	6_{23}^{6}
20	26	$-_{23}^{16}$
21	27	3_{23}^{3}
22	28	5_{23}^{13}
23	30	---
24	31	2_{23}^{10}
25	32	4_{23}^{20}
26	33	7_{23}^{7}
27	35	1_{23}^{17}
28	36	4_{23}^{4}
29	37	6_{23}^{14}
30	39	1_{23}^{1}
31	40	3_{23}^{11}
32	41	5_{23}^{21}
33	43	$-_{23}^{8}$
34	44	2_{23}^{18}
35	45	5_{23}^{5}
36	46	7_{23}^{15}
37	48	2_{23}^{2}
38	49	4_{23}^{12}
39	50	6_{23}^{22}
40	52	1_{23}^{9}
41	53	3_{23}^{19}
42	54	6_{23}^{6}
43	56	$-_{23}^{16}$
44	57	3_{23}^{3}
45	58	5_{23}^{13}
46	60	---
47	61	2_{23}^{10}
48	62	4_{23}^{20}
49	63	7_{23}^{7}
50	64	1_{23}^{17}
51	66	4_{23}^{4}
52	67	6_{23}^{14}
53	69	1_{23}^{1}
54	70	3_{23}^{11}
55	71	5_{23}^{21}
56	73	$-_{23}^{8}$
57	74	2_{23}^{18}
58	75	5_{23}^{5}
59	76	7_{23}^{15}
60	78	2_{23}^{2}

Cam. Hlr.	zu Cur. Hlr.
1 ---	1 $\frac{7}{23}$
2 ---	2 $\frac{14}{23}$
3 ---	3 $\frac{21}{23}$
4 ---	5 $\frac{5}{23}$
5 ---	6 $\frac{12}{23}$
6 ---	7 $\frac{19}{23}$
7 - 1 Kr.	1 $\frac{3}{23}$
8 - 1 Kr.	2 $\frac{10}{23}$

Ist ein Cammer-Kr.

***

Reichs-

Reichsthaler zu Cammer-Währung.

Rthlr.	Güld.	Kr.	Rthlr.	Güld.	Kr.	Rthlr.	Güld.	Kr.
1	1	9	41	47	9	81	93	9
2	2	18	42	48	18	82	94	18
3	3	27	43	49	27	83	95	27
4	4	36	44	50	36	84	96	36
5	5	45	45	51	45	85	97	45
6	6	54	46	52	54	86	98	54
7	8	3	47	54	3	87	100	3
8	9	12	48	55	12	88	101	12
9	10	21	49	56	21	89	102	21
10	11	30	50	57	30	90	103	30
11	12	39	51	58	39	91	104	39
12	13	48	52	59	48	92	105	48
13	14	57	53	60	57	93	106	57
14	16	6	54	62	6	94	108	6
15	17	15	55	63	15	95	109	15
16	18	24	56	64	24	96	110	24
17	19	33	57	65	33	97	111	33
18	20	42	58	66	42	98	112	42
19	21	51	59	67	51	99	113	51
20	23	---	60	69	---	100	115	
21	24	9	61	70	9	200	230	
22	25	18	62	71	18	300	345	
23	26	27	63	72	27	400	460	
24	27	36	64	73	36	500	575	
25	28	45	65	74	45	600	690	
26	29	54	66	75	54	700	805	
27	31	3	67	77	3	800	920	
28	32	12	68	78	12	900	1035	
29	33	21	69	79	21	1000	1150.	
30	34	30	70	80	30			
31	35	39	71	81	39			
32	36	48	72	82	48			
33	37	57	73	83	57			
34	39	6	74	85	6			
35	40	15	75	86	15			
36	41	24	76	87	24			
37	42	33	77	88	33			
38	43	42	78	89	42			
39	44	51	79	90	51			
40	46	---	80	92	---			

* * *
* *

Currente

Current-Kreutzer zu Cammer-Kreutzern.

Kr.	Kr.	Hlr.	Kr.	Kr.	Hlr.	Kr.	Kr.	Hlr.	Kr.	Kr.	Hlr.
1	-	- $6\frac{2}{15}$	26	- 19	= $7\frac{7}{15}$	51	- 39	= $0\frac{4}{5}$	76	- 58	= $2\frac{2}{15}$
2	- 1	= $4\frac{4}{15}$	27	- 20	= $5\frac{3}{5}$	52	- 39	= $6\frac{14}{15}$	77	- 59	= $0\frac{4}{15}$
3	- 2	= $2\frac{2}{5}$	28	- 21	= $3\frac{11}{15}$	53	- 40	= $5\frac{1}{15}$	78	- 59	= $6\frac{2}{5}$
4	- 3	= $\frac{8}{15}$	29	- 22	= $1\frac{13}{15}$	54	- 41	= $3\frac{1}{5}$	79	- 1 fl. -	= $4\frac{8}{15}$
5	- 3	= $6\frac{4}{5}$	30	- 23	= ---	55	- 42	= $1\frac{1}{3}$	80	- 1 = 1	= $2\frac{2}{3}$
6	- 4	= $4\frac{4}{5}$	31	- 23	= $6\frac{2}{15}$	56	- 42	= $7\frac{7}{15}$			
7	- 5	= $2\frac{14}{15}$	32	- 24	= $4\frac{4}{15}$	57	- 43	= $5\frac{3}{5}$	81	- 1 = 2	= $0\frac{4}{5}$
8	- 6	= $1\frac{1}{15}$	33	- 25	= $2\frac{2}{5}$	58	- 44	= $3\frac{11}{15}$	82	- 1 = 2	= $6\frac{4}{15}$
9	- 6	= $7\frac{1}{5}$	34	- 26	= $0\frac{8}{15}$	59	- 45	= $1\frac{13}{15}$	83	- 1 = 3	= $5\frac{14}{15}$
10	- 7	= $5\frac{1}{3}$	35	- 26	= $6\frac{2}{3}$	60	- 46	= ---	84	- 1 = 4	= $3\frac{1}{15}$
11	- 8	= $3\frac{7}{15}$	36	- 27	= $4\frac{4}{5}$	61	- 46	= $6\frac{2}{15}$	85	- 1 = 5	= $1\frac{1}{3}$
12	- 9	= $1\frac{3}{5}$	37	- 28	= $2\frac{14}{15}$	62	- 47	= $4\frac{4}{15}$	86	- 1 = 5	= $7\frac{7}{15}$
13	- 9	= $7\frac{11}{15}$	38	- 29	= $1\frac{1}{15}$	63	- 48	= $2\frac{2}{5}$	87	- 1 = 6	= $5\frac{3}{5}$
14	- 10	= $5\frac{13}{15}$	39	- 29	= $7\frac{1}{5}$	64	- 49	= $0\frac{8}{15}$	88	- 1 = 7	= $3\frac{11}{15}$
15	- 11	= 4--	40	- 30	= $5\frac{1}{3}$	65	- 49	= $6\frac{1}{3}$	89	- 1 = 8	= $1\frac{13}{15}$
16	- 12	= $2\frac{2}{15}$	41	- 31	= $3\frac{7}{15}$	66	- 50	= $4\frac{4}{5}$	90 Kr. ist 1 Rthlr.		
17	- 13	= $-\frac{4}{15}$	42	- 32	= $1\frac{3}{5}$	67	- 51	= $2\frac{14}{15}$			
18	- 13	= $6\frac{2}{5}$	43	- 32	= $7\frac{11}{15}$	68	- 52	= $1\frac{1}{15}$			
19	- 14	= $4\frac{8}{15}$	44	- 33	= $5\frac{13}{15}$	69	- 52	= $7\frac{1}{5}$			
20	- 15	= $2\frac{2}{3}$	45	- 34	= 4--	70	- 53	= $5\frac{2}{3}$			
21	- 16	= $-\frac{4}{5}$	46	- 35	= $2\frac{2}{15}$	71	- 54	= $3\frac{7}{15}$			
22	- 16	= $6\frac{14}{15}$	47	- 36	= $0\frac{4}{15}$	72	- 55	= $1\frac{3}{5}$			
23	- 17	= $5\frac{1}{15}$	48	- 36	= $6\frac{2}{5}$	73	- 55	= $7\frac{11}{15}$			
24	- 18	= $3\frac{1}{5}$	49	- 37	= $4\frac{8}{15}$	74	- 56	= $5\frac{13}{15}$			
25	- 19	= $1\frac{1}{3}$	50	- 38	= $2\frac{2}{3}$	75	- 57	= 4--			

Cur. Hlr.	zu Cam. Hlr.
1 ---- --	$\frac{23}{30}$
2 -- 1	= $\frac{8}{15}$
3 -- 2	= $\frac{9}{30}$
4 -- 3	= $\frac{1}{15}$
5 -- 3	= $\frac{5}{6}$
6 -- 4	= $\frac{9}{15}$
7 -- 5	= $\frac{11}{30}$
8 -- 6	= $\frac{2}{15}$

MANTISSA XIII.

Ad Lib. 1. tit. 4. §. 73.

Relatio in causa Cölln contra Cölln Compromissi, in puncto Monetæ.

IN præsenti Causa *compromissi*, cùm ob paritatem votorum *Dominorum secundi Senatus* definitivarum, ab *Illustri & generoso Præside*, inter alios ego quoque sententiam meam simpliciter absque ambagibus dicere jussus fuerim, officio deesse nefas duxi; itaque, quod honestâ ratione declinare non potui, pro viribus exigui judicii, *juvante Jehova*, suscipere coactus sum; Quia verò de forma & processu hujus *compromissi*, itemque de qualitate personarum litigantium, & quisnam Actor, quis Reus dicendus, quæ item actio, ex qua obligatione & contractu ea instituta, quicquam dicere vel deducere, in tam accurata Dominorum tam Consulentium, quàm Collegarum magno numero, horum omnium enucleatione, esset jam antè actum agere, aut crambem sæpiùs coctam repetere; ideo hisce tanquam superfluis supersedere, & de facto vel negotio ipso tantoperè discusso, quid reverà sentiam, decisivè paucis exponere animus est: quo ipso desiderio *Dominorum secundi Senatûs* me satisfacturum intellexi: Idque vel ideo, quòd constitutô verô & genuinô controversiæ statu facilè deprehendetur, cujus partis intentio fundata sit, nec ne, consequenter, cui onus probandi incumbat? Præsertim, quòd actis semel iterumque perlectis, nullam inter partes *de contractibus hinc inde initis, eorumque requisitis substantialibus realem controversiam subesse percipere potuerim*, sed ea, quæ est, in nudo verborum Contractus obligatorii sensu & intellectu hæreat. Equidem omne litigium ex verbis obligationis, sive Pfand-Verschreibung / (*uti in actis ubique denominatur*) hisce scil. Oberländische Gülden Franckfurter Währung/ utrùm nimirum ea de florenis aureis specificis, an verò de genericis florenis accipienda sint, descendere, nemo est, qui dubitat.

Optarem sanè cum *D. Glaser*, obligationes ab *Electore* prioribus Creditoribus datas, & receptas ab iis Quietantias, si quæ sunt, (quamvis, ut verum fatear, vix putem, earum quasdam hinc inde datas aut re-

receptas esse, eò, quòd obligatio, quæ inter *Electorem* & priores Creditores tractari cœpit, ad finem & effectum perducta non sit, juxta verba der Pfand-Verschreibung: Wann dann dieselbe Partheyen an solcher Sicherheit und Verschreibungen/wir ihn darfür gebotten han/kein Benügen ꝛc. ita, ut meo judicio, obligationes, si quæ ipsis præsentatæ sunt, dicti Creditores non receperint, minùs ad *Senatum Civitatis* pervenerint, sed apud *Electorem* permanserint, atque ita omnia usque ad expromissionem dicti Senatûs in nudo tractatu substiterint) apud acta extare, quæ huic rei, propter vetustatem, hominum memoriam longè latèque excedentem satis obscuræ & ambiguæ, lucem fortè non exiguam præbere possent. Verùm, his deficientibus, utcumque non leves sint conjecturæ & suspiciones, dicta verba obligationis *pro aureis in auro, atque ita aureis in specie* intelligenda esse, eò quòd satis certis demonstrationibus, ex istius temporis tam scriptoribus quàm Imperii Constitutionibus desumptis, doceri possit, *Anno* 1444. *& circiter*, nullum alium florenum in uno corpore, quàm hunc aureum in auro cusum fuisse, ita ut in eo *Senatus* intentionem satis fundatam existimem: Attamen id me valdè ambiguum tenet, quare Senatus aureum specificum in auro obligatione comprehensum contendens, in aliis obligationibus, cum Creditoribus partim *eod. Anno* partim subsequentibus Annis super florenis erectis, non quidem ubique, sed in quibusdam locis auri mentionem fecerit; in principali verò, & pignoratitia obligatione, in qua octuagesies, & ampliùs florenus nudè indigitatur, ne semel quidem verbulo *auri* mentionem fieri, vel *auri* vocabulum ullo loco apponi curaverit: Si enim vocabuli istius Gulden generalitas per se obscuritatem parit, ut parit. *L. ita fidei. 40. ff. de jure Fisc.* Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 6. n. 1.* ea nemini alii, quàm Senatui, quòd is tanquam creditor, contractum apertiùs non dixerit, imputanda, consequenter incommodum inde emergens eidem adscribendum erit. Constat enim, quòd is, qui prætendit sibi aliam specificam, & non usualem pecuniam solvendam, id probare debeat. Cothm. *in Cons. quod est apud Acta*: & confirmatur præjudicio *de Anno* 1540. 9. *Aprilis*, ubi Appellatis, tanquam emptoribus, probatio injungitur, daß der Kauff der angegebenen Gülten mit Goldgülden/ oder die Bezahlung solcher Gült mit Goldgülden / oder Goldswährung beschehen sey ꝛc. Pro probanda hac re, multùm quidem laborat Syndicus Civitatis demonstrare, *tempore Contractûs*, *Anno* 1444.

nullum alium florenum in *partibus Rheni & toto Imperio* in rerum natura & usu fuisse, quàm florenum de 19. caratis auri puri, sive aureum: ita enim disertis verbis loquitur *fol. act. 89. fol. 95. & passim*: Quod si de *specifico* floreno aureo in corpore auri intelligit, id concesserit, *juxta prædicta*: si verò idem de *generico* floreno in moneta accipi vult, ipse sibi non satis constat: subjicit enim *fol. 90.* dictum florenum de 19. caratis auri puri, in quotidianis commerciis, non verò in obligationibus, sive **Verschreibung / mit 24. schweren Weißpfenningen** permutatum fuisse. *Et fol. 95.* rotundè asserit, tempore initi Contractûs *Anno* 1444. nullam omninò fuisse differentiam inter florenum aureum & usualem 24. *alborum rotatorum*, imò nullum alium, quàm aureum in auro in usu & commerciis fuisse. Hæc, quomodo conveniant, non intelligo: eo ipso enim, quòd concedit, usualem fuisse florenum 24 *alborum rotatorum*, per quem aureus in auro fuit permutatus vel æstimatus, quomodo non tacitè fatetur, præter florenum aureum in auro, fuisse adhuc alium florenum in moneta, non quidem unius corporis, sed multis argenti speciebus & monetæ argenteæ frustulis sive minutis corporibus, ejusdem aurei valorem constituentem vel adæquantem? Deinde, quomodo non manifestam contradictionem implicat, dicere, nullum alium florenum, quàm aureum in auro in usu & commerciis fuisse; & dicere, istum aureum in quotidianis commerciis 24. *albis rotatis* permutatum fuisse? Annon hæc est una manu largiri, quod alterâ denegatur. Tertiò, quomodo probat hic, discrimen esse inter quotidiana commercia, & obligationes sive **Verschreibungen /** quasi in illis usualis florenus monetæ argenteæ locum invenerit, in his verò non? Scio, *Anno* 1559. atque ita longè post hujus contractus tempora, constitutum, solutionem in parvula moneta, quæ est infra 5. crucigeros, ultra 25. florenos invito Creditori, fieri non posse: Si eò respicit Syndicus, dico, eam constitutionem tàm obligationibus, quàm reliquis commerciis applicari, nec ullam interea, quoad solutionem, differentiam constitui: loquitur enim non tantùm **von Kauffen und Verkauffen /** sed & de solutionibus in genere. Hic itaque in probatione deficit Syndicus, quòd scilicet in obligationibus conscriptis florenus usualis, minutâ monetâ constans, non fuerit in usu & observantia: Et sufficit, ipsum fateri, monetam argenteam, & in specie albos ponderosos, imò præter florenum aureum in auro, & florenum 24. alborum rotatorum fuisse: de quo eò minùs dubitandum,

dum, quòd constet, non tantùm tempore istius contractus, sed etiam longè antè, hujusmodi monetam in parvis corporibus, quibus florenus specificus æstimatus & permutatus fuit, cusam fuisse. Ita enim non tantùm *Constit. Friderici III. Imp. de An.* 1442. monetæ tàm aureæ quàm argenteæ, in diversis regionibus frequentatæ, mentionem facit; sed & ex Müntz-Vereinigung *quatuor Elect. ad Rhen. de An.* 1425. ab ipso Senatu in informatione sua *sub Num.* 16. producta, nimis evidens est, quòd communi consensu & jussu *dict. Elector.* præter flor. deren jeglicher halten solle 19. Grat feines Golds / etiam Weißpfenninge / halbe Weißpfenninge / Dreyling / Heller und Mörger von feinem Silber cusa fuerint, cum hoc additamento, daß 20½. Weißpfenning / der vorgeschriebenen neuen Gulden (von 19. Carat feines Golds) einen gelten sollen / und nicht mehr. Similiter testatur *Constit. Sax. part.* 2. *t.* 29. daß von Alters der Goldgülden auff einen Gülden Müntz geschlagen / quod ipsum negare nequit *Elector, fol.* 53. Ex quo satis, ut puto, evincitur, fuisse Contractus nostri tempore & ante, Gulden in specie (qui denotârunt einen Goldgulden) & Gulden in pecunia minuta, certo numero correspondente cum dict. Goldgulden in specie; Et eo præsuppositio, verbum Gulden / in nostra hypothesi & obligatione, non tantùm de specifico floreno in auro, sed & de floreno in moneta; & quia auri nulla facta mentio, potius de hoc, quàm illo, ob Creditorum incuriam, qui dilucidiùs contractum conscribi non fecerint, intelligendum esse. Licèt verò verba, Oberländ. Franckfurter Währung / flor. adjecta sint, attamen non video, quomodo ista præcisè aureum in auro inferunt, cùm ex natura oppositorum, non florenum usualem in moneta, sed inferiorum regionum, sive Niederländ. florenum (ad tantam pecuniæ summam, quâ superior & Francofurt. flor. constat, non excrescentem) excludat, quod latius explicavit *D. Glaser in voto suo fol.* 9. *& seqq.* quò me, brevitatis studio, refero. Hisce & multis aliis, à Dominis Consultoribus & Collegis pro hac sententia accuratè & doctè collectis argumentis, dextrè perpensis, aliud concludere non possum, quàm *Dn. Electorem* à petitione Senatus in conclusione suæ deductionis, quâ vult pronunciari, ut tàm annuarum pensionum solutio, quàm sortis in futurum reluitio (eandem enim utriusque exactionis rationem esse, tàm ex ipsa obligatione, quàm partium apud acta deductione aliundè constat) aureis in auro ejusdem

bonitatis, & intrinseci valoris, quo fuerunt Contractus tempore soluti, in specie fiat, absolvendum. Quia verò hâc pronunciatione, *compromisso partium*, meo quidem judicio, omni ex parte non satisfit, dum illud non solùm decisionem horum extremorum, an videlic. aurei in specie solvendi sint nec ne, requirat, sed, *ut verba sonant fol. act. 4.* daß *articulus monetæ*, und dessen *valor ad Cameræ finalem decisionem* zu bringen; non puto, in nuda absolutione subsistendum, sed sententiando præterea declarandum, quid *tandem*, *quo valore solvendum sit. Dixi supra*, tempore Contractus *An. sc.* 1444. *& circiter*, nullum alium flor. in corpore, quàm hunc aureum in auro, sive in specie fuisse: jam quia floren. in obligatione est, vel is in specie, vel ejus æstimatio in alia moneta solvenda, (*monetam enim minutam*, *quibus florenus specificus æstimatus fuit*, *tum temporis extitisse*, *paulò ante demonstratum*) sed ille non; secundùm hactenus deducta: Ergò ejus valor, sive æstimatio. Idque tantò magis, quòd partes litigantes, inprimis verò Senatus, in eo conveniant. Constat enim *ex Actis fol. 9. b.* quòd dicti Senatus, vigore consensus & transactionis, in *Anno* 1495. cum Electore eâ de re initæ, dem Statthalter an der Müllen-Tafel demandârint, die Creditores mit schwehrer Müntz- oder Golds-Währung (quod aliter non intelligo, quàm si dicat, was der Goldgülden werth ist) zu bezahlen: quod ipsum quoque factum esse, latiùs patet ex *registratura N. 7. fol.* 44. Simili ratione petit civitas fol. 109. b. decerni, daß die jährliche pension der 1196. Gulden / vermög jüngst-getroffener Vergleichung / biß zur Ablöß der Haupt-Summen / mit guten schweren Gülden in Gold / wie die *in Anno* 1444. in Schrot und Korn gewesen / in specie, oder je deren intrinsecus valor in præsenti moneta von Rechtswegen bezahlt werden solte: quæ rotunda Senatus declaratio facit, ut non multum discrepem, si quis secundùm eam, deductionis Senatûs conclusionem supra positam, intelligendam dicat, quantumvis formalem petitionem aureorum in specie præ se ferant. Æstimatio autem hæc aurei, quomodo & cujus temporis respectu fieri debeat, si quæratur; certum est, secundùm communem Dd. opinionem, non solutionis, sed promissionis sive contractus initi tempus inspiciendum esse.

Rotati fortè dicti à rota, insigni Moguntino.

Notandum verò hîc, quòd *Senatus fol. 7. actorum* aureum sive florenum superioris regionis 24. ponderosis (*vel quod idem existimo, rotatis*) albis, æstimatum fuisse defendat; nec id *Elector fol.* 49. §. Inmassen ꝛc. negare videatur, eò quòd pro judiciali confessione acceptat,

daß

daß die Bezahlung des Guldens Franckfurter Währung in albis, und kleiner silbern Müntze / mit 24. alb. oder Weißpfenning beschehen sey. Imò *fol.* 55. *princ.* expressè fatetur, daß vom Jahr 1444. für und für diese verschriebene Gülden mit 4. Marck / oder 24. und hernacher mit 26. Rader alb. zu Ersetzung des Abnehmens und entstandenen Leichtsamkeit der alb. biß auff diese Zeit / damit auch die Creditores zufrieden gewesen / bezahlt worden seynd. Item *fol.* 65. *in fin.* daß Senatus die Bezahlung über 100. und mehr Jahr mit 26. Rader alb. und noch diß Jahr 1620. gethan. Sed & fatetur *Civitas fol.* 99. daß sie nicht allen Creditoribus, auch nicht jedesmals Goldgülden in specie, sondern 26. Rader alb. gegeben. *Et fol.* 99. Daß in der Creditorn obligationibus mehrern theil cavirt / bescheidene Gulden in Gold jeden zu 26. Rader alb. zu bezahlen. Item *fol.* 101. Daß die Creditorn jedesmals auff Goldgulden quittirt / dieselbe entweder in specie, oder deren lauffenden Werth von 26. Rader alb. bezahlt worden. His accedit, quòd *Elector fol.* 70. ultrò offert, so wol die Zinß / als Capitalia durch 26. alb. den Gulden gerechnet / zu zahlen und abzulösen. Et *fol.* 187. *b. ait*: Wölle mit guten / harten guldenen und silbernen jetzt gangbaren Müntzen / den 26. alb. rotatis nach / abstatten. Idem clarè repetit *fol.* 262. *b.* quòd velit, den Zinß / als jährlich 1196. Gulden und Capital mit Gulden zu 26. Rader alb. oder den Werth darfür zahlen. Item *fol.* 186. *b.* fatetur, daß man sich beschlagen zu lassen hab nicht allein die pension und Renthen per 24. oder 26. Rader alb. auch die Loese per Gulden / ad 24. oder 26. Rader alb. oder den Werth derselben / wie die tempore solutionis lauffen / in Goldgulden oder anderm Geld / in Reichsthaler oder andern harten / groben und silbern Geld zu bezahlen. Sicut & *fol.* 187. *b. infert*, Es seyn auch die hypothecirte Gefälle in solcher Müntz eingenommen / und verrechnet worden. Quòd si itaque hujusmodi albi rotati, vel alia moneta, quæ tempore contractus nostri usitata, justum aurei valorem constituit, adhuc reperitur, nec penitus ab usu hominum, recessit; (Quemadmodum *Sereniss. Dn. Elector* id asserit *fol.* 56. *b.* his formalibus: Der Rader alb. sey noch in esse, auch in- und ausserhalb Cölln gäng und gebig: Imò notorium esse, nec ab adversa parte negari posse, ait *fol.* 260. *b. in fin.* daß der Rader alb. und Schillingen / so die Halbscheid des Rader alb. und deren 2. für 1. Rader alb. von Alters bezahlt worden seyn / noch genugsam vorhanden / und Senatus für wenig Jahren ihre intrada zu ihrer Rent-

Vid. Wehner. obs. pract. Lit. G pag. m. 259. ibi: Mäintzer 24. albi.

Vid. Recess. Imp. Anno 1526. §. Weiter. 12.

Cam-

Cammer mit keinem andern Geld sich hab bezahlen lassen wollen/auch mit keinem Geld ihre pensionarien bezahlt / dann mit Rader alb. und Schilling.) Vel extat quidem, sed rarior, & conquisitu aliquantò difficilior est, siquidem difficultas præstationis conventionem non facit inutilem. *L.* 2. §. 2. *in f. de V.O.* & difficultas non ad incommodum creditoris, sed debitoris pertinet, *l.* 137. §. 4. *de V.O.* Br. *in l.* 101. *n.* 10. *de solut.* Cothm. *cons.* 34. *n.* 35. Non video, quomodo Senatus solutionem in tali moneta detrectare possit, cùm consequatur alterum ex iis, quod alternativè petiit, justum scilicet aurei floreni valorem. Si verò ejus bonitatis moneta amplius non extat, aut si extat, intrinseca ejus bonitas mutata est (quod innuere videtur Senatus *fol.* 108. *dum ait:* Es seye der jetzo lauffende Rader albus, gegen dem alten / an Schrot und Korn/ & in intrinseco valore mercklich deteriorirt / und haben die alte Rader albus, so tempore contractus geschlagen / 9. 8½. auch 8. Pf. und die geringste 7. Pf. fein gehalten / aber hernach *in Anno* 1494. die Rader albus *mutuo consensu Electorum*, auff 6. 5½. 4. Pf. und etliche Grän feines Silbers geringert / auch 12. 14. und mehr Stuck weiter in die Marck kommen. Item *fol.* 101. Es sey nun von etlichen Jahren hero der Goldgülden in der current-Müntz weiter / dann die 26. Rader albus verstiegen: Nec negat ipsemet Elector fol. 261. Daß der Rader alb. jetzo zu Cölln ad 32. Heller / der Rader Schilling [deren 2. ein Rader albus machen] ad 16. Heller kommen;) hoc sanè casu liberum erit Electori, si præcisè potius implere contractus legem, quàm alios speciei nummos reddere desideret, curare, ut moneta veteris speciei, quæ ab usu recessit, denuò formetur, & ea solutio fiat; uti de quodam magni nominis Principe, qui pro redimenda præfectura, Civitati cuidam liberæ oppignorata, à *Ferdinando I. Imp.* ut Bohemici grossi, qui ab usu recesserant, ad satisfaciendum obligationi procuderentur, obtinuit: referente Coler. *de process. execut. p.* 1. *c.* 10. *n.* 13. *in fin.* Alem. *Consult.* 8. *pag.* 405. & novissimè Joh. Wolffg. Aur. *in dissert. de jur. monet. axiom.* 94. Aut, si hoc fortè molestiam creet, in moneta solutionis tempore currente, ita tamen, ut habeatur respectus advalorem aurei, qui contractûs tempore fuit, congruâ æstimatione ejus præsticâ, quod surrogatæ in locum veteris novæ monetæ vel deteriori abest, vel præstantiori secundùm intrinsecam bonitatem supersit, solutionem facere. Si enim bonitas intrinseca in oblivionem concessit, expendibilis & cursualis moneta solutionis tempore sufficit, secundùm anti-

antiquæ cursum. Peregr. *Consil.* 13. *n.* 10. *lib.* 3. Hieron. Gabriel *Consil.* 164. *n.* 2. *vol.* 1. Andr. Knich. *de Sax. non provoc. jur. c.* 5. *n.* 404. *&c.* Et si moneta facta est deterior, solutio fieri debet de antiqua vel de nova, ad valorem antiquæ. Surd. *cons.* 151. *n.* 69. ubi vide multos cumulatos, qui hanc sententiam communem & magis veram testantur, eandemque etiam in annuis solutionibus, locum habere adstruunt. *Hic iterum notandum*, quòd partes in alium eventum, quàm supra deductum, se etiam ad tempus solutionis adstringere videantur. Ita enim Senatus *d. fol.* 101. juris & æquitatis esse existimat, daß Dn. Electori anders nicht gebühre/ dann mit Gulden in Gold / oder deren jetzt lauffenden Werth der 36. Rader albus, die jährliche pension zu bezahlen. Cui quodammodo satisfaciendo, Elector *d. fol.* 261. offert, ist erbietig / und willig / die gestiegene Rader albus ad 32. Heller in Gold / oder Silber grober Müntz zu erstatten / juxta tempus solutionis. Quia itaque in solutione, aut secundùm tempus Contractus, *ut suprà*, aut secundùm solutionis tempus, *ut hìc annotatum*, facienda, partes utrinque conveniunt, aut certè parum distant, non possum, *ut verum fatear*, solidum fundamentum litis, & quid eas tantoperè ad *præsens compromissum* moverit, percipere, ita ut earum patroni, *quod pace ipsorum dixerim*, de lana caprina disceptâsse videri possint. Cæterùm utcunque hæc ita sint, & partibus liberum sit, solutionem, quomodocunque velint, mutuo consensu hinc inde præstare, & suscipere: *quia tamen juris decisionem desuper requirunt*, ego tutiorem viam existimarem, in simplicibus juris terminis permanere, & ad aurei æstimationem in quacunque Moneta, (probâ tamen & usuali in genere, nullâ alborum rotatorum mentione factâ, respectu habito ad bonitatem intrinsecam, quæ fuit tempore contractus) tàm in annuis pensionibus ex reditibus oppignoratis, quàm in futura reluitione sortis, solvendam, *D. Electorem condemnare.*

Licèt enim dictorum alborum sæpius in actis utrinque fiat mentio, quòd scil. aureus per 24. eorum primò quidem, deinceps verò per 26. sit æstimatus: quòd iis solutio per 100. annos sit facta: quòd iidem adhuc sint in esse vel usu: quòd denique Senatus ipse eos non adeò pridem solverit, & receperit: Ea omnia tamen mihi quidem magis videntur stringere, pro demonstrando, quòd usuali Monetâ aureus semper & ubique sit permutatus, quàm pro præscribenda certa monetæ specie, in qua, ut solutio fiat, necesse sit: præsertim, quòd *in*

obligatione principali pignoratitia nulla prorsus alborum rotatorum fiat recordatio, tantum abest, ut vel taxatio vel relatio aliqua ad alborum rationem in ea reperiatur. Accedit, quòd ratiociniis invicem inter partes *Anno* 1485. habitis & exsolutis deductis, reliquum debiti partim per Marcas, partim per florenos, nullâ rotatorum solvendorum factâ nominatione, specificatum sit, ut videre est *in Recessibus sub Lit. A. & B. fol. act.* 72. 73. ita quoque de vera contractus vel obligationis novatione, quæ *Anno* 1495. facta prætenditur, ex actis non satis constare puto, cùm ea neque per documentum originale, neque per copiam ejusdem doceatur, ita ut sciri possit, an & quomodo, vel in qua forma ea, si qua est, concepta sit; sed vel in dubio præsumatur, vel tacitè fiat. *L. ult. C. de novat.* §. *præterea. I. quib. mod. toll. oblig.* quod latius prosequitur *D. Ref. in fin. voti sui*: Et ex hoc fundamento etiam eidem transactione (*ita enim ibidem vocatur*) quoad hunc punctum ab Electore contradicitur. *Fol.* 66. Denique de vero & indubitato valore alborum rotatorum nondum satis inter Dominos Collegas convenire video, eò quòd *Dn. Juggart* pro certo statuit, *fol. pen. b. in f. voti sui.* Si 26. albi rotati justæ ligæ solvantur pro aureo, Senatum in bonitate intrinseca plus consequi, quàm si 25. batzii Rhenenses pro aureo solverentur. Contra verò *D. Ref.* nimiam inæqualitatem, quæ hodie sit inter 26. albos & florenum aureum efficere, ne rerum inæqualium fieri possit aliqua communicatio, aut unius pro altera præstatio vel solutio. *Fol.* 6. *fin. retrò* defendat: quorum sententiæ tamen per distinctionem temporum facilè conciliantur.

Ex his itaque rationibus, ne fortè nova lis ex specificatione alborum, eorumque valore existat, *in sententiam supra dictam*, ut scil. probæ monetæ, secundùm contractus tempus æstimandæ, in genere fiat mentio, potius descenderem, tantò magis, quòd non tantùm de jure, sed & ex pacto, obligationi principali inserto, & multis verbis repetito, (*ob singularem nimirum favorem, absque omni causa & utilitate sua à Civitate in expromittendo Electori præstitum*) in omni emergente monetæ mutatione (quod generatim tàm de intrinseca quàm extrinseca mutatione intelligo) Senatus ante omnia, in recipiendis tàm annuis pensionibus, quàm Capitali, indemnis præstandus sit. Juri quippe conveniens est, quòd Creditor, cùm meliorem solutionem exigere non possit, deteriorem sanè accipere non teneatur. *L. pen. de solut.* Joh. Köpp. *decis. quæst.* 2. *num.* 4. ita sentio. *Salvo &c.*

Aliud

Aliud exemplum Compromissi habes apud Gylman. *Symphor. tom. I. P. 2. tit. 8. vot. 4. pag.* 129. Cujus forma hæc fuit: *Compromittunt partes, cum renunciatione appellationis, reductionis, supplicationis, revisionis & restitutionis in integrum, pro se & heredibus, sub pœna amissionis causæ*, in Cameram, *vel*, eâ *recusante*, in Magistrum Teutonicum, ejusque successores, &c.

Rursum aliud Symph. *tom. 4. Part. 1. vot. 9. p. 57. seqq. ubi num. 2. dicitur*: Procuratores partium Acta totius causæ Cameræ exhibuisse: pro ferenda sententia preces obtulisse: Cameram pro sportulis 1000. Goldgülden accepisse.

Cùm propè ad finem perductum hoc opus esset, pervenerunt ad manus nostras Communia Decreta *duo, in Augusti.* Imperiali Camera *d. Veneris* 30. *Martij*, hoc ipso anno 1688. *publicata, quæ hic consultò adnectimus.*

Decretum I. quod referri potest ad *Lib. 2. cap. sing. de ordinib. rerum* §. 8. *pag.* 440. add. *Lib. 2. tit. 3.* §. 3. *pag.* 425. *& Lib. 3. tit.* 61. §. 78. *pag.* 799.

ENdlichen ist der gemeine Bescheid: Demnach man bey diesem Käyserl. Cammer-Gericht wahrgenommen / daß jeweilen / nach denen in daselbst rechthängigen Sachen publicirten Urtheilen und Bescheiden / einige fremde Notarii, oder andere Personen / in die gewöhnliche Audientz eintretten / und darinnen / ohne vorgehendes Anmelden / oder legitimation, ungewöhnliche Recesse zu halten / sich unterstehen wollen / solches aber der Cammer-Gerichts-Ordnung / als welche denen jenigen / so sich durch die an diesem Gericht gefällete Sententien etwann gravirt zu seyn vermeynen solten / die remedia ordinaria, klärlichen vorschreibet / schnur-stracks zuwider lauffet; Als ist hiemit der ernstliche Befehl / daß / so ferne ausser denen bey mehrgemeldtem diesem Käys. Cammer-Gericht beaidigten Procuratoren / eine fremde Person / auff der Gerichtlichen Audientz / ausser gewöhnlicher revision, etwas anzubringen befehlicht seyn solte / dieselbe sich fordersst bey dem Protonotario zeitlich anmelden / und demselben / nächst Vorzeigung in Handen habender Vollmacht / sein Anbringen eröffnen / dieser / der Protonotarius, aber solches dem Herrn Præsidenten / oder in dessen Abwesenheit dem præsidirenden Herrn Assessori anzeigen / und darüber Bescheids gewärtig seyn sol. In Consilio pleno 30. Martii, 1688.

Johann Adam Wicker / D. Cam Imp. Protonotarius.

Decretum II. pertinens *ad tit. 5. Libri quarti: in specie* §. 17. *pag.* 830.

FErner ist der gemeine Bescheid: Weilen man zum öfftern verspüret / daß verschiedene dieses Käys. Cammer-Gerichts Procuratoren in denen Gerichtlichen Audientien mit an sich selbsten unzulässigen in der Ordnung verbottenen Recessen einander anzäpffen / und dardurch den ihnen an solchem Ort zu tragen obliegenden Respect beyseit setzen; So dann das Gericht mit allerhand verdrüßlichen weitläuffigen unnöthigen contradictionen und Gegen-Recessen / ermeldter Cammer-Gerichts-Ordnung zuwider / zu behälligen / sich unterstehen; Als werden dieselbe gleicher gestalt von solchem straffbaren recessiren und gegen-recessiren hiemit ernstlich dehortirt / und zu besserer Bescheidenheit / auch auff gedachte Ordnung angewiesen / mit der außdrücklichen Verwarnung / daß so fern einer oder der andere sich dergleichen hitzigen recessirens / oder verbottenen gegen-recessirens ferner anmassen wird / derselbe alsdann mit exemplarischer Straffe angesehen werden solle. In Consilio pleno 30. Martii, 1688.

Johann Adam Wicker / D. Cam. Imp. Protonotarius.

INDEX
AD
PANDECTAS CAMERALES
GVILIELMI RODINGI
copiosus,

In quo primus Numerus cum appositio commate (,) paginam, secundus cum puncto (.) §um denotat.

A.

Ach / Aquenses Cives an & quatenus in Camera conveniri possint, 318, 1.

Absolutio à baño à quibus & quomodo fiat, 84, 60. in ea fundatur Jurisdictio Cameræ, 83, 59. absolvendi formula, 84, 62. vid. *Banni absolutio.*

Absolutionis à Citatione & ab instantia quæ differentia, 623, 3. prior quando decernatur, 639, 62. 63.

Absolutionis à citatione & pœnæ desertionis, differentia, 657, 128. an ista locum habeat documento requisitionis actorum non producto, 648, 96. seq. an ex officio decernatur, 655, 124. *seq.* 659, 136.

Absolutio ab observatione judicii quot modis & quomodo fiat, 754, 4. *remissivè.*

Absolutio juramanti ad effectum agendi, vid. *Relaxatio Juramenti.*

Acceptatio Privilegiorum, vid. *Privilegia.*

Acta ex quibus causis edenda, 339, 1. quo tempore in causis appellationum, 340, 2. nisi requirantur fit causa deserta, *ibid.* 4. quid si Judex non requisitus, sponte, ante vel post trigesimum ediderit, 341, 5. 6. acta si non requirantur, & tamen justo tempore producantur, an tunc desertio locum habeat? *ibid.* 7. 8. quæ pœna amissæ requisitionis, 342, 10. ad Acta priora submittitur hodiè in primo termino, 685. 8. *seq.*

Acta justè sunt æstimanda, 349, 47. *seq.*

Acta prioris instantiæ curiosè colligi debent, 347, 34. *seq.* quid si Judex inferior ea edere nolit? 653, 116. integra edi debent, 344, 20. defectuosa quis suppleat, *ibid.* 21. quid continere debeant, *ibid.* 22. quid si Judicis culpâ integra non sint, 345, 24. 25. & absque rationibus decidendi, *ibid.* 27. clausa exhibenda sunt, 346, 29. *seq.* legitimè producantur, *ibid.* 32.

Actorum communicatio quomodo hodiè fiat, 660, 144. ad eorum editionem

nem si terminus non statutus, quid appellanti incumbat? 649, 101. Actorum comunicatio & publicatio quomodo petenda, 346, 33. actorum inspectio quibus & quomodo sit licita, 347, 41.

Actorum repetitio loco libelli habetur, 643, 77. illâ iteratâ omissâ quid appellato incumbat, 651, 108.

Actorum requisitio quando reiteranda? 343, 17. quid si appellans ea intra terminum præfixum non redimeret, *ibid.* an missivâ privatâ requisitionem actorum probet, 344, 18. 19. hujus & compulsorialium differentia, 342, 12. *plura vid. sub voc. Requisitio Actor.*

Actorum transmissio & revisio quomodo fiat, si summa non sit appellabilis, 295, 48. quid si denegetur, *ibid.* 50. 51.

Actis jàm editis petitio compulsorialium omitti potest, 547, 5.

Actus judiciales in quibus Jurisdictio Cameræ fundetur, sunt Commissiones ad perpetuam rei memoriam, 267, 2. Executiones sententiarum, *ibid.* 3. declaratio pœnæ compulsorialium, 268, 10. Datio & confirmatio tutorum & curatorum, 269, 12.

Actio Arresti, vid. *Arresta.*

Actio fractæ pacis publicæ quomodo instituenda, 92, 102. 103. quæ ejus requisita? 85, 67. 88, 82. *seq.* quando criminalis, & civilis, 75, 17. *seq.* an ad heredes transeat, 77, 24.

Actionis pigneratitiæ requisita quæ? 115, 13. *seq.*

Actionis realis ac personalis differentia quæ? 757, 4.

Actor quis dicatur? 27, 21.

Additionales quando olim inferebantur? 684, 2. *seq.* hodiè eorum productio vetita, 685, 5.

Adjuncta litteris vel numeris signanda sunt, 648, 94. è Cancellaria communicantur, 674, 59. adjuncta probatorialia primo termino producenda, 637, 51. an insinuentur Judici à quo, 595, 7. 8. an eorum copiæ vidimatæ, *ibid.* 10. insinuatio neglecta quid præjudicii inferat, *ibid.* 11.

Administrator Cameræ, vid. *Præfectus Cancellariæ.*

Adsistere liti qui possint in Cam. ob continentiam causæ, 263, 61. *seq.*

Adsessoratum in Camera ambiens, quid præstare teneatur, 427, 13.

Adsessores Cameræ qui & quales sint, 819, 1. quoad ordinem vel nationem, *ibid.* 2. quid eorum nominatio vel præsentatio, 820, 4. à quibus fiat, *ibid.* 5. quis eorum numerus, *ibid.* 6. quot & à quibus Catholici præsententur, *ibid.* 7. & Augustanæ Confessioni addicti, 821, 9. 11. 822, 13. Mortem vel abdicationem Adsessoris Judex præsentanti indicat, *ibid.* 12. quid si alius non præsentetur? *ibid.* 14.

Adsessoris recusatio Judici seu Præsidi Cam. indicanda est, 18, 11. Assessorum electio quid? 822, 15. in ea quid observandum, *ibid.* 16. Ratione nobilitatis, 823, 17. 18. ratione Religionis, *ibid.* 19. 824, 25. ratione consanguinitatis, 823, 20. 21. in electione dignissimus præferendus, 824, 22. quid de specimine eorundem, *ibid.* 23. in eorum creatione suffragia purè feruntur, *ibid.* 24. quid ratione studiorum Acad. considerandum, 825, 26. Assessorum habitus quid, *ibid.* 27. quæ eorum dignitas, *ibid.* 28.

Adsessorum consessus in publicatione sententiarum, quis olim & nunc? 423, 9. Ad-

Adsessorum officium quod? 824, 29. *seq.* quod in decernendis processibus, 478, 81. in referendo quod, 846. 1. Adsessorum & Revisorum officii in revisoriis quæ differentia, 783, 13. intra quod tempus munus abdicare possint Adsessores, 825, 33. seq. eorum salarium quod, 853, 9.

Advocati partium qui, 827, 1. quis eorum in Cam. numerus, *ibid.* 2. quæ illis & procuratoribus communia, 828, 4. *ibid.* 6. quæ in receptione præstare debeant, *ibid.* 5. quæ Advocatorum propria, 829, 8. quomodo pauperum causis inservire debeant, 828, 7. Procuratorum munere fungi nequeunt, 831, 25.

Advocatus Fisci, vid. *Fisci Advocatus.*

Advocati in appellationum causis qui, 357, 42. juramentum calumniæ præstare tenentur, *ibid.* ante ejus præstationem monendi sunt, 366, 72. quomodo in propriis causis appellationum, 358, 47. in actis denominandi sunt, 357, 42. 359, 51. quid si nomen lateat, *ibid.* 49. post nominationem citandi, *ibid.* 50. quæ pœna jurare renuentium, 364, 63. & non jurantium, *ibid.* 64. 679, 87. 681, 99. jurare tenetur, 475, 64.

Advocati Cam. officium ambiens, quid præstare debeat, 427, 13. quis modus eum recipiendi, *ibid.* 12. quando ad procuraturam aspirare possit, *ibid.* 14. quale specimen & ubi exhibere teneantur, 428, 15.

Advocati Cam. audientias non tenentur visitare, 425, 2. sed partium causas domi subeunt, 427, 11. non jurati, an gaudeant foro Camerali, 37, 82.

Advocatorum subscriptio in quibusvis productis necessaria & quare? 576, 4.

Æstimatio damni facti vel impensarum an ad obtinenda mandata juramento sit asserenda? 706, 9.

Alcoran Cameralium quid? 2, 7.

Allegationis juris in Cam. parcè fiant & quatenus permissæ, 639, 58. 59.

Anhaltina transactio de rebus creditis à Cæsare confirmata, 199, 4.

Apostolorum definitio, 335, 28. divisio, *ibid.* 29. eorum petitio in Cam. est arbitraria, *ibid.* 27. 381, 12. 393, 10. conventionales quid, 335, 29. quid testimoniales, 336, 30. reverentiales, *ibid.* 31. quis horum effectus, *ibid.* 32. Refutatorii quid, *ibid.* 31.

Appellationis definitio, 272, 3. divisio, *ibid.* 4. *seq.* 61, 25. Appellatio quando locum habeat à definitiv. 273, 9. 10. 274, 14. *seq.* & quando à sententiis interlocutoriis, 276, 22. ad Cæsarem facta, an in Camera recipiatur, 282, 4. vid. *interlocut.* Appellationes ad duo summa judicia alternativè introduci possunt, 282, 5. in appellationibus quæ considerandæ, 328. à quibus Judicibus ad Cam. appelletur, 329, 1. quomodo à Judicibus ordinationis, *ibid.* 2. an- & à quibus Commissariis, *ibid.* 3. *seq.* Appellationes ab Austregis, in casu non observati fatalis, quando, per quem, & quomodo instituendæ, 61, 28. *seq.* ex quibus causis non recipiantur in Camera, 285, 1.

Appellationes in criminalibus quatenus accipiantur in Cam. 275, 17. *seq.* 385, 1. *seq.* 389, 21. *seq.* an à mulcta, quæ in pœnam corporis non successit, appelletur, 387, 8. 9. an ab accusatoribus criminis, *ibid.* in appell. contumacia non accusatur, 753, 2. in app. causis citationibus fatalium prorogatione

gationes inſerendæ ſunt, 489, 46. in Decimarum cauſis an ad Cam. devolvantur appell. 391, 23. *ſeq.* pro Appellantibus cautela ratione novorum deducendorum 686, 16. Appellatione deſertâ, an adhuc gravato remedium ſuperſit, 328, 17. 18. Appellatio in dubio non præſumitur eſſe deſerta, 399, 33. intra annum vel biennium non proſecuta, an pro deſerta habenda, 398, 29. vid. *Deſertio.*

Appellationes ab Eccleſiaſticorum Principum & eorum Officialium ſententiis quando ad Cameram pertineant, 333, 16. quando ab Electorum ſententiis, 334, 19. an valeat, ſi alius pro alio ex errore appellâſſet, 290, 25. Appellatio extrajudicialis quid, 331, 8. 9. & quotuplex ſit, *ibid.* 12. an admittatur in Cam. 331, 7. *plura vid. ſub voc. Extrajudic.*

Appellationum fatalia, vid. *Fatalia.* an à Feudorum judice ad Cameram appelletur, 334, 20. Appell. formalia, vid. *Formalia Appell.* poſt appell. inſinuatam quid fiat à judice, 335, 25. *ſeq.* Appellationis Inſtrumentum, *vid. Inſtrumentum.* Appellatio interponitur vel in continenti vel ex intervallo, 352, 11. *ſeq.* ſi ambæ ſimul interpoſitæ, quæ proſequenda, 353, 21. & conſiderandum quis appellaverit, 471, 48. *ſeq.* à quali ſententia, 474, 63. *ſeq.* quando, 472, 51. *ſeq.* quomodo, 474, 64. ab Judicio Rothwilenſi an ad Cam. appelletur, 332, 15.

Appellationis Juramentum, *vid. Juramentum calumniæ.* An hoc locum habeat in appellationum cauſis, 681, 97. 98. Appellationis ratione Jurisdictio Cam. fundatur, 282, 2. 291, 30. 300, 73. Appellatio coram quibus fieri poſſit, 334, 21. à Notario ſi facta, cur Judici à quo inſinuanda, 255, 34. an attentare dicatur Judex inferior, ſi appell. eo inſcio facta ſit, 336, 35. *ſeq.* an appellatio à Judice reductionis valeat, 419, 22.

in Appellationibus an Litis Conteſtatio ſit neceſſaria, 664, 19. *ſeq.* à Matrimonialibus cauſis an & quatenus Jurisdictio Cam. fundata ſit, 389, 21. *ſeq.* 407, 7. à Magiſtratu gravante quatenus ad Cam. appellari poſſit, 331, 10. 11. an appellatione neglectâ reviſio quæri poſſit, 295, 52. per appellationem nullitas incidenter ad Cam. defertur, 325, 3. 4. cur appellationi quærelæ nullitatis conjungantur, 327, 11. in Appellationibus quid generaliter obſervandum, 350. 52. *ſeq.*

Appellationes pauperum quomodo admittantur, 384, 29. 30. appellatione permiſsâ, permittitur reviſio, 788, 39. in poſſeſſorii cauſis, *vid. Poſſeſſorium.* quatenus in app. attendantur privilegia Statuum, 536, 47. quando appell. prohibitæ cenſeantur, 537, 49. 54. de jure communi, *ibid.* 50. quando de jure Cam. 538, 53. in appell. cauſ. quomodo exceptionum habeatur ratio ex conſtitutione de rebus creditis, 212, 7. *ſeq.* Appellatione non receptâ, nec inhibitioni locus eſt, 528, 8. nec in app. cauſ. tacita inhibitio, 531, 20.

Appellationi renunciare, *vid. Renunciatio.* an appell. ſpecies ſit reductio, 417, 13. *ſeq.* an reſtitutio detur adverſus omiſſionem appell. 491, 55. App. remotâ an à nullitate appellari poſſit, 688, 22.

Appellatio per saltum facta an causam desertam reddat, 289, 22. *seq.* quæ app. in scriptis vocetur, 334, 22 quando ei sit locus, *ibid.* 23. *seq.* App. statuto vel consuetudine impediri non potest, 338, 5.6. an valeat à sententia arbitri, 416, 8.9. subditi ab App. non sunt terrendi, 338, 2. quæ pœnæ temerariæ app. 365, 67. quæ frustratoriæ, 382, 21. *seq.* quomodo tollatur app. 379, 1. App. terminus, *vid. Terminus.*

Appellabilis summa quæ olim fuerit, 291 30. 292, 37. 38. quæ nunc, *ibid.* 39. ubi requiratur vel non, 291, 32. 292, 40. quòd summa sit appellabilis, quomodo probetur & cognoscatur, 296, 57. *seq.* an plures summæ possint conjungi, 297, 60. Exceptio deficientis summæ quando opponenda, *ibid.* 61. ad summam appellabilem constituendam, an pensiones cum sorte cumulari possint, 293, 43. *seq.* si sufficiens non sit, quid tum, 294, 47. *seq.* omnes causæ appellabiles sunt revisibiles, 788, 40. an in nullitatis causa observetur, 296, 56.

Appellans & ejus successor præstat juramentum calumniæ, 456 39. *seq.* it. suæ causæ Advocatus, 358, 47. 48. quotupliciter Appellans contumaciam committat, 753, 1. 754, 5. vel ante, *ibid.* 6. vel post litis contestationem, 755, 8. *seq.* quæ via procedendi contra Appellantem contumacem, *ibid.* 10. *seq.* & reum simul, 758, 9. *seq.*

Appellare ad Cam. qui possint, 338, 1. *seq.* qui non, 379, 2. *seq.* an in causis protractæ vel denegatæ justitiæ appellari possit, 241, 32. an à Statuum Judiciis revisoriis ad Cam. appellari possit, 806, 114. an à reiterationis, *ibid. seq.* gradatim appellare, *vid. Gradatim.*

Appellato quid incumbat appellante contumace, 755, 7. 11. contra Appellat. contumacem quæ via procedendi, 756, 1. Appellatus si præveniat, *vid. Præventio.* quando partem sumptuum refundat appellanti, 348, 44. an præstet Juramentum calumniæ, 360, 52. an teneatur pœnâ temerariæ appellationis, 383, 26. 27. quid si appellatus non comparet, nec absolutionem à citatione vel seriùs petat, 657, 129. 132. 658, 136. pro appellato cautela ratione petiti, 687, 17. 19. *seq.* an ille favori appellantis renunciare possit, *ibid.* 18.

Aqua & igni interdicit. bannito, 75, 14.

Aquisgranum, vid. Aach.

Arbitratores qui sint, 416, 6.

Arbitri qui & quotuplices, 415, 5. *seq.* distinguuntur ab arbitratoribus, *ibid.* 4. 416, 7. an appelletur à sententia arbitri, *ibid.* 8. 9. & quando, 417, 11. an à judice reductionis, 419, 22. 23. *vid. Reductio.* quæ ratio fundandi Jurisdictionem Cam. hîc, 417, 11. *seq.*

Arbores frugiferæ non excindantur, 182, 80.

Archivum Cameræ ad quid ordinatum & quotuplex, 839, 3. ad illud nemo admittitur, *ibid.*

Arctiores Compulsoriales quomodo postulentur, 547, 6. 510, 22. & decernantur, 548, 8. 592, 84.

Arctiores processus judicialiter petuntur, 510, 22. quando decernantur, 705, 5. 6.

Arctiores Inhibitiones, *vid. Inhibitio.*

Arctiora Mandata quâ ratione decernantur, 508, 10. *vid. Mand. arct.*

Argentina quibus gaudeat privilegiis, 31, 47. 58, 4. 323, 36.
Argentinensis Episcopus qualia habeat privilegia, 304, 1.
Armata vis quando fieri dicatur, 85, 72. quid armorum vocabulo comprehendatur, *ibid.*
Armorum justo metui quomodo à Camera subveniatur, 177, 44. 520, 13. 14. 524, 9. 10. in causis Fiscalibus quid inducat armorum metus, 85, 72. quid in causis litigiosę possessionis, 111, 14. *seq.*
Arnuel Collegium propè Sarbruckum immediatum est, 32, 51.
Arrestorum Synonimia, 148, 11. definitio, 145, 1. 2. quomodo à pignore distinguantur, *ibid.* eorum processus quid, 566, 1. quibus & ad quos decernantur, *ibid.* 2. exemplum Mandati de arrestando extat pag. 567. quomodo pro processibus supplicandum in arrest. caus. 577, 10. 583, 42. 43. & quomodo Mandata S.C. emanentur, 508, 12. 14. 584, 44. *seq.* quid si arresta iterentur, 510, 20.
Arresta sicut repressalię regulariter prohibentur, 146, 3. quæ causæ arrestorum, *ibid.* 5. eorum constitutio quando promulgata, *ibid.* 6. qualis sit, 148, 12. & quid contineat, 149, 16. Jurisdictio Cam. quatenus fundata sit in arrestor. caus. 147, 7. ubi locum habeat, *ibid.* 7. 8. 9. 157, 50. 160, 62. quando non, 158, 51. *seq.* quæ propria & genuina vocis arrestor. significatio, 147, 10. *seq.* quarundam Civitatum certa privilegia in causis arrest. 156, 44. 162, 69. quæ arresta illicita, 155, 40.
Arresta an omni jure prohibita, 146, 3. an ex Constitutione Arrest. subditi agere possint adversus Magistratus, 153, 31. *seq.* quæ constitutio de arr. affirmativa, 157, 50. quæ negativa & quotuplex, *ibid.* 51. quæ ratio fundandi jurisdictionem Cam. hîc, 147, 7. 146, 75. ad quid fundetur, 147, 8. 9. 163, 71. *seq.* quæ differentia inter arresta, pignora & compensationes &c. *ibid.* ad obtinenda Mandata arrest. quæ requirantur, 155, 40. *seq.* 158, 54. *seq.* *vid. Mand. Arr.* Arresta injusta per exceptiones justificari possint, 159, 57. *seq.* ubi de *Mandatis cassandis.*
Arrestorum casus ubi oblata cautio arrestum non tollit, 161, 65. an Magistratus alienus aliquem transeuntem, ad instantiam tertii arrestare possit, 160, 62. *seq.* an mobilia subditorum arrestari possint, 161, 66. *seq.* an eorum bona ratione emigrationis der Nachsteuer / 155, 37. *seq.* 160, 60. 61. Arresti relaxatio, *vid. Relaxatio Arr.* quis censeatur immediatus ratione arresti, 163, 72. *seq.* qualis cautio hîc requiratur, *vid. Cautio.* Cautio antidotum arresti vocatur, 165, 84. an in arrest. caus. res tertia requiratur, 166, 90. an Civitas pro cive arrestato ex constit. arr. agere possit, *ibid.* supplicationibus per process. hîc, *vid. Supplicationes.*
Articulandi modus quatenus abrogatus sit, 678, 80. *ubi de positionalibus.*
Articulorum & Interrogatoriorum differentia quæ, 559, 47. quis cognoscat de illorum qualitate, 560, 51.
Attentata appellationis contraria sunt, & ab appellante facta, desertionem inferunt, 396, 23. quomodo revocentur attentata, 337, 37. *seq.* attentare quando Judex dicatur vel non, *ibid.* 35. 36. super attentatis, appellatione desertâ, non judicatur, 400, 40. ad

pœ-

pœnam attentatorum primo termino agendum, 660, 140. quomodo petantur Mandata de revocando, *ibid.* 141. in attent. cauſ. an reconventio locum habeat, 260, 42. 43.

Atteſtationum publicatio quando petenda, 690, 1. eâ factâ, quot ſcripta producere liceat, 694, 9. 13. publicatio atteſtat. potiùs eſt de juſtitia quàm de ſubſtantia proceſsûs, 691, 6. effectus ejus in quo conſiſtat, *ibid.* 6. 7. atteſtationum copiæ quando petendæ, 693, 2. 3. earum terminus quando incipiat currere, *ibid.* 5. tempus obtentarum atteſtationum judicialiter non ſignificatur, 694, 7. in atteſtationum puncto quousq; procedatur, 698, 21.

Audientia & audientiam celebrare quid, 421, 8. 9. 423, 6. conſideratur dupliciter, 421, 10. audientia ſolennis ſeu ordinaria quæ, *ibid.* quæ minùs ſolennis, 451, 1. quomodo celebretur à parte Judicis, 422, 1. *ſeq.* quomodo olim- & nunc celebrentur, 423, 6. 7. quando & ubi, 455, 1. *ſeq.* Proto- & Notariorum in iis officia quæ, 424, 15. *ſeq.* quæ Litigatoribus incumbant, 425, 1. quis ordo Procuratorum in iisdem, *ibid.* 2.

Audientiæ Sabbathinæ priſtinæ quæ, 436, 5. quæ diſtinctio ordinum in aud. habendorum, 439, 8. *ſeq.* minùs ſolennis audientia extraordinaria dicitur, 451, 2. coram quibus peragatur, *ibid.* 3. *ſeq.* an Deputatorum audientia hodiè ſit neceſſaria, 452, 7. an- & propter quas exequias intermittantur, 455, 4. 5. an propter nuptias Cameralium, & quorum, *ibid.* 6. audientiæ antemeridianæ quæ olim, *ibid.* 7. *ſeq.* pomeridianæ quæ olim & nunc, 456, 12. *ſeq.*

Augſpurg Civitas quo gaudeat privilegio, 318, 2.

Authenticæ Hoc niſi &c. beneficium quod, & quibus competat, 486, 33.

Aulicum Imperiale Judicium per mortem Cæſaris tollitur, 17, 6. an in illo reviſiones ſent. admittantur, 803, 98.

Aureus Cameralis iſt ein Güldenthaler/ 702, 2.

Auſtregæ quid, & quæ in illis conſideranda, *vid. Judices Ordinationis.* ſtrictè obſervantur, 27, 25. quando locum non habeant, 58, 4. *& ſeq.* 67, 11. Auſtregarum Judicium quomodo evitari poſſit, 142, 128. an locum habeant in cauſis contra inſtrumentum pacis, 68, 15. 16. auſtregarum privilegia quem uſum habeant in cauſis arreſtorum, 167, 93. & quem in mandatis, 169, 8. quem in cauſis L. Diffamari, *vid. L. Diffamari*, quem in cauſ. protr. vel deneg. Juſt. 237, 20. *ſeq.* quem uſum in continentiis cauſarum, 250, 4.

Auſtriæ Archi-Ducum Privilegia quæ, 308, 1. *ſeq.* ii tenentur conſtitutione fractæ pacis publ. 90, 91. Auſtriæ ſubditi contra privilegium ſuum Imperii Jurisdictione tenentur, 251, 9.

Avocare cauſam ex Camera an Cæſar poſſit, 20, 21. an Status poſſint, 23, 32. an Imperator cum Statibus, 22, 30. quod avocationis prohibitæ ſuccedaneum, 21, 25.

B.

BAmbergenſis Epiſcopus quæ habeat privilegia, 304, 2. ad banni pœnam agere poteſt, 582, 35.

Banni declaratio quibus fiat ſolennitatibus, 424, 13. à quo, 73, 7. abſolutionis à banno modus & forma, 84, 59. 60. 61.

60.61. & locus, 424,14. 84,62. à quibus banniti parte adversâ invitâ absolvi possint, *ibid.* 63.64. absolutio à Mand. vel cit. in hoc puncto quando locum habeat, 722, 4.5. Absolutionis acta Cam. Judici ordinario comunicanda sunt, 723,9 quid banniti contumacis transactio efficiat, *ibid.* 85,66. cui bona banniti cedant, 174, 30.

Banni effectus quis, 74, 9. *& seq.* in bannum declaratus infamis redditur, *ibid.* 12.13. banni pœnam quis irroget, 69,21. Ecclesiastici in eam agere non possunt, (*vid. Clericus*) nec fœminæ eam patiuntur, 75,17. *& seq.* pœna ejus in pecuniariam comutari potest, 76, 21. ad hanc solùm agitur ex constit. fractæ Pacis publicæ, 171, 16. *ubi vid.* contra contumacem quomodo agendum hîc, 756, 2. 5. 758, 8. quomodo & quando bannitorum contumacia emendanda, 764, 5. 7.

Banni pœnam Rothwilense Judicium infligit, 91, 99. actio ad banni pœnam ad heredes non transit, 77, 24. nec pœna ipsa, 443, 26. bannitorum heredes non comparent Citationi ad reassumendum, 444, 26.27. Banniti, seu proscripti in Camer. à quo restitui possint, 270, 20.21. Banni sententiæ quomodo publicentur, 424, 12.

Barones qui, & quæ habeant Privilegia, 315, *seq.*

Bavariæ Electoris constitutio de solutione debitorum Imperii constitutione non correcta, 199, 6. ejusdem Privilegia quæ, 302, 8. quæ Ducum Bavariæ, 309, 5.

Bello depauperati debitores qua gaudeant constitutione, 199, *seq. vid. Debitores.*

Bericht-Schreiben / *vid. Literæ Informatoriæ.*

Bisantz Civitas quæ habeat Privilegia, 318, 3. *remissivè.*

Bonorum Imperii ratione, quomodo Jurisdictio Cameræ fundetur, 245, si bona sub diversis territoriis dissita sint, an Camera sit adeunda, 248, 20. 21. quomodo ratione rei sitæ, ob continentiam causæ, 249, 22. *seq.*

Brabantiæ & Burgundiæ subditi, an Imperii Jurisdictione ligentur, 251, 9. non tenentur constitutione fractæ pac. publ. 90, 92. 93.

Brandenburgici Electoris Privilegia quæ, 302, 10. quæ Marchionum, 309, 6. an hi teneantur Constit. fr. p. p. 90, 91. Brandenburgiæ subditi Imperii Jurisdictione ligantur, 151, 9.

Bremensis Episcopi privilegia quæ, 304, 3. quæ Civitatis, 318, 4.

Brixensis Episcopi privilegia quę, 304, 4.

Brunsvicensium principum privilegia & solennitates quæ, 309, 7. 314, 31. 175, 35.

Bruchsalense Collegium in Episcopatu Spirensi Cæsari & Imperio immediatè subjectum, 32, 51.

Burgundiæ Ducis privilegia & exemtiones quæ, 308, 2. *seq.*

Bursched Collegium propè Aquisgranum Cæsari & Imperio immediatè subjectum, 32, 51.

C.

CAdaver hominis occisi ablatum an pariat actionem ex Const. pigneratitia, 137, 105. *seq.* an ejus inspectio pariat, 138, 109. *seq.* (*Cal.*

Calumniæ Juramentum, *vid. Jurament.*

Cameræ vocabuli varia significatio, 4, 11. Cameræ Imperialis laus & encomium, *ibid.* 12.

Ca-

Camerale judicium quid, 5, 1. summum est in Imperio Romano, 7, 7. quando & à quo institutum sit, *ibid.* 8. quibus personis constet, 16, 1. Camer. Judicii synonymia, 6, 4. quid & quos repræsentet, 18, 12. 13. Cam. Judiciorum multiplicatio, 8, 13.

Cameræ Jurisdictio, *vid. Jurisdictio.*

Camerale Jus quid sit, 1, 3. 2, 6. quid complectatur, 1, 4. 5. quotuplex, 2, 6. ejusque partitio, 5, 14. 15. quibus Imperii Constitutionibus præscriptũ sit, *ib.* 16.

Camerales personæ quæ & quales? 37, 81. 814, 2. 3. *seq.* quæ eorum immunitas, 848, 1. *seq. vid. Cameræ immunitas.* quando Commissarii deputari possint, 557, 39. in eas extrajudicialiter proceditur, 420 2. ubi conveniantur in personalibus eorumque viduæ & liberi, 37, 8. nullo gaudent privilegio primæ instantiæ quoad personalia, 60, 16. 17. secus in realibus, *ibid.* 18. quæ eorum salaria, 853, 9. 10.

Camera pronuntiat sententiam, non consulit, 36, 75. an ei in personas Cameral. Jus meri Imperii competat, 83, 86. *seq.* an recusari possit, 18. 11. appellatione desertâ, expensas taxat & exequitur, 402, 47.

Camera non tentat concordiam partium, 207, 1. an recipiat appellationem ad Cæsarem factam, 282, 4. in Camera omnes causæ per procuratores aguntur, 266, 8. Camera Jus civile sequitur in recipiendis processibus, 352, 10. Jus pignorandi sine remissione discutit, 141, 126. possessorium ordinarium ibi plenè discepratur, 142, 127.

Cameræ immunitas quæ & qualis, 848, 1. *seq. vid. Immunitas.* Quis modus revisionem Cameræ notificandi, 799, 75. & in ea exhibendi, *ibid.* 76. *seq.* revisionis executio ad Cam. spectat, 801, 89. an Cameræ Revisores recusare liceat, 802, 96.

Cameræ securitatis & novæ translationis consultatio, 13, 21. *vid. Translatio Cam.* Ejus securitas quomodo mediante neutralitate obtenta? 8, 14. Cameræ sedes varia fuit, 7, 10. Cameræ sustentatio, *vid. sustentatio Cameræ.*

Cancellaria Cameralis ab Electore Mogunt. dependet, 17, 9. personis idoneis instruenda, 834, 5. Cancellariæ Administrator, *vid. Præfectus.*

Canonicorum Collegia libera quæ? 32, 51. *vid. Collegia Canon. vel Clericorum,* Canonici tutelam gerentes quod forum sequantur? 54, 5.

Capitalia, quando non obstante præscriptione salvâ manent Creditoribus, 205, 1. Reluitiva quando redimantur, 206, 2.

Capitulationes Cæsareæ Cam. insinuandæ, & quare, 3, 9.

Capitulum quod sortiatur forum sede vacante, 32, 52. quod Episcopo existente, *ibid.* 53. quod in causa communi, 33, 57. an inferius sit Episcopo, *ibid.* 55. Capitula seu Collegia cathedralia cui subjecta, & quod sortiantur forum, 127, 61. *seq.* & quando in Camera conveniri possint, *ibid.*

Captivus an agere possit antequam carcere liberetur, 218, 6. *seq.* si ob delictum pignoratus, & dein relaxatus, an ex Constit. pignerat. agere possit, 133, 86. *seq.* ad captivum aditus præclusus Mandato S.C. aperiri potest, 180, 63.

Causæ cognitio & conclusio quomodo nullitatem involvat, 411, 27. causarum qualitas potiùs quàm personarum attendenda, 64, 2. *seq.*

Cautionis idoneæ definitio, 164. 77. Synonimia, 165, 84. quæ in arrestorum caus. præstanda, 146, 76. quid de jurata, *ibid.* 77. de hypothecaria, *ibid.* 79. Distinctio cautionis arresti & pignerationis, *ibid.* 78. qui eam præstent, *ibid.* 82. & ubi, 165, 84. in quibus casibus oblata cautio arrestum non tollat, 161, 65. an in Cam. sine cautione Mandata de relax. decernantur, 165, 85.

Cautio in pignorationibus zum Wiederstellen quando, à quo & quomodo præstanda, 142, 129. cautio de rato & mandato quando præstanda, 633, 28. an in omnibus causis admittatur, *ibid.* 29. *seq.* quomodo se cautione Procurator liberet, 636, 40. quæ extranei cautio, *ibid.* 41.

Cautio revisoria an sufficiat absque depositione pecuniæ, 785, 21. à quo præstanda, & quæ ratio circa illam, 800, 83. *seq.*

Circumductio termini quid, 742, 3. quando fiat, *ibid. seq.* 592, 87. 742, 6. in quibus causis locum habeat, vel non, 743, 9. 10. *seq.* quando cesset, 746, 21. *seq.* effectus ejus quis, 747, 25. quis circumductionis judicii, & instantiæ, 754, 4.

Citationes quid sint, & quæ eorum requisita, 480, 1. *seq.* quæ causæ, 484, 21. quid comprehendant, 24, 8. 9. citationum formæ pro causarum qualitate variantur, 484, 20. *seq.* quæ communes, 492, 59. earum reproductio quomodo fiat & quando, 625, 2. in quibus casibus earum originalia, *ibid.* 6. *vid. Reproductio.* Terminus citationis quis, *vid. Terminus Citat.* Citationes ad videndum sibi concedi beneficium Auth. Hoc nisi, &c. quomodo impetrentur, 486, 33. quomodo ad confirmationem contractuum, *ibid.* 34. quomodo ad reddend. rationes, 488, 39. citationibus appellationum, fatalium prorogationes inserantur, 489, 46. 47.

Citatio ad totam causam decernitur, 490, 49. *seq.* an pauperibus decernantur citationes? 492, 60. quando contra nominatos vel laudatos in judicio, 496, 74. qualis citatio Mand. S. C. annecterur, 506, 2. 4. *seq.* an supplicationes simul cum Mand S.C. insinuentur, 595, 9. quomodo in cit. caus. ex const. de reb. cred. procedendum? 211, 5. 6. citationum ad videnda. &c. quædam species, 28, 29.

Citatio an locum habeat diffamatione in judicio objectâ, 229, 35. 36. an adversus possessorem, *ibid.* 38. citationi ex l. Diffamari similis est Citatio ex l. si contendat &c. ff. de fide juss. *ibid.* 39. *seq.* in prioris causa quomodo impetretur, 222, 8. 224, 12. quæ requisita citationum in caus. violati privileg. Cæsar, 243, 7.

Citationes ad reassumendum quomodo petantur, 443, 26. 27. non decernuntur adversus heredes bannitorum, *ibid.* 26. citatio ex l. Diffamari de Principatu, Comitatu & feudo Imperii ubi decernatur, 228, 32. *seq.* citationi quomodo plures partes inserendæ, 632, 25. quæ in causis fractæ pacis, vid. *Pax publ.*

Citationi ad vid. restitui jungitur mandatum inhibitorium, 775, 31. citatio substantiale processus est, an omissa nullitatem involvat, 411, 27. quando decernatur in casibus protractæ vel de-

denegatæ justitiæ, 172, 18. ad quid hæc decernatur? 545, 14. citatione adversę partis prævia, quomodo quis restituatur in integr. 773, 23. quando citatio ad restitutionem necessaria, *ibid.* 25.

Citatio ad vid. se relaxari à Juramento quomodo impetranda, 220, 12. *seq.* quando necessaria non est, 221, 18. 226, 24. absolutio à cit. vid. *sub lit. A.* an citatus citante emanente comparere debeat, 742, 6. *seq.* citatus non comparens in Mand. C. C. an in pœnam declarandus sit, 713, 23. *seq.* an in Mand. S. C. 720, 25. *seq.*

Civiles Processus qui? 523, 1. *seq.*

Civitates Imperiales quæ, & quibus gaudeant privilegiis, 318, *seq.* civitatum Procuratoria quomodo formanda, 629, 20. quæ mixtæ civit. dicantur, 33, 59. an liberæ gaudeant constitutione pignerat. 127, 59. 60. an earum Consiliarii, in Cam. præstare debeant Jurament. calumniæ vel malitiæ, 680, 94. 681, 95.

Clausulæ executivæ in rem, 186, 97. vel in rem & personam diriguntur, 187, 98. quis utriusque effectus, *ibid.* vid. *Execut.* clausula juramenti, vid. *Juramentum obligationis.* Clausula justificatoria quæ? 500, 4. 6. quid, ne Instrumentis inserantur, prohibitæ, efficiant, circa impetrandos Processus, 512, 29. *seq.*

Clausulas salutares in libellis tantùm locum habere, 578, 15. *seq.* 479, 82. 83. quid operetur claus. Mit oder ohne Recht. in Obligation. & quomodo explicanda, *ibid.* & *seq.* an sit stricti juris, 189, 106. an illi æquipolleat clausula, mit Gericht geistlich oder weltlich/ oder ohne Gericht/ 188, 104. & *plures seq.* quid operetur clausula, mit Recht/ 188, 102. quis effectus istius: Sampt und sonders/ in Commissionibus? 656, 29. quæ virtus hujus: Si quid facti &c. 699, 29. 701, 34.

Clerici quando in Cam. competenter conveniantur, 328, 16. quomodo ob feuda Imper. 248, 18. quomodo ob continentiam causæ, 250, 1. 257, 28. an ad commissiones ut testes citari possint, 559, 49. ad pœnam banni non agere possunt & cur? 75, 17. civiliter verò, 89, 89. nec ista afficiuntur, 76, 18. & quare? 89, 88. Immediati tenentur de constit. p. p. 89, 87. 582, 34. vim vi repellere possunt, 89, 90. Clericus Jurisdictionem Laici prorogare non potest, 35, 69. in Collectandi jure litigioso quomodo pignoretur? 132, 83.

Collegia Canonicorum libera quæ? 128, 64. Collegia Juridica rationes suarum sententiarum Judici inferiori communicanto, 347, 38.

Collmar civitas, quæ habeat privilegia, 319, 7.

Colonienſis Electoris privilegia quæ? 301, 5. *seq.* quæ civitatis, 319, 5. 6. quoad arresta, 567, 5. 156, 41. 162, 69. 70.

Comites quomodo & coram quibus Judicibus à Principibus conveniantur, 52, 1. *seq.* quomodo à se invicem, 53. 1. *seq.* in causis simplicis spolii, 56, 8. Comitum & Baronum privilegia quæ? 315, 1. *seq.*

Commissarii à quibus nominentur? 555, 27. quod eorum officium? 559, 49. duplicis generis sunt, 330, 4. quæ cau-

cautela circa nominationem, 558, 41. quibus casibus, quot & quomodo in Camer. deputentur, *ibid.* 559, 48. ubi & quomodo postulandi, 689, 4. 5. 690, 2. 6. de clausulæ Sampt und sonders effectu, 556, 29. quid si pluribus repudiatis unus tantùm idoneus reperiatur, 557, 34. 35. & quando, 689, 3. ad commissiones extraordinarias periculo partis deputantur, 557, 36. Adjunctio Notarii quando locum habeat, vel minus? *ibid.* 37.

Commissariorum qualitates quæ? 557, 38. quando Camerales personæ ad commissiones deputentur? *ibid.* 39. qui Commissarii deputari nequeant, 558, 44. quid iis mandetur in commissionalibus, 559, 45. *seq.* an jurare teneantur, *ibid.* 46. quæ eorum partes in expedienda commissione? 561, 59. quod eorum salarium, 562, 60. & quod Notariorum, *ibid.* 61. Commissarii negligentia Mandato S. C. coërcetur, 178, 50. à Commissariis Cæsar. an ad Camer. appelletur, 391, 26. 330, 4. an finitâ dilatione ultrà procedere possint, 564, 4.

Commissionales processus quomodo impetrentur, 587, 60. ubi de obtinendis commissionibus in optima forma, & ad perpetuam mem. *ibid.* 61. 62. Commissionales (Commissions-Brieff/) quid sint, 550, 2.

Commissiones in comuni forma quid? 552, 15. ad eam quid requiratur, 553, 16. 17. an mutentur hæ per clausulas de instrum. transumendis, *ibid.* 19.

Commissiones in meliori & optima forma quid, 553, 18. quando locum habeant, 554. 22. quid in iis commissariis mandetur, 559, 48. an ad instrumenta transumenda decernantur, 555, 25. 26. comissiones in caus. pauperum quomodo decernantur, 558, 42. 43.

Commissiones sunt vel ordinariæ vel extraordinariæ, 550, 3. hæ commissiones ad perpetuam rei memoriam vocantur, *ibid.* quando, & quibus casibus decernantur, *ibid.* 4 & quomodo, 448, 51. an adversus immediatos, 267, 2. quare in causis fractæ pacis, 724. 11. ratò extrajudicialiter decernuntur, 610, 9. 611, 11. quæ sint, 267, 2. quotuplices, 20, 18. quando respectu actoris locum habeant, 551, 7. quando respectu rei, *ibid.* 8. quando utrique parti decernantur, *ibid.* 9. an decernendæ actione nata vel nascitura, & lite jam pendente, *ibid.* 10. quis terminus legis in iis observandus, 610, 8. quid circa earum petitionem notandum, 689, 5. 6.

Commissionum formæ quotuplices, 552, 14. in caus. litig. possess. quomodo decernantur comissiones, 112, 22. ad punctum commiss. pertinentia quando in audientiis tractanda, 452, 9. 13. qui in commiss. juramentum præstare debeant, 559, 45. 46. an etiam immediati pro testibus citari possint ad commiss. *ibid.* 49. quid in iis ad probandum admittatur, 560, 50. de articulorum qualitatis cognitione & Rotulo, *ibid.* 51. *seq.* commissionum abusus reprehenditur, 563, 62. *seq.*

Communicatio actorum quomodo fiat, 660, 144.

Compaß-Brieff / *vid. Literæ mutui Compassus.*

Compromissum quid, 35, 71. quando Jurisdictionem Cam. fundet, *ibid.* non

non quævis compromissa recipiuntur in Cam. 36,72. rarò eveniunt, *ibid.* 73. compromissorum processus qualis, *ibid.* 75. an revisiones in compromissis locum habeant, 788,38.

Compulsoriales quid? 546,1. quibus, quomodo & quando decernantur, *ibid.* 2. *seq.* 240,29. quotuplices sint, 268,10.11. quando eorum petitio omitti possit? 547,5. quomodo mandetur judici acta non edituro, *ibid.* 6. arctiores quando decernantur, 548,8. quâ ratione pœna simplicium compuls. eviteur, *ibid.* 9. quid de ulterioribus, *ibid.* 11. *seq.* quando novæ peti possint, 549,15. quid si iis non pareatur? 240,31.

Compulsoriales quando rogandæ, 649,97.98. executæ primo termino producantur, 648,92. an iis non emanatis probanda actorum sit requisitio? 652,109. *seq.* quæ compulsorialium & requisitorialium differentia, 342,12. 549,17.

Conclusio causæ quid, 698,20. quotuplex sit, 696,1. 700,33. formula concludendi, 701,35. quæ ejus adjuncta, 696,2. *seq.* circa tempus quæ leges ordinationis? *ibid.* 3. *seq.* quæ circa modum? *ib.* 4. quando & quatenus partibus concludere liceat, *ib.* 3. conclusioni nil novi nisi sub juramento intermiscendum, 697,9. quæ istius juramenti requisita, *ib.* 10. conclusionis rescissio quando & quomodo fiat, *ib.* 11. quæ ejus dissimulatio, *ib.* 13. quæ ejus clausula reservatoria, 698,15. post conclusionem causę consilia juris in Cam. exhiberi solent, *ib.* 23. etiam jura nova admittuntur, 699,25.26. 701,37. *seq.* concludere ac submittere differunt, 699,27. it. conclusio in totum ac in tantum, *ib.* 28. conclusionis cum clausi quid facti & c. quis effectus, *ibid.* 29.

Conclusio causæ ob terminum legalem in Ord. Term. fieri solet, 449,58. Judici nunquam concluditur, 699,29. quando fiat conclusio causæ, 700,30. in Cam. nunquam omittitur, *ibid.* 31.

Concordia inter partes in Cam. non tentatur, 207,1. præcipitur tamen inferioribus Judicibus, *ibid.*

Confessiones debitorum iteratæ, an viam executivam operentur, 190,111. *seq.*

Consilia & Informationes juris Judici in Cam. exhibentur causâ jam conclusâ, 699,24. 701,37.

Consiliarii Statuum an præstent juramentum calumniæ, 358,44. *seq.*

Constitutionum Imperii finis quis? 65,6. disertè debent exprimi, *ibid.* 7. Constit. de P.P. *vid. sub voc. Pax Publica.* Quæ beneficia tribuant, 70,25. de Litigiosa possessione. *vid. Possessio & similiter de aliis.*

Constitutio Imperii peculiaris Jurisdict. Cameræ fundans, privilegium primæ Instantiæ non respicit, 60,20. ex constitutione de rebus creditis quomodo Camera procedat, 210,1. constitutionis beneficium si reus opponat, quæ ratio pronunciandi, 211,3. si non opponat, *ibid.* 4. in caus. citationum quomodo sententiæ formentur ex hac constit. *ibid.* 5.6. in app. caus. quæ ratio exceptionum hîc, 212,7.8.9.

ad Constitutionem de rebus creditis debitoris qualificatio quomodo & per quem fieri debeat, 199. *seq. vid. Debitor.* Constitutiones Statuum particulares an & ubi valeant, *ibid.* 5.6.

quis istius constitut. finis, 207, 1. an pertineat ad debita post factam pacem contracta, 210, 10. 11.
Consortes litis, *vid. Assistere liti.*
Consulere quando Assessoribus liceat, 36, 76.
Continentia causæ quomodo Jurisdictionem Cam. fundet, 249, 22. *seq.* quando ratione personarum, 26, 20. 250, 1. *seq.* quando ratione rerum, 252, 10. ratione litigii cepti, *ibid.* 14. ratione judicii non dividendi, 253, 20. ratione reconventionis, 256, 27. ratione interventionis, 261, 50. ratione adsistentiæ litis, 263. 61. ratione cumulationis actionum, 264, 66. continentia causæ impedit effectum privilegii primæ Instantiæ, 60, 19. continentiæ & connexitatis causarum differentia quæ, 579, 20.
Contractus vi metuve extorti actione carent, 206, 5.
Contribuendi in Imperio modi qui, 309, 4. contributiones Camer. *vid. Salarium Camer. exigendi modum.* Contributiones Turcicæ si non solvuntur, Mandata S. C. decernuntur, 181, 75. 182, 77.
Contumaciâ quotupliciter actor committat, 753, 1. 754, 5. *seq.* & quis processus contra appellantem contumacem, 755, 10. *seq.* non accusatur contumacia in appellat. 753, 2. quis processus contra appellatum contumacem, 755, 11. 756, 1. *seq.* 758, 8. quis contra utrumque, *ibid.* 9. quomodo adversus Tutores vel Curatores contumaces procedendum, 759, 1. *seq.* quomodo adversus Procuratorem contumacem, 761, 1. *seq.* quomodo adversus contumacem denique comparentem, 764, 1. vel ante - vel post conclusionem causæ, *ibid.* 2. 4. contumax quid consequatur, si impositum à Judice præstiterit, *ibid.* 6.
Contumacia vel vera vel ficta est, quid utriusque effectus, 538, 51. ubi & quomodo accusetur, 446, 42. 447, 47. quomodo & in quib. casibus committatur, & absentes qui sint, 741, 1. 2. quomodo contra contumacem citatum proclama decernatur, 748, 3. contumacia ultrò purgari debet, 749, 10. non agentis contumacia major est, quàm non comparentis, 678, 78.
Conventionum privatarum locus ubi, 31, 44.
Copistæ Camerales qui, & quod eorum officium & salarium, 841, 1. 2. 853, 10.
Creditor quando ob continentiam causæ Jurisdictionem Cam. fundatam habeat, 251, 6. *seq.*
Creditum quale sub constitutione Imp. de rebus creditis comprehendatur, 205, 1. *seq.* *vid. Res cred. vel Debitores.*
Criminales causæ quatenus ad Cam. spectent, 227, 26. 27. 407, 8, 9. & quando remittantur, *ibid.* 10. quando Jurisdictionem Cam. fundent, 408, 12. 15. & non, *ibid.* 13. in criminalibus causis quomodo appellandum, 275, 17. *seq.* & absolvendum, 279, 42.
Criminales Processus qui, 518, 2. *seq.* in criminalibus renunciatio appellationis non valet, 382, 17. nec appellatio in Camera recipitur, 385, 1. 2. secus si tertius intervenerit, *ibid.* 3. an Promotoriales decernantur hîc, 545, 9. 11. 12.
Crimina à Cameralibus commissa an Cam. dijudicet, 38, 85.
Cumulari actiones quando possint in Cam. 264, 66. & quando non, 266, 69.

Curator. *vid. Tutor.*

Curingiana aula quale sit judicium, 287, *seq.*

D.

DAmnum irreparabile si infertur, Mandato S.C. inhibetur, 176, 41. 177, 44.

Daniæ Rex quæ habeat privilegia? vid. *Holsatia.*

Debitor, si ad refusionem pretii vel sortis se obligaverit, quomodo adversus eum procedendum, 192, 121. Debitores qui beneficio particularis solutionis gaudeant, 199, 1. & qui non, *ibid.* 2. quomodo ad solutionem pensionum ante- & post noviss. Recess. Imp teneantur, 206, 6. *seq.* quomodo morosi compellantur, 207, 9. *seq.* Debitoris qualificatio ad noviss. R. I. quomodo fieri debeat, 199, 1. *seq.*

Debitor, quâ potiùs vel personali vel reali actione conveniatur, 186, 95. *seq.* an debitori, invito creditore, reluenti competat beneficium particularis solutionis, 209, 7. de debitis non reluitivis, *ibid.* 8. quæ sit differentia in debitis liquidis mandatorum & citationum, 184, 89. *ratio ibid.*

Decidendi rationes si Judex inferior cum actis non transmiserit, quid tum, 345, 25. 27.

Decimarum causæ quatenus ad Cam. pertineant, 253, 21. 256, 24. 391, 23. an à Comissariis cognoscantur, *ibid.* 24.

Decisio Judicis quid, 765, 1. *seq. vid. Sententiar. publicatio.*

Declaratio pœnę compulsorialium fundat Jurisdictionem Cameræ, 268, 10.

Decreta abgeschlagen wie gebeten/ & similia quid inuant, 468, 30. quæ eorum verborum virtus, 123, 43. Decretorum denegatoriorum formulæ, 578, 13.

Defensionis præclusio, substantialis nullitas est, 410, 25.

à Definitiva Sententia si appelletur, nova deducere non novam actionem proponere licet, 686. 12. *seq.* quando à definitiva licita sit appellatio, 273, 10. *seq.* quomodo libellandum, 646, 83. tertius in scriptis appellare debet, 471, 49. contra definitivam in Camera latam an restituatur in integr. 413, 8. 771, 14. *seq.* ad restitutionem opus est citatione, 774, 27.

Delegare quosnam casus Camera soleat, 19, 16. Delegationis causæ quæ, *ibid.* 17.

Denegata Justitia, *vid. Justitia denegata,* in denegatæ just. caus. quis modus processus obtinendi, 596, 14. 585, 51. & citationes, 586, 53. 591, 79. an literæ informatoriæ locum habeant, 573, 5.

Denegationem processuum petere, periculosum est appellatis, 493, 63.

Denunciatio seu citatio ad assistendum, quando locum habeat, 496, 74. quotuplex sit, 497, 76. unde oriantur diversi ejus effectus, *ibid.* 78.

Denunciatoriales cujus sumptibus expediantur, 497, 77. quomodo Judex concedat, 499, 80. quæ formulæ, *ibid.* 82. *remissivè.*

Deputati Assessores qui, 451, 3. 4. cur eorum inlocutiones obsoletæ, *ibid.* 5. an eorum audientiæ necessariæ, 452, 7. quæ coram illis agenda, *ibid.* 8. *seq.* Deputatorum ordo impropriè ita dictus, 440, 10.

Desertiones appellationum quando existant, 392, 2. *seq.* 393, 10. *seq.* vel non, *ibid.* 5. *seq.* an Judex ex officio desertionem attendat, 392, 4. in dubio desertio non præsumitur, 399, 33.

deserta & non interposita appellatio pro una eademque habetur, *ibid.* 34. desertâ appell. Jurisd. Cam. tollitur, *ibid.* 35. 36. & tota causa perdita censetur, 400, 37. nec in causa principali nec super attentatis judicari potest, *ibid.* 38. *seq.* & priores sententiæ confirmantur, *ibid.* 41. Camera tunc expensas taxat & exequitur, 402. 47. an gravato adhuc remedium supersit, 328, 17. 18. an pereat nullitas, 409, 17, 8.

an Desertionis aut iniquitatis potior ratio sit habenda, 402, 48. 49. deseri & non devolvi quomodo differant, 400, 42. an desertioni renuncietur per litis contestationem, 402, 50. 51. an partes renunciare possint, *ibid.* 52. desertio executionem parit, 268, 8. 9. an fiat causa deserta, Actorum requisitione intra trigesimum non factâ, 340, 4. & Judex ante vel post ediderit, 341, 5.

Desertio an locum habeat, si acta præfixo termino non redimantur, 343, 17. an missiva privata circa actorum requisitionem desertionem impediat, 344, 18. 19. an locum habeat appellatione per saltum factâ, 289, 22. *seq.* an documentô requisitionis actorum non productô, 648, 96. *seq.* an & quando in revisoriis, 788, 39. 799, 73. an parte alterâ non comparente, 403, 54.

Desertionem causantis Procuratoris pœna quæ, 365, 68. ad desertionem evitandam circa fatalium petitionem cautela, 377, 29. an Cæsar possit appell. desertam recipere, 403, 53. an appellatio deseratur, rogato Judice inferiori, ut revocet attentata, 404, 58. adversus desertorias, restitutiones in integr. frequenter petuntur in Cam. & quare, 775, 34.

contra non-Devolutoriam an detur restitutio in integrum, 776, 36. 37.

Diffamari legis causa quæ, 221, 2. quæ ratio fundandi Jurisdictionem Cam. hîc, 222, 3. 223, 10. *seq.* 225, 18. quæ contra extraneum, 226, 20. *seq.* quis modus processus obtinendi hîc, 597, 20. Diffamans quod forum sequatur, 222, 5. duplex judicium in hac causa oritur, *ibid.* 6. 9. Camera certum terminum huic actioni proponit, *ibid.* 7. requisitum citationis impetrandæ quod, *ibid.* 8. 224, 12. quæ differentia juris communis & Cameræ hîc, *ibid.* 9. 226, 24. Diffamatio quomodo probanda, 224, 15. 228, 31. silentium quando hîc imponatur, 226, 22. quatenus criminales causæ huc pertineant, 227, 26. 27.

si Diffamatio sit de Principatu, &c. vel feudo Imperii, ubi citatio impetranda, 228, 32. *seq.* an Citatio locum habeat diffamatione in judicio objectâ, *ibid.* 34. an adversus possessorem, 229, 38. quomodo rei citentur, 486, 31. plures unâ hîc citationes requiruntur, 490, 50.

Dilationum probatoriarum definitio & divisio, 615, 1. 2. 4. an detur quinta dilatio, *ibid.* 3. quæ sint dilationum communia, *ibid.* 5. *seq.* quæ specialia dilationum, 617, 17. *seq.* quæ primæ dilationis propria, *ibid.* 18. *seq.* à quo die incipiat currere, 618, 23. 24. quid juris, si unica dilatio pro omni constituatur, 617, 20. quæ quartæ propria, 619, 29. *seq.* quæ plurium dilationum communia, 620, 35. *seq.* quæ se-

secundæ & tertiæ dilationis communia, *ibid.*30. 621,40. hæ dilationes in commiſſ. ad perpet. rei memor. locum non habent, *ibid.* 44 quarta exterminata eſt hodiè, 622, 6.

Dilationes deliberatoriæ in Cam. non temerè poſtulandæ, 607,42. quando dilationes petendæ & decernendæ, 564,2. dilationes & dilationum proceſſus quid ſint, *ibid.* 3. 4. quouſque in dilat. exceptionibus procedatur, 698, 18. 701, 36.

Diſceptare Judex dicitur, de cauſa cognoſcens, 6, 6. diſceptare vox per metaphoram fori propria facta, *ibid.*

Diſceptatio partium quid, 623, 4. quis numerus diſceptationum, 624, 5.

Diſtinctio cauſarum in Cam. pendentium, 24, 3.

Documentum requiſitionis actorum, *vid. Requiſitio Actor.* Documenta ſupplicationum quæ ſint, 594, 4.

Dolus quomodo probetur in cauſis fractæ pacis, 87, 79. 80. an doli mentio exprimenda in Supplicis, *ibid.* 81.

Domini liberi, Prælati, Comites, &c. quomodo à Principibus conveniendi, 52, 1. *ſeq.* quomodo à ſeſe invicem, 53, 1. *ſeq.* in cauſis ſimplicis ſpolii, 56, 8.

in Dubio Jurisdictio Cam. fundata cenſetur, 478, 79.

Dünckelsbühel / quæ habeat privilegia, 32, 48. 58, 4. 319, 8.

E

Eccleſiaſticorum Principum & eorum officialium ſententiæ quando appellabiles fiant, 333, 16. *ſeq.* quæ illorum privilegia, 304, *ſeq.* quatenus ſunt principes & feuda regalia ab Imperio recognoſcunt, *vid. Prælati.* Perſonæ ecclesiaſticę ad pœnam bañi cur non agere poſſint, 75, 17. *vid. Clerici.*

Edictorum definitio & diviſio, 500, 1. Edictum de reviſionibus extat p. 795, *ſeq.* qui citentur per Edictum, 491, 56. 586, 57. qui ulteriùs citentur, *ibid.* 57. de locis ubi affigendæ citationes, 587, 59.

Electionis fori privilegium quod, & quibus conceſſum, 175, 35. 310, 9. 10. 314, 29. *ſeq.*

Electorum Privilegia de non appellando quæ & quotuplicia, 299, 70. *ſeq.* an contra ea appellationes in Cam. admittantur, 334, 19. de eorum judiciis Leuterationis. Electores & Principes Imperii an præſtent juramentum calumniæ, 357, 41. Electoralium teloniorum in cauſis an Camera Judex ſit, 3, 9. 182, 83.

Emigrare volentes an ſolvant tributum Dominis, *vid. ſub voc. Arreſta, vel Subditi.*

ad Emphyteuſis privationem quomodo quis citetur in Camera, 488, 38.

ex Errore ſi quis pro alio appellâſſet, quid juris, 290, 25.

Eßlingen Civitatis privilegia quæ, 32, 48. 58, 4. 319, 9.

Eventualia quomodo producantur, 668, 40. 671, 50. *ſeq.* à Procuratoribus communicari debent, 674, 58. quouſque eventualiter ſit procedendum, 675, 60.

Evocationes reprimendæ, 21, 26.

Exceptiones declinatoriæ quomodo & quando proponantur, 661, 4. 665, 25. *ſeq.* 667, 32. quæ pœna frivolarum, 662, 6. quare abſque eventuali reſponſione producantur, 667, 31. & in quo caſu, 673, 54. *ſeq.* an ob eventualia non annexa rejici poſſint, 670, 47.

Exceptiones dilatoriæ primo termino proponendæ, 662, 3. illo omiſſæ, an

secundo proponi possint, 668, 39. *seq.* quæ in tertio producantur, & quomodo? 685, 6. quando adversus Rotulum, 696, 18. & quomodo, *ibid.* 4. 5. 665, 25. *seq.* 669, 41. *seq.* 443, 48. quæ Exceptio contra Commissarios opponi possit, 557, 34. 35.

Exceptiones in executivis quando proponendæ, 812, 28. quæ admissibiles, *ibid.* 29. quæ earum distinctio, quoad merita causæ, *ibid.* 30. an ultra illas in executionum causis replicare liceat, 813, 32.

Exceptiones desertionis non devolut. quomodo objiciendæ, 669, 45. *seq.* quousque procedatur in exceptionum puncto, 698, 17. *seq.* 701, 36. *ibid.* 6. quis exceptionum peremptorialium effectus, 667, 33.

Exceptiones sub-& obreptionis frivolę quid operentur, 704, 2. quid in Mandatorum causis S. C. 715, 5. *seq.* quæ illarum differentia in Mandatis sine & cum Cl. 115, 10.

Executionis definitio, & quibus mediis fiat? 808, 2. quando ad executionem procedatur, *ibid.* 1. quis modus procedendi in executione, 809, 8. executioni se opponens in banni pœnam incidit, 811, 16. exceptiones hîc quando inferendæ, 812, 28. quæ admittantur, *ibid.* 29. *seq.* Executio parata est causis à Cam. desertis, 268, 8. 9. quomodo suspendi possit per restitutionis in integrum petitionem, 774, 29. 775, 30. 33. 777, 39. 40.

Executio primæ instantiæ sententiæ, Judici inferiori mandatur C. C. Cameralis verò S. C. 172, 20. 22. an Executionem suspendat revisio, 789, 44. *seq.* an Syndicatus? 808, 4. intra quod tempus processus executioni demandandi? 592, 85. Executiones sententiar. quando Jurisdictionem Cam. fundent, 267, 3.

Executoriales quid, 808, 3. & quotuplices? 809, 4. sententiæ annectuntur, *ibid.* 7. si sententia omissionem præcipiat, quomodo exequenda, 810, 11. quid si Executorialibus non pareatur, *ibid.* 12. 813, 33. 811, 17. quæ differentia inter executoriales & mandata de exequendo, 810, 14. & quando decernantur, *ibid.*

Executivus processus quis, 811, 23. *vid. Processus executivus.* Executivæ clausulæ obligationibus insertę, an & quando operentur mandatum S. C. 511, 25. an Executoriales eventuales decernantur in Cam. *ibid.* 24.

Exemti à Camera tenentur constitutione pac. publ. 90, 91. an constitutione L. Diffamari, 226, 20. Exemptionis causæ quæ dicantur in fiscalibus, 103. 38. *seq.* quomodo dividantur, *ibid.* 40.

Expensarum quæ habeatur ratio, reò absolutò, 723, 8.

